APOLOGIA CATHOLICA EX MERIS IESVITARVM CONtradictionibus conflata, in qua Paradoxa, Hæreſes, Blaſphemiæ, Scelera, quæ a Pontificijs obijci Proteſtantibus ſolent, ex ipſorum Pontificiorum teſtimonijs diluuntur omnia.

Eius Libri duo

DE NOTIS ECCLESIAE.

Autore THOMA MORTONO Sacræ Theologiæ Baccalaureo, *& quondam in celeberrima Academia* CANTABRIGIENSI *Collegij* Iohannis Euangeliſtæ, *Socio.*

MATTH. 11. 19.
Iuſtificata eſt Sapientia à filijs ſuis.



Joseph Maynard
& Coll Cam.

LONDINI,
Impenſis GEORGII BISHOP.,
1605.



AMPLISSIMO ET REVERENDISS. DOMINO, D. RICHARDO BANCROFTO, Archiepiſcopo CANTVARIENSI, *Angliæ totius Primati, ac Metropolitæ, verum honorem.*

PRodit auſpicijs tuis (Pater in Chriſto Ieſu honorande) ex noſtris Aduerſarijs Religionis noſtræ defenſio: quam ſi vel eius Autores, qui Catholici ſoli haberi volunt, vel cauſam ipſam ſpectemus, quę ſola Catholica ſemper fuit, APOLOGIAM CATHOLICAM meritò appellemus: Nemo enim hîc cauſam hanc noſtram agit, niſi vir aliquis ex Pontificiorum Doctorum grege, & quidem ferè egregius, quem, quoties Orthodoxis repugnantem introduco, *Aduerſarium*; quoties rurſus ſuffragantem, atq; fauentem, *Aduocatum* nomino; Apoſtolum ſequutus, qui ex Cretenſibus Poëtam haud ignobilem aduerſus Cretenſes citans, * Prophetam nuncupauit. Pontificiorum multorum, imprimis verò Ieſuitarum volumina multa, magnaq; peruoluo; teſtimonia cùm teſtimonijs confero; &, pro virili, excutio; quid fit? fabula vetus, actores noui: nam obſoleta, trita, ac ſæpiùs contrita ſophiſmata ſua Pontificij ingerunt, obiectant, & ad nauſeam

* *Tit. 1.*

vſq; repetunt; diſputandi finis nullus: Enimuerò ſæpè etiam ſuorum expoſitiones improbant, reſponſa tollunt, argumenta infringunt, adeoq; cauſam ſuam penitùs ſubuertunt, vt etiamſi gratiæ causâ nihil faciant, plurima tamen ſint nobis grata, quæ faciunt: propterea hanc refutandi rationem imprimis ineundam eſſe duxi, cui non ſit ἀντιλέγειν, viz. [* Inimici noſtri ſint Iudices.] Huic operi veritatis indagandæ ſtudio ardentiſſimo decennem operam impendi, ne quis fortè mihi vel præiudicium, vel temeritatem poſſit obijcere. Cuius nunc has primitias tibi (Angliæ noſtræ totius Primas colendiſſime) non tanquam tanto nomine dignas, ſed tanquam tuo merito debitas offero, atq; perſoluo. Neq; enim obliuiſci poſſum, nec tacere debeo, te tam ſereno vultu, benigni animi indice, hoc quale-cunq; opus meum approbâſſe: ac ſi illud non minùs exoptatum, quàm non expectatum iudicaſſes. Tantum, tamq; ſingularem in cauſa Orthodoxa zelum tuum, erga me animi tui propenſionem tantam expertus, hoc ſemper memoria grata, illud læta perſequar: nunc verò, quod ſolum reſtat in viris magnis optimum, in minimis maximum pietatis officium, Deum Opt. Max. per Chriſtum Ieſum precor, vt autoritatem tuam Eccleſiæ veræ tranquillitati quam diutiſſimè conſeruet.

* *Deut.* 32.

Amplitudini tuæ

addictiſſimus

Thomas Mortonus.

Lectori Catholico S.

NOn potes (Lector Catholice) quisquis es, *Apologiam hanc penitùs contemnere: nam, si Pontificijs adhæres, habes hic quorum armis pugnes; sin Proteſtantibus, habes pro quibus. Cùm enim doctoribus Pontificijs iam Proteſtantium cuiuſlibet* [1] nomen *odio*, [2] laus *faſtidio*, [3] Ratio, *licet* probabiliſſima, *ludibrio ſit: Autores Proteſtantes omittamus; horum neminem, niſi loco hominis Rei nominatim citatum, loqui permittamus, ſolos, denique, Aduocatos conſulamus Romanos: quorſum, inquies, iſtos, quibus ipſe fidem non habes? imò verò habeo, ſed vt ille ſuis, de quo extat illud celebre dictum:* Credidiſſem vobis, fratres, niſi credidiſſem. *Namq; in omni ferè controuerſia ab his ego prouoco ad hos; ſed vt illa mulier à Cæſare dormiente ad Cæſarem experrectum: placet nè huius inſtituti mei guſtum aliquem percipere? Pontificij Aduerſarij*, [a] Proteſtantes, *inquiunt*, per doctrinam de ſola fide, perſeuerantiam in peccatis approbant, charitatem, pietatem, piam mentem excludunt. *Sic Ieſuitæ complures clamant, & vociferantur: Pontificios Aduocatos conſulo:* [b] Proteſtantes, *inquiunt*, fidem illam, quam docent, à charitate, pœnitentia, affectu pio ſeparari poſſe negant. *Qui ſunt, inquies, iam Aduocati? ipſi, inquam, qui Aduerſarij fuerunt. Rurſus Aduerſarius:* [c] Filius [illegible] [d] Hæc Caluini ſententia eſt hæretica, [d] blaſphema, [c] Atheiſtica. *At*

[1] Nomen Caluini expungatur, nomen Melanchthonis deleatur. *Index Expurg. vide lib. 2. cap. 32.*

[2] In his verbis [Pij Doctoris Lutheri] voces, pij Doctoris, ſupprimãtur. *Ibidem.*

[3] Sic quidem expono, & licet expoſitionis huius Autorem nullum habeo, hanc tamen magis probo, quàm illam Auguſt. cæterorumq; alioqui probabiliſſimam, quia hoc cum Caluiniſtarũ ſenſu magis pugnat. *Maldonat Ieſuita Com. in Ioh. 6. 62.*

[a] *Bellar. Maldonatus, Salmeron. Staplet. vide Notã 6. hæreſ. 1.*

[b] *Bellar. Maldon. Salm. Staplet. ibid.* [c] *Campianus*, [d] *Caniſius*, [e] *Poſſiuinus Ieſuita, vide Notã 6. cap. 52.*

Aduocatus: [f] Non video cur hæc ſententia Catholica dicenda non ſit. *Huiuſmodi contradictionum, hic tibi guſtum præbere mihi licuit, non hauſtum: quas qui reconciliare nitatur, eâdem operâ contendat, polum arcticum cum antarctico copulare. quid cauſa ſit planè neſcio, niſi quòd illic veritatem oppugnare iſti voluerunt, hic veritas voluit ſe ipſa defendere. Ieſu itaque Homerum ſalutemus; is quoq; ſpiritum calidum, & frigidum ſimul nonnunquam exhalat. vt Aduerſarius*, [g] Hęc ſententia, quam vnus ex Proteſtantibus tenet, Tres ſunt non ſtatu, ſed gradu &c. eſt planè hæretica. *ſic aduerſus Proteſtantes Bellarminus. quid ego? confugio ad Bellarminum. Aduocatus.* [h] Tres ſunt &c. hæc loquitur Tertullianus, & rectè. *alia huiuſmodi paſſim Lectori occurrunt, quæ aperte doceant, illud in hunc Romanum Theologum quadrare, quod de illo Romano Rhetore ſcripſit Lactantius:* Non poteſt faciliùs Cicero, quàm ab ipſo Cicerone, refutari. *In horum teſtimoniȝs citandis, ſi me errare putas, tu poſſis: quamuis enim in vigilijs multis ſomnus fortè aliquis obrepſerit, tamen, per Dei gratiam, is ſum, qui poſſim Deum ipſum in animam meam teſtem, & vindicem inuocare*, Si ſciens fallo: *abſit enim à me, vt pro veritate*, quæ * Vita *eſt, patrocinium acquiram mendacij* * Quod occidit animam. *Quantum ad eruendam veritatem poſſim, te potiùs experiri æquum eſt, quàm me decet polliceri. Faxit Deus vt fructum laboris mei conſequar (Lector) ſalutem tuam: his vtere, me ama, pro me ora, & in Chriſto Ieſu etiam atq; etiam vale.*

[f] Bellar. ibid.

[g] Bellar. vide Notam 6. cap. 15.

[h] Idem ibidem.

* Ioh. 14. 6.

* Sap. 1. 11.

Omnibus debitor *T. M.*

Autorum, qui in hac Apologia nunc Aduerſariorum, nunc rurſus Aduocatorum perſonas induunt, Catalogus Alphabeticus proponitur: Omnes in duas Claſſes diſtribuo.

CLASSIS I.

Tantùm Ieſuitas continet, quorum vel ſola nomina fidem quodammodo imperent ſuis.

IOſephus Acoſta *Ieſuita. libris de* Chriſto Reuelato. *Et* Hiſtoria de procuranda Indorum ſalute.

Ignatius Armandus. Epiſt. ad Camierum.

Iohannes Azorius *Ieſuita.* Inſtitutiones Morales.

Cæſar Baronius *Ieſ. & Cardin.* in Annalibus.

Robertus Bellarminus. *Ieſ. & Cardin. Integra volumina.*

Edmundus Campianus. Decem Rationes.

Petrus Caniſius. *de* Quatuor nouiſsimis.

Franciſcus Coſterus, Enchiridion, & Apologia.

Martinus Delrius. Comm. in Cantic. *& Tract. de* Magia.

Ioannes Duræus Contra Whittakerum.

Iacobus Gretzerus.

Ioannes Maldonatus. Com. in Euang. & Summula.

Ioannes Ozorius. Conc. Tom. 5.

Benedictus Pererius. Com. in Gen. Exo. Rom. Dan. *& de* Magia.

Nicholaus Pimenta. Hiſt. de rebus Indorum.

Ioannes Pineda. Comm. in Iob.

Antonius Poſſiuinus. de Autorit. Script. & Apparatus ſacer.

Petrus Rabienera. in vna Epiſt.

Franciſcus Ribera *Comm.* in Prophetas minores, & in Apoc.

Alphonſ. Salmeron in euang.

Nicolaus Serarius Hiſt. de Moguntia. *& Tract.* de Lutheri Magiſtro.

Franciſcus Suarez *Ieſui. Magna volumina* in Thomã. *& alij Tract. 6. de* Lib. Arb. & Prædeſt.

Adamus Tannerus.

Franciſcus Tolletus *Ieſuita. & Cardin.* Com. in Luc. Ioh. Rom. Pſal. & de Inſtruct. Sacerd. lib. 4.

Franciſcus Turrianus. Aduerſus Sadaëlem.

Horat. Turſellinus. *de* Hiſt. Lauretana libri quinque.

Gregorius

Gregorius Valentianus *de omnibus controuersijs ingentia volumina.*

Gabriel Vaſquez in 3. partem Thomæ, *& Tract. de* Adoratione.

Blaſius Vega. Comm. in Apoc.

Franciſcus Xauerius *Ieſuita* Epiſtolæ *familiares* Romam miſſæ, de rebus Indicis.

CLASSIS. II.

Aliorum Pontificiorum, quorum quanta eſſe debet in hac Apologia autoritas, vel ex ſuorum librorum Epigraphis, & priuilegijs, vel ex Aduerſariorum noſtrorum Elogijs, vel ex ipſorum, deniq; cum Proteſtantibus diſſidijs grauiſſimis ſatis conſtet.

A

[a] *Platina de vita Pij ſecundi.*

AEneas Syluius. *Elogium.* [a] Magno in honore apud omnes eſt habitus: Legationes plures Concilij Baſilienſis cauſa obiuit. poſtea PONTIFEX Romanus creatur.

[b] *Libri inſcrip. qui eſt de vanitate ſcient.*

Cornelius Agrippa. *Epigraphe.* [b] Nobilis viri Cornelij Agrippæ, vtriuſque Iuris Doctoris. *Virum magnum videt, nec iam Magum.*

[c] *Autor ipſe cap. 30. lib. de vanit. ſcient.*

[c] Ego quidem hanc artem, *magicam*, à Parentibus puer imbibi, in qua non modicum tempus amiſi; IAM me tædet & pœnitet inſumptæ olim operæ, cuperemq; OMNEM illius MEMORIAM vſumque EXSPOLIARE. *Librum ille de* vanitate ſcientiarum *emulgauit: fateor, ſed vt* [d] Diuinus Eccleſiaſtes, *cum clamat*, Vanitas vanitatum & omnia vanitas; *minimè vanum. audi.*

[d] *Eccle. 1. 2.*

[d] *In præfat. lib.*

[d] Oſtendam quanta ſit hominum cæcitas, quàm arrogans præſumptio Philoſophorum ſcholas præferre Eccleſiæ Chriſti; opiniones hominum præponere, aut adæquare verbo Dei. *Et ne ſuſpecta ſit apud Aduerſarios fides, lege Cap. 6. vbi Lutherum noſtrum perſtringit.*

[e] *Vega lib. 5. de iuſtif. cap. 16*

[f] *Perer. Ieſuita. comm. in Dan.*

[g] *Vega lib. 16. de Iuſt.*

[h] *Mald. Ieſuita. com. in Mat. 13*

Alphonſus *de Caſtro. titulus.* Ordinis minorum. *Elogium.* [e] Fortiſsimus Lutheri Antagoniſta.

Thomas Aquinas. *Elogium.* [f] Doctor Angelicus. [g] Flos Theologiæ ſcholaſticæ. [h] Theologus maximus.

Benedictus

Benedictus Arias Montanus. Elogium. [a] Qui hodiè editioni Bibliorum, nomine Philippi Regis Hiſpaniæ, præfuit.

[a] *Poſſevinus Ie. Apparat. Tit.* Arias.

B

Benno Cardinalis.

Bonauentura. *Elogium.* [a] Seraphicus Doctor. [b] Dignisſimus qui plurimorum manibus teratur.

[a] *Vega lib. 9. de Iuſtif. cap. 14.*
[b] *Poſſevin. Ieſuit. Apparat. Tit.* Bonauentura.

C

Caietanus Cardinalis. *Elogium.* [a] Erat vir de myſterijs fidei bene ſentiens, & de Theologia optimè meritus. [b] Incomparabilis Theologus, & inter doctisſimos ſui ſeculi eruditisſimus: à Leone 10. Pontifice cum legatione in Germaniam miſſus, ad compeſcendos rumores, quos Lutherus excitauerat.

[a] *Pererius Ieſ. com. in Gen. lib. 1. in hæc verba,* [Creauit Deus.]

Melchior Canus. [a] Epiſcopus Cameracenſis, primariæ Cathedræ in Academia Salmaticenſi olim præfectus. *Elogium.* [b] Myſteria ſacrarū literarum nullus poſt magnos illos Doctores MAGISTRO CANO plenius aut planiùs docuit: hic vir erat in Conc. Trident. Theologus celeberrimus.

[a] *Semenſ. Bibl. lib. 4 Tit.* Thomas.
[b] *Inſcriptio lib. Pererius Ieſ. Comm. in Exod. & Com. in Dan. lib. 12. cap. 6.*

Georgius Caſſander. *Elogium.* [a] Ferdinandus electus Imperator, ſemper Auguſtus Georgio Gaſſandro. Cum eximia tua eruditio ad gloriam Dei, & Eccleſiæ ſalutem vſui ſit futura, &c. Maximilianus. 2. Dei gratia ſemper Auguſtus. Poſtquam, Cognate Princeps Elector, Domino, ac Patri noſtro charisſimo nobis cauſæ oblatæ ſunt, in quibus Georgio Caſſandro docto, & pio viro nobis eſt opus in cauſis, quas ſperamus ad Eccleſiæ ſalutem euaſuras. *Hic Caſſander librum quoque edidit, qui ſic inſcribitur.* Defenſio Libelli pij viri contra Caluinum, &c.

[a] *Litera Imperatorum de Caſſandro.*

Catechiſmus Tridentinus Catholicus. *Elogium.* [a] Is, nimirum, qui ex decreto Concilij Tridentini, Pij 5. Pontificis maximi iuſſu editus eſt. [b] Concilij Tridentini autoritate confectus.

[a] *Edemus in partitionibus Catechiſmi.*
[b] *Bellar. lib. 2. de Iuſtif. cap. 15*
[b] *Inſcriptio libri.*

Ambroſius. [b] Catharinus Archiepiſcopus Compſæ. *Elogium.*

[1] *Possinus Ieſuita Apparat. ſacro. Tit.* Ambroſius.

[2] *Bellar. lib. 1. de Cleric. cap. 23.*

[3] *Possinus lib. Apparat. Tit.* Anglorum

[m] *Priuilegium ante libr.*

[n] *Bellar. lib 4. de Amiſſ. Grat. cap. 15. §. Deinde.*

[o] *Aeneas Sylu. lib. 1. de geſt. Conc. Baſil.*

[p] *Vega. lib. 15. de Iuſtific. cap. 16.*

[b] *Eſpenſæus. Com. in Tim. 1.*

[c] *Staplet. de doctr. princ. lib. de Conſig. Script. cap. 13.*

[d] *Rabeneira Ieſ. in præf. in lib. Salmeronis Ieſ. in Parab. Euang.*

[e] *Pius quintus Pontifex in præfat. in li. Ederi.*

[f] *Autor ipſe in Paraphraſi. Annot. in 1. Theſſ. 2.*

ſum. [g] Vir acris ingenij; floruit tempore cum Conc. Tridentino.

Iodocus Clitouæus. *Elogium.* [h] De hoc argumento vide Iodocum Clitouæum.

Collegium Anglo-Rhemenſe Duocenum Rhemis antea commorans. *Elogium.* [i] Nouum Teſtamentum in Anglicam linguam conuertit, additis perdoctis notis, quibus hæreſes iugulantur. [m] In quo opere nihil non Catholicæ pietati conſentaneum.

Concilium Baſilienſe. *Elogium.* [n] Etſi certam fidem non facit, vt Concilium Oecumenicum, tamen ex eo poteſt intelligi, multos Eccleſiæ Doctores, ex varijs prouincijs congregatos ita ſenſiſſe.

Nicholaus Cuſanus vtriuſque juris Doctor, & Cardinalis. *Elogium.* [o] Hercules omnium Eugenianorum exiſtimatus eſt; homo priſcarum literarum eruditiſsimus; hic omne ſuum ſtudium, omnémque conatum in defenſione Eugenij Pontificis collocabat.

D

Ioannes Driedo. *Elogium.* [p] Fortiſsimus Lutheri Antagoniſta. [b] Egregius Louanij Theologus.

Durandus. *Elogium.* [c] Vir doctiſsimus.

E

Ioannes Ecchius. *Titulus libri.* Vnicus ferè hoc ſeculo Catholicæ fidei aſſertor, & Hæreticorum omnium impugnator. *Et.* [d] Ecchius erat validus fidei Catholicæ Athleta. *Huius opera præter vnicum Enchiridion habeo.*

Georgius Ederus. Oeconomia Bibliorum. *Priuilegium.* [e] Pius. 5. Papa dilecto filio Georgio Edero Iuris vtriuſque Doctori. dilecte fili ſalutem & Apoſtolicam benedictionem: Librum tuum, quem nobis nuncupâſti, libenter ſuſcepimus, & operam tuam benè poſitam eſſe judicauimus.

Deſiderius Eraſmus. *Huius Autoris nomen nemini inuiſum debet videri, qui Pontificis Romani autoritatem ſaluam velit.* [f] Nunc habemus Leonem Pontificem eius nominis decimum

decimum, cuius auſpicijs meus hîc deſudat labor. *Elogium.* [a] Gaudeo Paraphraſin Eraſmi ſub prælo eſſe; inuideo Louanio, cui tantum contigit beneficium, quantum, vt opinor, vix agnoſcit. [b] Vir longè doctiſsimus, & de bonis literis optimè meritus.

Claudium Eſpenſæus Epiſcopus. Nuper Paulus 4. Pontifex max. cum de me in conſacerdotum ſuorum collegium cooptando ſe cogitare ſeriò diceret, [c] Vide Claudium Eſpenſæum de hoc argumento.

F

Ioannes Ferus ordinis Minorum. *Elogium.* [a] Vir in diuinis literis nobiliter doctus, cui parem in euangelicæ prædicationis Catholicæ Germanorũ Eccleſiæ hac noſtrâ tẽpeſtate non habent, ſcripſit hac noſtrâ tempeſtate pias, & eruditas iuxta Catholicã doctrinam elucubrationes, quæ ab omnibus fere Cõcionatoribus ſtudioſè legũtur.

Franciſcus Feuardentius. *Elogium.* [b] De fide Catholica præclarè meritus.

Franciſcus de Victoria, Academiæ Salmaticenſis profeſſor. [c] Prærogatiuam Petri pro virili defendimus. *Elogium.* [d] En Theologiæ præceptorem ſummum, quem Hiſpania Dei beneficio accepit. *& eſt ſapius à Bellarmino citatus.*

G

Ioannes Gagnæus Pariſienſis Theologus, Francorum Regis Eccleſiaſtes. *Epiſtola Dedicatoria.* [a] Illuſtriſsimo & R^mo Ioanni A. Lothoringia Sacro-ſanctæ Eccleſiæ Romanæ Cardinali.

Ioannes Gerſon. *Elogium.* [b] Florentiſsimæ Academiæ Pariſienſis Cancellarius, Theologiæ Scholaſticæ peritiſsimus. [c] Nos monemur à Gerſone, cuius in ſimilibus magna eſt laus.

Gloſſa Ordinaria, *Communis in Eccleſia: hanc interdum Bellarminus producit.*

Gratianus Monachus. *Elogium.* [a] Vir in diuinis literis eruditiſsimus: Decretorum volumen inſigne, ex veterum

[a] *Thomas Morus in epiſt. ad M. Dorpium.*
[b] *Alphonſus de Caſtro. lib. 2. hæreſ. cap. 13.*
[c] *Autor ipſe li. de ſex Tract. in Epiſt. ad Card. Caſtil.*
[d] *Bellar. lib. 1. de Clericis. cap. 23.*
[a] *Sixtus Senen. Bibl. lib. 4. Tit. Ioann. Ferus.*
[b] *Staplet. prompt. Feria. poſt Domin. Paſſ.*
[c] *Autor ipſe Relect. 4.*
[d] *Canus locis theol. lib. 4. cap. 1. in prine.*
[a] *Autor ipſe in Epiſt. dedicat.*
[b] *Sixtus Senen. Biblioth. lib. 4. pag. 272.*
[c] *Delrius Ieſ. lib 4. de Magia § 3.*
[a] *Autor Anonymus de vita Gratiani in fine totius voluminis.*

rum institutis, sanctionibus, & scriptis, quo ioris Canonici Doctores vsque in præsens vtuntur in scholis; ab Eugenio Papa 3. approbatum.

Gregorius Magnus, Pontifex Maximus.

H

[a] Sixtus Senens. Biblioth. lib. 4. Tit. Helcot.

Rupertus Holcott natione Anglus, Ordinis Prædicatorum. *Elogium.* [a] In scholastica Theologia valdè exercitatus, & in Scripturis exponendis præstans.

[b] Pererius Iesuit. Com. in Gen. 14. num. 59.

Hugo de sancto Victore. *Elogium,* [b] Qui alter ætatis suæ Augustinus habitus est.

I

[a] Acosta Iesuit. lib. de Temp. nouiss. cap. 15.

[b] Possiuin. Iesuit. Apparat. Sac. Tit. Ianseníus.

Cornelius Iansenius, Episcopus Candauensis. *Elogium.* [a] Vir eruditissimus, & pius. [b] Concordantiam Euangelicam edidit. quod opus autorem magna valentem doctrina, iudicio, pietatequé ostendit.

Index expurgatorius iuxta sacri Tridentini decretum: *Alius per Iunium è tenebris vindicatus: alius nuper ex Hispania cum priuilegio euulgatus.*

L

Leo Papa.

[a] Præf. libri.

Gulielmus Lindanus. *Epigraphe.* [a] Panoplia G. Lindani Dodraceni, quam Catholicæ & Apostolicæ Christi Iesu Ecclesiæ matri, pietatis ac gratitudinis ergô, faciebat. *Nemo maiori cùm acrimonia Protestantes insectatur; pro Pontificia Religione nemo propugnat vehementius.*

[b] Titulus.

[c] Pererius Iesuit. Com. in Gen.

[d] Sixtus Senen. Biblioth. lib. 4. Tit. Nicholaus.

Franciscus Lucas Brugensis, sacræ Theologiæ licentiatus. *Epigraphe.* [b] Notationes in sacra Biblia Cardinali Gulielmo Sirleto dicatæ.

Nicholaus Lyranus. *Elogium.* [c] Autor nemini contemnendus, mihi quidem valdè probatus sacrarum literarum explorator videtur. Tanta quidem diuinarum literarum vera, pura, & germana intelligentia præditus, vt nullum sui temporis Theologorum habuerit parem.

M

[a] Sixt. Senens. Biblioth. lib. 4. Tit. Petrus.

Magister sententiarum Petrus Lombardus Parisiensis Episcopus. *Elogium.* [a] Quem omnes Theologorum scho-

læ

le singulari quadam excellentia Magistrum sententiarum appellant.

Mercurius Gallo-Belgicus *vetus erat vir Pontificijs partibus addictissimus: nuper nouus prodijt Gallo-Belgicus quem intelligo cum Protestantium albo esse ponendum, in hoc vno equinocatione nominis testimonium cito, sed vnicum. lib. 2. Cap. 13. lit. t.*

Ioannes Picus Mirandulanus, [b] Princeps Phœnix cognominatus, vir ingenij prodigiosi, scientiarum & linguarum varietate ad miraculum exculti. [b] *Sixt. Senens. Biblioth. lib. 4. Tit.* Ioannes.

Thomas Morus. *Elogium.* [c] Vir tum alijs rebus inclytus, tum maximè ob Martyrij gloriam. [c] *Pererius Iesuit. comm. in Gen. 30.*

P

Schola Parisiensis. *Elogium.* [a] Accedit huc quod Academiæ illustres, ac potissimum Parisiensis, hanc sententiam amplectuntur. [a] *Bell. lib. 4. de Amiss. Grat. cap. 15. §. Deinde.*

Albertus Pighius. *Autor à Bellarmino ferè in libris singulis allegatus, & approbatus.*

Platina. *Epigraphe.* [b] Ad Sixtum. 4 Pontificem maximum. Tu Theologorum & Philosophorum princeps, maxime Pontifex, non frustra mandâsti, vt res gestas Pontificum scriberem, ne illorum benefacta perirent negligentiâ Scriporum. [b] *Ante Historiam de vitis Pontificum.*

Poggius Florentinus. *Elogium.* [c] Ætatis nostræ nobilis Scriptor. [c] *Aeneas Sylvius Hist. Bohe. de Hus. Prag.*

Polydorus Virgilius. *Minimè Lutheranus. Autor nonnihili. Elogium.* [d] Polydorus Virgilius librum integrum, septingentas, & amplius prouerbiales sententias ex Canonicis Scripturis desumptas contexuit, earumque vsum explicuit. [d] *Salmeron. Iesuit. Comm. in Paenitentiam. Tract. 1.*

R

Beatus Rhenanus. *Elogium.* [a] Frustra homo ille aliena laude intabescens in B. Rhenanum oblatrat, frustra inuolat in Elephantem culex: Rhenanum ego laudare nec nunc volo; nec, si vellem, satis possem. [a] *Thomas Morus in Epist. ad M. Dorpium.*

Episcopus Roffensis. *Elogium.* [b] Eruditionis copiâ, pietatis [b] *Sixtus Senens. Biblioth. lib. 4. Tit.* Ioannes Fisherus.

tis ſynceritate, animi conſtantiâ, cùm acerrimis Eccleſiæ Propugnatoribus comparandus.

Ioannes Royardus. *Ordinis minorum.*

S

[a] *Vega lib. 9. de Iuſtif. cap. 14.*
[b] *Bellar. lib. 3. de Euch. cap. 23.*
[c] *Bellar. lib. 1. de verbo Dei, ca. 7.*
[d] *Stapletonus de doctr. princ. fid. lib. 9 cap. vlt.*
[e] *Bellar. lib. 2 de verb. Dei cap. 10*
[f] *Præfat. Operis.*
[g] *Inſcriptio.*
[h] *Pererius Ieſuita.*
[i] *Valent. Ieſuita Analyſ. lib. 1. cap. 8.*
[k] *Suarez Ieſ. lib. 3 de auxilio diuin. grat.*
[l] *Apologia ſub ordinat. Eccleſ.*
[m] *Poſſinus Ieſ. notis diu. verbi pag. 27.*
[n] *Eraſmus Annot. in Rom. 1.*
[o] *In præfat.*
[p] *Franciſ. de Vitl. Relec. 4. Prop. 24.*
[q] *Bellar. lib. 2. de Conc. cap. 1.*
[r] *Six. Senenſ. Biblioth. Tit.* Iohannes.
[s] *Canſius Ieſuita præf. in lib. Vegæ de Iuſtif.*

Scotus. *Elogium.* [a] Argutiſsimus Doctor noſter. [b] Vir erat acutiſsimus & doctiſsimus.

Sixtus Senenſis. *Elogium.* [c] Erat eximius Theologus. [d] De geminis Scripturarum libris omnium accuratiſsimè ſcripſit Senenſis. [e] Cuius induſtriam cupio imitari.

Epigraphe. [f] Bibliotheca Sancta, ad Pium. 5. Pontificem maximum. Hæc tibi conueniebat dedicari, Sanctiſſime Pontifex, à filio, quem tuo renatum ſpiritu adoptaſti.

Carolus Sigonius. *Epigraphe.* [g] De republica Hebræorum ad Gregorium. 13. Pontificem maximum.

Dominicus à Soto. *Elogium.* [h] Sotus vir inter cæteros huius ætatis Theologos meritò numerandus. [i] Sotus autor imprimis grauis ob ſummam & doctrinæ, & prudentiæ exiſtimationem.

Thomas Stapletonus in Academia Louanienſi Theologiæ profeſſor Regius. *Elogium.* [k] Pro noſtra ſententia multa licet nobis ex Stapletono ſumere. [l] Caterraneorum noſtrorum omnium, qui viuunt, doctiſsimus. [m] Optimus noſtri temporis Theologus.

Faber Stapulenſis. *Elogium.* [n] Cuius ego ſtudium in reſtituendis bonis literis comprobo, eruditionem admiror.

Didacus Stella Minoritanus. *Epigraphe.* [o] Eximius verbi diuini Concionator cum priuilegio.

T

Tiraquella. Lib. de Pœnis.

Ioannes de Turrecremata Cardinalis. *Elogium.* [p] Erat Aſſertor vehementiſsimus Pontificiæ dignitatis. [q] Lege Turrecremata: vide Turrecremata. [r] Erat iuris Pontificij interpres conſultiſsimus.

V

Andreas Vega. *Elogium.* [s] Vir cùm primis eruditus, & in primarijs

primarijs Conc. Tridentini Theologis doctorum iudicio numeratus, in cuius Concilij expositione studiosè versatus.

Lodouicus Viues. *Elogium.* [b] Vir vndique eruditissimus; extra omnem irreligiosi animi suspicionem, Scriptor legi dignissimus.

[b] *Esperns. Com. in 2 Tim part. 2.*

Vulgata Editio. *Elogium.* [c] Sacra Synodus Tridentina decreuit, vt hæc ipsa pro authentica habeatur.

[c] *Canus locis Theolog. lib. 2. cap. 13.*

W

Thomas Waldensis. [d] Cuius est magna laus in Ecclesia, Autor nobilissimus. *Vides Aduocatorum nostrorum seriem suorum testimonijs satis communitam.*

[d] *Stapletonus lib. de conscrip. Script. Eccl. cap. 13.*

Summorum huius disputationis capitum dilucida, & succincta Analysis.

In Libro Primo.

DIstinctio *Ecclesiæ in* Visibilem, *&* inuisibilem, *quatenus obtinere debeat.*

Visibilis Ecclesiæ *notas alias Pontificij sibi vendicant, cap. 6. Orthodoxi in aliijs acquiescunt. Lib. 2.*

Notæ *quas Pontificij nobis obtrudunt, si numerentur, multæ sunt; si ponderentur, nullæ.*

Prima *est nomen* Catholica: *hæc primò quoad Thesin discutitur;* An sit nota? *Cap. 7. secundo quoad Hypothesin duplicem. 1. An Orthodoxi proprie* Lutherani, *aut* Caluinistæ *Dici possint cap. 8. 2. An Pontificij non proprie* Papistæ. *Cap. 9.*

Secunda *est* Antiquitas, *contrà contendimus. 1. quoad Thesin. Christianam primeuam, quatenus primam, non amplius fuisse. 2. quoad hypothesin:* Romanam *iamdiu in multis nouatam esse, atq; mutatam, cap. 10. & plenius in Nota. 6.*

Tertia *Nota est* Duratio. *Notha, siue respicimus* Erat; *siue* Erit *præsidemus. Cap. 11.*

Quarta *est* Amplitudo. *De qua quæstionis status falsus reijcitur. cap.* 13. *& verus discutitur; observatis temporibus.* Ante, ad, *&* post *Christi aduentum Cap.* 16. *&* 17.

Quinta *est* Successio Episcoporum, & ordinatio. *Thesis non satis constans: Hypothesis ordinationem Romanam interruptam & inordinatam depingit. cap.* 18. *&c.*

Sexta *est* Conspiratio in doctrina cum antiqua Ecclesia. *Thesin amplectimur; Hypotheses examinamus duas: in prima Pontificij Orthodoxis hæreses antiquas viginti affingunt, quas Bellarminus exprofesso persequitur. Alij etiam duodecim alias Cap.* 24. *vsq; ad cap.* 65. *Deinde illas antiquas detrahunt veritates Cap.* 69. *vsq; ad* 75. *Altera Hypotheses Pontificiorum hæreses nonnullas exagitat, Cap.* 66. *vsq; ad* 69. *& antiquitati repugnantes plurimas insulsissimas nouitates. cap.* 76. *vsq; ad cap. vltimum.*

In Libro secundo.

SEptima *est* Vnio, *quam duplicem esse prætexunt:* 1. Vnio membrorum cum capite Romano Pontifice: *Thesis euentilatur, & argumentis solidis refellitur. Cap.* 1. *Inculentiùs vero exemplis nobilissimorum Martyrum, Patrum sanctissimorum, & Ecclesiarum amplissimarum, quæ extra hanc vnionem ex hac vita fœliciter emigrarunt. Cap.* 2. *vsque ad* 5.

Hypothesis. 1. *sæpè Clerum populumq; Romanum, id est, Romanam Ecclesiam sæpè istius Capitis vnionem necessariò excussisse. cap.* 5.

Hypothesis 2. *non iam Protestantes, sed ipsos Pontifices Schismaticos esse censendos. Cap.* 5. *&* 6.

2. *pars* Vnionis *est* Membrorum inter se. *Vel moralis, reijcitur. Cap.* 7. *vel dogmatica, examinatur ex Thesi Cap.* 7 *ex Hypothesi, in qua Protestantium in maximis controuersijs mirificus consensus; Pontificiorum discors concordia appareat. Cap.* 7. *vsq; ad* 10.

Octaua

Octaua *est* Sanctitas Doctrinæ. *Thesin agnoscimus. Hypotheses discutimus, & in prima Pontificij Protestantibus multa paradoxa calumniosè impingunt. Cap. 11. in 2. ipsi Multorum rei deprehenduntur. Cap. 12. vsq; ad 16.*

Nona Nota efficacia doctrinæ. *Thesis refutatur. Cap. 16. in Hypothesi prima profectus doctrinæ Pontificiorum in Indorum conuersione ieiunus ostenditur. Cap. 17. In 2. Protestantium progressus, magis quam velint, fœlix. Cap. 19.*

Decima *est* Sanctitas vitæ Institutorum. *Thesis vacillat. Cap. 20. In Hypothesi 1. Lutheri cum Diabolo colloquium à Pontificijs exagitatur. 2. Deinde Protestantium omnium moribus notam impietatis aspergunt. Cap. 21. 22. In altera Hypothesi vita Institutorum Ordinum Dominicorum &c. & Iesuitarum, ipsorum Pontificum, & totius corporis Ecclesiæ Romanæ Pontificiorum penicillis depicta proponitur. Cap. 23.*

Vndecima Nota, Gloria Miraculorũ. *Thesis improbatur. cap. 25. Hypothesis prima inique à Protestantibus exigitur. Cap. 25. Et Lutherum ac Caluinum tale quid tentasse fingitur. Cap. 26. Hypothesis altera docet hoc Charisma iamdiu Ecclesiæ Romanæ, defuisse: vbi probatur Miracula, quæ Xauerio olim, aut nunc Iesuitis alijs tribuunt, fidem nullam esse habendam. Cap. 27.*

Duodecima Nota *est* Lumen Propheticum. *Eodem ordine & modo nec Protestantes Prophetæ falsi; nec Pontificij veri. cap. 29.*

Decima tertia. Confessio Aduersariorum. *De* Doctrina, *de* Vita *laudes Aduersantium. cap. 31.*

Decima quarta, Infelix Exitus Patronorum. *Quæstio* Repentinæ mortis *distinctione dissoluitur. cap. 33.*

Nota vltima, fœlicitas temporalis, *quæ nec Protestantium causa obest, & ipsis Pontificijs infelicitèr succedit. cap. 37.*

Nota *quam Protestantes tenent*, Vera verbi prædicatio, atque receptio. *cap. 38. & deinceps.*

Luc. 2. Proficiebat Sapientia. Pag. 163
Luc. 7. 30. Pharisæi & Legisperiti consilium Dei spreuerunt in seipsos non baptizati ab eo. Pag. 376
Vers. 11. Venit Ioannes neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis dæmonium habet. ibid.
Ioh. 10. Oues meæ vocem meam audiunt. 4
Ioh. 10. 18. Ego ponam animam meam. 156
Rom. 11. Nescuis quomodo Elias dixit. Ego solus. 33
1. *Cor.* 15. 12. Si Christus prædicatur, quòd resurrexerit à mortuis, quid est quod quidam dicunt in vobis resurrectionem mortuorum non esse. 428
Gal. 1. 7. Sunt aliqui qui vos conturbant. 428
Phil. 2. Propter quod exaltauit eum Deus. 173
2. *Thess.* 2. Nisi venerit discessio. 39
1. *Tim.* 2. Vnus Deus vnus est Mediator Dei ac hominis, Homo Christus Iesus. 155
Heb. 11. Fides est non apparentium. 11
1. *Pet.* 3. Archa Noë. 9
1. *Ioh.* 2. Ex nobis exierunt. 8
Apoc. 12. Adorabunt bestiam. 4
Apoc. 9. Quintus Angelus. 360
Apoc. 17. Ciuitas supra septem montes. 421
Apoc. 18. Babylon cecidit. ibid.

APOLOGIÆ
CATHOLICÆ
pars prima.



Ontroversiarum omnium, quæ iamdiù Ecclesiam Christi exercuerunt, difficillima ea est, qua Ecclesiã ipsam definimus, cuius Quæstionis capita præcipua sunt duo: primum de Ecclesiæ Indice, & Notis, Alterum de eius Regula & Iudice disceptat. Vtrumq; duce bona Conscientia, Comite Modestia, per dei gratiam, ex Pontificiorum ipsorum non contortis aut coactis, sed disertis, & enucleatis suffragijs facilè expediemus. Primum caput hic Tomus primus præstat, secundum verò promittit in Tomo secundo absoluendum.

Hæc Quæstio de notis Ecclesiæ partes duas complectitur, quarum prior notas, quas Pontificij vrgent, posterior, quas Protestantes exhibent, discutit, atque definit. Primùm (nè verbi ambiguitas nobis imponat) à distinctione auspicabimur visibilis, & Inuisibilis Ecclesiæ.

Caput I.

Status Quæstionis.

DOcet Caluinus Ecclesiam constare ex solis Prædestinatis, & veram Ecclesiam à solo deo cognosci, [a] quia

[a] *Bellarminus lib. 3. de Eccles. Milit. Cap. 12. §. quinta Sententia.*

quia conſtat ex numero eorum, qui ſunt Electi. Præterea docet quandam eſſe Eccleſiam externam, in qua ſunt boni & mali. [b] Auguſtana confeſsio dicit, veram Eccleſiam, quæ eſt Congregatio Sanctorum, non eſſe viſibilem, ſed tantum fidei oculis cerni: Alteram externam eſſe, nempe, Congregationem hominum conuenientium in doctrina fidei, & vſu Sacramentorum, & ita in hac bonos, & malos inueniri. [c] Noſtra ſententia eſt Eccleſiam vnam eſſe, non duas. [d] Et hanc viſibilem eſſe & palpabilem, vt eſt regnum Galliæ: nec requiri internas virtutes, vt Quis ſit pars huius Eccleſiæ; ſed tantum externam profeſsionem fidei, & Sacramentorum ſufficere. *Quæſtio igitur eſt, vtrum Eccleſia ea, quam nos in Symbolo* vnam, verè Sanctam, & Catholicam *eſſe credimus & profitemur, omninò inuiſibilis ſit, & à viſibili omni Eccleſia neceſſariò diſtincta. Proteſtantes aiunt, Pontificij negant. Noſtrum eſt Proteſtantium defenſionem, Pontificiorum ipſorum confeſſionibus, & antiquorum Patrum ſuffragijs aſtruere: Confeſſiones Pontificiæ partim Scripturarum teſtimonijs, partim lumine rationis nituntur.*

[b] *Ibi Ieu. § Secundò docet.*

[c] *Ibid. §. Noſtra.*

[d] *Ibidem in fine Cap.*

1. *Sacra Oracula conſulamus.*

Aduerſarius. [a] Non vnum locum Caluinus proferre potuit, vbi nomen Eccleſiæ tribuitur Congregationi Inuiſibili Electorum. [f] Nullo loco Scripturæ in hac ſignificatione vſurpatur. *Ecce verò loca quinq;, & quidem illuſtria, quibus ſola Eccleſia Prædeſtinatorum, luculenter depingitur. Primus eſt Rom.* 8. Quos vocauit, hos iuſtificauit: quos iuſtificauit, hos glorificauit. [g] Eccleſia dicitur ab ἐκκαλέω euoco: quia, qui ad Eccleſiam pertinent, Dei vocatione præueniuntur. Vt ad Rom. 8. Quos vocauit. *agit itaq; propriè de Eccleſia, quali tandem? an non tantum Prædeſtinatorum?* [h] Apoſtolus hoc in loco eleganti quadã gradatione probat nihil poſſe ELECTIS accidere, quod eorum interuertat, & perdat ſalutẽ. [i] PRAEDESTINATOS Deus vocauit in tempore; Vocatos iuſtificauit à peccatis, Iuſtificatos glorificauit,

[a] *Bellar ibid. Cap.* 12.

[f] *Coſterus Ieſuita Apolog. part.* 3. *Cap.* 11. *Locus primus.*

[g] *Rom.* 8.

[g] *Bellar. ibid. cap.* 1. §. *Venio.*

[h] *Pererius Ieſuita Com. in* 10.

[i] *Tolletus Ieſuita Com. in hunc locum.*

Aduocatus.

ficauit, & ad regnum cœleſte perduxit. [a] Sic intepretatur hunc locum * Auguſtinus. : Diabolus, inquit, ligatus eſt, ſeducere Eccleſiam non poſsit, An ſolutus poſsit? Abſit, nunquam enim ſeducetur ab illo Eccleſia PRAEDESTINATA, de qua * Paulus : Firmum ſtat fundamentum Dei, habens hoc ſignaculum (*quoadnos Inuiſibilis eſt*) DEVS nouit qui ſunt eius. *Sequitur locus Secundus* * Epheſ. 5. 27. Chriſtus dilexit Eccleſiam ſuam, mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet eam ſibi glorioſam, non habentem maculam, aut rugam, &c. *& vnrſus.* * Nemo odit carnem ſuam, ſed fouet eam, vt Chriſtus Eccleſiam, quia membra ſumus ex carne eius, & ex oſsibus eius. *Aduocat.*

[1] Id eſt, vt exhiberet Sponſam ſuam Eccleſiam immaculatam, hic per gratiam, & in futuro per gloriam. [m] Eſt enim arctiſsima conjunctio inter Chriſtum & nos, vt in verbis proximis oſtenditur, MEMBRA ſumus ex carne ejus, & ex oſsibus ejus. *Noſne vt homines reprobos & omni ſcelerum turpitudine conſpurcatos, quos Spiritus ſanctus porcis & canibus turpiſſimis propter execrandam morum fœditatem aſſimulat, cum verè Fidelibus, ſeu natiuis Chriſti oſſibus, & ſacratiſſima eius Sponſa, tanquam cum homine bellua, copulemus? Locus tertius.* * Math. 16. Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam : & portæ Inferorum, non prævalebunt aduerſus eam. *quibus verbis vos per* Petram [o] Papam *ſemper veſtrum vultis, per Eccleſiam quoq;* Romanam veſtram *viſibilem non adumbrari modo, verumetiam propemodũ demonſtrari. at Aduocatus.* [p] Senſus eſt, regnum Diaboli regno Chriſti infeſtum eſſe, hoc variis modis ab illo oppugnari, nunc per blanditias & voluptates, nunc per perſecutiones, & falſa dogmata, nunquam verò Diabolum prævaliturum aduerſus eam. *aduerſus quam? viſibilemne?* [q] Aduerſus Eccleſiam quæ conſtat ex congregatione FIDELIVM, vna fide, ſpe, & CHARITATE. [r] Non loquitur de Eccleſia ſicut communiter ſumitur pro his qui Chriſtiani dicuntur, ſiue boni ſint, ſiue mali, ſed de Eccleſia ſecundum Spiritum, quæ SOLOS ELECTOS complectitur. *Id quod Parabola*

[a] *Epiſcopus Eſpenſius Com. in 2. Tim. 2.*
* *Lib. 18. de Ciuit. cap. 51. & lib. 20. cap. 18.*
* *2. Tim. 2.*
Locus ſecundus.
* *Epheſ. 5 27.*
* *Ibid. ver. 29.*
[l] *Aquinas Cõ. in eum locum.*
[m] *Suarez Ieſuita Tom. 3. in Thom. q. 57. Art. 1. §. 3.*
Locus tertius.
* *Math. 16. 18.*
[o] *Coſterus Ieſuita Apolog. part 3. cap. 1.*
[p] *Lanſenius Concord: in hunc locum.*
[q] *Cardinalis Cajetanus in eundem.*
[r] *Feuardentius in Math. 16.*

rabola illuſtrat: [a] Luc. 6. Qui audit & facit, ſimilis eſt homini, qui ædificat domũ ſuam ſuper Petram, inundatione facta non poſſit moueri, quia fundata eſt ſupra Petram. [b] Super PETRAM ædificat qui ædificat ſuper Chriſtum, NVLLA TENTATIONE SVPERATVR, vt B. Paulus triumphãs, Quis, inquit, ſeparabit me à charitate Chriſti: an tribulatio? *Impij vero, qui in Eccleſia viſibili graſſantur, nulli non carnis libidini indulgent, omni tentationi, tanquam tempeſtati, cedunt, & planè ſuccumbunt: quomodo igitur non præualebit aduerſus eos Infernum; quibus iam Satan, ceu propijs ſuis mancipijs præeſt, ac dominatur? Locus quartus:* [c] Ioh. 10. Oues meæ vocem meam audiunt, cognoſco meas, cognoſcor ab ijs. *Aduerſ.* [d] Non poſſum hoc in loco eorum opinionem admittere, qui per Oues ſolos Prædeſtinatos interpretantur: *quidni? Aduocat.* [e] Auguſtinus & Beda ſic hunc locum expoſuerunt. *ſed tu hic horum autoritatem (vt quoties veſtris placitis aduerſatur) flocci facis, quamuis admittendam omnino.* [f] Eſt enim animaduertendum, quamuis generaliter ſint, Oues Chriſti, qui in Chriſtum credunt, tamen particulariter hic Chriſtus loquitur de PRAEDESTINATIS atque Electis, qui oues in æternum ſunt futuræ. *certum nè hoc eſt?* [g] Loqitur Chriſtus TANTVM de Electis; qui perſeuerantèr audiunt. *Locus vltimus:* [h] Mulier fugiet in deſertum, & Cap. 13. Adorabunt beſtiam omnes, quorum nomina non ſunt ſcripta in libro vitæ: [i] Quibus verbis oſtenditur Eccleſiam tempore Antichriſti conſtare TANTVM ex PRAEDESTINATIS.

[a] *Luc. 6. 46.*

[b] *Stella in Lucan.*

Locus quartus.

[c] *Ioh. 10. 13. 14*

[d] *Maldonatus in hunc locum.*

[e] *Idem ibidem.*

[f] *Tolletus Ieſuita Com. in eandem.*

[g] *Bellar. lib 4 de Eccleſ Milit. cap. 2.*

Locus quintus.

[h] *Apoc. 12. 13.*

[i] *Ribera Ieſuita Com. in eum locum.*

CAPVT II.

PRoteſtantium aſſertio quatuor Pontificiorum rationibus comprobatur.

Ratio I.

Eccleſia Catholica, quam credimus, ea eſt, [a] Extra quam (ſicut extra Noë archam) nulla omninò ſalus Mortalibus competit. *at extra Catholicam veſtram viſibilem, quam ſolam eſſe*

[a] *Catecheſis Auſtriaca Ieſuitarum, de Symbolo, & Bellar. infra in cap. 8.*

eſſe contenditis, poſiti Chriſtiani multi ſaluantur, ergo alia Catholica Inuiſibilis eſt agnoſcenda. Maiorem dediſtis, Minorem in triplici exemplo daturi, Catechumenorum, Excommunicatorum, Schiſmaticorum.

De Catechumenis.

Exemplum primum.

Aduerſarius. [b] Catechumeni nondum baptizati, cum non ſint participes Sacramentorum, ex Eccleſia (quam definimus) excluduntur. *non pereunt tamen, Aduocat.* [c] Autor libri de Eccleſ. dog. apertè dicit Catechumenos nō ſaluari: hoc nimis DVRVM DICTVM videtur. certè Ambroſius in Orat. de obitu Valent. diſertè affirmat Catechumenos poſſe SALVARI. [d] Huiuſmodi ſi obeant abſq; Baptiſmo, tamen cum cōtritione & voto Baptiſmi SALVANTVR. *quod exemplo veteris Teſtamenti confirmatur adhuc luculentius.* [e] Gentiles fideles, vt Iob, Nahamā, & alij, qui fide TANTVN cum Eccleſia Dei coniungebantur, ſoli, fateor, Eccleſiam conſtituebant, qui Profeſſatione vnius fidei congregati erant, ſiue ea per Sacrificia, ſiue alio modo fieret, in vnum Deum Creatorem cœli, & terrę. *Ergo Eccleſia filij ex communione viſibilis Eccleſiæ non ſunt proprie & neceſſario diiudicandi. Exemplum ſecundum, Excommunicatorum. Aduerſarius.* [f] Excommunicati, licet Pœnitentes fuerint, tamen antequam abſoluantur, ſunt extra Eccleſiam. *quam Eccleſiam vis? an etiam viſibilem? omninò. num igitur eos extra Catholicam eam ponis, extra quam nulla ſperanda eſt ſalus? Aduocatus.* [g] Non ſunt Excommunicati iſti in Eccleſia, quoad externam communionem, ſed ſunt in Eccleſia ANIMO, & DESIDERIO quod ijs SVFFICIET AD SALVTEM: *quod & nobis pariter ſufficiat ad te refellendum: nam animum & deſiderium ſolus καρδιογνώστης nouit: ſunt igitur membra inuiſibilia, adeoq; Inuiſibilis Eccleſia: nam dum alterum membrum ponis Eccleſiæ viſibilis, in quo actualiter non ſunt, alterum Inuiſibilis membrum, in quo ſunt, ſupponas neceſſe eſt. Exemplum tertium Schiſmaticorum. Aduerſarius.*

Exemplum ſecundum.

Exemplum tertium.

[b] *Bellar. lib. 3. de Eccleſ. Milit. cap. 2. §. Noſtra & cap. 6. in principio.*

[c] *Bellar. ibid. cap. 3. §. Denique.*

[d] *Tolletus Ieſuita, lib. 2. Inſtruct. Sacerd. cap. 21. in fine.*

[e] *Bellar. quo ſupra cap. 10. § Obijciunt. quarto.*

[f] *Bellar. lib. 3. cap. 2. & 6. in principio.*

[g] *Bellar. cap. 6. §. At contra.*

[h] *Ibidem.*
[i] *Doctor Glorianus lib. de Schismate. pag. 181.*

[h] Schismatici omnes ex Ecclesia excluduntur. *quid? ita vt semper sit de eorum salute desperandũ? Aduocatus.* [i] In Schismate simplici, quod sine vlla deprauatâ doctrina fit, ita vt ambiguum sit à quo Schisma fiat, antequã legitime iudicetur, dubium non est, quin eius sectatores ad Ecclesiam pertineant, vt Gerson tenet. *Potest hûc referri Exemplum quartum Impiorum Christianorũ: quod ratio subsequens suppediat.*

CAPVT III.

Ratio II.

MVlti sunt in Ecclesia visibili, qui cum Ecclesia Catholica cognationis nihil habent, ergo Inuisibilis aliqua extra quam sunt, admitti debet diuersa ab ea, in qua versantur. Antecedens probatur exemplis (heu) nimis multis eorum, qui dum externam Ecclesia communionem colunt, Satanæ tyrannidi inseruiunt. Aduersarius. [a] Sic Protestantes argumentantur: Impij, qui externam Ecclesiæ professionem amplectuntur, cum sint & fide, & charitate destituti, non sunt vera membra Ecclesiæ Catholicæ: quia, inquiunt, membrum mortuum non est membrum nisi æquiuocè. Dico illos esse membra Ecclesiæ Catholicæ vera, quamuis non viua. *hæc tu de Impijs: quid porro?* [b] Etiam Hæretici occulti, nondum per obstinaciam ab Ecclesia separati, non tam Hæretici, quàm errantes censendi sunt, & sunt in Ecclesia. *quid tandem?* [c] Etiam ex indelebili charactere cognoscuntur in Inferno, qui fuerunt membra Christi. [d] Potest Christus habere membra damnanda. *qua vestra de impijs, hæreticis, reprobis sententia, Doctoribus vestris non reprobanda modo, verum etiam execranda videtur. Aduocatus.* [e] Impios Christianos non esse, nisi ÆQVIVOCE membra Ecclesię cõcedi solet à multis: ita cardinalis de Turrecremata, vbi id probat ex Alexandro de Ales: Hugone, & Thoma: Idem etiam docent Petrus de Soto, Melchior Canus, & alij: docent illiquidem Reprobos ad Ecclesiam pertinere tanquam vngues, humores, pili, & alij, quæ NON SVNT MEMBRA. *sic*

[a] *Bellar. lib. 3. de Eccles. Milit. cap. 9. §. Ad vltimum.*

An Impij sint membra Christi.

[b] *Cap. 4 § Secundo Obiciebant.*
[c] *Ibidem. §. Vltima.*
[d] *Costerus Iesuita Apolog. cap. 1 part. 3.*
[e] *Bellar. quo supra § Ad Vltimum.*

ſic Doctores tui, quid tu tandem? Aduerſarius. [f] At ſi ſic eſſet, ſequeretur Papam malum non eſſe caput Eccleſiæ. *eia quàm argute? nè Papa, etiam* Malus *non ſit Eccleſiæ caput, quinùs vel ſceleratiſſimus erit* verum membrum *Chriſti. hoc tuum commentum Schola vetus exploſit, tu vnus* multis *repugnas: iam ab vno ordinis tui Theologo primario refutandus. Aduocatus.* [g] Vt phlegma, pituita, ſanies, ſalſa, ſanguis abundans VIVENTIS hominis NEQVE MEMBRVM ſunt, NEQVE PARTES, & tamen non ſunt extra corpus: Ita Impij ad SVPERFLVOS humores referuntur, qui ſuo tempore, vbi maturi fuerint, cum ſtercoribus egeruntur. *iam clauum turrim clauo expellam, ſed ſuo. Si* (inquis) Papa malus non eſt verum membrum Chriſti, non eſt verum caput Eccleſiæ: *at Ieſuita Coſterus negauit Impium quemuis eſſe* membrũ Chriſti; *proinde cuiuis promptum erit concludere: Papa &c. hic ſi voce Eccleſiæ, viſibilẽ intelligũ, va Capiti tuo: Papa enim malus non erit Caput Eccleſiæ: ſin Inuiſibilem, va cauſa tuæ, ſequetur enim Eccleſiam, quam in Symbolo profitemur, non eſſe viſibilem. quanquam non quid doceat quis, ſed quid demonſtret ſpectandum eſt. Aduerſarius.* [h] Vt in corpore, inquiunt, naturali, de quo Apoſtolus: Nemo odit carnem ſuam, Epheſ. 5. ergo nullum verum Chriſti membrum poſſit perire. Reprobi itaque non ſunt membra Chriſti: Reſpondeo. Similitudines non conuenire in omnibus. [i] Sed dicunt Chriſtum in veris membris ſuis operari. Reſpondeo, non eſſe neceſſe, vt Chriſtus in omnibus operetur, aliqua enim ſunt mortua & arida. Poſſit igitur idem eſſe membrum Chriſti, quoad profeſsionem externam: & membrum Diaboli, quoad morum prauitatem. *ain'? etiam vniuocè idem?* [k] Verum membrum etiamſi non viuum. *multum diuersè nos Spiritus ſanctus inſtituit. Aduocatus.* [l] Ex hoc loco pius Doctor Hugo (alludens ad corpus humanum, cui EST SIMILE corpus Eccleſiæ) dicit, qui non habet Spiritum Chriſti, non eſſe Chriſti membrum: NIHIL in hoc corpore MORTVVM, NIHIL EXTRA CORPVS VIVVM. Verum eſt, ſi enim Chriſtiani IVSTI in membris

[f] *Bellar. quo ſupra.*

[g] *Coſterus Ieſuita Apolog. part. 1. cap. 12. §. Et Hugo.*

[h] *Bellar. quo ſupra §. Argumentum 4.*

[i] *Cap 9. §. Vltima.*

[k] *Idem ibidem cap 4. § Secundo obiiciunt.*

[l] *Coſterus Ieſuita quo ſupra.*

SOLI

Solis habeantur, non mirum: tum quia in illis Solis est Spiritus sanctus, sicut scriptum est: Qui spiritum Christi non habet, is non est eius. tum quia omnia ad Illorvm commoda referuntur, dicente Apostolo: Omnia sustineo propter Electos. *quin etiam ne hic vnus Aduocatus vnicus esse videatur:* [a] Christiani non sunt, qui non Vivam Christi Fidem habent. *in hoc enim similitudinis huius ratio potissimum consistit, vt ostendat vera Christi membra non posse penitus perire.* [b] In [c]Eph. 5. Nemo carnem suam odit: Et Christus diligit Ecclesiam vt corpus suum: patet per effectum; quia probatio dilectionis, est exhibitio operis; quatenus igitur quis carnem suam, tantum Christus Ecclesiam. [d] Vt Ioh. 6. Resuscitabo eos in nouissimis: id est: quæ sunt membra Christi Cvm Christo capite resvrgent. *vel.* [e] Vt in Ephes. 5. vir est caput vxoris, & Christus Ecclesiæ, & Saluator corporis sui: id est; vt vir cum vxore, ita tenetur Christus remouere omne malum ab Ecclesia. *Itaq; non aliter reprobis cum Christo, quam saluti cum damnatione conuenit. hæc de Reprobis, nunc de Hæreticis disseremus. Aduersarius.* [f] Hæretici occulti non tam hæretici, quam errantes censeri debent. *dilutum hoc est, quod de Hæreticis Philosopharis, non enim is solus, qui Hæresin palam profert, atq; promulgat. sed Aduocatus.* Hæreticus est quisquis à fide Catholica Qvomodo libet recedit, inquit Thomas, eidem subscribit Occam. *nec immerito quia: sed tibi prius obijcienti occurremus.*

[a] *Tolletus Iesuita Com. in Rom. 8.*

[b] *Aquinas in hunc locum.*

[c] *Ephes. 5.*

[d] *Maldonatus Iesuita Com. in Ioh. 16.*

[e] *Bellar. quo supra. cap. 14. §. Respondet Caluinus.*

[f] *Bellar. supra.*

[g] *Alphonsus de Castro. lib 1. aduersus Hæres. cap. 9.*

Obiectionis solutio.

Aduersarius. [h] Sententia nostra demonstrari possit ex 1. [i] Ioh. 2. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum: loquitur de Hæreticis, qui si non animo & voluntate, tamen externa professione erant Catholici, & postquam proruperunt in apertum schisma, desierunt modis omnibus esse ex nobis. *quasi verò nulli esse possint larvati Hæretici. Aduocatus.*

[h] *Bellar. quo supra §. At primum.*

[i] *1. Ioh 2.*

[h]Hæretici,

[a] Hæretici, qui in externa communione Sacramentorum, & profeſsione perſiſtunt, in conſpectu DEI AB ECCLESIA SEPARANTVR, ET REIPSA, ET PROPRIE domus Dei finibus exterminantur. *non igitur verè iſti, ſed nomine tenus de Eccleſia cenſendi ſunt: quod loco non diſſimili demonſtrabimus,* [b] Ioh. 17. Vos non eſtis de mundo, &c. *quid ex his, inquies? attende.* [c] Aliud eſt eſſe de mundo, & in mundo. In mundo erant Apoſtoli, & Chriſtus, De mundo verò non fuerunt. IN mundo eſſe, eſt VISIBILITER in mundo conuerſari, & viuere. At DE mundo eſſe eſt mundi malitiam & incredulitatem amplecti. *ex hoc loco (quia* [d] Similis eſt alteri Iohannis: Non erant ex nobis, &c.) *diſcere potuiſti, tam hæreticos ſemper de Eccleſia, quam Apoſtolos de mundo, id eſt,* non Reipſa, *ſed æquinocè conſtitiſſe. tantum igitur abeſt vt hæreticos & reprobos corporis Chriſti myſtici partes veras eſſe concedamus, vt eos nè inter pilos quidem, ſed potius inter puſtulas, & ſtigmata, imo etiam vulnera, & peſtes numeremus.*

[a] *Colleg. Anglo-Rhem. Annot. in 2. Tim. 2.*

[b] *Ioh. 17 14.*

[c] *Tolletus Ieſuita Comm. in Ioh. 17.*

[d] *Caietanus Comm. in Ioh. 17.*

CAPVT. IIII.

Ratio III. quæ ex ſimilitudine multiplici emergit: { *Archæ, Membri, Sponſæ, Gregis, Filij.*

Similitudo Archæ.

ADuerſarius. [a] Archa Noë figura erat Eccleſiæ, vt ſicut extra Archam nemo ſaluari potuit, ita nec extra Eccleſiam. vt 1. Pet. 3. *aut de viſibili exponas oportet, aut de Inuiſibili: ſi hoc, eſt quod contendimus; ſin illud, eſt contra id quod contendiſti. nimirum.* [b] Extra Eccleſiam poſiti Catechumeni ſaluantur. *Reſponde.* [c] Reſpondeo hos deſiderio, & voto tantum eſſe in Eccleſia, id eſt, non actu, ſed potentia, ideò ſaluari. *at inſtant Proteſtantes & vrgent. Qui erant extra archam actu, vndis obruti peribant, etiamſi ſe in Archa cuſtodiri*

[a] *Bellar. ibid. cap. 7. §. Argumentum 2.*

[b] *Supra cap. 2. lit. c.*

[c] *Cap. 3. §. Vltima.*

ſtodiri vel votis ardentiſſimis exoptarunt. proinde in Eccleſia eſſe potentia, *non ſufficit ad ſalutem. Reſponde.* [d] Reſpondeo Similitudo non tenet in omnibus. [e] Sed in hoc quemadmodum in Archa ſaluabantur animalia munda, & immunda; ita in Eccleſia ſunt boni & mali. *Reſponſum dilutum, atque inſulſum. Petrus enim de hominibus pijs, non de brutis animalibus Similitudinem inſtituit. Aduocatus.* [f] Sicut Archa fuit de lignis leuigatis, & dolatis; ita Eccleſia conſtat de SANCTIS, per anguſtias & tribulationes afflictis: & ſicut Archa ex lignis IMPVTRIBILIBVS, ita Eccleſia cõſtat ex hominibus INCORRVPTIS: deinde in Archa pauci, ſci: octo animæ (inquit Petrus) ſaluabãtur; ex hoc ſignificatur paucitas SALVANDORVN: poſtremò ſicut multiplicatis vndis eleuabatur Archa, ſic per tribulationes creſcit Eccleſia. *impium vero erit Impios iſtos tuos* SANCTORVM, INCORRVPTORVM, SALVANDORVM *honorare elogijs. Denique (vt omnia in hac ſimilitudine rectè conſpirent) ſicut omnes olim in archa incluſi, ſaluabantur, ita quotquot in Catholica Eccleſia verè, conſtanterq; permanſerint, ſaluatos iri neceſſe eſt.*

[d] *Ibidem.*

[e] *Cap. 7. §. Argumentum ſecundum.*

[f] *Aquinas Comm. in eum locum.*

2. *Similitudo membri.*

3. *eſt Sponſa: de quibus* [*] *ſuprà cap. 3* [*].

4. *eſt Similitudo Gregis.*

[*] *Luc. 12.*

[g] *Janſenius Concord. in hunc locum.*

[*] *Suprà.*

[*] Luc. 12. Nolite timere puſille Grex. *Aduocatus.* [g] Puſillus reuera grex SANCTORVN CHRISTIANORVM, in comparatione eorum, qui ſuam profeſsionem deturpant. *hunc ſequitur nomen Gregis (quo ſignificatur Eccleſia) ad ſolum Fidelium, & Sanctorum cœtum pertinere: cui conuenit illud quod* [*] *ſuprà Ieſuita de* Ouili *Chriſti tradidit.*

5. *Similitudo Filij.*

Ex eo quod Eccleſia queri videtur in perſona Rachel. [*] Math. 2. Rachel plorans filios ſuos, & noluit, *id eſt, non potuit*, conſolari, quia non ſunt. *nam. Aduocatus.* Non ſunt filj, qui putantur eſſe, non ſunt Catholici, qui dicuntur tales, multi ſunt FALSI, FICTI, SIMVLATI Chriſtiani, qui nec

[*] *Math. 2.*

Catholici

Catholici, nec Chriſtiani, cum vtrunq; egregiè ſimulant, ſed politici ſunt. *quid, quæſo, aliud quam pictus homo, quilibet fictus, id eſt æquinoce, Chriſtianus? & vt paulo poſt, Stapletonus*, malus Chriſtianus, qui vitam turpiter & flagitioſe ducit, hic certe Chriſtiano nomine indignus eſt. *potius iuxta Bernardum* * Chriſtianus Antichriſtianus *appellandus.*

* *Lib. de Conſid. ad Eugenium.*

CAPVT. V.

Ratio quarta.

A*Duerſarius.* * Credimus (inquiunt) Eccleſiam Catholicam: ergo non videmus: quia * Heb. 11. Fides eſt rerum non apparentium. Reſpondeo: negatur Conſecutio: quia id quod videtur, credi etiam poſsit QVATENVS NON VIDETVR. * Thomas Chriſtum hominem videbat, credidit Deum eſſe: ita nos videmus hos homines qui ad Eccleſiam pertinent, credimus autem eos eſſe Eccleſiam Catholicam. *Quo tuo reſponſo Conſequutio ipſa maximè confirmatur. ſic enim inſurgo: Quicquid credo, quatenus id credo, inquis, non videtur, at Eccleſia, quatenus eſt verè Sancta & Catholica, non cerni, ſed credi poſſit aliquem enim aut fidem Catholicam vere & non ſimulatè profiteri; aut ſyncerè & non hypocriticè, & æquinocè ſanctum eſſe, ecquis tam κακοζηλωτος eſt, qui poſſit de fide ſtatuere? Deinde eadem eſt fidei & Spei ratio. at* * Rom. 8. Quod videt quis quid ſperat? *Aduocatus.* Rectè Caietanus: Duo ſunt in obiecto fidei conſideranda: quorum alterum eſt materiale, Res ipſa, quæ ſperatur, & ita res poſsit videri. alterum FORMALE, id eſt conſecutio & poſſeſsio rei, in quam tendit ſpes, quæ actu ſperanti non adeſt. & * Heb. 11. Credimus verbo creata eſſe ſecula, ‹ Mundum videmus, creatum eſſe credimus. *Sic igitur concludere licet: Quod propriè credimus, eſt formale obiectum fidei, adeoque inuiſibile, at credimus*, Eccleſiam Catholicam, *ergo eſt propriè Inuiſibilis. vnde eleganter veſter.* ‹ Vides non eſt fides. *hanc fidei prærogatiuam vel Thomæ infidelitas (quam obſernas) te docere potuit,*

* *Coſterus Ieſuita Emberid. Trull. de Eccleſia.*

* *Heb. 11.*

* *Ioh. 20. 29.*

* *Rom. 8. 24.*

b *Pererius Ieſuita Comm. in Rom. 8.*

* *Heb. 11. 2.*

‹ *Kibera Comment. in Heb. 11.*

d *Hugo de Sancto Victore.*

cui Christus: * Quia vidisti me Thoma credidisti, beati qui non viderunt & crediderunt. * Fidem Thomæ Christus laudat, modum, quo credidit, reprehendit, quod, euidentia rei victus, crediderit, quod, non tam sibi, quam oculis manibusq; suis credere voluisset. QVIA VIDISTI ME, id est, quia tetigisti, non crediturus vtique, nisi vidisses. at non debet, veluti tormentis, extorqueri fides, quæ eo plus habet meriti, quo minùs argumenti, ac rationis: hoc enim est FIDES, inquit Augustinus, Tract. 10. in Ioh. CREDERE QVOD NON VIDES.

* Ioh. 20.

* Maldonatus Iesuita Com. in hunc locum.

Obiectionis solutio.

Aduers. ‡ Ecclesia, quam Paulus persequebatur, vel erat vera Ecclesia, vel falsa: Si vera, tum Paulus, licet prædestinatus, non erat de Ecclesia, & multi Turcæ nondum vocati, etsi prædestinati, non sunt adhuc membra Christi; ergo Ecclesia catholica nō constat ex Prædestinatis, contra Lutheranos. *Nihil agis. Non enim absolutè ex Prædestinatis cōstare ecclesiam volunt: sed ex Prædestinatis iam efficaci gratia vocatis. tu verò te collige parumper, & ipsi tibi, rem accuratius pensitanti, attende. est enim, inquis, Notandum. Aduocatus.*

‡ Bellar. cap. 7. §. *Accedat quoque.*

‡ Notandum est, hominem posse esse filium & membrum Christi duobus modis: vno modo secundum Prædestinationem, alio modo secundum PRAESENTEM IVSTITIAM. hæc distinctio habetur apud Paulum. 2. Tim. 2. Nouit Deus qui sunt eius. & Rom. 8. Qui spiritum Dei non habet, is non est eius. ostendit eos qui sunt tantum secundum Prædestinationem filij, NON ACTV esse, sed potentia: Eos vero, qui sunt secundum præsentem iustitiam filij, ACTV ET SIMPLICITER ESSE. *Ecclesiam vero de ijs, qui actu vocantur, intelligi iam* * *suprà* conceſſeras. Ecclesia à Græco ἐκκλεῖω, euoco, deducitur, quia, qui sunt de Ecclesia, vocantur per verbum. ♭ Electi enim, & Prædestinati non sunt vera membra Christi, ANTEQVAM fide illuminentur. *ita tui argumenti nodum Herculeum,*

‡ Bellar. ibid. §. *Interest autem.*

* *Suprà.*

♭ *Costerus Iesuita Apolog. part. 3. cap. 12.*

scilicet

ſcilicet, diſtinctionis tuæ cuneo, vere perſpicuéq; diſſoluimus: namque mera Prædeſtinatio adeſſe rei actuale non facit, ſed Prædeſtinationis executio: neque enim quia ex Decreto Dei æterno ſequitur omnes ſemel mori, propterea omnes ſimul ſemperq; mori conſequetur. Poſtremo loco patroni noſtri patres antiqui ſunt ſalutandi, ne Antiquitatis patrocinio deſtituti eſſe videamur.

Patroni.

* Eccleſia eſt ouile Chriſti, Oues ſunt, quas nemo rapiet, habent enim nomina inſcripta in libro vitæ. *Templū Dei ex lapidibus viuis ædificatur, vbi verus eſt Iſrael: Cum Beatis ſumus vna Ciuitas, de qua dictum eſt in Pſal. 101. *Glorioſa dicta ſunt de te. *Electi ſunt Dei Eccleſia: Si hortus concluſus eſt, Sponſa Chriſti, Cant. 2. quæ eſt Eccleſia, patere ea profanis & alienis non poſſit. * Quid eſt Sponſa domini, niſi Congregatio Iuſtorum? * Vinea Domini eſt Eccleſia Prædeſtinatorum. *Siue igitur Eccleſiam Inuiſibilem á viſibili diſtinguamus, vt aliam, ſiue, vt aliter ſe habentem, diſtinctio ipſa in Eccleſia Catholica erit prorſus κατ' ὀλιγ. De diſtinctione Viſibilis & Inuiſibilis ſacris, ad eamſam iam propius accedamus.*

* *Auguſtinus Tract. 45. in Ioh. 10.*
* *Origines in Ioh. 26. & in Matth. 16.*
* *Hieronymus in Pſal. 101. Hom. 76.*
* *Cyprianus Epiſt. 76.*
* *Bernardus ſerm. 68. in Cant. & Serm. 62.*

De Eccleſiæ viſibilis Notis proprijs agamus.

CAPVT. VI.

Quæſtionis ſtatus.

*NOſtri (inquit Caluiniſta) diſtinctè affirmant, Eccleſiam ſtrictè acceptam, pro cœtu vocatorum, & electorum ad vitam æternam, nobis in his terris eſſe inuiſibilem: Alteram verò, ſignificatione, quæ latius notat cœlum vocatorum ad Euangelij profeſsionē externam, per Miniſtros verbi, ſi de particularibus Eccleſijs loquamur, eſſe viſibilem ſi de fide vniuerſali, & Catholica agitur, eam primò totam viſibilem fore aſſerimus poſtremo die: quod Chriſtus

* *Coſterus Ieſuita Apolog. parte. 3. cap. 11.*

ſtus loquitur de adeunda Eccleſia: Dic Eccleſię, id tantum de particularibus & viſibilibus externis coetibus intelligimus *recte: nam aliud eſt credere Eccleſiam, quod* Inuiſibilem *ſignificat: aliud credere Eccleſiæ, quod viſibilem deſignat: agite, de huius viſibilis Eccleſiæ notis & Characteribus inſignioribus diſſeramus, de quorum numero, & proprietate vtrinque vehementer ambigitur.*

De numero Notarum.

[b] *Poſſuanenſ. Ieſuitæ in Theſ. 11.*

Aduerſarius. [b] Proteſtantes alij Eccleſiæ ſymbola duo aſsignant: Alij tria: tertiam alij teſſeram addunt: Alij denique, his minimè cōtenti, quintam adhibent: *Scilicet; vt in Proteſtantes, tanquam homines inter ſe plurimum diſcordes, iocularitèr inſultetis: ipſi in aliena republica curioſi nimis, in veſtra planè peregrini. nam.* 1. *Proteſtantes non ita inter ſe diſſentiunt, vt reconciliari nequeant. Aduocatus.* [c] Lutherus ſeptem Eccleſiæ notas excogitauit, Proteſtantes alij illas ſeptem ad duas reuocant. 2°. *Ipſi vos Pontificij eſtis in maiori varietate, atque diſſentione conſtituti fieri non poteſt, quin aures noſtras demulceat tanta veſtra, tamque dulcis Harmonia?* [d] Ex recentioribus noſtris Theologis communiter quatuor Eccleſiæ notæ aſsignantur: Driedo, & Soto ponunt ſex: Medina decem ponit, addit etiam vndecimam: Sanderus duodecim: Nos quindecim proponemus: Quas, ſi quis velit, poſsit ad quatuor priores reuocare. *Sotus præcipue vnam concordiam, Horantius vnam ſucceſſionem, Catechiſmus Tridentinus duas, Valentianus, Coſterus, Stapletonus, tres hi, tantum tres. Recentiores Theologi quatuor, Driedo ſex, Medina decem, Sanderus duodecim, Bellarminus (nam hoc etiam malum --- vires acquirit eundo) notas quindecim conſinxit.*

[c] *Bellar. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 2. in principio & Coſterus Ieſuita Enchirid.*

[d] *Bellar. ibidem cap. 3. §. Ex recentioribus.*

De proprietate: primo quales Notas *Pontificij aſsignari cupiant.*

[e] *Bellar. cap. 5. §. Ad primum &c.*

Aduerſarius. [e] Notæ, quibus Eccleſia diſcernenda eſt, primo propiæ, non communes eſſe debent, NE QVI-

DEM

DEM OPINIONE ALIORVM. *id eſt, vt egointerpretor, fere nullæ.* Secundò, re ipſa, quam illuſtrant, notiores. Alioqui non notæ ſunt, ſed ignotæ. [f] Tertio ſunt inſeparabiles à vera Eccleſia. [g] Ex quibus non coniecturalem, ſed infallibilem certitudinem Eccleſiæ habere poſsimus. *veſtræ quales eſſe debent pulchrè deſcripſiſti; quales verò eſſe ſolent, Collega tuus graphicè depinxit:* [h] Hæ notæ, quas vrgemus, VNA SANCTA, CATHOLICA, & Apoſtolica, NON ſunt notæ Eccleſiæ SIGILLATIM, ſed coniunctim, quia fieri poſsit, & vna harum, & altera alijs conueniat. *Ergo eas, nec proprias, nec per ſe notiores, ſed ſeparabiles eſſe agnoſcitis: & teſſeras complures illas quidem, præcipuas verò quatuor aſſignatis, quas Proteſtantes, ſi adſint, non reijciunt: ſi abſint, non reſpicium. ſummam illi & ferè ſolam eſſentialem indiuiduam, perpetuamque Eccleſiæ notam vendicant Euangelicæ doctrinæ veritatem. Primò Pontificiorum notas notbas deleamus. Secundo locovera Proteſtantium ſymbola confirmabimus.*

[f] *Ibid. §. Tertio.*
[g] *Cap. 10. §. Sed.*
[h] *Valent. Ieſuita Analyſ. lib. 6. cap. 7.*

CAPVT VII.

Nota prima, Titulus Catholicæ Eccleſiæ.

ADuerſarius. [a] Nota prima eſt hoc nomen Catholica. [b] Catholica dicitur, id eſt vniuerſalis: 1° de vniuerſalitate doctrinæ, quam profitetur de Deo, Creaturis, Angelis, &c. Secundò de vniuerſalitate loci, quia per vniuerſum terrarum orbem diffuſa eſt. Tertiò, reſpectu temporis, quia ad finem mundi perſeuerabit. *Hæc nota ſpuria eſt, ſiue nomen ipſum, ſiuè etiam rationem nominis reſpicimus; ſi nomen, eſt nimis commune: quia Aduocat.* [c] Omnis HÆRESIS velit videri, & dici Catholica. *Ergo non eſt nota. ſiu rationem aliquam nominis. Primam examina, perequè Proteſtantiũ Eccleſia Catholica eſt, quorum eſt doctrina non minùs vniuerſalis, quam veſtra, ſi ſecundam Romana Catholica, nunquam fuit: quia.* [d] Vt Eccleſia eodem tempore TOTIVS orbis ditiones occupet, ne in hunc vſque diem fortaſſe contigit. *ſi denique Tertiam, tum Catholica nondum eſt magis, quam mundi*

[a] *Bellar. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 4.*
[b] *Valent. Ieſuita Analyſ. lib. 6. cap. 3.*
[c] *Bellar. quo ſupra in princip.*
[d] *Coſterus Ieſuita Enchirid. Tract. de Eccleſia. §. Poſtquam.*

[d] *Bellar. quo ſupra, cap. 4.*

mundi fines, ſed inſtas. Aduerſ. [d] Ex Auguſtino, & Cyrillo: etſi, inquiunt, omnis hæreſis Catholica dici velit, tamen cum in aliquam vrbem veneris, vbi variæ Sectæ conueniunt, quæraſque vbi ſit Eccleſia vera; Omnes Hæretici dicent ſe habere veram Eccleſiam. Sed petas inſuper vbi ſit Catholica; Nullus Hæreticus ſuam Eccleſiam oſtendit. hæc Cyrillus. hæc nota noſtram perinde demonſtrat. Et Paſianus dixit: Chriſtianus mihi nomen eſt, Catholicus cognomen. *vt omittam hoc argumentum, vel ipſis Authoribus, videri pompæ, quam pugnæ, aptius, nec tamen fuiſſe tunc prorſus ineptum, cum patres prius nomen Catholicæ cum re conuenire luculentis rationibus comprobáſſent: Reſpondeo ad Argumentum: nudam nominis appellationem, ſine etiam nominis rationem, duo ſophiſmata continere: vnum æquiuocationis: figuræ dictionis alterum. Aequiuocationis futilitatem primò appoſitione exemplorum, ſecundò argumenti retorſione oſtendemus.*

[e] *Ribera Ieſuita Comm. Apoc. A nomine ad rem non valet argumentum.*

[f] *Apoc. 3.*

[g] *Roffenſſ. aduerſ. Lutb. Art. 3.*

[h] *Poſſanenſes Ieſuita. Theſ. 4.*

[i] *Ioannes Ferus in Acta.*

Aduocatus. [e] De Eccleſia Sardicenſi dicit Spiritus: Scio opera tua, quia NOMEN habes, quod viuis, & mortua es. [f] Apoc. 3. Hæc erat mortua, cum tamen NOMEN HABERET, quod viueret, & OPINIONE SVA viua erat. & [g] Marcionitæ, & Valentiani SE Catholicos, & Orthodoxos DICI VOLVERVNT, cæteros Hæreticos appellabant: Nouatiani SE puros vocabant, cæteros omnes Impuros. *etiam* [h] Ariani Orthodoxos Homouſianos per contumeliam dixerunt: & Donatiſtæ etiam eos vocabant Traditores. *Denique* [i] Simon Magus VVLGO DICTVS erat Magna Dei potentia. Act. 8. Ita enim populum dementabat, vt quod Deo proprium eſt, in creaturam transferret. *Vides igitur argumentum à nomine ad rem, quam non modo ſemper puerile, verum etiam ſæpe perniciоſum ſit. quum præſertim nomina (quæ ſunt humani placiti, & ingenij fœtus) dignitatis & præſtantiæ, error quoque arrogare ſibi ſoleat, contumeliæ & infamiæ aliis affingere. Deinde hoc nomen Catholici commune eſſe Hæreticis dixti, quod (te fatente) tollet proprietatem Notæ* SALTEM OPINIONE IPSORVM. *Poſtremò hoc argumentum ſimili arte retorquebimus: Proteſtantes ab Eckio,*

Eckio, Ianſenio, Eſpenſæo, ſæpe Euangelici, & Reformatores *ſalutantur, quam ſerio, nihil laboro, certè quidem vſitate. attende. Si variæ Sectæ Francofurti conuenirent, & quæras vbi ſit vera Eccleſia: Omnes Hæretici dicerent ſe habere veram Eccleſiam. at cum inſuper petas vbi ſit Eccleſia Euangelica & Reformata, Omnes protinus ad Proteſtantium cœtum digitos intenderent: vera ne propterea Eccleſia Proteſtantium cenſeri debet an non? ſi dicis, cur non eos ſequeris? ſi negas, cur hoc Argumentũ perſequeris? vel faciamus hunc Ethnicum tuum Venetias accedere, vbi Græcos audio liberè ſuos conuentus agere, dubitaréq, vtris ſe adiungat, Romanenſibus, an Græcis; quid agit? Vtrique Antiquitatem iactabunt, iactabunt ſucceſſionem: proculdubio Græcis; quia Græcia primos radios Euangelij immittebat. Patronus.* Ex noſtris exortũ eſt Euangelij lumen, & in totum orbem egreſſum.* Noſtri Antiochæni primi nomina Chriſto dederunt, vt appellarentur Chriſtiani. *Aduocatus.* [k] In Hieruſalem primo fides prædicata eſt. *ſed, miſſis tuis argutijs, ad Patrum teſtimonia reſpondeo, ex ijs erudendam eſſe germanam huius nominis rationem, quod primò vſurpari à Patribus cœpit. aut ad diſtinguendam Eccleſiam Chriſtianorum à Synagoga Iudæorum, aliſque hæreticis, qui Eccleſiam vni loco affixam eſſe putarunt; vel tandem obtinuit, vt Hæreticos eos, qui ſacroſanctum myſterium Trinitatis ſceleratè negarunt, ab Orthodoxis diſtingueret: quod igitur commune eſt omnibus Orthodoxis, id vos, quaſi vobis proprium, temerè arrogatis: ijs vero detrahitis, qui nec Catholicæ Eccleſiæ ius vni loco aſtringunt, & Trinitatis hoſtibus acerbiſſimè aduerſantur. Aduocatus.* [l] Vt Eccleſia ſit Catholica inprimis requiritur, vt non excludat vlla tempora, loca, genera hominum, in quo diſtinguitur à Synagoga. Erat Eccleſia particularis, non Catholica quia erat alligata vni tempori, vſque ad Aduentum Chriſti: Et vni loco, id eſt, templo Salomonis. *Auguſtinus igitur erudite Donatiſtas hoc argumento refellebat. quia.* [m] Credebant Eccleſiam in Sola Africa remanſiſſe. [n] Se ſolos in Eccleſia fuiſſe prædicabant: cæteros omnes foras ab Eccleſia. *Nempe, ſoli Africæ ſua*

Græci antiquitatem nominis Romanis præripiunt.

* *Baſilius Epiſt. 70.*

* *Chryſoſt. Hom. ad populum Antioch.*

k *Coſterus Ieſuita Encherid. Troſt. de Summo Pont. Ob. 6.*

l *Bellar. quo ſupra. cap. 7. §. Sunt autem. Multiplex ratio nominis Catholici.*

m *Idem. cap. 9.*

n *Reffenſ. Art. 13.*

ſuæ eam alligatam eſſe voluerunt, ex fucata Scripturæ tranſlatione, interpretationeq́, decepti. * *Pſal.*18. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. * Id eſt, inquiunt Donatiſtæ, conſtituit Eccleſiam in Affrica, quæ erat totius mundi plaga meridiana. *Iniquè verò aduerſus Proteſtantes adducitur, qui huiuſmodi inſomnium abhominantur: verius in eos quadrat, qui vni Romanæ Cathedræ occidentali affixam eſſe profitentur. alteram rationem impoſitionis huius nominis Sozomenus tradit:* * Theodoſius, *inquit*, decreuit, vt illorum Eccleſia duntaxat Catholica diceretur, quæ TRINITATEM æquali honore coleret. *Deinde ſic diſputo: nomen Chriſtiani, & cognomen Catholici ſunt omnino ſynonyma probatur.* ‖ Qui Ariani, quique Marcionitæ vocantur, inquit Lactantius, CHRISTIANI eſſe deſierunt: & cum OMNES CHRISTIANI à Chriſto dicimur, inquit Anſelmus, exploſi ſunt Marcionitæ, qui à Marcione titulum acceperunt. *proinde (quod ad veritatem nominis attinet) aut* Cognomen Catholicorum *Proteſtantibus concedendum erit, aut nomen hoc* Chriſtianorum *pariter denegandum. Poſtremò Argumenti tui vim, ſi quæ eſt, Coſterus tuus infirmat.* ¶ Non quæritur quid cæteræ Eccleſiæ dicant, ſed quid VERE DICANT: Omnes hæretici affirmant apud ſe veram, & Catholicam fidem inuiolatam retineri; at, cum conſtet vnicam eſſe fidem, & vnicam Eccleſiam Catholicam, facile apparet, neq; omnes iſtos, ſed vnicum ex omnibus veram fidem profiteri, & NOMEN Eccleſiæ Catholicæ ſibi vendicare. *tu quæris, quod ille non* quærendum *eſſe rectè monuit. quotiesigitur, qui ſunt veri & Catholici Doctores, ambigitur; non nomen veritatis, ſed veritas nominis eruenda eſt. nunc à Theſi ad Hypotheſin deſcendamus: quam duplicem eſſe perſpicio; Altera Proteſtantes, Pontificios altera perſtringit.*

* *Senenſis Biblioth.*
* *Pſal.*18.
* *Sozomenes lib.*7. *cap.*4.
‖ *Bellar. quo ſuprà. cap.*7.
¶ *Coſterus Ieſuita Apol. part.*3. *cap.*7. §. *Non quæritur. Ieſuita Bellarmini Theſin teſtimonio ſuo ſubuertit.*
* *Bellar. cap.*4. §. *Hieronymus & hoc figmentum Ieſuitæ plerique omnes vrgent ſtremè. Valent. in Analyſi. Coſterus in Enchirid. Armandus in Epi*

CAPVT. VIII.

Hypotheſis duplex. prima.

Aduerſarius. * Proteſtantes, vt antiqui Hæretici ab Autoribus ſuis Marcionitæ, Valentiniani, Simoniani,

ita

ita ſuorum Autorum nomina induerunt: alij Luth erani, alij Caluniſtæ, alij Zuingliani dicuntur. Nos autem ab aliquo certo homine nemo vnquam vocauit: conſtat igitur noſtram Eccleſiam ſolam eſſe veram. *Reſpondebunt Proteſtantes: primò, nihil facilius eſt, quam Orthodoxos iſtiuſmodi honorarijs ornare elogijs. Aduocatus.* [b] Priſcis ſeculis Catholicæ fidei Propugnatores Baſilium, Nazianzenum, Ambroſium, Hieronymum, Auguſtinum hæretici, hæreticos Manichæos, Homouſianiſtas, Sabellianos, Baſilianiſtas appellabant. *Secundo, hoc, quod de Proteſtantibus commiſceris, magis mendacio tuo tribuendum eſt, quam Lutheri, aut Caluini merito. audi Reum.* [*] Sunt qui ſe Lutheranos eſſe gaudent: non ſic, ô fatue, non ſic, oro, vt meum nomen taceatur, & NEMO LVTHERANVS, ſed Chriſtianus appelletur. Quid eſt Lutherus? doctrina non eſt mea, neque pro vobis crucifixus fui. D. Paulus 1. Cor. 3. nolebat pati, vt Chriſtiani dicerentur à Paulo, ſed à Chriſto. Vnde itaque mihi fœtido vermium ſacco accederet, vt filij Chriſti à meo viliſsimo nomine denominarentur? Abſit! ô Amici! deleamus ſchiſmatica nomina, & denominetur Chriſtus, cuius doctrinam habemus. *audin' quam humiliter, & plane abiectè Lutherus de ſe ſcripſerit, quem tu non ſemel bipedum ſuperbiſſimum appellitas? tu vtinam tam abfuiſſes à malitia, quantum ille à ſuperbia. Reus dixit, nunc loquatur Aduocatus.* [c] Proteſtantes tenent Spiritum NON eſſe alligatum VLLIS EPISCOPIS, aut VLLI hominum generi: & Iohannes Caluinus omnium hominum, atque adeo ipſorum Conciliorum definitiones ad amuſsim Scripturarum examinari iubet: & Lutherus, non VLLI homini, inquit, commiſsum eſt, vt concludat aut conſtituat, quid ſit fides, & Brentius, non licet, inquit, CVIVSQVAM ſententiæ ita inhærere, vt eam ſine iudicio noſtro complectamur. *Itaque aut hæc non eſt Caluini & Lutheri ſententia, quam tu tam verè libereque agnoſcis; aut qui Caluinum & Lutherum duces ſequuntur, non ſunt propriè Caluiniſtæ, & Lutherani nuncupandi. Tertiò reſpondebunt, Theſin*

[b] *Lindanus Panopl. præfat. §. Quod inquiunt. Catholici ab Hæreticis hæretici ſalutantur.*

[*] *Lutherus T. 4. vol. Germ. fol. 4. Lutherus execratur nomina ſciſmatica, & Lutheranorum.*

[c] *Bellar. lib. 3. de verbo Dei. cap. 3. Proteſtantes non Caluini aut Lutheri, aut cuiſquam hominis autoritate nituntur.*

superiorem negando: neque enim omnes Hæretici ab aliquo certo Autore, sed multi ab hæresibus suis sua nomina acceperunt: probatur. [d] Surrexerunt Acephali, qui simul insurgebant: Nvllvs enim repertus est, qui eorum esset Princeps, & Magister. Isti vnam tantum, in Christo naturam esse dicebant. *Hæc ille. eiusdem farinæ alios Hæreticos recensuit, Alogianos, Ignoiètas Anthropomorphitas, Angelicos, Anabaptistas, Catharistas, quibus nulla persona, sed sua Hæreses nomina indiderunt. nunc calumniam istam in Aduersarios reijciamus.*

[d] *Alphonsus de Castro lib. 4. Tit. de Christo. Non omnes hæretici, ab autoribus suis nomina sua derivarunt.*

Caput IX.

Secunda Hypothesis.

Aduersarius. [a] Quod Protestantes, nos Papistas vocant, nomẽ à Papa deducitur, qualis fuit Petrus adde, quod non vocamur Papistæ, nisi à Calumnistis, & Lutheranis. *Bellarminum propemodum puduit nominis Papistæ, vtinam omnino, etiam Papismi: est autem, vbi illi arridet Papistæ titulus:* [b] Papista a Papa deducitur, verum est, nam & Petrus Papa fuit. *Nobis igitur probandum, nullam vnquam Sectam rectius à ducibus suis, quam Pontificios ipsos à Papa cognomen sumum hausisse: & esse hos, post hominum memoriam, nobilissimos Sectarios. Aduoc.* [c] Catholicus est, (inquit Lyrinensis) qui veræ fidei non præponit Cvivsqvam autoritatem. & Schismaticorũ apud Corinthios, 1. Cor. 3. alij dicebant, ego sum Pauli, ego Apoll. ego Cæphæ. Denique [d] Quotquot genuerunt Apostoli, inquit Augustinus in Psal. 44. eos non Paulinos, aut Petrianos, sed Christianos nominabant. *At (iam enim assumptionem aggrediemur) hæc est Pontificiorum professio.* [e] Catholicus est, qui est Vni Pastori Papæ subditus. [f] Cuius summi Pastoris voci Obsqvendvm est. [g] Quia in eo Spiritus veritatis residet. *Ex quibus concludo. Primò, Omnes Romanæ Ecclesiæ alumnos proprijssime* Papistas nominari: *quippe nulla Secta vnquam, ne Simoniana quidem, magis iurauit in verba Magistri.*

[a] *Bellar. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 4. §. At Heronymus An Papistæ titulus virtus pontificijs vere tribuatur.*

[b] *Idem alibi.*

[c] *Ederus Oeconom. Bibl. lib. 5. in Epilogo.*

[d] *Bellar. quo supra cap. 4.*

[d] *Beda in locum Apost.*

[e] *Bellar. lib. 3. de Eccles. Milit. cap. 2 §. Nostra.*

[f] *Stapletonus.*

[g] *Valent. Iesuita Analys. lib. 6. cap. 4.*

Magiſtri. Secundò: Eccleſia Romana non eſt Catholica; quia Catholica non eſt, quæ hominis autoritatem præponit, *vt ait Lyrinenſis, vel (vt Tertullianus)* quæ ædificat fidem ſuper perſonas: *vel, denique, populus (vt Auguſtinus)* qui ſe Petriani appellari volunt. *Nam ſi Petrianos à Petro dici nefas; à Papa* Papiſtas *fas erit? Imo papiſmi articulo, (de infallibili iudicio Papæ) nullum vnquam monſtrum Eccleſia iamdiu contigit deformius, aut luctuoſius; quem Papiſmum Eraſmus ſæpè appellat palliatam tyrannidem. De his plura in Nota 7. nunc Patronos ſaluterimus.*

Patres.

*POSTREMO tenet me in Eccleſiæ ipſum Catholicæ nomen, quia non ſine cauſa inter tam multas hæreſes iſta ſola Eccleſia hoc nomen obtinuit. *Bellarminus hanc notam primam, & quaſi palmariam, Auguſtinus verò eam poſtremam facit, & (vt ita dicam) ancillariam. Pergit enim:* *Quod ſi fortè aliquid apertiſsimum de Manichæi apoſtolatu in EVANGELIO inuenire poteris, INFIRMABIS mihi CATHOLICORVM autoritatem, qui iubent, vt non credam: cui cùm credo, non inuenio quomodò poſsim etiam tibi credere. *Hac enim Catholici nota, fieri poſſit larua Hæretici.* * NEC CATHOLICIS Epiſcopis CREDENDVM, ſiquidem fortè falluntur, vt contra Scripturas Canonicas aliquid ſentiant. *Quid ergo?* *Si videris hominem Chriſtianum, conſidera, ſi Confeſsio eius conueniat CVM SCRIPTVRIS: ſi ſic; TVM VERVS EST CHRISTIANVS. *Ergo cognomen viri Catholici ex Scripturarum luce illuſtrandum eſt. Poſtremò vobis Catholica inuolutam amphiboliam explicabimus. Aduocat.* [b] Epiſtola Iacobi Catholica dicitur, id eſt, Vniuerſalis: vt enim Epiſtola ad Romanos Græcis etiam vtilis erat, ſic hæc, Iudæis dicata, vniuerſos Chriſtianos inſtruit. *Deinde Patronus.* *Sicut vniuerſa terra ex multis terris, ſic vniuerſa Eccleſia ex multis Eccleſijs conſtat. *Si igitur Eccleſiam Catholicam exponas,*

* *Auguſt. lib. contra Epiſtolam Fundamenti cap. 4. & 5.*
* *Idem ibid.*
* *Auguſt. de Vtil. Eccleſ. cap 10.*
* *Chryſoſt. Hom. in Matth. 7.*
[b] *Venardentius in Præf. in Epiſt Iacobi §. Scribit.*
* *Auguſt. lib. de Ciuit. cap 12.*

vt ille Iacobi Epiſtolam Catholicam, quia Doctrinam continet, quæ ad vniuerſos pertinet, ſic quæuis Orthodoxa Eccleſia particularis Catholica dici debet: ſin (ſic Auguſtinus de terra) vt vniuerſas alias in ſe complectatur: ſic Romana Catholica dici non magis, quam vna vniuerſa dici poſſit. Poſtremò, vt vos conſtrictos teneam, ex veſtris principijs deducto dilemmate probo, Romanam veſtram non poſſe dici propriè Catholicam.

[1] *Bellar. lib. 1. de Sacram. in Gen. cap. 27. §. Petes.*

[1] Vt quis verè baptizetur, neceſſe eſt, vt intendat Miniſter facere, quod facit Eccleſia Romana: Imo verus eſt Baptiſmus, etiamſi intendat non facere, quod Eccleſia Romana facit: ſufficit intendere facere, quod facit Eccleſia Catholica. *Hæc intentio Miniſtri, qua diſtinguitur Romana à Catholica, vel recta eſt, vel falſa: ſi falſa, cur eam neceſſariam facis, ſine qua nullus eſt verus Baptiſmus? ſin recta, quo iure vos Romanam, & Catholicam confunditis? de quo* * *mox plura.*

* *Infra in nota 4. & 7.*

CAPVT X.

Nota ſecunda, Antiquitas.

Status Quæſtionis.

[a] *Bellar. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 5. in princip.*

[a] SIne dubio vera Eccleſia antiquior eſt quam falſa: vt Deus Diabolo, Semen Zizanijs. *Proteſtantes diſtinguunt: Antiquitas vel nuda proponitur, vel veritatis patrocinio munita: ſi illud, fucum: ſin hoc, fidem facit. neque enim tam veritas Antiquitatis, quam antiquitas veritatis perſuadere Catholicis debet. vos igitur (inquient Proteſtantes) nobis doctrinæ antiquitatem oſtendite, & in veſtris poſtulatis acquieſcemus.*

De Theſi. An Eccleſia ſemper Antiqua.

[b] *Bellar. quo ſupra cap. 4.*

Aduerſarius. [b] Noſtra Eccleſia, quam Aduerſarij noſtri Papiſticam vocant, eſt antiquiſsima: Ergo vera. *In huius notæ prædicatione multa peccas. Primò, quia etiamſi ſit hæc conſequentia veriſſima, non fuit tamen hæc perpetua nota Eccleſiæ, nam*

nam ſi non fuiſſet recens, quid nunc eſſet vetus? *vt cecinit Horatius. at Eccleſia Catholica noua fuit. Admocatus.* Chriſtiana Religio, IAM RECENS NATA, mox oppugnata erat à Scribis & Phariſæis: deinde ſumma vi etiam a Gentibus. & Chriſtiana Religionis Autor & tempus quando COEPIT poſsit aſsignari: nimirum, prædicari anno 15. Tiberij Cæſaris. *Agnoſcis igitur infantiam antiquæ Eccleſiæ. Secundò, Samaritani contra veros cultores Iudæos, Pagani, atque etiam Iudei contra Chriſtum, & Chriſtianos eandem Antiquitatis notam prætexuerunt: ergo eſt nota communis cum Hæreticis, ſaltem opinione ipſorum.* [d] Eligebat Deus duas vrbes cultus ſui Silo in Samaria, & Hieruſalem in Iudæa: in illa tabernaculum, in hac templum ſuum conſtituebat. reiecta Silo diligebat Hieruſalem: Samaritæ nihilominus cultus diuini laudem ſibi vendicabant, eò quod in Silo PRIMVM inuocatum eſſet nomen Domini: Iudæi contrà ad ſe id decus trahebant, eò quod POST Deus Sionem, id eſt, Hieruſalem Silo præpoſuiſſet. *Itaque non loci Antiquitas, ſed præcepti diuini autoritas in hoc negotio obtinere debet. quia* [e] In* Marc. 1. Mulier Samaritana colloquium habuit cum Chriſto: PATRES noſtri, inquit, Deum adorauerunt in hoc monte; vnde ergo eſt, quod dicitis: in Hieruſalem cultum diuinum eſſe præſtandum? PRO ANTIQVITATE loci diuini cultus Mulier contendebat, & obijciebat exemplum Abrahæ, & Patriarcharum: PATRES NOSTRI, inquit, adorauerunt, &c. Iudæi verò ſe Prophetarum, & VERBI DIVINI AVTORITATE ſuum cultum tuebantur: Samaritani contra SIBI VIDEBANTVR antiquitatis veſtigijs inſiſtere. *Oborto tandem Chriſtianiſmo, Iudæi & Pagani itareſiterunt, vt facilè intelligamus non nouam eſſe hanc nouitatis calumniam: nam* [f] Chriſtianam Religionem RECENS NATAM Scribæ & Phariſæi, deinde etiam Pagani ſumma vi oppugnabant. *Vtriq; Antiquitatis veſtigijs niti ſibi videbantur.* Imo. [g] Nazareni nomen tam infame apud Iudæos eſſe cœperat, propter Ieſum, quem NOVAE SECTAE autorem dictitabant,

[c] *Bellar. cap 3. §. Sed in &c.*

[d] *Carolus Sigonius de Repub. Heb. lib. 2. cap. 6.*

[e] *Ianſenius in hunc locum.* * *Marc. 1.*

[f] *Bellar. ſupra cap. 5.*

[g] *Arias Montanus in Math. 26.*

bant, eratque perinde ac si hæreticum quis diceret. *Eodem modo iuxta cum Iudæis Pagani certabant.* * *Act. 17. qua* NOVA DOCTRINA est hæc? *sed ad rem.*

* *Vulgata Editio.*

Secundo de Hypotheſi. An pontificiorum, partim noua.

Aduerſarius. [b] Proteſtantes Religionem antiquam Romanam mutatam eſſe vociferantur: cum tamen non poſſunt huius mutationis autorem, tempus, locum vllum aſsignare. nec quis Aduerſarius nouum aliquod dogma noſtrum oppugnauerit, ſicut nos in Arianiſmo, Neſtorianiſmo, Lutherianiſmo oſtendimus. Ergo Eccleſia Romana nondum a veritate deflexit. *Qui ita diſputat, nec hæreſis naturam, nec de hæreſibus hiſtoriæ lucem, nec Romanæ Eccleſiæ ingenium ſatis erudite accurateque perpendit. Primò eadem eſt natura hæreſis & morbi. Aduocatus.* [i] In * 2. Tim. 2. Sermo eorum, vt Cancer, ſerpit, &c. hinc Græci, & Latini morbum intelligunt, horrendum ſanè, nimirum vlcus illud, quod in mulierum mammillis enatum eſt: quod, niſi cito ſubuentum eſt, putrefacit, & paulatim omnes partes occupat, & corrumpit: quod virus, cum ad cor peruenerit, nullam medicinam admittit. ſic hæreſis iuxta Apoſtolum, &c. *cum igitur tibi proponitur corpus vſque ad tabem redactum, non tu ita agnoſces, niſi perinde conſtet tibi, quo momento primùm tabes illa cœperit? Secundo, Lux hiſtoriæ docet, multas olim hæreſes extitiſſe, quarum tamen Autor vel tempus, vel locus certus aſſignari nullus poſſit.* [k] Eius hæreſis, quam Neſtorianam dicimus, autores prodiderunt Neſtorium autorem fuiſſe: quod equidem miror, cum præſertim Ambroſius, qui longo tempore Neſtorium proceſſerat, lib. de Incar. hæreſis huius mentionem fecerit. [l] Hæretici Ignoietæ deo ignorantiam tribuebant, quis fuerit eius hæreſis AVTOR, aut quando COEPERIT APVD NEMINEM REPERIRE POTVI. *Alios multos eiuſdem generis obſeruat. nunc ex infinitis veſtris dogmatibus (quandoquidem vnicum efflagitas) ſatis erit proferre vel vnum,*

[b] *Bellar. cap. 5. §. In omnibus. idem Coſterus vrget in Enchiridio.*

[i] *Epiſc. Eſpenſæus Comm. in* * *2. Tim. 2.*

[k] *Alphonſus de Caſtro, lib. 4. Hæreſ. Tit. Chriſtus.*

[l] *Idem lib. 5. Tit. Deus.*

vnum, huiuſmodi verò, in quo ingenij Eccleſiæ Romanæ ſpecimen egregium appareat. [a]Conſuetudo hæc non adminiſtrandi Euchariſtiam populo ſub duplici ſpecie, vſu primo comprobata eſt, deinde lege ſancita, poſtquam in Eccleſijs occidentalibus obtinuiſſet, QVANDO VERÒ COEPERIT MINIME CONSTAT. *Excuſſa eſt igitur noua veſtra de Antiquitate gloriatio:* In omni, *inquis*, magna mutatione prius Autor, tempus, locus, Aduerſarius nobis ſatis innoteſcunt. *Hic iam veſtram non modò ingentem primæuæ inſtitutionis mutationem, verumetiam (ſic enim Gelaſius Pontifex etiam nominat) ſacrilegam mutilationem perſpicimus: quæ etiam aliquando inualuit, quamuis;* [b]MILLE poſt Chriſtum annos contraria conſuetudo duraverat. *In quâ de Autore, loco, Aduerſario, tempore primo, nihil quicquam conſtat. quidni igitur alia dogmata veſtra, more huius Gunceris, ſerpſiſſe arbitremur? perinde enim in dogmatum, atque in dialecticarum articulis, in Religionis profeſſione, atq; in regionis vernaculis plerumq; ſolet accidere: quin tu igitur tempus primum demonſtra, quo vernacula Græca, Romana, Hebræa primò cœperint à natiua ſua integritate degenerare. deniq; vehementer expecto quid reſpondeas: ſi nunc quoque Indei vellent cum Chriſtianis, ſi Patriarcha Antiochenus cum Pontifice Romano de Antiquitatis iure contendere. nam* [c]Ex IVDAEIS COEPIT Chriſtiana Religio. [d]Et Antiochiæ Petrus Cathedram ſuam aliquandiu tenebat, priuſquam ad Romam eam tranſtuliſſet. *Et tamen Græcam Eccleſiam totam tu* [e]*nunc Schiſmaticam eſſe aſſeris. Si ex antiquitate loci cauſa hæc metienda, & definienda eſt, Antiochena Eccleſia Romanæ facilè hanc notam præripiet: ſi ex antiquitate doctrinæ, Scripturarum tabulis obſignatis agamus, quibus nullus Chriſtianus poſſit nouitatem aſcribere: de qua Antiquitate in nota ſexta planè copioſequè diſcutietur, vbi Antiquitatem verè antiquam & primæuam à degeneri & noua veſtra diſcernemus. Patronos conſulamus.*

[a] *Valent. Ieſuita, lib. de Euchariſt. cap. 10. pag. 499.*

[b] *Caſſander lib. Conſult.*

[c] *Bellar. cap. 5. §. In omni.*

[d] *Idem lib. 2. de Romano Pontifice.*

[e] *Infrà in Nota 7.*

Caput. XI.

Patres.

* Ambroſius lib. 5. Epiſt. 30.

* Sl longa ætas (inquit Symmachus paganus in Epiſtola ad Theodoſium Imperatorem) autoritatem religionibus faciat, ſeruanda eſt tot ſeculis fides noſtra, & ſequendi ſunt Maiores noſtri, qui ſequuti ſunt fœliciter ſuos. *Quæ Ambroſij fuit, eadem eſſe poſſit noſtra reſponſio.* * Sed Maiorum noſtrorum (inquit Symmachus) ſeruandus eſt ritus: reprehendit meſſem, quia Sera fœcunditas eſt; reprehendit vindemiam, quia in Occasv anni eſt; reprehendit oliuam, quia Postremvs eſt fructus. Meſsis noſtra fides eſt, quæ ab ortu mundi manebat in Sanctis, ſed poſtrema ætate ſe diffudit in populos: exploſa igitur, ea opinione, quæ ante conualuit, id quod erat Verum Iure praelatvm est. *Quinetiam nos ad Tertulliani Apologiam prouocamus.* * Antiquior omnibus eſt veritas. hoc mihi proficit Antiquitas præſtructa diuina literatura. *rurſus.* * quodcunque aduerſus veritatem ſapit, hoc erit hæreſis, etiam Consvetvdo. *eadem omnino eſt Cypriani vox.* * Consvetvdo ſine veritate, vetuſtas Erroris eſt. Et. * Non hominis conſuetudinem ſequi oportet, ſed Dei veritatem. *Vt denique antiquũ Ethnicorum de Antiquitate coccyſmum agnoſcas.* * Sed quod nos agimus nouum eſt, quod vos priſcum; & quid hoc aut vos iuuat, aut cauſam noſtram contriſtat? Religionis autoritas non eſt tempore metienda, minimè, ſed nè bonam cauſam prodere videar, Omnipotens Deus nouella res eſt? *Nec non Ignatius.* * Audiui quoſdam dicentes: niſi Euangelium in antiquis inuenero, non credam: his dico quod mihi pro antiquis eſt Ieſus Chriſtus, cui non parere eſt manifeſtum exitium. *Denique Auguſtinus:* * Pagani, antiquitatis cauſa, ſe verum tenere contendunt: quaſi Antiquitas, aut vetus conſuetudo præiudicet veritati. *& paulò poſt.* Hic eſt mos Diabolicus, vt per Antiqvitatis tradvcem commendetur

* Ambroſius Epiſt. 32.

* Tert. in Apolog. contra Gentes. cap. vlt.

* Lib. de veland. virg.

* Cyprianus Epiſt. 74.

* Idem Epiſt. 63.

* Lib. 2. contra Gentes.

* Epiſt. ad Philadelphios.

* Auguſt. nou. & vet. Teſtam. qu. 114.

mendetur fallacia. *Aduocatus.* [a] Difficillimum nobis apud Indos fidei impedimentum ex ipſa INVETERATA CONSVETVDINE proficiſcitur, vbique ſanè conſuetudo magnas vires habet; ſed apud Barbaros maximas: quippe vbi rationis eſt maximum, ibi conſuetudo radices profundiſsimas agit. [b] Indi, ne Chriſtiani fierent, cauſam hanc afferebant, ſe à MAIORIBVS ſuis ſemper cultores extitiſſe, Sacerdotibus ſuis Bonzijs plurima largitos eſſe, ſedes & domicilia excitâſſe; itaq; ſi iam ad Chriſtũ ſe transferrent, omnẽ ſuperioris vitæ fructum perdituros. *Eſt ergo hac nota per ſe obſcura, quia Antiquitatis nomen ſæpè Erroris fucus fuit: nobis, ſi a veritate aberrare nolumus, ſatis eſſe debet Scripturarum antiquitas. quia* [c] Sanctarum Scripturarum SVMMA eſt Antiquitas, quæ bona ſua parte longè anteceſſerunt omnium prophanorum hominum monumenta, vt oſtendit Ioſephus lib. 1. cõtra Appionem. Iuſtinus Apolog. 2. Clemens Alexandrinus. 1. Strom. Tertullianus Apolog. cap. 19. Auguſtinus lib. 18. de ciuit. Dei. cap. 37. ex his fontibus etiam prophanarum ſententiarum vetuſtiſſimi Doctores hauſerunt, quicquid melius & verius tradiderunt. *Hoc dixiſſe de Antiquitate Scripturarum ſufficit: quarum de omni-moda ſufficentia Tomus proximus demonſtrabit. De Antiquitate doctrinæ,* [d] *infrà, nota ſexta copiosè diſceptat.*

[a] *Acoſta Ieſuita de ſalute Indorum. lib. 2. cap. 18.*

[b] *Xauerius Ieſuita lib. 4. Epiſt. 1.*

[c] *Greg. Valent. Ieſuita Analyſ. lib. 1. cap. 16.*

Valere apud omnes debet ſacrarum Scripturarum antiquitas.

[d] *Infrà in nota ſeptima.*

CAPVT XII.

Nota tertia, Duratio.

A *Duerſ.* [a] Duratio diuturna, nec vnquam interrupta, eſt nota Eccleſiæ: Eccleſia enim Catholica dicitur, nõ ſolũ quia ſemper fuit: ſed etiam, quia ſemper ERIT. Dan. 9. Regnum tuum in æternũ non diſsipabitur. Act. 5. Si hoc eſt ex hominibus conſilium, non poteſtis diſſoluere. & 2. Tim. 3. de hæreticis dicitur: vltrà non proficient. At Eccleſia Romana ab Apoſtolis DVRAVIT, ergo eſt vera Eccleſia. *Hoc nota quinta expediet: nunc tantum huius notæ ob-*

[a] *Bellar. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 6.*

ſcuritatem, nè dicam, Notatoris oſcitantiam, oſtendam. Aduocatus. [b] In notis non coniecturalem certitudinem Eccleſiæ habere volumus, ſed infallibilem. *iam audiamus egregium, ſcilicet, diſputatoris acumen.* Scio (*inquit Bellarminus*) Eccleſiam eſſe veram, quia DVRAVIT. *Hic ſenſum cõmunem Iudicem depoſco, perinde ac ſi dixeris: Credere debes, Lector, me vigilantem hac diſſeruiſſe, quia vigilabo. qua ratio incertitudine ſua exſuperat omnem, non modò coniectandi, verumetiam ſomniandi futilitatem. Secundò,* [c] In notis Eccleſiæ requiritur, vt ſoli Eccleſiæ veræ conueniant. *At hoc tuum* DVRAVIT, *vel opinione veſtra, aliis quoq; hæreticis cõuenire:* DVRABIT *quoque Antichriſto competere ſatis liquet. primò de ϖείσῳ ι* [d] Antè Lutheri tempora fuere hæ religiones: Paganiſmus, Iudaiſmus, Mahometiſmus, Græciſmus, &c. *Vbi idem de Paganiſmo, & Graciſmo, quod de Chriſtianiſmo affirmare licet: ſpecioſum hoc genus argumentandi, & fallendis imperitis accommodatum, ſed de Antichriſtianiſmo, quoad* durauit, *quid vobis videtur? Primum.* [e] In 1. [f] Ioh. 2. Multi Antichriſti ſunt in mundo, & hic eſt ſpiritus Antichriſti ſeductor, &c. notat Bruno, Apoſtolum de Antichriſti tempore inſtruentem innuere eius membra, per LONGA TEMPORA, caput ſuum præcedere: hanc etiam inſtructionem omni Eccleſiæ, & ſecundum omnes ſuas ætates eſſe factam. *nunc de ὀπίσω* & DVRABIT *accipe.* [g] In [h] 2. Theſſ. 2. Tunc reuelabitur ille antiquus, quem Dominus Spiritu oris ſui interficiet, & deſtruet illuſtratione Aduentus ſui. &c. hinc habes, prudens Lector, quod ſequaces Antichriſti DVRABVNT vſque ad apparitionem aduentus Chriſti; differentia enim eſt inter deſtructionem, & Conſumptionem: Conſumptio ſpiritualis eſt, Conſumet eum ſpiritu oris ſui, id eſt ſpiritu ſermonis Euangelici, vbi multi ad veritatem Euangelicam conuertentur: at multi PERSEVERABVNT vſque ad aduentum Chriſti. indè additur: & deſtruet eum illuſtratione aduentus. *Atque de Duratione Antichriſtiana prognoſticon veſtrum non agrè concedimus. Aduerſarius.* [i] STABIT Eccleſia Romana, quamdiu

[b] *Bellar. quo ſuprà cap. 6.*

[c] *Valent. Ieſuita quo ſuprà.*

[d] *Bellar. quo ſuprà cap. 6. §. Iam verò.*

[e] *Epiſcopus Eſpenſæus Cõm. in 1. Tim. 4.*

[f] *1. Ioh. 2. 18.*

[g] *Cardinalis Caietanus Comm. in*

[h] *2. Theſſ 2.*

Roma futura eſt ſedes Antichriſti.

[i] *Acoſta Ieſuita de Temp. nouiſſ cap. 3.*

dia erit in orbe Christi Ecclesia. [h] ROMA NON ERIT sedes Antichristi. *Hanc Iesuitæ confidentiam alterius Iesuitæ confessio facilè obtundet. Aduoc.* [i] ROMA dicitur Babylõ, quia ad finem seculi FVTVRA est officina omnis IDOLOLATRIAE. *Hic vnus, ne videatur vnicus, integri Concilij suffragijs muniendus est.* [k] ROMA ERIT sedes ANTICHRISTI. *nec hi soli.* [l] Illud etiam nobis dicendum videtur ex Aretha, Primasio, Ausberto, Haimone, Ambrosio, & alijs, hoc loco, IDOLOLATRIAM vrbis ROMANAE significari, defecturamque esse ROMAM A FIDE, atque adeo FVTVRAM esse HABITATIONEM DAEMONIORVM, & omnis spiritus immundi, ob flagitia, & Idololatriam, quæ TVNC temporis in Romana ciuitate, Romanoque imperio latè grassabitur. *Sed hanc notam nota proxima luculentius explicabit, quia hæ vtraque commisceri simul possunt: perinde enim est siue Durationem amplam, siuè Amplitudinem durantem dixeris.*

[h] *Bellar. lib. 3. de Rom.*
[i] *Ribera Iesuita Comm. in Apoc. 14.*
[k] *Collegium Anglo-Rhem. Annot. in Apoc. 175.*
[l] *Vega Iesuita in Apoc. 18. Comm. 1. §. 4.*

CAPVT. XIII.

Nota quarta, Amplitudo.

VT σκιομαχίαν omnem facilius effugiamus, *multiplex cautio adhibenda est. primò: Protestantes, quoties distinguunt inter Ecclesiam visibilem, & inuisibilem, hanc definiunt esse cœtum Electorum, solamque Catholicam propriè dici volunt, nec vnquam posse deficere.*

Prima Cautio.

Aduersarius. [a] Si Protestantes vllum in se Theologiæ sensum haberent, nunquam dicerent Ecclesiam posse à fide deficere, id est, à Christo sponso diuortium pati. *Hic notanda occurrit (nè quid grauius dicam) insciti a vestra, quia.*
Aduocatus. [b] Notandum est multos ex nostris tempus terrere, dum probant absolute Ecclesiam non posse à fide deficere, nam PROTESTANTES ID CONCEDVNT, sed dicunt id intelligi de Ecclesia inuisibili. *Stapletonus igitur, & Valentianus Iesuita operam multam ludunt, qui hoc prolixè satis strenuèq; probare conantur. Secunda cautio. Protestantes*

[a] *Colleg. Anglo-Rhem. Annot. in Ephes. 5. 29. Calumnia aduersus Protestantes à Bellarmino exposita.*
[b] *Bellar. lib. 3. de Eccles. Milit. cap. 13.*
Secunda Cautio.

Protestantium sententia.

aliquam Ecclesiam veram, etiam visibilem, semper extitisse non inuiti largiuntur: sed tamen nullam vnam, & individuam Ecclesiam eo privilegio esse munitam, vt non possit à fide deficere: nam, hanc esse eorum sententiam docet Aduocatus. [a] Iam definiunt Ecclesiam esse cœtum visibilem, sed tamen exiguum plerunque esse, & in paucis quibusdam pijs consistere. *Tertia Cautio.* [b] Dicunt Protestantes Ecclesiã, tempore Apostolorũ, fructificâsse; etiam tẽpore Irenæi, Tertulliani Athanasij, Hieronymi, Augustini maximè floruisse fortasse non negant. *Imò profectò non negant, & in hoc ipso iam cardo quæstionis versatur: explicatis his Amphiboliæ involucris, nullius negotij erit omnia testimonia peregrina & heterogenea ex hac causa removere: Primò testimonia ea, quæ solam Catholicã invisibilem exprimunt, non sunt cum hac quæstione, de visibili particulari Ecclesia, permiscenda: huius generis sunt ea, quæ Bellarminus passim obijcit &, inculcat.* [c] *Math.* 1. Portæ Inferni non prævalebunt aduersus eam. Psal. 47. Fundauit eam in æternum. Math. vlt. Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: *quæ singula Patres ferè singuli de solo Electorum cœtu interpretantur. Secundo. quandoquidem Protestantes non grauatè admittunt, Ecclesiam, quoque visibilem aliquandiu floruisse, & in summo splendore plerunque conspicuam extitisse, μαρτυρὰ sunt omnia ea testimonia, quæ nihil aliud possint efficere. Horum in numero ponimus; Math.* 18. Dic Ecclesiæ. Psal. 28. In sole posuit tabernaculum suum. Act. 20. Attendite Gregi. Math. 5. Ciuitas supra montem posita. 1. Tim. 3. Vt scias quomodò te geras in Ecclesia Dei. Ephes. 4. Quosdam dedit Pastores Ecclesiæ. *Quæ singula indefinitè loquuntur de Ecclesia, nullam certam individuam distinguunt perpetua veritatis successione conspicuam. Aduersarius.* [d] Esaiæ 61. Fœdus perpetuum feriam cum ijs, & omnes qui viderint eos, cognoscant illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus: hic locus profectò tam perspicuus est, vt explicatione non indigeat. *& sanè locus satis per se perspicuus, ex quo quàm nihil efficias, locus ipse demonstrat: non enim dicitur,* Omnes videbunt, & cognoscent.

[a] *Bellar. lib. 3. cap. 11. & cap. 3.*

Tertia Cautio.

[b] *Ibidem lib. 4. cap. 7. §. Iam verò.*

[c] *Suprà cap. 1.*

[d] *Esa. 61.*

[e] *Bellar. lib. 3. de Eccles. Milit. cap. 13.*

cognoſcent. *ſed Aduocatus.* [1] Omnes qui viderint, cognoſcent. *fœdus quidem perpetuum eſt, quod eſt nouum Teſtamentum, ſed hic tam mirabilis eius ſucceſſus non ita perpetuò vniuerſalis, ſed ferè Apoſtolica ætati proprius.* [2] Fœdus perpetuum, id eſt, vt Hieronymus exponit, Euangelium: ſemen eorum ſignificat Fideles, per APOSTOLOS, adductos ad fidem, quorum prædicatione VNIVERSVS orbis ad fidem conuerſus eſt. [b] Quia APOSTOLI ibant lugentes, ſeminantes Euangelium lachrymis & afflictionibus multis: ſed non fruſtra, ſed lætantes propter GLORIOSAM meſſem. *Poſtrema Cautio. Cum Proteſtantes aſſerunt Eccleſiam, inſtar Lunæ, nonnunquam pleno orbe fulgere, nunc etiam prorſus nubem contrahere, & quaſi eclipſin pati: intelligunt ad eam paucitatem redigi nonnunquam, vt non videatur niſi ab ijs qui in ea verſantur, ſed vt non ſit viſibilibus ſuis ritibus, viſibilique ſucceſſione, vel fidelibus omnibus publice cognita. debent igitur Pontificij omnes ſuas vires experiri, omneſque ſuas machinas adhibere ad hoc Proteſtantium propugnaculum expugnandum: ex quo etiam conſtat Parabolas illas Retis, Ouis, Agri, Conuiuij eſſe ab hac quæſtione alienas: cum præſertim Eccleſiam deſcribunt, non viſibilem modò, verum etiam gloriosè viſibilem. nunc Quæſtionem ipſam aggrediemur.*

[1] *Vulgata Tranſlatio.*

[2] *Leo Caſtro Comm. in Eſ. 61.*

[b] *Didacus Aluarez, Comm. in eundem locum.*

Quarta & vltima Cautio.

CAPVT. XIIII.

Status Quæſtionis verus.

AMplitudo, ſiuè multitudo, & varietas Credentium eſt nota Eccleſiæ. [b] Vt non modo viſibilis ſit, ſed etiam VALDE CONSPICVA. [c] Notæ erunt tam perſpicuæ, vt OMNES videant, inter quas Amplitudinem numeramus. *Vide nè huic lumini tenebras offundas.* [d] Obſeruandum eſt, non requiri, vt hæc multitudo ſit in omnibus hominibus totius mundi, ſed tantùm, vt innoteſcat OMNIBVS PROVINCIIS, ita vt in omnibus aliqui ſint de Eccleſia: deinde,

[b] *Coſterus Ieſuita Enchirid. de Eccleſ. in fine.*

[c] *Bellar. ſuprà.*

[d] *Bellar. quo ſuprà lib. 3. cap. 7.*

deinde, non requiritur vt hoc ſimùl fiat, ſed ſatis eſt vt FIAT SVCCESSIVE. Primo, Satis eſt *(inquis)* ad hanc multitudinem, vt in omnibus prouincijs aliqui ſint de Eccleſia. *Quis verò, obſecro, Menippus (cui Poetæ in Lunæ globo domicilium tribuunt) vel omnes prouincias cernere vnquam potuit, aut iſtos reliquos Catholicos diſcernere?* Diſputamus, *inquis*, de notis Eccleſiæ, quibus olim Patres, nunc Catholici omnes, poſſunt Eccleſiam ipſam dijudicare. hæc autem ſatis eſt, ſi non ſimul, ſed SVCCESSIVE deinceps fiat. *Id eſt, vt ego interpretor, iam eſſe Eccleſiæ notam, quæ nondum eſt nota Eccleſiæ. diuinare hoc eſt, non diſputare: nimirum veluti cum Cornix in Capitolio ἴσχυ πάντα λέγει. Interpres hoc oſtentum expoſuit.* * EST, quia non potuit dicere, dixit, ERIT.

* *Suetonius de vita Domitiani.*

Cominùs pugnatur.

* *Poſſuanenſ. Ieſuita, Theſ. 15.*

Aduerſarius. * Eccleſiæ claritas, & ſplendor ita in diuinis literis exprimitur, vt is hominum cœtus, qui hac nota careat, Eccleſia Dei cenſeri non poſsit. *Eccleſiam credentium iamdiù ſæpè anguſtam fuiſſe, & multitudine, ac claritate floruiſſe, eſt in confeſſo apud omnes: Quæſtio igitur eſt, Vtrum multitudo ſit Eccleſiæ militantis nota perpetua. Poſſuanenſes aſſerunt, Proteſtantes negant; & ex vtroque Teſtamento commentum hoc conantur infringere. Ex ſtatu veteris Eccleſiæ, in quo duo tempora occurrunt, vbi cultus Dei publicus miſeris modis prophanatus interijt: primum Eliæ: ſecundum primi aduentus Chriſti. tempore Eliæ ſplendidam hanc viſibilitatem defeciſſe, quando celeberrimus ille Propheta, & Eccleſiæ quaſi Patriarcha, videbatur ſibi ſolus eſſe relictus. 3. Reg. 19. cum tamen iam ſeptem millia Dei cultores integri extiterunt, ſed in ſpelunca abſtruſi, non publice conſpicui, nec addicti erant vlli viſibili Paſtori viſibilia ſacra celebranti.*

† *Bellar. lib. 3. de Eccleſ. triumph. cap. 16 §. ad Aliud. Eccleſia tempore Eliæ.*

Aduerſarius: † Non loquitur Elias de omni populo Iudæorum, ſed ſolum de ea parte, quæ ſubiecta erat Regi Samariæ; quæ pars, ex decem tribubus conſtans, à duabus

alijs

alijs Iudæ, & Beniamini diuiſa erat; conſtat enim, ex eodem 3: Regum libro, tempore Eliæ regnâſſe in Hieruſalem Aſam, & poſt eum Iehoſaphat, & ſub illis fuiſſe in Hieruſalem populum, & Sacerdotes in verâ Religione manifeſtè perſiſtentes. *Hoc reſponſum multis modis refellitur: primò, quia non per omnia conſentit cum fide hiſtoriæ. Adnotatus.* [a] Cum Ahab Rex Samariæ dedit filiam ſuam Ioram Regi Iudæ, tunc omnes IVDAEI videbantur eſſe IDOLOLATRAE, ita vt Elias putaret SE RELICTVM eſſe ſolum. *Quod etiam ex argumento Apoſtoli confirmari videtur.* [b] Rom. 11. Neſcitis quomodò Elias interpellat Deum aduerſus Iſraël, cum dicit, Ego ſolus? &c. *quid per nomen Iſraël intelligi voluit Apoſtolus? numquid tantum decem tribus? an non vniuerſam Iudæorum gentem?* [c] Obſeruandum eſt cum nomen ISRAEL abſolute appellatur integram Iacobi familiam, hoc eſt, DVODECIM TRIBVS ſignificari: nam cum tantùm decem tribus ſeorſim indicantur, id fit aut appoſitione Iudæ, aut additione regni, aut domus; vt regnum Iſrael, aut domus Iſrael; quaſi proprijs notis nominatur. *quod Apoſtolus etiam exemplo ſuo illuſtrat.* [d] Nam & ego (inquit Apoſtolus) ISRAELITA ſum de TRIBV BENIAMIN. [e] Apoſtolus non ortum habuit ex decem tribubus, ſed ex tribu BENIAMIN, QVAE erat pars REGNI IVDAE. *Secundò, vt reſponſum tuum verum eſſe concedamus, tamen argumento Proteſtantium minimè ſatisfacit, ſiue hiſtoriæ typum, ſiue veritatem ipſam ſpectemus. ſi Typum,* [f] In libris Regum deſcribitur regnum Iudæ & regnum Iſrael: per regnum Iudæ deſignatur PAVCITAS fidelium, TANTVM enim TRIBVS DVAS continebant. per regnum Iſrael deſignatur MVLTITVDO HAERETICORVM, vt Hieronymus ad Paulinum obſeruat. *quorſum igitur Amplitudinis nota, niſi ad Hæreticos propugnandos? ad Hiſtoriæ lucem reuertamur:* [g] Rehoboam, traductis ad ſe DECEM TRIBVBVS, quod Iſrael appellabat, OMNEM illum Populum ab auita religione, ad Idolorum cultum auertebat: quare Deus permiſit populum

[a] *Lombardus in com. in Rom. 11 ex Ambroſio*

[b] *Rom. 11.*

[c] *Arias Montanus tom. in Hoſeam. cap. 1.*

[d] *Aquinas com. in Rom. 11.*

[e] *Arias Montanus.*

[f] *Edemus Oeconom. Bibl. lib. 2. de libris Regum.*

[g] *Carolus Sigonius de Reſp. Hæb. lib. 2. cap. 4. vide 1. Reg. 12. 28. et 1. Reg. 14. 22.*

ſuum poſteà captiuum duci in Aſſyriam: REGES ETIAM IVDAE in cultus ſanctitate minimè permanebat, ità vt Ezechias Rex grauiter queſtus eſt, quod tabernacula etiam clauſerant, holocauſtum Idolis obtulerant, proinde non multis poſt annis vrbe, temploque incenſis, in Babyloniam captiui abierunt, ibiqne (vt ſcribit * Oſeas Propheta) per 70 annos manſerunt SINE SACRIFICIO SINE ALTARI SINE EPHOD. *iam igitur penitus extincta fuit nota Amplitudinis.*

* *Oſ.* 4. 4.

De ſtatu Eccleſiæ Iudaicæ in tempore aduentus Chriſti.

Aduerſarius: [m] Ad Chriſti aduentum, Synagoga Iudæorum, non tam defecit, quàm mutata eſt. *imò verò penitus defecit; ſiue concilium Sacerdotum, ſiue etiam populi turbam conſideremus. Primò, de ordine ſacerdotali. Aduocatus:* * Math. 17: Mane facto, concilium inierant OMNES; [n] Nimirum SACERDOTES, Scribæ, Seniores, congregati erant in concilium COMMVNE aduerſus Ieſum. * Quod videtur prædictum, eſſe Hier. 18. PERIBIT LEX à Sacerdote, ET VERBVM à propheta, & Conſilium à Sapiente. [p] In * Iohn: 9. Conſpiraverunt Iudæi, vt ſi quis confiteretur Chriſtum, EXTRA SYNOGOGAM fieret: & Cap. 12: Multi ex principibus crediderunt in eum, ſed propter Phariſæos non profitebantur, vt E SYNAGOGA NON EIICERENTVR &c. nam probri loco maximè ducebatur apud Iudæos, ſi quis Synagogæ expers factus fuiſſet. *Denig,* [q] Turba Populi clamat crucifige. *et* [r] MAXIMA TVRBA Iudæorum in hoc Concilio, SATANAE Synagoga fuit. *Diſputo. vel illa multitudo ſacerdotum, Phariſæorum, Scribarum, Populi, quæ Chriſtum excommunicabat, Eccleſia tum fuit, vel plebs obſcura, quæ Chriſtum agnoſcebat, & venerabatur: ſi illa, quî fit, vt ſponſum ſuum Chriſtum hoſtili animo perſequeretur? ſin hæc, quomodò externus ſplendor, & multitudo fuit perpetua nota Eccleſiæ? videtis enim vniuerſalem illum ſplendorem vſque adeò. vniuerſali eclipſi obfuſcatum, vt,*

[m] *Bellar. lib 3 de Eccleſ. Militant. cap. 16. §. Ad tertium. &c. luctuoſus eccleſiæ ſtatus in aduentu Chriſti.*
* *Math. 17.*
[n] *Ianſenius Concord.*
[o] *Bellar. quo ſuprà. cap. 17. §. ad tertium.*
[p] *Carol. Sigonius lib. 2. de Reb. Hebr. cap. 8.*
* *Iohn. 9.*
[q] *Ianſenius Concord. in Ma. 17.*
[r] *Stapleton. Doctr. princip. Lib 2. cap. 11. Templum Domini.*

vt, non dicam prouinciam integram, ſed, vix perſonam vnam occupauerit. id quod Sanctus Bernardus obſeruat: SOLA *(loquitur de B. virgine Maria)* per illud triſte ſabbatum ſtetit in fide, & ſaluata fuit Eccleſia in ipſa SOLA.

CAPVT XV.

De Eccleſia noui Teſtamenti.

Aduerſarius. Non ſequitur à defectione veteris Eccleſiæ ad ſtatum noui Teſtamenti, quia Eccleſia Chriſtianorum melioribus, & firmioribus promiſſis munita eſt. *imò verò ſequitur, niſi aut Pater antiquus aut recens Scholaſticus delirauerit. Aduocatus.* [b] Oportet hæreſes eſſe, non igitur doleamus (inquit [a] Chryſoſtomus) quòd MVLTAE ſint SECTE hoc tempore, PROPHETARVM contigit, fuerunt tunc PLVRES Pſeudoprophetæ, verùm ex eorum comparatione, veri Prophetæ illuſtriores fuerunt; etenim morbus ſanitatem magis demonſtrat, tenebræ lucem, tempeſtas tranquillitatem. *alter*, [c] Quadraginta Prophetæ Achab mentiti ſunt, ex ore SOLIVS MICHAE, viri contemptibilis, veritas egreſſa eſt: non igitur numero ſuffragiorum ſententiam (*exemplum veteris teſtamenti aduſum noui accommodat*) METIMVR, ſapientes pauci ſunt, Stultorum infinitus eſt numerus. *Deinde reſponſum quàm languidũ, & elumbe ſit, facilè apparebit, ſi tres Eccleſiæ Chriſtianæ ætates, Infantiam, adoleſcentiam, & Senectutem examinemus*

[a] *Stapletonus, Bellar. & alij, ferè omnes valet argumentum à laxato Synagogæ ſtatu ad eccleſiæ conditione in miſeram demonſtrandam.*

[b] *Perer. Ieſuita com. in Exod. 7. Diſp. 11.*

[a] *Hom. 46. in Act.*

[c] *Melchior Canus Loc theologicis lib. 5. cap. 5*

De infantia, & inexnabilis Eccleſiæ.

Aduocatus. [d] Scimus quod in initio Eccleſiæ PAVCIORES erant CHRISTIANI, quàm aduerſarij Iudæi. *De Infantia, Res eſt in confeſſo apud omnes, ætatem adultã contemplemur. taceo decem illas perſecutiones Eccleſiæ, in quibus templa Chriſtianorum euerſa, libri ſacri exuſti, Paſtores conquiſitis*

[d] *Bellar. lib. 4. cap. 5. §. In omni.*

tormentis cruciati, & interfecti fuerunt; tantum de hæresibus agam, quæ cladem Ecclesiæ, omnibus persequutionibus atrociorem, invexerunt.

De Adolescentia Ecclesiæ.

[a] *Bellar. lib. 3. de Eccles. milit. cap. 16. Hæresis Ariana Ecclesiæ Catholicæ vniuersæ quandam, quasi ignorantiæ, noctem offundebat.*

Aduersarius. [a] Obijciunt nobis Protestantes illud Hilarij contra Auxentium Arianum: MALE, inquit, vos parietum amor cœpit, malè Ecclesiam Dei in tectis, ædificijsque veneramini; montes mihi & lacus, & carceres sunt tutiores. Deindè illud Hieronymi opponunt, in Dialogo contra Luciferianos, de eodem tempore Ecclesiæ loquentis: Ingemuit, inquit, TOTVS ORBIS, & SE ARIANVM esse miratus est. Respondeo. Hilarius loquitur tantum de Ecclesia Mediolensi, hoc autem, quod de vna Basilica dicitur, non debet trahi ad Ecclesiam vniuersam. Hieronymus in vna sententia duabus vtitur figuris, & eos impropriè taxat, qui sine dubio non erant Hæretici, sed errantes. *In vtroq; falleris. Primò. non loquitur Hilarius de vna aliqua Basilicâ: Patronus ipse loquatur.* [b] Rarum est apud ORIENTALES inuenire Episcopum, vel Populum Catholicum. *hæc ille de Orientalibus: at Mediolanensis Basilica in Italia, parte, nimirum, Occidentali, sita erat. sed nolo rem ipsam rigidius cum Bellarmino expostulare, nihil non oblatum accipiam. Aduocatus.* [c] Nouimus Ecclesiam ijs aliquando errorum, schismatũ, persecutionum fluctibus esse agitatam, vt imperitis quidem, nec satis prudenter rationes temporum rerumque circumstantias æstimantibus, COGNITV fuerit DIFFICILIS, quod tum maximè accidit, cum Arianorum hæresis in orbe PENE TOTO dominabatur, nam eo tempore scripsit HIERONYMVS, contra Luciferianos, ECCLESIAE NAVEM eo tempore PENE OBRVTAM fuisse: & Hilarius pluribus monuit verbis, contra Auxentium, NON fuisse Ecclesiam tunc temporis in tectis, & EXTERORI POMPA quærendam, sed potius in Carceribus, & spæluncis; non igitur negamus quin

[b] *Locus ipse Hilarij.*

[c] *Gregor. Valent. Iesuita Analys. lib. 6. cap. 4. §. hanc etiam.*

quin fuerit Ecclesia, alio, atque alio tempore, DIFFICILIVS DIGNOSCERE.

Aduersarius. [g] Illud testimonium Hilarij, fuit à Vincentio Donatista, Augustino obiectum. *Si igitur vobis minus arridet dictum Hilarij; at Augustini responsum vobis saltem satisfaciat: nam:* *Aduocatus.* [h] Dinus Augustinus sic scribit, Epist. 48. ad Vincentium: ipsa est Ecclesia, quæ aliquando obscuratur, & tanquam obnubilatur multitudine scandalorum &c. sed tamen in suis firmissimis eminet. hæc Augustinus. ideo cùm Ecclesiam semper visibilem esse affirmauimus, nõ ad PRAESENTEM Ecclesiæ statum quo VIDEBATVR LATERE, respicimus: sed ex præteritis temporibus cum illo collatis, eam deprehendere. *En Iesuita Ecclesiam* DIFFICILEM COGNITV *& penitus* LATENTEM *agnoscit. et nè habeat Bellarminus, quod Basilicam, vt solet, Romanam opponat, quasi, cum tota Ægyptus plusquam Cimmerijs tenebris occupata fuerit, Romana illa, tanquam terra Goshen, lucis meridiana fulgore splenduisset: Athanasius occurrit Liberium Papam Romanum Arianismi liberè accusans:* Liberius, inquit, post exactum in exilio biennium, minis mortis inflexus est ad subscriptionem hæresis, atque ita restitutus. *Adsunt Aduocati tres, & quidem opinione vestra, ter nobiles. Aduocatus.* [i] Ariana hæresis ROMANVM ORBEM ferè peruagabatur. [k] Ariana hæresis AB ORTV SOLIS, ET MERIDIE, viz. ab Ægypto veniens, per Græciam transiuit in Aquilonem: & inde Gothi egressi TOTVM FERE OCCIDENTEM infecerunt, quoniam illi Arianis maximè fauebant. DVRAVIT autem hæc pestis per trecentos annos, aut forte amplius. NAM HISPANIAM hoc morbo laborasse, tempore Gregorij Papæ, constat ex ipso Gregor. dialogor. lib. 3. cap. 31. *Denig,* [l] D. Hieronymus in Chronicis, ex Eusebio, memoriæ proditum reliquit, omnes penè TOTO ORBE ECCLESIAS Arianorum consortio pollutas fuisse: imò VNI illi Nicenæ Synodo Arriani DECEM, & amplius Ariminense, Smyrnium, Mediolanense, Isauricũ, Nicomediense,

[g] *Bellar. quo suprà & Stapleton. lib. 2. doct. Princ. cap. 18.*

[h] *Valent. Iesuita loco suprà ex eo citato.*

[i] *In Epist. ad vitam solitariam agentes.*

[k] *Costerus Iesuita Enchirid. Tract. de Eccl. §. postquam.*

[l] *Alphonsus de Castro lib. hæres. 5. Tit. Dam. hæres. 6.*

[l] *Lindanus Panopl. lib. 2. cap. 6.*

Nicomedienſe, Tyrium, Nicænum, Thraciæ diuerſa Conſtantinopolitana, plurima Antiochena Concilia obiecta eſſe videas. *Potuit Bellarminus alia teſtimonia Auguſtini, Chryſoſtomi, Nazianzeni, Athanaſij, adhibere: ſed ſenſit vir cautus, quam ſibi reſpondenti adhærere, vt eſt in Prouerbio. qua tamen Valentinianus liberè agnoſcit, nimirum: Nazianzeni.* [a] Vbi ſunt, inquit, qui paupertatem nobis obijciunt, opeſque ſuas inſolenter iactant, qui Eccleſiam MVLTITVDINE definiunt, GREGEMQVE EXIGVVM aſpernantur? Hi Vulgus habent, ita nos fidem: illi aurũ, & argentũ, nos fidem & doctrinam *Athanaſij*. [b] Quæ nunc, inquit, Eccleſia liberè Chriſtum adorat? quippe ſi pia eſt, periculo ſubiacet; nam ſi alicubi ſunt pij, ſunt autem vbiq; permulti, illi, vt Propheta Elias, in SPAELVNCAS, & CAVERNAS terræ ſeſe abſtrudunt. *Nec mirum:* [c] Arianiſmus TOTAS ORIENTIS ECCLESIAS, Antiochenam, Alexandrinam, Conſtantinop. Hieroſolomitanam, expulſis Orthodoxis, occupant, atque in OCCIDENTE, ejecto in exilium Liberio, Felicem in Romanam ſedem ſubſtituunt.

[a] *In Orat. contra Arianos.*

[b] *Epiſt. ad ſolitariam vitam Agentes.*

[c] *Lindanus Panopliæ lib. 2. cap. 6.*

CAPVT XVI.

De Eccleſia ſenili, vel etiam decrepitâ ætate, quam nunc animis, & fortè oculis contemplamur.

Aduerſarius. [a] Diconos non gloriari in templis, & ſucceſsione Epiſcoporũ ſecundum ſe, ſicut Iudæi, qui cõfidebant in verbis mendacij Hier. 7. dicentes, Templum Domini templum Domini; ſed propter Chriſti promiſsionem, qui ait, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiã meam; & portæ Inferni non prævalebunt aduerſus eam. Qualem promiſsionẽ Iudæi nunquã habuerunt; neq; verum eſt quod aduerſarij dicunt, prædictam eſſe in Scripturis Eccleſiæ viſibilis ruinam, cum potius vbique habetur

[a] *Bellar. lib. 3. de Eccleſ triumph. cap. 16. §: Ad quintum.*

habetur contrarium. Sed Obijciunt illud * 2. Theſſal. 2. Niſi venerit diſceſsio primùm. Reſpondeo nomine diſceſsionis vel intelligi ipſum Antichriſtum per Metonymiam, vel defectionem a Romano Imperio, vel diſceſsionem ab Eccleſiâ: non autem generalem, ſed particularem, id eſt, non omnium, ſed multorum; vel omnium quidem, ſed occultorum Hæreticorum. *ideſt, Reſpondens vel ſomniat, vel ſeriò nugas agit, vel hallucinatur, vel planè potius tergiverſatur, ſed illud,* Hoc age, *multum me delectat. probandum eſt igitur hanc diſceſſionem ſignificare Apoſtaſiam, non tantum ab Imperio, verum etiam à fide Catholicâ; eamque Generalem fore, non modo particularem, nec tantum occultorum Hæreticorum, ſed ferè omnium Chriſtianorum, vſq; adeò vniverſalem, & publicam, vt nec locus, nec paſtor, nec cœtus aliquis publicus Fidelibus omnibus innoteſcat. Hoc efficiam, atque præſtabo, ſi prius Pontificiorum præpropera gloriatio proferatur. Aduerſarius.* [b] Eccleſia ab aſcenſione Chriſti, vſque ad hoc tempus, OMNIBVS SEMPER INSIGNITER VISIBILIS, & cognita fuit: publica Sacramenta, Conciones publicæ, PASTORES viſibiles, viſibiles etiam Aduerſarij, Concilia quoque viſibilia, TOTA ECCLESIA VNDIQVE VISIBILIS, & Profeſſorum nomina toti mundo notiſsima: De Inuiſibili Proteſtantium Eccleſia, in tota Scripturâ ne γϛ quidem. *Hanc tam ſplendidam, & glorioſam Viſibilitatem Eccleſiæ perpetuam Proteſtantes oppugnant, ſed quibus machinis, præſidiſque freti, ſtudioſius attendamus. Aduocatus.* [c] Veriſimile eſt hanc ingentem Apoſtaſiam futuram eſſe, non modo ab Imperio Romano, verum etiam ab ECCLESIA Romana, cuius ſtatus, & etiam omnis cum eâ Communicatio EXTERNA CESSABIT; quamquam cordium communio non omnino deficiet. *Hæ etiam generalem defectionem publicam, etiam à fide agnoſcunt, in quâ aſſertione, ſi vnicam voculam* (Romana) *expunxeris, Proteſtantibus palam aſtipulantur: & vt ſeipſos refutent diſertius.* [d] Quemadmodum Eccleſia noſtra Romana hodierno die in Angliâ ſe habet vbi

* 2. Theſſ. 2.

[b] Colleg. Anglo-Rhemenſ. Annot. in Act. 11. verſ. 24.

[c] Idem Collegium Annot. in 2. Theſſ. 2.

[d] Idem Collegium. Annot. in Apocalyp. 12.

vbi NVLLVM REGIMEN PVBLICVM obtinet, NVLLA OFFICIA SACRA PVBLICA exercet, dici potest in SOLITVDINEM abijsse, quanquam nec fidelibus eam sequentibus, nec hostibus eam persequentibus ignota erit, ita tempore Antichristi futura est. *En genuinam Protestantium defensionem, qui Ecclesiam Fidelibus notam esse semper dicunt; sed tamen non omnibus, nec sanè hostibus: quomodo enim persequutionibus conspicua erit, quæ nè nota sit, in Cauernis, & Cryptis se abscondit? en insuper insignem in Rhemensibus Palmodiã.* Conciones PVBLICAE, inquiunt, Sacramenta PVBLICA, Ministri PVBLICI, tota Ecclesia visibilis, omnia conspicua. *Nunc rursus recantant; aperta, quæ fuere operta, sunt:* Altaria, Sacerdotes, sacra, conciones clandestinæ, totum denique Ecclesiæ regimen OCCVLTVM. *Faciem eius Ecclesiæ squallidam, & luctuosam intueamur.* [a] Tempore Antichristi Sacramentum NON erit in LOCIS PVBLICIS, nec publicus ei honor adhibebitur; sed PRIVATIM, ET OCCVLTE seruabitur, & honorabitur à Christianis. [f] Tempore Antichristi OMNIS Ecclesiastici ordinis SPLENDOR, & DECVS exolitum, & SEPVLTVM IACET; Sacerdotes gementes, portæ destructæ, altaria deserta, sacræ ædes vacuæ, quòd non sint, qui venient ad Agni solennitatem. [g] Ecclesiarum ædes sacræ erutæ, LITVRGIA EXTINCTA, Psalmorum cantatio nulla erit. [b] Apoc. 13. vers. 3. Admirata est tota terra bestiam, & vers. 7. & data est ei potestas super omnem Tribum, populum, linguam, gentem; & adorauerunt eam omnes Gentes, qui inhabitant terram, quorũ nomina non sunt scripta in libro vitæ: Quibus verbis docet INNVMERABILEM MVLTITVDINEM eorum, qui Antichristo adhærebunt; nimirum omnes præter SOLOS PRAEDESTINATOS, ij enim sunt, quorum nomina sunt inscripta in libro vitæ. etiam [*] Apoc. 12. 4. & Cauda eius trahebat tertiam partem Stellarum, &c. hoc manifestissime dicitur de tempore Antichristi, in quo Diabolus ita erit potens, vt PLVRIMOS ex

Ecclesia tempore Antichristi eclipsin fere vniuersalem patietur.

[a] *Perer. Iesuita Comm. in Dan. lib. 15. Pag. 714.*

[f] *Acosta Iesuita lib. 2. de temp. nouiss. cap. 15.*

[g] *Idem, cap. vlt.*

[*] *Apoc. 13.*

[b] *Ribera Iesuita Comm. in Apoc. idem habet vega Iesuita in hæc loc.*

[*] *Apoc. 12.*

ex viris ſanctis ſuperaturus ſit, & ſecum ducturus tractaturuſque in terram, id eſt, à cœleſti vita ad terreſtrem, & turpibus voluptatibus deditam: nam hos vocat Stellas, quia in Cœlo, quaſi fixi videbantur, & ex alto virtutum vertice lumen alijs præbere. verſ. 6. fugiet Mulier in ſolitudinem, id eſt, propter perſecutionem, MAGNA PARS fidelium fugiet. [1] * Apoc. 9. Cecidit Stella magna, cui eſt data clauis Abyſsi, quo puteo aperto, aſcendit fumus fornacis magni, quo obſcuratus eſt ſol, & aër à fumo putei. Per ſolem Doctores: per Aërem ECCLESIA longè lateq; diſperſa ſignificatur, quæ lumen à Paſtoribus mutuatur, HAEC OBSCVRATA eſt. *Denique.* [b] Tunc ceſſabunt preces, oblationes, Sacramenta. * Luc. 1. Filius hominis cum venerit, putas inuenerit fidem in terris? [l] ſignificat defectum, & paucitatem in hominibus qui in nouiſsimis reperientur in terris viui.

[1] *Aquinas in hunc locum.*
* *Apoc. 9.*
[b] *Bellar. lib. 3. de cultu Sanctorum. cap. 4. §. Ex his.*
* *Luc. 1. 8.*
[l] *Ianſenius Concord. in eum locum.*

Obiectionis ſolutio.

Aduerſarius. [m] Latens illa Eccleſia (quam Proteſtantes fingunt paulò antè Lutherum extitiſſe) vel fidem ſuam profitebatur, vel non: ſi profitebatur, non erat latens, ſed manifeſta: ſi non profitebatur, certè Eccleſia Chriſti non erat. Confeſsio enim fidei, ex ipſorum Sententia, eſt nota Eccleſiæ, qui vero non confitetur fidem, ea in corde retenta, exterius profitetur perfidiam. Rom. 10. Ore confeſsio fit ad ſalutem; *In eodem argumento* * *Poſſuanenſes quoque vehementer exultant, tamque hoc illis videtur eſſe Achilleum, vt* * *Bellarminus illud rurſus repetat, atque inculcet: quibus ſi reſpondeas, aliam eſſe profeſſionem occultam, aliam publicam, Conſequentia vis nulla erit: hanc verò diſtinctionem veram, & neceſſariam eſſe probabimus. primò, exemplo veteris Teſtamenti. Aduocatus.* [n] Elias ſic queritur apud Deum. 3. Regum. Ego, inquit, relictus ſum ſolus. SOLVS, id eſt, cultor vnius Dei: ita dixit, quia alij NON ita MANIFESTABANT ſe eſſe veros Dei Cultores; ſed reſpõſum tulit,

[m] *Bellar. lib 2. de Eccleſ. Milit. cap. 13. §. Denique. Dilemma Bellarmini contra Eccleſiam latentem.*
* *Theſ. 37.*
* *Lib 4. cap. 5.*
[n] *Aquinas Comm. in Rom. 11. Dilemmatis ſolutio.*

extitisse iam septem millia, qui cultum Dei minimè deseruerant. *Fingamus Eliam iam eodem modo cum Deo contendisse. Itane vero omnipotens Deus? tot sanctissimorum virorum millia in spelunca abstrusi latitarunt, nondum vel mihi fideli Prophetæ tuo, vel persecutoribus suis infestissimis cognita?* Aut exterius fidem suam profitentur aut non: si non, *cur eos seruos tuos nominas? si sic, suam ipsi prodiderunt perfidiam. Consequentia, igitur, illa tua admittenda non est, ne simili hoc, aut Dei seruos impietatis insimulemus, aut ipsi tanquam serui impij Deum ipsum mendacij. Secundò, vestrum argumentum ex concessis vestris retorqueo.* [a] Quemadmodum Ecclesiæ Romanæ pars hodierno die in Anglia, vbi nullum publicum regimen tenet: ita tota Ecclesia se habebit in tempore Antichristi: nullum erit publicum Sacramentum, omnis externa communicatio cum Ecclesiâ cessabit, sed, vt sol, obnubilata latebit. *Sacerdotes, & Iesuitæ, qui nunc in Angliâ, & Romanæ Ecclesiæ negotijs præficiuntur, vel publice fidem suam profitentur, vel non: si sic, cur hominum secularium habitibus, & fictis nominibus in Cryptis absconditi religionem dissimulant: si non, dum in lucem non prodeunt, suam produnt perfidiam? Aduersarius.* [b] Si aliqua fuisset Lutheranorum latens Ecclesia ante Lutherum, prædicante Luthero, mox cognoscere Socios suos, & ad eos currere debuissent, etiam non vocati, at non ita factum est. *falleris. Aduocatus.* [c] NEC SOLVS hoc seculo Lutherus prodijt, sed etiam MVLTORVM AGMINE, seu quodam satellitio stipatus, processit, qui illum tanquam Ducem primo spectasse videntur, vt illum deinceps sequerentur. illi enim STATIM adhæserunt Philippus Melanchthon, Conradus Pellicanus, Lumbertus, Fabricius, Capito, Osiander, Sturmius, Martinus Bucerus. *Nec tamen necesse habemus ad hoc, de latente Ecclesia, responsum recurrere: veram fidei amplitudinem sic definimus.* [d] Fides Catholica: hæc vox Græca, Catholica, sonat Latinè quod VNIVERSALIS, quæ tamen non sic dicitur, quod VNIVERSI eam teneant, sed quod EAM HABERE TENENTVR, nec enim fides nostra

[a] *Rhemenſ. Valent. Ribera Ieſuita ſuprà.*

[b] *Bellar. lib. 3. cap. 5. §. Præterea ſi.*

[c] *Alphonſus de Caſtro Epiſt. nuncup. in lib. aduerſ. hæreſ.*

Æneas Sylvius de geſt. Baſil. lib. 1. fol. 9.

[d] *Huius nominis* Catholicæ *Eccleſiæ luculenta interpretatio.*

noſtra deſinit eſſe Catholica, quod quam plurimi eidem aduerſantur. Quid enim *(inquit Apoſtolus Rom. 3.)* ſi quidam illorum non crediderunt, num eorum infidelitas fidem Dei euacuabit? imò [f] VEL VNA PROVINCIA, ſi retinet veram fidem, verè, & propriè diceretur ECCLESIA CATHOLICA. *Patroni ſunt in hac cauſa Patres ferè vniuerſi, quorum aliquot teſtimonia ex Aduerſariorũ ore producta accepimus, qualia (nè forte deſiderentur) hæc eſſe poſſunt:* * Eccleſia eſt Sol, & Luna, & Stellæ; quando Sol obſcurabitur, Luna non dabit lucem ſuam, Stellæ cadent de cœlo, ECCLESIA NON APPAREBIT, Impijs tunc eam perſequentibus vltra modum. * Sicut LVNA ortus ſuos, & DEFECTVS habèt FREQVENTES, SIC ECCLESIA, quæ à Chriſto lumen ſuum mutuatur. *Denique, vt in hanc notam notemus Hæreticam quadam iactantiam.* * Imperator Adrianus ſic cum Liberio Epiſcopo Romano diſputabat contra Athanaſium: hoc ORBIS TERRARVM, inquit, comprobauit, quota tu pars eſt ORBIS TERRARVM, qui pacem ORBIS diſſoluis? *Ecquid contra Arianos Liberius reſpondere potuit? vt non idem reſponſum Luthero de Eccleſiæ amplitudine conueniret, nimirum.* * Quæſtio eſt, qui fit vt Orthodoxi non ſint alijs numero pares? Reſpondeo dictum eſt de Orthodoxorum numero, PAVCI, ELECTI, & ANGVSTA PORTA.

Rom. 3.

[f] *Bellar. infrà.*

Patres.

* *Auguſt. Epiſt. 88.*

* *Ambroſius exham. lib. 4. cap. 8.*

* *Theodoretus lib. 2 hiſt. cap. 16.*

* *Iuſtinus Martyr quæſt. 1. in Reſp. ad Orthodox.*

CAPVT. XVII.

Nota quinta.

* Nota quinta eſt ſucceſsio Epiſcoporum.

* *Bellar. li. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 8.*

Quæſtionis Status.

Aduerſ. [b] Duo requiruntur, vt aliquis legitimè ab Apoſtolis deſcendiſſe dicatur: vnum eſt ſucceſsio: alterum Ordinatio; quantum ad ſucceſsionem requiritur, vt ſuccedatur alicui Apoſtolo, vt Polycarpus Ioanni: Omnes, qui non

[b] *Ibidem.*

per legitimam ſucceſsionem, & ordinationem deſcenderunt, fures ſunt, & Latrones. *Primò de parte prima: Succeſſionem diſtinguimus, aliam doctrinæ, aliam perſonæ: illam Proteſtantes, hanc Pontificij oſtentant.*

Hac perſonalis Succeſſio quantum, vel ad Romanam Eccleſiam probandam, vel ad Eccleſiam Proteſtantium infirmandam valeat, videamus.

Theſis.

Aduerſar. [c] Quinta nota eſt ſucceſsio Epiſcoporum in Romana Eccleſia, ab Apoſtolis deducta vſq; ad nos. [d] Auguſtinus hoc firmiſsimo argumento vſus eſt: Tenet me, *inquit*, in Eccleſia legitima Sacerdotum ſucceſsio. Præterea Irenæum, & alios Patres, qui hac nota Eccleſiam veram demonſtrari voluerunt. [e] Hac notâ Cyprianus, vt argumento firmiſsimo, vſus eſt ad veram Eccleſiam oſtendendam. [f] Si non eſt Eccleſia vbi non eſt ſucceſsio, tum ſequitur hic (*Romæ*) eſſe Eccleſiam, quia hic eſt ſucceſsio. *Argumenti forma (ſi quis eam contexere velit) eſt huiuſmodi.* Vbi non eſt ſucceſsio, non eſt Eccleſia: ſed Romæ eſt ſucceſsio; ergo, Romæ eſt Eccleſia. *Hic, ex altera præmiſſarum negatiua, affirmatiua infertur Concluſio;* [f] *Error vel à pueris, non ratione, ſed irriſione refutandus: quantum ad materiam propoſitionis maioris.* Vbi non eſt ſucceſsio, non eſt Eccleſia. *Noſti eam eſſe infirmam. nam.* Notandum eſt, *inquis: perge, beneuolum enim habes Lectorem. Aduocatus.* [g] Notandum eſt, hoc argumentum, à legitima Succeſsione ductum, NON NECESSARIO PROBARE, ibi eſſe Eccleſiam, vbi eſt ſucceſsio: Sed præcipuè ad probandum, ibi non eſſe Eccleſiam, vbi non eſt ſucceſsio. *Quis putaret Theologum quemquam diſputando tam inſigniter impingere, vt eius argumentandi formam, vel quiuis puer, materiam Autor ipſe refellat? Succeſſionis notam, qua Valentianus Ieſuita, ceu argumento* firmiſsimo *& Bellarminus Ieſuita* euidentiſsimo Eccleſiã demonſtrari, *dixit; hæc Bellarmini notatio expunxit.*

in

[c] *Bellar. quo ſuprà cap. 8. in principio. Valent. Ieſuita Alalyſ. lib. 6. cap. 13.*

[d] *Bellar. quo ſuprà. §. Sed vt.*

[e] *Ibi item. §. Reſpondeo vel. Bellarmini inſulſa ratio argumentandi.*

[f] *Bellar. ibid. §. Dico ſecundò.*

in quo nemo non facilè notabit, Succeſſionem Epiſcoporum non eſſe propriam notam Eccleſiæ.

CAPVT. XVIII.

Prima Hypotheſis.

Aduerſarius. [h] Sed Argumentum à Succeſsione adducitur præcipuè ad probandam non eſſe veram eccleſiam, vbi non eſt ſucceſsio, atque hoc argumento euidenter probatur non eſſe veram Eccleſiam apud Lutheranos. *Quamobrem?* [i] Succeſsio doctrinæ non poſsit à perſonali ſucceſſione ſeparari. *Reſpondeo. Primò, theſin eam eſſe falſam. Secundò, vt veram eſſe concedamus, ſequetur Romanam non eſſe veram Eccleſiam. Tertiò, abſq; ſucceſſione perſonæ, ipſam doctrinæ ſucceſſionem debere ſufficere. primùm, quia hanc notam vel etiã negatiuè non tenere antiquitatis exempla plurima demonſtrant. Aduoc.* [k] Templa ſæpe AB HAERETICIS occupabantur cum Catholici in cryptis, & deſertis verſabantur. [l] Photius homo PROFANVS Ignatio LEGITIMO Patriarchæ per autoritatem pſeudo-Synodi ſubſtitutus erat. [m] Legere eſt egregiam Catholicorum ab exilio reuerſorum, erga Arianos, quos in eccleſijs SVIS præfectos repererunt, animi moderationem, & humanitatem, qua, cum Alij, tum Eulalius Auenſenas SVOS EPISCOPATVS Arianis pari poteſtate adminiſtrandos conceſſerunt, modo Orthodoxam pietatem amplecterentur. *videri hic ſucceſſionis ſeriem interruptam fuiſſe, & Hæreticis Catholicos quaſi poſtliminiò, ſucceſſiſſe? ex quibus duo hæc erunt conſectaria. Primum. Succeſſionem loci non eſſe notam Eccleſiæ: quia Photius Ignatio, videlicet Hæreticus ſuccedit Catholico. Secundum, non eſſe notam non Eccleſiæ, quia Athanaſius Ariano, Catholicus ſuccedit Hæretico.*

[h] *Bellar. quo iam ſuprà.*

[i] *Stapl. de doct. princip. lib. 4. cap. 20.*

Nota ſucceſſionis non tenet negatiue.

[k] *Bellar. lib. 3. de cultu Sanctorum. cap. 6. §. Ad quintum.*

[l] *Epiſt. Eſpenſ. com. in Tim. digreſſ. lib. 2. pag. 290.*

[m] *Ibid. digreſſ. lib. 3. pag. 360.*

Secunda Hypotheſis.

Secundo loco probabimus hac notâ Romanam Eccleſiam

commaculari magis, quam demonſtrari: quia huius Eccleſia ſucceſſio multis modis diſſolnebatur: primò per multas Hæreſes perniciosiſſimas. ſecundò per ſacrilegam Pontificum irruptionem, & interruptionem: tertiò per immane ſcortum. poſtremò per muneris Eccleſiaſtici nefandum contemptum: quæ omnia in Eccleſia iſtius capite inualuerunt.

Primò per Hæreſin.

Aduocatus. [a] Omnes Eccleſiæ patriarchales, per longa tempora Epiſcopos MANIFESTE HAERETICOS habuerunt. ac proinde INTERRVPTA eſt apud illos veterum Paſtorum SVCCESSIO. *hac ratione, qua tu Patriarchales ſedes oppugnas, veſtra Romana Cathedra labefactetur neceſſe eſt. quia.* [b] En Zephirinus PONTIFEX MONTANIZAT. [c] Liberius PONTIFEX erat HAERETICVS, nec legitur conuerſus ad fidem. [d] Indignus, qui in Catalogo Pontificum numeretur. [e] fuit COELESTINVS Papa NESTORII hæreſi infectus. [f] Bene igitur legitur, eum diuino fulmine percuſſum, atque à Deo depoſitum fuiſſe. [g] PAPA Honorius erat MONTANISTA QVEM plures Synodi, & tres PAPAE hæreſis damnabant. [h] Cœleſtinus Pontifex NON VIDEO quomodo poſsit ab Hæreſi excuſari. *hos & alios Pontifices, etiam vt Pontifices hæreſibus perniciosiſſimis infectos ius legitimæ ſucceſſionis iamdiu ſapè grauiter perrupiſſe claſſis propria in Tomo proximo multis argumentis euincet.*

[a] *Bellar. lib. 4. de Eccleſ. milit. cap. 4. §. Adde vlt. Hæretici nemo vitè ſuccedit. Papa permulti Hæretici.*
[b] *B. Rhenanus in argumen. in Tert. aduerſus Praxeam.*
[c] *Compilatio de Liberio.*
[d] *Platina de eius vita.*
[e] *Valla declam. de falſa donat. Conſtant.*
[f] *Cardinal. Turrecremata de Anaſtaſio.*
[g] *Melchior Canus locis Theol. lib. 6. cap 8. pag. 213.*
[h] *Alphonſus de Caſtro lib. 1. de Hæreſi cap. 4. fol. 7.*

Secunda Depranatio in illegitimo modo ſuccedendi cernitur.

Aduerſarius. [a] Nulla ſchiſmata legitimam vel doctrinæ, vel Pontificum ſucceſsionem interruperunt. *de interruptione doctrinæ diximus, de perſona dicamus. Aduocatus.* [b] Non ſucceditur, niſi Epiſcopis defunctis, legitimis Epiſcopis DETRVSIS NEMO POSSIT SVCCEDERE. *eſt hoc veriſſimum*

[a] *Coſterus Ieſuita Apolog. par. 3. ca. 6. §. nulla.*
[b] *Bellar. quo ſupra cap. 8. §. Deinde.*

riſſimum. diſputationis ergò addamus & illud tuum. [a] Nullus Pontifex poſſit iure vllo coactiuo deponi, ſiuè politico, ſiuè Eccleſiaſtico. *nunc fer tu legem quam fers, & attende:* nam. [b] Conſtantinus Papa EIICITVR, Stephanus tertius SVFFICITVR. Leo octauus à Chriſtophero in VINCVLA conijcitur: ipſe Chriſtopherus ſedem OCCVPAT, Papa ſalutatur. Ioannes Vigeſimus-quartus fugam arripit, capitur, DAMNATVR MERITÒ, quo è Pontificatu eiecto Oddo Pōtifex CREATVR, Cœleſtinus doctis Dolis à Bonifacio deluſus ſe Pontificatu ABDICAT, ipſe Bonifacius Pontifex CONSTITVITVR. *Concludo tandem. Aut igitur Prædeceſſores iſtos iure depoſitos fuiſſe, aut Succeſſores legitimos iamdiù ſedi Romanæ Defuiſſe. arctius hoc premam.* [c] Nicolaus Pontifex legem tulit, vt quiſquis non Canonicè Electione in Thronum Petri aſcendit, is non Apoſtolicus, ſed APOSTATICVS habeatur. [d] Romanus Pontificatum VI, Chriſtopherus MALIS artibus, Bonifacius DOLO, ac fraude, Sylueriꝰ ſecundus arte MAGICA & opera DIABOLI, Formoſus SIMONIA, Martinus ſecundus quoque MALIS ARTIBVS, Pontificatum adepti ſunt. & [e] Plerique olim Pontifices per ſummum DEDECVS, ad ſummum decus peruenerunt. *Ergo Pontifices multi legem Succeſſionis improbè violarunt.* [f] Qui autem non fideliter introiuit, neque per Chriſtum, quidni infideliter agat, & contra Chriſtum? *vt Bernardi verbis vtar. De Sciſmate pontificum plura accipies, nota 7.*

[a] *Bellar. lib. 2. de Romano Pontifice cap. 26. & lib. 2. de Conc. cap. 18.*
[b] *Platina in eorum vitis. Cathedra Romana violenta & fraudulenta poſſeſſio.*
[c] *Platina de vita Nicolai ſecundi.*
[d] *Platina de horum Pontificum vitis.*
[e] *Picus Mirand. in Epiſt. ad Leonem. de reformandis moribus. Trall. 4.*
[f] *Bernard.*

CAPVT. XIX

Tertia deprauatio: vbi ſuccedit ſcortum, ſucceſſionis ſeries turpiſſimè violatur, at nobiliſſimum Scortum Ioannam fœminam illam Cathedram tenuiſſe fertur.

Aduerſarius. [a] Dico hanc fabulam eſſe de Ioanna fœmina, quæ fingitur ſediſſe anno 850. quamque nobis Proteſtantes

[a] *Bellar. lib. 3. de Romana Pontif. cap. 24.*

Proteſtantes impudentiſimè obijciunt. Martinus Polonus, quem teſtem proferunt, erat Scriptor recentior; nullus antiquorum huius Papiſſæ meminit. Polonus igitur teſtis eſt parum idoneus, homo plenus fabularum. *quidni idoneus? an quia Scriptor recentior? nil refert, modo eius teſtimonium Antiquitatis ſuffragio nitatur. Aduocatus.* [b] Hæc quæ ſcripſi ex ANTIQVORVM ſcriptis accepi. *eſt etiam vbi tu Polonum tanquam idoneum, imo neceſſarium teſtem tibi ſeriò vendicas.* Martinus Polonus de Gregorio 7. Roman. Pont. HONORIFICE SCRIPSIT *bene habet. Polonus cum Pontificis Romani nomen exornat, vt teſtis fide dignus producitur: cum Pontificis turpitudinem notat, plenus eſt fabularū. Enimuerò ſi hæc fabula eſt, plures tu antiquos Hiſtoriographos fabulatores facies. Aduerſarius.* Quod fabula ſit, probatur ex ipſa narratione, in qua Autores ipſi mirabiliter pugnant, & qui de ea ſcribunt, Autores recentiores fuerunt, cum tamen fuerunt hiſtorici alij, non ſolum Latini, ſed etiam Græci, qui ante Polonum ſcripſerunt, & hiſtoriæ huius mentionem nullam faciunt. *Ratio vtrāq; inepta. prima, vel te teſte. Aduocatus.* [c] De tempore Petri, quando primùm Romam venerit, & quis ei primus ſucceſſerit, MAGNA eſt inter AVTORES DISSENSIO, NEC tamen dubitandū eſt, an Romæ fuerit, *Ergo aut non rectè improbas Ioannam fœminam pontificibus veſtris ſucceciſſe, aut Petrum præceſſiſſe non ſatis accurate defendis. altera ratio paulo iniquior, quod teſtes peregrinos iuratis & planè domeſticis opponis, & illorum ſilentium horum teſtimonio diſertiſſimo anteponis. Catalogum teſtium noſtrorum recognoſcite, vel potius veſtrorum. Aduocatus.* 1. Tempore gignendi ad proceſſum ſcanditur vico flendi, PAPA cadit. 2. Marmorea ſtatua propter rei perpetuam memoriam erecta eſt. 3. Pontificatum, morum, & doctrinæ præſtantia comparatum, INFAMI PARTV deuncta reliquit. 4. MVLIER ſexum mentita virilem in partu moritur. 5. IMPREGNATA in proceſſione pergens peperit, & moritur. 6. En--triplici Phrygiam diademate mitram extollebat apex, & Pontificalis Adulter. 7. Hæc

De Ioanna Papiſſa.

[b] *Martinus Polonus in lib. à Bellar. citato.*

Bellar. Polonum teſtem recipit, & reſpuit.

[c] Bellar. lib. 4. de Rom. Pontif. cap. 13. ad finem

[d] Bellar. lib. 3. de Rom. Pontif. cap. 24.

[e] Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 5.

Dilemma, quo Bellar. neceſſariò involuitur.

[f] Guilhel. Monachus in lib. Rhithmico.

[g] *Antonius Archiep. Florentinus part. 1. hiſt. 2.*

[h] *Valerius Anſelmus in chron.*

[i] *Cranzius Decanus in Catalogo Pontificum*

[k] *Faſcic. Temp. cuius Carthuſi. quidam author. extitit. fol. 66.*

[l] *Baptiſt. Mantuanus.*

[7] Hæc, quod MVLIERIBVS negatum eſt, contulit ſacros ordines, promouit Epiſcopos, miniſtrauit Sacramenta, nec irrita ſunt eius facta, communi errore faciente jus. & credo Eccleſiam tunc coactam fuiſſe multa diſſimulare, quæ religionis rigor aliter non tuliſſet. [8] Multi hanc hiſtoriam propter rei FOEDITATEM omiſerunt. [9] Hæc ego de illa ſcripſi ne omiſiſſe videar, quod OMNES ferè AFFIRMANT. *De* [10] *Polono Monacho antè accepimus. taceo de hac Ioanna minimè tacentes vt* [11] Sigebertum Monachum, [12] Marianum Scotum, [13] Bergonenſem familiæ Eremitarum, [14] Ioannem Stellam Veneti Sacerdotem, [15] Nauclerum Cardinalem Tubingenſem, [16] Ioannem Lucidum, [17] Baptiſtam Ignatium, [18] Balæum, [19] Antonium Sabellicum, [20] Ranulphum, [21] Franciſcum Petrarcham, [22] Boccatium, [23] Matthæum Palmerium, [24] Trithenium Abbatem. *Hos ego teſtes tantùm numero; tu ponderes, & ſingulos ferè aut Epiſcopos, aut Monachos, aut Abbates, omnes (vt opinor) Pontificiæ Religioni addictiſſimos fuiſſe reperies. poſtremò vna rima veſtra occludenda eſt, per quam velit is euadere.* [1] *Aduerſarius:* Obijciunt nobis Proteſtantes ſtatuam parturientis Pontificis, at hoc fabuloſisſimum; Si ſtatua (inquit noſter Bellarminus) huius Ioannis eſſet, Mulierem cum Infantulo recens nato repreſentâſſet: ſed Imago neque fœminam referebat, neque Infantem in ſinu geſtatum, ſed puerum ſatis magnum, & quaſi præcedentem famulum; quarè conijciunt quidam, fuiſſe ſtatuam cuiuſdam Ethnici Sacerdotis parati ad ſacrificandum, quem Miniſter ſuus præcedabat. Inſtat verò Iunius. ſtatuam illam noſtra memoria remouerunt Oſores antiquæ veritatis. Reſpondeo. imò amatores; ſicuti ſublatæ ſunt mendaces illæ, de Sancta Leone, manum ſibi, ob prauum carnis motum, abſcindente; picturæ. *Hic Aduocato nobis non eſt opus, quia hæc Reſponſio videtur planè ſecum ipſa confligere. nam in ſtatua illa: vel ea fuit fœmina puerpera ſimilitudo, vt*

[7] *Cornel. Agrippa lib. de vanit. Scient. cap. de Secta Monaſtica.*
[8] *Raphael Volaterranus in Comm. ſuis Pontif. Rom.*
[9] *Platina de iſtac Ioanne in lib. Pont. Renuncupatis in vita Ioha. 8.*
[10] *Polonus ſup.*
[11] *Chron. ad annum 874.*
[12] *Qui contubernio Benedictinorũ mortuus. Cron. lib. 3. ad annum 874.*
[13] *In ſupplemẽto Supplamenti.*
[14] *Libris de vitis Pontif.*
[15] *In ſuis Cron.*
[16] *In ſua Cron. Abbati dicato de emendat. temp. is 8. pag: 61.*
[17] *Lib. 7 cap. 3.*
[18] *In hiſt. ſua.*
[19] *In ſua Aenade lib. 1.*
[20] *In Polycron. lib. 5. cap 32.*
[21] *In libro Italicè ſcripto.*
[22] *Lib. de claris mulieribus.*
[23] *Continuator Euſebij & Proſperi.*
[24] *Analyſ. in vita Lutprandi primi.*
[1] *Seratius Ieſuita in lib. 1. de rebus Moguntinis.*

fabulam esse conuinceret: si hoc, cur verum mendacij argumentum è loco publico sublatum esse voluistis? siu illud, cur antiquæ repugnatis veritati? aut igitur imprudens admodum statuæ ablatio fuit, aut impudens formæ negatio: id quod verisimilius appareat, quia Coniectores vestri subtilissimam illam Sacerdotij, etiam sacrificantis, imaginem fuisse fateri coguntur.

CAPVT XX.

4. Deprauatio: *Qui præcipuum Pastoris munus, prædicandi officium, exercuerunt, non sunt Apostolorum Successores legitimi: at Pontifices omnes hoc prædicandi munus iamdiu prorsus contempserunt, & Episcopi alij vix rarò illud exercuerunt.*

[a] *Bellar. lib. 3. de Rom. Pont. cap. 24.*
[b] *Idem lib. 1. de Rom. Pont. cap. 14.*
Muneris pastoralis contemptus delicatissimus.
[c] *Maldonat. Iesuita Summula. qu. 10. Articulu. 3. §. 6.*
Tenetur Episcopus interdum per se docere.

Aduersarius. [a] Satis est, si ista curent ab alijs præstari. [b] Etsi Pontifices non concionantur: tamen multos alios pastorales actus exercent, ligant, soluunt, controuersias iudicant, Episcopos creant, & quod per se concionando non faciunt, faciunt per alios. *Dogma ab antiquorum Pontificum exemplis, ab antiquorum Patrum suffragijs, ab Antiquitatis præconijs, deniq; ab authoribus vestris refutatum atq; damnatũ. Primò (quia contra Iesuitam imprimis valebit Iesuitæ alicuius autoritas.) Aduocat.* [c] Notarunt Hieron. in cap. 4. ad Ephes. & August. Epist 57. propterea Paulum non distinxisse Pastores & Doctores: quia omnis Pastor DEBET DOCERE: & nomen Pastoris significat actionem PERSONALEM, sicut nomen Medici. Itaque sicut nemo potest per alium curare, ita NEMO potest suas oues PER ALIVM pascere. NEC quicquam valet responsio communis. SATIS esse PER VICARIVM laborare, quia secundum eandem regulam, satis esset manducare per Vicarium, quia scriptũ est. Qui non laborat, non manducet. de diuino iure multa sunt testimonia in sacris literis, vt Num 12. Excubare in custodia Tabernaculi. Nemo autem potest excubare, nisi præsens. Christus etiam describit

describit nobis Pastorem notis suis inter alias. vt Oues suas COGNOSCAT, & illæ audiant vocem ILLIVS; at nec ille eas cognoscere, nisi præsens, nec illæ, nisi præsentem, audire possint. *Nec mirum, cum præsertim* [d] Christus Dominus, * Math. 28. Apostolis & eorum Successoribus Episcopis mandat. * ITE DOCETE & D. Paulus, * 1. Cor. 1. Misit me Dominus Euangelizare non Baptizare. Id est, PRAECIPVE me misit ad PRAEDICANDVM, non autē ad administranda Sacramenta: tamen prædicare possunt per alios; nisi legitimè impediantur, quia præceptum prædicandi affirmatiuum est, cuius obligatio non vrget pro omni tempore. *Verum hoc quidem est: veruntamen vt nullo tempore vrgeat, nec per multas annorum centurias in Ecclesia in vsu sit (nisi quia vsitatum) monstrum videtur: Exempla sunt in promptu.* [e] Fuerunt ANTE HAEC TEMPORA sanctissimi Patres, qui singulis dominicis ad Populum HOMILIAS declamitarunt, extant enim ad hunc diem eorum conciones: Quòd si in RECENTIORIBVS culpa fuerit, &c. *addit.* Non ea culmini Apostolico merentur imputari, sed ijs qui negligunt munus hoc obire, tam sibi, quàm suis opprimè frugiferum. *Esto. ij tamen Pastores non sunt, qui proprium, & necessarium Pastoris officium excusserunt.* [f] Leo primus sibi liberum esse negauit TACERE, aut fidelibus populis sermonis officium subtrahere. Absq; tintinnabulis, inquit, * Gregorius, nec sancta ingredi Pōtifici licebat, nec Antistitis nomen possidere. Audiatur; ait Dominus Mosi, SONITVS, quando ingreditur, & sonitu PRAEDICATIONIS incedit. Gregorius primus, Innocentius secundus, & tales alij Romæ Episcopi, ijdem & ECCLESIASTAE fuere. *Hæc de antiquis Episcopis Episcopus nunc Patres loquuntur.* [h] In 1 Tim. 3. Apostolus Episcopum διδακτικον dixit. de quo loco Chrysostomus, & Oecomenius, hoc, inquiunt, adiecit Apostolus, quod est Episcopo PROPRIVM, aptum esse ad docendum: & Hieronymus, si quis, inquit, plebem sibi subiectam non instruit, nec Apostolus, nec Propheta, nec Episcopus, NEC

[d] *Math. 28.*
* *1. Cor. 1.*
[d] *Valent. Iesuita Tom. 4. disp. 9. qu. 1. punct. 3. idem quoque vsdem fere verbis Bellar. lib. 3. de Rom. pont. ca 24 §. Adde.*
[e] *Episcopus Roffensis Art. 32. aduers. Luth.*
[f] *Idem ibidem. Veterū Pontifices prædicandi munere studiosè fungebantur.*
[g] *Episc. Essenses Comm. in Tit. 1 & in 1. ad Tim. digress. lib. 2. cap. 2.*
* *Epist. 24. Concionandi necessitas.*
[h] *Idem Essenses ibidem.*

Pastor, est appellandus. Canon Apost. 58. Episcopus non docens Deponatvr: Has claues docendi, & Sacramenta administrandi, Omnes Sacerdotes in B. Petro accepisse magna libertate docet Ambrosius. Origines: si quis vult esse Pontifex, non tam vocabulo, quam merito, non discedens de tabernaculo Domini, id est, meditandis Scripturis populum doceat. *Hæc idem vester Episcopus, & multa alia ex Patribus copiosè in hanc sententiam. Primò Autores vestros testes appello.* [i] Proprivm est Pastoris officiū docere. [k] Doctor est qui Scit docere, & Actv docet plebiculam suam. [l] Pontifex Pius Secundus indoctum Episcopum Asino comparabat. [m] Ad Prælatos ex officio spectat docere populum. Petro dictum erat. Pasce oues: quis autem verior pastus, quam verbum Dei? *Redeo ad Hypothesin, vestros semper nolle, sæpe non posse docendi muneri satisfacere. Primum.* [n] Obseruent hinc mitrati Episcopi: debent haberi notitiam vtriusque Testamenti, in cuius signum portant mitram in Capite, duplici cornu. [o] Cauendum est nè illud impleatur: Paruuli petierunt panem, & non erant, qui frangerent ijs, Hiero. 4. Qvotvs qvisqve Prælatorum maiorum, minorumuè populum suum docere videtur? certè *(attendite)* ex Nostratibvs Episcopis (qui Tridenti pars aliquota fuerant, vbi prædicandi munus Prælatis, tanquam Praecipvvm officium impositum est) nemo per se docet: ludimus in re seria? an potius decretorum specie reformationem poscentibus illudimus? Noui ex illis, qui se ad istam docendi seruitutem (generosi scz.) se teneri præfractè negant: res nobis est cum ijs, quibus nulli magis Concilia, Patres, Ecclesiam clamitant, & tamen functionem suam Maxime sibi Propriam, & necessariam, Doctrinam abijciunt; hos posim quæstionibus, tanquam tormentis vexare: sed obtundis, inquiunt, tametsi intelligimus; neque obtinebis vt Episcopi, quas Theologastris, & fraterculis libenter concessimus, Cathedras rursus conscendamus, Vicaria diligentia contenti erimus.

[i] *Aquinas Comm. in 1. Tim. 1.*
[k] *Catharinus.*
[l] *Platina de vita Pij 2.*
[m] *Alphonsus de castro lib. 1. aduers. Hæres. cap. 13.*
[n] *Lyranus in Math. 13.*
[o] *Episcopus Espenseus loci ex eo suprà allegati.*

Cura pastoralis præcipua à Recentioribus Episcopis Romanensibus præsupponitur, præfracteque contemnitur.

Diligentia Vicaria multis exitiosa esse solet.

mus. *Bene eſt, ſed hac lege.* [p] Qui per alium munere prædicandi ſuo defungitur, habebit ſalutem Vicariam, ſed pœnam perſonariam: ibit ille in Gehennam per ſe, in Paradiſum per alium. *De* NOLLE *conſtat, de* POSSE *videamus.* [q] Paulus ſecundus: ab omni doctrinæ genere remotiſsimus erat. [r] Non concionantur Pontifices multi, ita torporis ocio à lectionis gratiâ ſecluduntur: vt quid doctrinæ ſubditis gregibus exhibeant, Præcones non inueniant, & Dei verbi fame populum perire ſinant. [s] Olim PORTENTI inſtar habitum fuit, ſi pro Epiſcopo haberetur, qui non etiam reipſa verum, & PROPRIVM Epiſcopi munus exhibuiſſet; quod hodie pluſquam Monſtri loco habetur ſi quis exhibeat: quos cum temporum natura, Scriptura, Eccleſia, Concilia, Pontifices, Patres, Cæſares, Superi, Inferi accuſent, damnentque. Quis eſt qui abſoluat? *Quid tandem?* [t] Ingenuè fateor, ſi Petri ſucceſſores eodem modo vſi fuiſſent poteſtate ſua, quo Petrus; nemo Chriſtianus eam impugnâſſet. *Ergo Epiſcopi veſtri non poſſunt Epiſcopalem Petri Cathedram ſibi vendicare.*

[p] *Anonymus quidam.*

[q] *Platina de eius vitâ.*

[r] *Epiſcop. Eſpenſæus Comm. in 1. Tim. 3.*

[s] *Iohannes Ferus Comm. in Matth. 16.*

[t] *Iohannes Ferus Comm. in Matth. 16.*

CAPVT XXI.

Secunda pars huius notæ eſt Ordinatio.

[a] SEcunda pars ſucceſsionis eſt ORDINATIO. *Primò de Theſi: aio non eſſe omni-modò veram: tum quòd ſuprà cap. 8. Hæretica Eccleſia hanc notam prætexere ſolet, tum quòd Catholica non poſſit eam perpetuò demonſtrare. Primùm Aduocatus.* [b] Nota quartò antiquos HAERETICOS CONSVEVISSE, vt plurimum, Eccleſiam imitari in ordinatione Epiſcoporum vt patet ex * Cypriano, & ex * Auguſtino. *atq; etiam* [c] In Epiſcopo Hæretico manet poteſtas conferrendi ordines, quia facit nomine, inſtitutione, & autoritate Chriſti: ideoque ab Hæreticis Epiſcopis ordinati, & ad Eccleſiam redeuntes, non iterum ordinantur. & tenent aliqui Hæreticos Epiſcopos poteſtatem quoque Iuriſdictionis,

[a] *Bellar. quo ſuprà cap. 8.*

[b] *Bellar. quo ſuprà §. Nota quartò.*

* *Epiſt. lib. 1. 3.*

* *Epiſt. 165.*

[c] *Aſorius Ieſuita lib. 8. Inſtit. Cap. 19. quamuis addat ſuum. Sed ego puto.*

nis non amittere. *ergo publica Ordinatio Catholicis cum Hæreticis eſt communis, vel opinione, veſtra, non ſolum* opinione ipſorum. *ſecundo, hanc notam non ſatis nobis innoteſcere, argumentum Proteſtantium non obſcurè euincit. Aduerſarius.*

[b] *Bellar. lib. 3. de notis Eccleſ. cap 10. §. Secundò Dico.*

[a] Obijciunt: Quis certò noſcere poſſit, qui ſunt veri Epiſcopi, & Presbyteri, cum id pendeat ab intentione Ordinantis, & Charactere inuiſibili. Reſpondeo. duo ſunt in iſtis conſideranda: primum, quod teneant locum Chriſti, & quod ipſi non poſſint nos decipere in ijs, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutē; & hoc modo certi ſumus certitudine infallibili, & in hoc non requiritur vel fides Ordinantium, vel character ordinis, ſed ſolum, vt habeantur pro talibus ab Eccleſiâ: vt teneamus Eccleſiam eſſe conſpicuam; hæc prima conſideratio verè ſufficit. Secundo modo, vt habeant poteſtatem ordinis, & Iuriſdictionis: in hoc NON HABEMVS CERTITVDINEM, NISI MORALEM. hæc ſecunda cauſæ non ſatisfacit. *Quæſtio eſt quomodo Ordinatio ſit nota Eccleſiæ, aut quomodo mihi innoteſcat, hos eſſe Eccleſiæ Paſtores ordinarios, reſpondes* quia ſic habentur ab Eccleſiâ. *dum petis ab Eccleſia notam Ordinationis, non facis Ordinationem eſſe notam Eccleſiæ. putida διάλογια. ſecundò:* Id, inquis, infallibiliter nouimus, quia pro talibus habentur ab Eccleſiâ. *Et tamen,* [c] Notæ Eccleſiæ, *inquis*, quas afferimus, non demonſtrant euidentiam veritatis, ſed credibilitatis. *Quod quàm tu erudité reſponderis, vel Ruſtici viderint: namq; Theſin tuam tua inconſtantia refutauit. De nota ſatis. tum de notatis.*

Ordinatio eſt nota ignota.

Aduerſarius mugatur.

[c] *Bellar. lib. 4. cap. 3. in principio.*

Hypotheſis Secunda.

[f] *Bellar. 3. cap 8. Proteſtantium ordinatio illuſtratur.*

[g] *Poſſidenſes Ieſuita Theſ. 61.*

Aduerſarius. [f] Ex hac nota, tanquam ex argumento certo dicimus Lutheranos non eſſe veros Eccleſiæ Paſtores, quia Ordinationem legitimam nullam habent, nec ſucceſſionem ab Apoſtolis: nullus eorum Epiſcopus ab Epiſcopo ordinatus erat, ergo carent autoritate ordinis, & Iuriſdictionis. [g] Quis quæſo Epiſcopus Lutherum Epiſcopum ordinabat:

ordinabat? quis Caluinum? *Quæstio hæc magni est momenti, rem absoluam paucis. Primò, Protestantes, qui primò Tyrannidem papalem excusserunt, cùm Sacerdotes fuerint, si quid boni inerat in Ordinatione Papali, hoc (vt in Baptismo) ad nos dimanâsse probabimus: quia quamtu potestatem ordinis, & Iurisdictionis Episcopis tribuis, ea Presbyteris aliis omnibus iure Diuino competit. Adoucatus.* [b] Potestas Ecclesiastica duplex est, Ordinis scz. & Iurisdictionis: Potestas ordinis est in ordine ad corpus Christi verum scz. Eucharistiam: Iurisdictionis in odrine ad Christi corpus mysticum, id est regendam Ecclesiam: sed in potestate Ordinis non solum intelligitur potestas consecrandi Eucharistiam, sed etiam disponendi, et idoneos reddendi homines ad Eucharistiam; imò omnia gerendi quæ aliquo modo ordinantur ad Eucharistiam, vt est CONSECRANDI PRESBYTEROS, & alios ordines CONFERENDI, & VNIVERSA omnia Sacramenta administrandi, remittendi quoque peccata, & omnia tandem faciendi, quæ Alicui ratione alicuius consecrationis conueniunt; vnde potestas ordinis, potestas Consecrationis plerumque vocatur. *Si hæc potestas ordinis (vt hic vester Hispaniæ Doctor primarius definiuit) etiam in Presbyteris ius habeat Presbyteros ordinandi, tum profectò à Luthero, Zuinglio, & aliis Presbiteris, Presbyteri creati ordinis successione legitima non cæruerunt, præsertim cum.* Ordinis potestas est in omni Sacerdote, nec ab eo auferri potest. *Sic Iesuita vbi Iurisdictionis potestatis tantum excommunicandi, absoluendi, dispensandi, indulgentiam conferendi ius tribuit: hoc posito, eos omnes, qui ordinis potestatem sunt nacti, ordinandi potestate, ex iure diuino, præditos esse, necesse est. Eninverò diligens cautio adhibenda est, quando Presbytero alicui Presbyterum ordinare liceat, sanènon in Ecclesia bene compositâ, sed in statu collapso, & deplorato, vt, nimirum, vos in casu necessitatis* Baptizandi *officium Laicis permittitis. sic* [*] In Alexandria, & per totam Ægyptum, si desit Episcopus, consecret Presbyter. *Et vbi Episcopi in lupos degenerant, ibi Presbyteri antiquum suum ius consecrandi repetant. Antiquum*

Potestas ordinationis communis.

[b] *Franciscus de Victoria Relect. 1. de Potest. Eccl. Sect. 3. quæst. 2.*

[*] *De hoc infra cap. 30.*

[i] *Tolletus Iesuita in Instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 3.*

[i] *Valent. Iesuita Tom. 4. disp. 5. quæst. 2. punct. 1.*

[*] *Augustin. Quæst. 101.*

voco

[k] *Marſ. Patauinus, lib. 2. cap. 17.*
[l] *Gratianus.*
[m] *Cuſanus de Concord. Cath. cap. 13.*
[n] *Infrà. cap. 30.*
[o] *Ieſuita ſuprà.*

voco, qui Epiſcopatum, & presbyteratum iure diuino idem eſſe confirmant. [k] Marſilius, [l] Gratianus, [m] Cardinalis Cuſanus. *violanda igitur non ſunt præſcripta Maiorum, nec pro cuiuſq; arbitrio temeranda. De hac quæſtione vide* [n] *Infrà.*

Altera Hypotheſis.

[p] *Agrippa ſuprà.*
[q] *Aeneas Syluius de geſt. Conc. Baſil. Legitima Ordinatio in Eccleſia Romana iamdiu ignotiſſima fuit.*
[r] *Platina in vitis horum Pontificum. In Eccleſia Romana ordinatio ſemper certa nota eſſe non potuit, cuius rei dubia ſapè fuit, atque confuſa.*
[s] *Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 9. §. Poſt biennium.*
[t] *Idem ibidem cap. 14.*

Aduerſarius. [p] Ordinatio eſt nota Eccleſiæ Catholicæ, qua Romana demonſtratur. *Nequaquam, ſed defamatur, ſi vel ordinatos, vel etiam ordinationem veſtram perpendere velimus. Illos. Aduocatus.* [q] Ioannes Octauus MVLIER, per duos annos, quod Mulieribus negatum eſt, CONTVLIT SACROS ordines. *et* [r] Eugenius, à ſede Apoſtolica detruſus, SINE ELECTIONE rurſus in ſedem irrupit: ergo qui ab illo poſtea erunt ordinati, NON erant VERI EPISCOPI. *Audin'? non erant legitimi, & tamen procul-dubiò ab Eccleſia tunc pro legitimis habebantur. Deinde.* [s] Stephanus ſextus Pontifex, tanto odio in corpus Formoſi Pontificis mortui ſæuiebat, vt digitos eius abſcinderet; illos præſertim, quibus in CONSECRATIONE vſus eſt, & acta eius omnia diſſoluebat. Stephano ſucceſſit Romanus, qui omnia Stephani Pontificis acta improbat, abrogatque. Poſt Romanum Sergius Pontifex creatur, cauſam Formoſi reſtituit, dijudicans perparàm à Stephano factum: qui cenſuit eos ITERVM ORDINANDOS eſſe, quos Formoſus ad ſacros ordines aſciuerat. Sergius Papa Pontificatum iniens acta Formoſi improbat; vt neceſſe fuerit DENVÒ ad ſacros ORDINES admittere eos, quos Formoſus ſacerdotali ordine dignos cenſuerat. ſic iſti Pontifices largitione, & ambitione Pontificatum quærentes, ipſi à Petri, & Majorum ſuorum VESTIGIIS DISCESSERANT. *Deinde,* [t] Liberius Pontifex HÆRETICOS Arianos MINISTROS ORDINABAT. *Poſtremò.* [t] Tempore Ioannis 23. erant tres Papæ; NEC, quis erat legitimus Papa, facilè CONSTABAT. *Secundo loco Ordinationem ipſam examinemus.*

CAP.

CAPVT. XXII.

Ordinatio Pontificiorum inordinata proponitur.

Status Quæstionis.

[a] Forma Ordinationis in ijs omnibus, quæ Sacramenti ordinis rationem participant, est, vt per traditionem calicis & patinæ, cũ pane & vino, pronuncientur hæc verba. Accipe potestatem offerendi sacrificium. *quale verò?* [b] Propriè dictum Sacrificium Propitiatorium, pro viuis & defunctis. *Qualis hic ordo tamen?* [c] Minister noui Testamenti est propriè Sacerdos ordinatus secundum ORDINEM MELCHIZEDECH. *Nulla hic fere vox occurrit, quæ non à veritate prorsus abhorreat. voces alius Tractatus vllius: vnicum ordinem* Melchizedech, *hic vnus discutiet.*

[a] *Greg. Valent. Iesuita Tom. 4. disp. 9. q. 1. punct. 5.*
[b] *Bellar. lib. 2. de Missa. cap. 16. & c. 6. & 7.*
[c] *Idem ibidem lib. 1. cap. 26. & 25. Forma ordinationis Romana*

Aduersarius. [d] Argumentum Caluini tale est. Christus est Sacerdos in æternum. ergo Christo nulli substitui debent Successores, aut Vicarij: in hoc enim nouum Testamentum a veteri distinguitur, Heb. 7. quòd ibi multiplicabant Sacerdotes, quia MORTE PROHIBEBANTVR permanere; neque responderi potest, eos, qui nunc ordinantur Sacerdotes, non succedere Christo, sed Suffraganeos esse. nam Apostolus loco citato, non concedit vllorum Sacerdotum multiplicationem, nisi propter MORTEM præcedentium: Christus autem SEMPER viuit, & Sacerdos manet: ergo solus nunc fungitur sacerdotio sacrificandi, vel si multi sint in terris Sacerdotes, Christi Sacerdotium abrogatur. Respondeo nullus Catholicus affirmat Sacerdotes, qui sunt in Ecclesia, Christo succedere: quod autem sint Vicarij, & Suffraganei, vel potius Ministri Christi in Sacerdotio, secundum ORDINEM MEICHISEDECH non repugnat veritati, & æternitati sacerdotij Christi: Imo non potest Christus dici Sacerdos in æternum,

[d] *Bellar. lib. 1. de Missa. ca. 25. §. Quod autem. Idem planè Valent. Iesuita Tom. 4. disp. 6. qu. 11. punct. 1. An quis possit Christum Sacerdotes secundum ordinem Melchisedech. Nullus Christo succedit, Bellar. ait. Ribera negat.*

niſi per Miniſtros ſacrificet: quia certum eſt, eum proprié, & per ſe non ſacrificare. *In duobus inſigniter falleris. Primum* Nullus, *inquis*, Catholicus *(quod eſt opinione tua, vir Pontificius)* affirmat Sacerdotes Chriſto ſuccedere. *Cum tamen in ſchola, et iam Ignatiana, huius dogmatis aſſertor reperiatur.*

[a] *Ribera Ieſuita Comm. in Heb. 7. Num. 72.*

Aduocatus. [a] SOLVS Chriſtus perfectus Sacerdos, Pontifices autem Romani, qui SVCCEDVNT, non aliud Sacerdotium habent, aut aliud ſacrificium offerunt, ſed participes ſunt ſacerdotij eius, & in memoriam ſacrificij eius offerunt. *Hic Ieſuita falſum docendo, verum tamen confitetur, videlicet: apud ſuos videri aliquem* Chriſto ſuccedere, *licet, fateor, proximus fuit Bellarmini error, quòd aeternitatem ſacrificij Chriſti vult, non in perſonali Chriſti functione, ſed in aliorum Miniſtrali officio, duntaxat conſiſtere. error à B. Paulo diſertè refutatus.*

[b] *Ribera ibid. Num. 66.*

[b] Duplici ratione dicitur Chriſtus ab [*] Apoſtolo Sacerdos in æternum: quia, ipſe æternus eſt, nec moritur VT ALII SACERDOTES, qui DVM vixerunt, potuerunt hoſtias offerre, ſed MORTE impediuntur. At Chriſtus licet cum obtulit ſacrificium mortuus eſt, tamen reſurrexit, & iam viuit in ÆTERNVM. Secundò, non eſt finita virtus eius ſacrificij, cum eius morte, ſed NVNC etiam patri illud REPRAESENTAT, & res noſtras apud patrem agit, vt omnes electi vitam conſequantur æternam. propterea ait APoſtolus: vnde ſaluare in perpetuum poteſt accedentes PER SEIPSVM ad Deum, ſemper viuens ad INTERPELLANDVM pro nobis. *Rurſus.* [c] Nemo poteſt negare *(quod tamen Bellarminus tuus negauit)* hoc pronunciatum: CHRISTVS NVNC IN COELO SACERDOTIS OFFICIO FVNGITVR apud Patrem pro nobis; vt Apoſtolus Ioannes probat: [*] Si quis peccat Aduocatum habemus Chriſtũ Ieſum. & Paulus Heb. 7. 23. Alij quidem plures facti ſunt Sacerdotes &c. id eſt: in lege non erant vnicus Sacerdos, ſed multi quorum (quia mortales) alter alteri ſuccedebat. HIC AVTEM, id eſt Chriſtus, quia ſemper manet, & viuit, ſemper eſt Sacerdos, ſemper habens Sacerdotium, & ſucceſſione non indiget.

[c] *Ibid. Num. 32.*

[*] *1. Ioh. 2.*

get. *Si igitur vos, cum eſtis Sacerdotes, morti obnoxij, ordinationem veſtram ſecundum ordinem* Melchizedech *aſſeritis, perit veſtra Succeſſio: quia,* [b] Ideò Melchizedech erat figura Chriſti (qui eſt Sacerdos in æternum); quia vt ait Theophylactus, & alij, NEQVE eius MORS narratur, NEQVE SVCCESSIO eius ſcribitur. *Sin ſucceſſionem vendicatis, perit veſtra ordinatio, quia, hoc (eodem teſte) ex eodem argumento Apoſtolico demonſtratur. Itaq; conſultius multò erit Proteſtantium ordinationem amplecti, quæ non ſacrificandi, ſed prædicandi, & Sacramenta adminiſtrandi munus Miniſtriis proponit: munus, inquam, prædicandi, præſertim cum: officium* Sacerdotum in prædicatione & doctrina debet conſiſtere. [c] *Gratianus.* Officium Epiſcopo proprium. [d] *Aquinas.* & præcipuum. [e] *Valentianus Ieſuita.* & perſonale. [m] *Maldonatus Ieſuita.* Sine quo quis nec Paſtor eſt dicendus. [n] *Eſtenſeus.*

[b] *Ribera Ieſuita quo ſupra. Dilemma: quo probatur, pontificios ſacerdotes vel a vera ordinatione, vel a vera ſucceſſione defeciſſe.*
[c] *Gratianus diſt. 38. cap. Ignorantia.*
[d] [e] [m] [n] *hæc omnia ſupra cap. 10.*

CAPVT. XXIII.

Patrum Iudicium opponitur:

Hos conſulamus.

A *Duceſarius.* [a] Cedant (inquit [b] Tertullianus) Hæretici, origines ſuarum Eccleſiarum, euoluant ordinē Epiſcoporum, & per ſucceſsionem ab initio decurrentem, an primus ille Epiſcopus aliquam ab Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris habeat autoritatem. *Certè Succeſſio perſonæ, cum adeſt, non eſt aſpernanda: cum abeſt, modò nè deſit Catholica doctrina ſucceſſio, non eſt vehementius exigenda. ita vtraque ſe habet, vt illa ſit Pompa, hæc pugna aptior: teſte Tertulliano, cuius tu verba proximè callidè diſſimulas.* [c] Ipſa doctrina Hæreticorum, cum Apoſtolica comparata, de diuerſitate, & contrarietatē ſua pronunciabit: neque Apoſtoli alicuius eſſe ſuam eccleſiam, neque viri Apoſtolici quia ſicut Apoſtoli non cōtraria Apoſtolis; ita viri Apoſtoci non Apoſtolicis contraria ediderint, ita vt nihil promoueant, *(hæc nota igitur affirmatiuè non tenet)* LICET DICANT

[a] *Bellar. lib. 3. de Eccleſ. Milit. cap. 8.*
[b] *Tert. præſcript. 32.*
[c] *Ibidem. pag. 100.*

SE APOSTOLIS SVCCESSISSE ab alijs Eccleſijs, quæ licet NVLLVM ab Apoſtolis, aut Apoſtolicis autorem ſuum proferant: tamen *(Nec tenet igitur negatiuè)* in EADEM FIDE conſpirantes, non minùs APOSTOLICAE deputantur, propter conſanguinitatem DOCTRINAE. *Aduerſarius.* [b] Etiam Auguſtinus: [*] Me tenet in Eccleſia à ſede Petri, cui paſcendas oues ſuas Chriſtus commendauit, vſque ad præſentem, Epiſcoporum ſucceſsio Sacerdotum. *Rectè, vbi doctrinæ ſucceſſio non deſideratur, alioqui.* [*] Siquidem VERITATEM, quam pollicemini, tam manifeſtè monſtrare poſsitis, vt in dubium venire non poſsit, PRAEPONENDA eſt OMNIBVS illis rebus quibus in Catholica tenetur. *Et rurſus.* [*] Quanquam non tam de iſtis documentis præſumimus, quam de SCRIPTVRIS ſanctis, quas Hæretici tam fugiunt, quàm Latro crucem. *Apud eos, qui epiſtolam fundamenti, id eſt, nouum Euangelium obtrudunt, notam ſucceſſionis exigit Auguſtinus: apud eos autem, qui Scripturas agnoſcunt, ſolis Scripturarum documentis ſe, & cauſam ſuam explorari voluit. Hanc notam repudiare, nota eſt Hæretici, qui Scripturas refugit (inquit Auguſtinus)* Vt latro crucem. *Patronos alios conſulamus.* [*] *Irenæus ſeipſum exponit:* [*] Iis Presbyteris obaudiendum eſt, qui cum Epiſcopatus ſucceſsione CHARISMA VERITATIS certum acceperint. *Quid ita?* [*] Succeſsio ſedis eſt nomine tenus Succeſsio, niſi FIDEI habeat veritatem. [*] NON CATHEDRAE, ſed religionis ſucceſsionem propriam exiſtimare debemus; nam qui eandem FIDEI DOCTRINAM profitetur, eiuſdem quoque throni particeps eſt: qui contrariam amplectitur, Aduerſarius quoque in throno cenſeri debet. *Certè, nam.* [*] Non habent hæreditatem Petri; qui FIDEM PETRI non habent. *Reddatis igitur nobis quæſo Petri fidem, & ſubijs Petri ſedem non inuiti largiemur: ſin minus, cognoſcite quòd,* [*] Eccleſia non in parietibus conſiſtit, ſed in DOGMATVM VERITATE. *Quare?* Parietes OMNES Eccleſiarum Hæretici poſsidebant: Eccleſia verò vera ibi erat, vbi FIDES vera erat.

[b] *Bellar. quo ſuprà.*
[*] *Lib. contrà epiſt. Fundamenti cap. 4.*
[*] *Auguſt. ibid.*
[*] *Auguſt. epiſt. 165.*
[*] *Lib. 3. cap. 3.*
[*] *Lib. 4. cap. 43.*
[*] *Nazianzenus de laudibus Athanaſij.*
[*] *Idem in Orat. Baſil.*
[*] *Ambroſius lib. 1. de Pœnit. cap. 6.*
[*] *Hieron. in Pſal. 133.*

Patres

Patres Iudices ſequemur; & ſucceſſio fidei eſſe poſſit ſine ſucceſſione doctrinæ: doctrina etiam abſque ſucceſſione perſonæ, ita tamen, vt in veritate dogmatum notior Eccleſia nota conſtituatur, quàm in titularis ſerie perſonarum.

De hac Nota concluſio hæc eſſe poſſit, ex Aduerſariorum ore profecta.

Aduocatus. [1] Quod ſi VNA aliqua prouincia retineret VERAM FIDEM, adhuc verè propriè CATHOLICA diceretur, dummodò clarè oſtenditur, eam eſſe vnam, & eandem cum illa, quæ fuit aliquo tempore, vel diuerſis mundi temporibus. *Igitur prouincia, vbi Proteſtantium religio obtinet, quidni* Catholicæ *dici poſſint, ſi modò eandem cum primitiua Eccleſia fidem profitentur? imò (vt ſummam omnium vno verbo complectar.)* [2] Perſonalem ſucceſſionem nihil moramur, modò DOCTRINAM noſtram conſentientē Scripturis oſtendere poſsimus. [3] Mihi enim nec laudi, nec VITVPERIO erit, dummodò verè Chriſtianus ſim, Maiorum meorum matutina, aut VESPERTINA conuerſio. *Vos igitur Proteſtantium fidem hæreticam eſſe probetis oportet, priuſquam eorum Eccleſiam non Catholicam eſſe, notâ aliqua oſtendere poſſitis.*

[1] *Bellar. lib. 4. cap. 7. §. Tertiò ex.*

[2] *Stapletonus lib. 13. de doctr. princip. cap. 6.*

[3] *Aeneas Syluius de geſt. Conc. Baſil.*

CAPVT. XXIIII.

Nota ſexta.

Aduerſarius. [1] Nota ſexta Eccleſiæ eſt conſpiratio in doctrina cum Eccleſia antiqua, quia doctrinam retinet, quam Apoſtoli tradiderunt: Iam oſtendemus doctrinam noſtram eſſe doctrinam veterum Catholicorum; & doctrinam aduerſariorum cum doctrina veterum Hæreticorum conſpirare. *Primò de antiquis hæreſibus, quas Proteſtantibus imponitis. Secundò de antiqua veritate, quam vobis ipſi vendicatis, in vtroq; non dubito quin animis non contrà veritatem obſirmatis ſatis abundè faciam.*

[1] *Bellar. lib. 4. de notis Eccleſiæ cap. 9.*

Hæresis prima, de Iustificatione per solam fidem.

Aduersarius. [b] Aggrediamur Catologum errorum, qui apud antiquos Patres pro exploratis hæresibus notantur, quos tamen Protestantes pro orthodoxis dogmatibus amplectuntur. Prima hæresis est Simonianorum, qui docebant hominem saluari per gratiam Simonis Magi, quem Deum faciebant, non secundũ operum iustitiam. [c] Dixerunt Eunomiani nemini peccata nocere, modò fidem habeant. Idem Protestantes. [d] Eunomius tam fuit inimicus bonis operibus, vt nemini obesse quorum-libet peccatorum perseuerantiam diceret. Simon Magus docuit suos nec Prophetas attendere debere, nec opera curare, Lutherana hæresis de sola fide est illis affinis. *Calumnia ipsa Simone Mago digna, non nihil enim atri illius* * Fellis *sapere videtur. Quantum Protestantes à Simonianâ, aut Eunomiana impietate abhorruerint, vos ipsi, quæso, dicite: Etenim in tota hac causa Aduocatos nullos nisi ipsos vos Aduersarios volumus. Aduocatus.* [e] SIMONIANI docebant hominem saluari secundum GRATIAM SIMONIS Magi. *At,* [f] PROTESTANTES dicunt oportere nos iustificari tantum PER GRATIAM DEI in Christo Iesu: quam per fidem tantum apprehendimus. *Quantum inter Protestantes & Simonianos Hæreticos interfit, quæritis? Quantum inter Iesum, & Magum, id est, quantum inter filium Dei, & filium perditionis, Redemptorem mundi, & mundi impostorem: Itaq; cum Simoniana hæresi Protestantes affinitatis nihil habent; ecquid cum Eunomiana agnoscunt?* [g] EVNOMIVS nihil cuiquam obesse peccatorum PERSEVERANTIAM dixit: & [h] Affirmauit Eunomius fidem sufficere ad salutẽ, quamuis MALA opera ADESSENT; PROTESTANTES dicunt quidem fidem ad salutem sufficere, NEGANT tamen fidem illam SINE operibus esse posse. *Quibus verbis Tolletus Iesuita Iesuitam Bellarminum non obscurè mendacij insimulat: Agnoscit enim Eunomianos fidem mortuam, Protestantes vero*

[b] *Bellar. lib. 4. de notis Ecclesiæ cap. 9. §. Nunc ad &c.*

[c] *Ibidem.*

[d] *Stapleton. lib. 7. de doctr. princip. cap. 7.*

* *Act. 8. 23.*

[e] *Bellar. suprà.*

[f] *Bellar. lib. 1. de Iustific. cap. 22. & passim per librum integrum. Calumnia Bellarmini ex ipsius ore detegitur.*

[g] *Staplet. subr.*

[h] *Tollet. Iesuita Comm. in Ioh. 13.*

verò viuam profiteri: vt veritas ipſa clarius eluceſcat duo ſunt à nobis breuiter enucleanda. Primum Proteſtantes in eo quod aſſerunt FIDEM SVFFICERE. *Veſtros Catholicos primarios opinionis ſuæ aſtipulatores habuiſſe, in eo quod negant* Fidem iuſtificantem ſine operibus eſſe poſſe: *Hæreticis ex Diametro aduerſari: ita vt dum, quam Proteſtantes tenent opinionem veram oppugnatis, inſcitia, dum, quam non tenent falſam illis imponitis, malitia veſtra appareat. De priore, Aduerſarius.* [i] Nos ſola fide iuſtificari coram Deo: eſt opinio paradoxa. [k] Omnium hæreſium ſeminarium. [l] Iuſtitia fictitia & imaginaria. *Imo verò hanc eſſe orthodoxam ſententiam, & ad ſalutem neceſſariam, viri Pontificij, Proteſtantium Aduerſarij grauiſſimi, & doctrina inſignes, libellis ſuis publicis, & in Comitijs celeberrimis conſtanter aſſenerarunt. Aduocat.* [m] Pighius fortiſsimus Lutheranorum Antagoniſta: [n] Alijq; Catholici: [o] Doctrina, & pietate inſignes. [p] Et Colonienſes Canonici: Quinetiam Autores libelli oblati à Cæſare collocutoribus Proteſtantibus in Comitijs Ratisbonenſibus dicunt, TANTVM per imputationem iuſtitiæ Chriſti, quatenus fides noſtra apprehendit miſericordiam, atq; iuſtitiam Chriſti, propter meritum Chriſti, nos iuſtificari coram Deo. *Vt præteream Caſſandrum, Stapulenſem, Peraldum, Ferum, & alios Romanæ eccleſiæ alumnos, qui omnes ad eandem Proteſtantium doctrinam, tanquam vnicam animarum anchoram, totis viribus adheſerunt. Doctrina meritò concedenda:* [q] Concedamus fide iuſtificari nos, modò fateamur ad conſequendam ſalutem neceſſaria eſſe bona opera. *Cuius ſententiæ veritatem (Deo annuente) proprius ſuus Tractatus luculentis rationibus confirmabit. Ex his interim ſatis liquet, Proteſtantes, cum Hæreticis quam parum hereticè ſenſerint: quantum inſuper in eadem ſententia ab iiſdem Hæreticis diſſenſerint videamus. Primo in Particulari. Aduerſarius.* [r] Non alia via homini, inquit Lutherus, cum Deo conuenire poteſt, quàm per fidem, opera nihil curat. Et tam diues eſt Chriſtianus, (inquit) vt non poſſit perire, etiam ſi velit, quantum-cunque malè viuat, niſi nolit credere. *Reſpondeo.*

Doctrina de ſola fide oppugnatur.

[i] *Bellar. lib. 1. de Iuſtif. ca. 12.*
[k] *Maldonat. Comm. in Matth. 19.*
[l] *Feuerdentius Comm. in Iac. 2. Pontificij declores Iuſtificationem per ſolam fidem amplectuntur.*
[m] *Vega teſte, lib. 7. de Iuſtific. cap. 21.*
[n] *Staple. lib. 7. de Iuſtific. ca. 9.*
[o] *Vega lib. 1 §. cap. 11.*
[p] *Ibid. cap. 21.*
[q] *Eraſmus de Concord. Eccleſ.*
[r] *Bellar. lib. 4. de notis Eccleſ. cap. 9. §. Lutherus. Lutherus accuſatur.*

Not

Nos opera Iuſtificationem præcedentia, in actu Iuſtificationis, id eſt, remiſſionis peccatorum, non ita curare oportere, vt vel ſi bona fuerint gratiam mereantur, vel ſi mala, ſuper-abundanti gratia nos priuent, tam eſt apud Chriſtianos omnes Decretum Theologicum, vt Schola veſtra hoc palam decantet. Hoc in loco vnius Lutheri Antagoniſtæ teſtimonio contenti eſſe poſſimus: Aduocatus. [5] Statuamus igitur tertium: fides quæ iuſtificat ferax eſt bonorum operum. Galat. 5. Nec verò inficior quin fides ABSQVE PARTV bonorum operum, hoc eſt, cum OPERA NONDVM peperit, Iuſtificare; at iam operum grauida eſt, & paritura eſt, cum occaſio fuerit. *Ad alterum quod attinet, Ieſuita Valentianus, quamuis ſatis ſtudioſè cupiebat, non eſt tamen auſus illam Luthero ſententiam confidenter affingere.* [6] Quanquam Lutherus *(inquit)* NON LONGE abfuiſſe ab ea opinione VIDETVR, quæ ſtatuit neminem in vllo præterquam infidelitatis peccato delinquere. *Lutherum verò etiam longè abfuiſſe ab illa impietate, Lutherus ipſe ex ore Accuſatoris ſui Bellarmini oſtendit.* [8] SED videtur Lutherus docere libertatem Chriſtianam in eo conſiſtere, quod PIA conſcientia libera ſit ab omnibus operibus, NON FACIENDIS, ſed accuſantibus, & defendentibus. *Repete verba Lutheri.* Pia conſcientia (inquit Lutherus) dictat peccaſti, reſponde peccaui: Illa, ergo lex te damnabit: Reſponde quid mihi cum lege, quia habeo Chriſtum liberatorem? quia nulla eſt condemnatio ijs, inquit Apoſtolus, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui NON ambulant SECVNDVM CARNEM, ſed ſecundum ſpiritum. *Conſtat loqui Lutherum de* conſcientia pia, *quæ ſe peccaſſe grauiter dolet, nec poteſt velle in poſterum peccare. qua igitur Co-ſcientia potuerunt Bellarminus, Lindanus, Campianus dicta Lutheri pia & Orthodoxa, in ſenſum blaſphemum, & hæreticum detorquere? hanc ſæpe ſibi factam iniuriam Lutherus vehementer vereq; querebatur? Aduocatus.* [9] Hoc erat pronunciatum Lutheri: Sceleratum eſſe, cum noueris ſenſum pium eſſe, ex verbis cõmodè dictis ſtatuere errorem. ſic ille vere [10] Compertum eſt ab his *(Pontificios intelligit)* multum Lutheri

[5] *Reffenſ. art. 2. aduerſ. Lutherum. Lutheri dictis ſuffragatur Anti-Lutherus.*

[6] *Greg. Valent. de different. vet. & nou. legis part. 2. cap. 3.*

[8] *Bellar. lib. 4. de Iuſtificat. cap. 4.*

[9] *Tannerus Ieſuita in exam. Hunniana Relat. cap. 13. §. Sed quia.*

[10] *Eraſ. in epiſt. ad Card. Mogunt. pag. 422. edit. vlt.*

Lutheri libris damnata esse, vt hæretica, quæ in Bernardi Augustinique libris orthodoxa, imò & pia leguntur. *Et quæ huc pertinent omnia tractatus noster de Iustificatione punctatim expediet, nunc tantum pauca generatim attingemus. Aduersarius.* [b] Simoniani docuerunt suos non debere opera curare; Eunomius docuit nemini obesse perseverantiam in peccatis: Cui affinis est Protestantium opinio de sola fide. [c] Dogma minimè Apostolicum, sed Simonis Magi, Eunomij, Basilidis, Ioviniani Pseudo-apostolorum hæresis teterrima. [d] Sunt enim bonorum operum contemptores. [e] Qui in articulo necessitatis excludunt pœnitentiæ affectum. [f] fidem intelligunt, quæ caret omni bono affectu charitatis. [g] Nec præter fidem requirunt rectam, & nouam mentem. *Siccine? fides Protestantium perseverantiam in malo approbat? non curat bona opera? Charitatem, pœnitentiam, mentem piam, cæteraq; virtutes excludit? Sic quidem Bellarminus, Stapletonus, Vega, Maldonatus clamant, & vociferantur: Quibus Aduersarijs tantùm Bellarminum, Stapletonum, Vegam, Maldonatum, Aduocatos opponimus: Maldonatus prodeat:* [h] Dicunt sanè Protestãtes fidem iustificantem NON POSSE esse SINE BONIS OPERIBVS. *Vega.* [i] Iustificationem & SANCTIFICATIONEM tam coniunctas, tamque cohærentes esse asseuerant, vt NON POSSIT alterum ab altero DIVELLI. Etiam tu Caluine POENITENTIAM in Peccatoribus requiris, vt Iustificentur. *Stapletonus.* [k] OMNES Protestantes ad vnum dicunt, fidem quæ iustificat esse VIVAM, & operantem per CHARITATEM aliaque opera. *Quid Bellarminus tandem?* [l] Confessio Augustana per solam fidem NON EXCLVDIT ALIAS VIRTVTES, sed meritum ipsarum. [m] NEGAMVS, inquiunt Protestantes, fidem POSSE cum malis operibus CONSISTERE, nam qui habet propositum peccandi, fidem remissionis peccatorum cõcipere nullam possit. [n] Dicunt FIDEM solam iustificare, sed eam non ESSE SOLAM. [o] Non negabunt in Iustificato requiri FIDEM & POENITENTIAM. *Denique,* [p] Tametsi dicunt

[b] *Bellar. & Stapleton. supra.*
[c] *Fuardentius præfat. in Com. in Iac.*
[d] *Salmeron Iesuit. tract. in Parab.*
[e] *Stapleton. quo supra lib. 3. cap. 35.*
[f] *Ibid. l. 8. c. 35.*
[g] *Vega lib. 11. cap. 22.*
Aduersarij inuidiose protestantes damnant, simul & ingenuè absoluunt.
[h] *Maldonat. Comm. in Iob. 3. 15.*
[i] *Vega lib. 15. de Iustif. cap. 5.*
[k] *Staplet. lib. 9. de Iustif. cap. 7.*
[l] *Bellar. lib. 4. cap. 1. §. Ac primum. & lib. 1. cap. 4 §. Ioan. Calui.*
[m] *Bellar. lib. 4. de Iustif. cap. 1.*
[n] *Ibid. lib. 1. cap. 17.*
[o] *Lib. 3 cap. 6.*
[p] *Lib. 2. de Iustif. cap. 6.*
§ *Hæc, & Similia, &c.*

remiſsionem peccatorum non pendere ex conditione operum, neque fidem, aut pœnitentiam, aut vllum actum noſtrum eſſe cauſam, aut meritum Iuſtificationis: tamen non negant requiri fidem & POENITENTIAM: etiã FIDEM VIVAM, & pœnitentiam SERIAN, & ſine his neminem Iuſtificari. *Res igitur iam in confeſſo eſt, proteſtantes cum fidem vinam à mortua, pœnitentiam à peccatis ſeriam, à perſeuerantia in peccatis, ſanctiſicationem ab impietate, Ieſum Saluatorem ab impoſtore Mago diſtinguunt: à Simonianis, & Eunomianis Hereticis non poſſe non diſcerni. Iam verò, vt conſtet Lutherum ſui ſeculi quaſi alium Baptiſtam, tanquam in deſerto huius mundi vocem vinæ fidei, veræq, pœnitentiæ extitiſſe, proferam homiliarum eius quaſdam quaſi rapſodias, lectori, vti ſpero, non*

* *Lut. in lect. in Feriis Iohannis Euangeliſtæ.*

ingratas, certè quidem ad cauſam neceſſarias: * Fides, tanquam Iohannes pectus Chriſti poſsidet, quicquid Chriſtus aut eſt, aut habet, Credentis propria bona ſunt: bona opera, veluti Petrus, Chriſtum ſequuntur: ita tamen fidem, & opera intelligamus, vt in NVLLO homine SEPARENTVR, ſicut neutra ſine altera eſſe poſsit. * Nos volumus conſcientias hominum (vt pullum Chriſti) à proprijs operibus ſoluere: Aduerſarij clamant, (quaſi bona opera prohiberentur) Hæreticus es, ſoluis pullum, homines licentioſos & prauos conaris reddere: Et obſiſtunt, nè pullus, hoc eſt conſcientia hominum ſoluatur, Chriſtoque adducatur, ſed vt adhuc maneant SVIS legibus alligatæ: quomodo ergo ipſos Apoſtolos Chriſti ſe habere docet? Reſpondeo, DOMINVS IPSIS OPVS HABET, hoc eſt vt probè doceant, quod ſit inter opera legis, & opera gratiæ diſcrimen, atquè dicant, BONA OPERA NEQVAQVAM PROHIBEMVS, ſed FALSIS bonis operibus conſcientias ſoluimus, non vt ipſi licentia diffluant, ſed vt Chriſto vero domino adducti & ſubiecti SINCERE BONIS operibus ſeriò ſtudeant, ad quæ DOMINVS opus ipſis habeat, adducique ſibi requirit. * Neceſſarium eſt, vt Chriſtum audias, ipſiquè te TOTVM conſecres, abnegato teipſo, & hac ratione ex Cain in Abelem mutatus gratus

* *Ibid. §. Et ſi.*

* *Lect. in feriis Ioh. Euang.*

ipſe

ipſe Deo fies, & dona grata offeres. Hæc fides te iuſtificat, cui Dominus in contemplatione ſui filij, omnia peccata, totum Adamum, & Cainum condonat, ac donat etiam tali fidei ſuum Spiritum, qui hominem penitus immutat, nouumque reddit, qui iam fit alia ratione, aliâque voluntate, vtique in bonum propenſa, TALIS NON POSSIT NON BONVM OPERARI.* Gratia nos à ſeruitute legis liberat, NON LEGEM ABROGANDO, ſed donans nobis Spiritum liberum, & filiorum, vt non minarum metu, quæ eſt ſeruitus, ſed ſponte noſtra DEO PAREAMVS, non ſecus, ac ſi nulla omnino lex lata eſſet.* Qui non ob metum Gehennæ, ſed ſuo arbitrio, ac ſi lex nulla eſſet, Deo ſeruiunt, ſunt tanquam Tabulæ Moſis, intus, & foris digito Dei ſcriptæ, legem exterius, & interius ſeruant.* Quibus lex iam non eſt Pædagogus ad Chriſtum, ſed in Chriſto eſt facta ſodalis. Non enim interit, ſed illi mutati, non lex, vt ex animo faciant, quod metu fecerant.* Nuſquam Scriptura opera ſinè fide, ſed ſolam fidem, at VIVAM, ex qua opera dimanant, vbique requirit. *Hæc cum ita ſe habeant, dum vos tam execrandas de fide hæreſes Proteſtantibus ſine fide falsò affingitis, in criminationibus veſtris reliquis profectò fidem nullam poſcere, aut expectare debetis: Sed agite, Qui enim ſemel verecundiæ fines tranſiliit (inquit orator) eum gnauiter impudentem eſſe oportet.*

* *Ibid. §. vbi.*

* *Lect. in Calendis Ianuarijs ex Epiſt. ad Gal. cap. 3.*

* *Ibidem.*

* *Lect. in cap. 1. Domin. quadr.*

CAPVT. XXV.

Hæreſis ſecunda, de Autore peccati.

ADuerſarius.* Secunda hæreſis eſt Florini, quæ eadem Simonis Magi, Marcionis, & Manichæorum fuit: Deum eſſe Autorem peccati.* Eandem reſtaurarunt Caluinitani, & Lutherani; qui hominem omni libero arbitrio exutum in belluarum ſortem traducere conantur.* Faxo nôrint Proteſtantes iſtoc ſuorum axioma. Deus eſt autor peccati. *Proteſtantes, qui in hanc blaſphemiam proruperint, de-*

* *Bellar. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 9. &.*

* *Feuardentius Comm. in Iac. 1.*

* *Campianus Ieſuita Rat. 8.*

signate. [a] Pudeat Caluinum, & Melanchthonem, aliósque huius temporis Hæreticos, qui Deum opt. max. autorem peccati, & culpæ pronunciant. [c] Hoc sine vllo pudore docet Caluinus lib. Instit. cap. 18. *Vos potius pudeat vestri huius tam impudentis calumnia. Hoccine sunt Caluini axiomata? Deum esse autorem peccati? Hoc docuit Caluinus? Hoc pronunciauit? Prodeat primò Reus, Caluini verba explorans. Reus.* [d] Flagitiorum causa Extra hvmanam voluntatem quærenda Non est, ex qua mali radix assurgit, & in qua peccatum residet. *Et* Deum esse Autorem peccati *plus centies diserè negat: locum vnum proferam, quod te (Fenardenti) Iacobi locum exponentem latere minimè potuit:* [e] Iacobus peccatorum Autorem Merito Deum esse Negat, admonitio necessaria, Ne nos Deum loco nostro substituamus, acsi nos ipse ad peccandum impelleret. summa est: frustra tergiuersari homines, qui vitiorum suorum culpam reijciunt in Deum, quia non ex alio fonte proueniunt mala, quam Ex Mala cuiusque cordis Concvpiscentia. *Hæc Caluinus. nunquid verò ex consequentijs eius hæc hæresis colligi possit? Aduersar.* [f] Non solũ permissione, (inquit Caluinus) verumetiam voluntate Dei homines peccant, ita vt nihil illi deliberando agant, quod non Deus ipse anteà decreuerit. *Rursus.* Quod aliqui, inquit, verbum Dei contemnunt, ipsorum est prauitas, sed in hanc prauitatem à deo adducti sunt, vt in ijs potentiam suam, & seueritatem ostendat. [g] Lutherus etiam, Illud velle, quo Iudas voluit Christum prodere, fuisse opus Dei. *Primò de permissione: permissionem illam, quam tu commiscueris, qua excludis actum volendi in Deo, nemo Christianus non execrabitur. Ais enim.* [h] Deus quoad peccatum, non habet positiuè velle, sed tantum priuatiuè; nec enim vult esse peccatum, nec vult non esse, sed non vult esse, quod est permittere. *Hanc, inquam, voluntatis suspensionem stupidam prorsus, & impotentem Deo tribuere, sine blasphemia non possis. Aduocatus.* [i] Voluntas Dei est semper actu ad vnum oppositorum determinata, & Dei voluntas est actus æternus.

Ergo

[a] Pasquet. Iesuita in 1. 2. part. tom. 7. hom. disp. 129. Num. 2.

[c] Bellar. Iesuita quo. si prà.

[d] Caluinus in loco ab Aduers. obiecto.

[e] Caluinus Com. in Iac. 1. idem cecinit in Psal. Caluinus discrete negat Deum esse autorem peccati, Infrà etiam expressius.

[f] Bellar quo supra, cap 9. §. Deinde.

[g] Sraplet. lib. 11. de Iustific. cap. 4.

[h] Bellar. lib. 2. de amiss. grat. cap. 16. §. Dico igitur. &c.

Distinctio Iesuitæ indigna prorsus Dei Maiestate.

[i] Aquinas lib. 1. contra Gentes cap. 82.

Velle peccatum quomodo.

Ergo alterum illud non velle Deus non poſſit: quanquam nec approbando malum velit, nec ſuæ faciendo: Enimuero Deum velle malum (inquis) durum dictum eſt, & execrabile. *audi. Aduocatus.* [a] Dictu LEVE eſt, & abſque conſcientiæ ſcrupulo dicitur, ſed graue auditu: videtur enim tum dici, quod Deus malum diligit, & approbat, quod prauum eſt, ideò refutat hoc pia mens, non quia quod dicitur, non rectè dicitur, ſed quia quod BENÈ DICITVR, non benè intelligitur. Deus cum facit bonum, & permittit malum, apparet voluntas eius, quoniam eſſe VVLT quod facit, & QVOD PERMITTIT, eſt Dei voluntas, operatio eius, eſt permiſsio eius. *Ipſiſſimus ſenſus Caluinianus, quem neceſſe eſt in ipſo Victore vincere, ſecundam criminationem remouebit. Reus.* [*] Deus tentat neminem. Iac. 1. loquitur de internis tentationibus, quæ nihil aliud ſunt, quam inordinati appetitus, illorum AVTOREM MERITO DEVM ESSE NEGAT, quoniam ex carnis noſtræ corruptione manant; verùm tota Scripturæ doctrina huic ſententiæ reclamare videtur, quæ tradit Deum homines excæcare, in reprobum ſenſum tradere, in prauas & fœdas cupiditates conijcere. Reſpondeo. Sic quidem Scriptura loquitur: an quia Dominus eorum corda deprauet, atque corrumpat? MINIME, ideo enim ſubijcitur, tradidit eos prauis ſuis deſideriis, quia cor eorum iam corruptum, & vitioſum erat. Deus tradendo tantum peccata vlciſcitur, atque ita ſe res habet, non aliunde nos in malum impelli, ſed cuique PRAVVM SVVM AFFECTVM Ducem eſſe, & Impulſorem. DEVM AVTEM NEMINEM TENTARE, quia malis non tentatur, id eſt mala non appetit. *At Lutherum quomodo expediam? facillimè; etenim. Aduocat.* [l] Multa facit Deus ETIAM INTRA EVM, qui obduratur, quibus vitio ſuo is fit deterior, EXCITAT VARIOS MOTVS vel ſpei, vel timoris, vel CVPIDITATIS, vel iræ, itemque varias imaginationes IMMITTIT, dubias atq; perplexas, quibus ille nimio plus incredulus PRAECIPITATVR in malum. hanc excæcandi Impios, & obdurandi viam omnium

[a] *Hugo de ſancto Victore. lib. 1. de Sacramẽt. cap 12. part. 4.*

[*] *Caluinus Comm. in Iac. 1. 13.*

[l] *Perer. Ieſuita Comm. in Gen. 18. diſp. 8. Ieſuita & dictum, & ſenſum Caluinianum amplectitur.*

nium maximè approb. * Auguſtinus, Deum non modo per permiſsionem atque patientiam, ſed etiam PER POTENTIAM, & ACTIONEM potentiſsima ſua prouidentiâ, ſed tamen ſapientiſsima, atq; iuſtiſsima agere. *Hunc vſq; Ieſuita. quid, vt non ſit Author peccati? ſane, quod exemplo dilucidum fiet.* ■ Quemadmodum malæ ambulationis in homine claudo in detortam tibiam vitium reijcimus, & vitium Scripturæ exaratæ in optimo Scriba, in malam papyrum, aut malè temperatum calamum: ita mala noſtra non debent imputari Deo, quod auxilio generali ad ea CONCVRRIT, ſed nobis qui deflectimus, & claudicamus ab ipſius lege, & influxum eius in malum detorquemus, quãobrem licet nobiſcum faciat actus, qui intrinſecum, & inſeparabilem habent MALITIAM, nequaquam tamen, vt antiquiores Theologi probè monuerunt, peccati Author cenſeri debet: quia in moralibus, ille alicuius operis cauſa iudicatur, qui PRAECIPIT, conſulit, ſuadet, præmiat, approbat, at Deus, vt Theologi probabilius ſentiunt, cùm Voluntate, & conſenſu, VELIT ET FACIAT nobiſcum PECCATA, nihil horum facit. *Hæc Vega, Concilij Tridentini expoſitor. aut igitur Caluinus & Lutherus hac hæreſi abſoluendi ſunt, aut Auguſtinus, & alij Theologi probabiliores in eadem implicandi. Equidem cum ſententiam Caluini excutio, à vobis in ſingulis paginis exagitatam, nihil profectò in ea reperio, quod non eſt à graniſſimis Scholaſticis diſertiſſimè ſæpe decantatum, quoties monent in eadem actione peccantis inter operationem Dei, & peccatum hominis, tanquam inter effectum, & defectum eſſe diſcernendum. progredior: ſed neſcio cuius vox rauca, & ſanè moroſa nobis obſtrepit. Aduerſarius.* * Ecce (inquit Caluinus) in exemplo Iob colligimus Deum eius probationis, cuius Satan miniſter fuit, autorem fuiſſe. Ecce Caluinus apertè plus tribuit Deo in ſcelere quam Diabolo. διαβολη, quam (credo) *nec Diabolus Caluino auſus eſſet obijcere. Caluinus enim Deum probationis Authorem facit, non ſceleris. Caluinus cauſam ſuam agat. Reus.* * Magnum eſt DISCRIMEN inter opus Dei, & opus

* *Auguſtinus lib. 5. aduerſus Iulianum ca. 3.*

■ *Vega lib. 2. cap. 15. de expoſ. Concil. Trident.*

Similitudo elegans.

* *Stapletonus Doctrin. Princ. de hac quæſt. Putida Caluinia.*

* *Caluinus aduerſus Libertinos cap. 14.*

opus Impij, cum eo Deus vice inſtrumenti vtitur, Impius enim ſua auaritia, & prauitate incitatur ad facinus, ex qua radice, id eſt, animi affectione, opus Qualitatem ſumit, ac merito malum iudicatur; at Deus reſpectum habet omnino contrarium: ita vt in eodem opere IVSTITIAM bonitatemque DEI cõtemplemur, ex altera parte DIABOLI, & Infidelium MALITIAM: exemplum pellucidum habemus in Iob, qui in opere Diaboli, Deum intuetur. Deus inquit abſtulit: nec tamen excuſandus Diabolus; ſumunt enim opera qualitatem à PROPOSITO AVTORIS: qui hæc non diſtinguit, omnia vt porci roſtro ſuo inuertunt. tales ſunt Libertini, qui non tantum Diabolum cum Deo HORRIBILI SOCIETATE coniungunt, verum-etiam in Deum ipſum transferunt laudabilia opera Diaboli, cenſentes quod nihil agat niſi à Deo conſtitutum. HAEC autem HAERESIS originem cœpit à SIMONE MAGO; nos obſeruare debemus opera ex malo ſiuè agentis malo eſſe, interim Deus omnia gubernat, & in bonum finem dirigit, ita vtitur Diabolo, vt NIHIL habeat CVM EO COMMVNE magis quam ſolis radij ex corruptione cadaueris, aliquid corrupti ad ſe trahit, nec tamen puritate ſua efficit, vt cadauer minus putidum ac fœtidum ſit: ſic Deus per Impios ita operatur, vt neq; iuſtitia, quæ in ipſo eſt, eos iuſtificet, nec ipſe eorum iniuſtitiâ, & corruptione contaminetur. *In quo Caluinus Auguſtino ſuffragatur. Aduocatus.* [a] Deus, inquit Auguſtinus, non eſt Autor peccati, quia peccatum priuatio eſt, ac ad faciendum peccatum concurſus cauſæ MORALIS neceſſarius eſt, at Dei concurſus cum homine eſt NATVRALIS, & vniuerſalis. [b] Et Thomas reddit rationem: In peccato, inquit, duo ſunt; Operatio, & defectus ipſius: Operatio quidem ſecundum rationem operationis in Deum referenda eſt: ſed defectus nullo modo; quia defectus ſolùm in cauſam deficientem reduci poteſt, Deus autem non eſt cauſa deficiens. *Et, vt nemo Caluinum accuſet, qui vel Canum Doctiſſimum Scholaſticũ, vel Suarem Ieſuitam*

Caluinus ſibi obiectas hæreſes diſertis verbis refellit, & execratur.

[a] *Sebaſtian Barradius Concord. Euang. lib. 4. cap. 6.*

[b] *Vaſquez Ieſuita in Thom. 1. 2. Tom. 1. quæſt. 79. art. 2. cap. 5.*

Ieſuitam velit defendere, his Aduocatis, multa pancis perſtringam: in quibus quæſtionis huius ſummam complectar: [q] Hæc etiam opera non fiunt niſi Deo VOLENTE, neque ipſe influit in ea, niſi VOLVNTARIE: quod etiam verum eſt de operibus Peccatorum, quatenus à DEO FIVNT, vel Deus in illa influit: nam quatenus eſt vniuerſalis Prouiſor ſapienter iudicat EXPEDIRE tales actus permittere & ad illos CONCVRRERE, & Iuſtiſsimè hoc ipſum VVLT: Oportet tamen in peccando DISTINGVERE, aliquid quod à DEO fit, & quod à DEO NON fit: Operatur enim Deus ACTVM PECCATI, non malitiam eius. *Vel quod idem eſt:* [r] Deus eſt naturalis cauſa motionum omnium, etiam malorum, non autem moralis, hoc eſt, NEC SVADET, nec imperat malum. *Ecquid diuersè Proteſtantes?* [s] De actibus malis quoad formale peccati, non eſt controuerſia inter Catholicos: ſit ergo fide certùm Deum nullo modo inclinare ad formale peccati: NEQVE HÆRETICI *(ſic Proteſtantes, parùm Catholice, nominat)* HOC NEGANT, bene enim norunt NEC Deum poſſe INTENDERE formale peccati, NEC INCLINARE voluntatem hominis, vt illud intendat. *quid multa?* [t] Quod dicunt Proteſtantes Deum nobis ſua omnipotenti voluntate neceſsitatem imponere, in hoc NON REPREHENDVNTVR à Catholicis, eò quòd quaſi aliquid aſſerant, quod vel reipſa contradictionem, aut repugnantiam inuoluat, aut Dei omnipotentiam ſuperet: Propriam cauſam peccati FATENTVR ADVERSARII eſſe voluntatem humanam. *Quis non Proteſtantibus felicitatem ſuam meritò gratuletur, quibus veritas ipſa, vel ex Aduerſariorum ore profecta, patrocinatur?*

[q] *Suarez Ieſuita lib. de variis opuſc. Theol. lib. 4. diſp. 1. §. 2. num. 14.*

[r] *Canus locis Theolog. lib. 2. cap. 4.*

[s] *Suarez Ieſuita lib. de variis opuſc. Theol. lib. 2. cap. 2. Num. 5. Ieſuita palam Proteſtantibus patrocinatur.*

[t] *Suarez Ieſuit. in opuſc. Theol. lib. 1. cap. 2. § Non er. 0. Quâ ſententia diſputatio Bellar. integra excuſſa euanuit lib. 6. de Amiſſ. grat. ca. 16. §. Cæterũ. vbi in hanc opinionem acriter inuehitur.*

CAPVT XXVI.

Hæreſis Tertia de perdita imagine Dei in Adamo.

Aduerſarius. [u] Tertia hæreſis eſt Originis. Primò. Adamum imaginem Dei perdidiſſe, ad quam creatus erat.

[u] *Bellar. lib. de notis Eccleſ. cap. 9.*

erat. idem Caluinus lib. 2. Inſtitut. cap. 1. S. 5. per peccatum, inquit, primi hominis obliterata eſt cœleſtis imago. [b] De homine quid? Imago Dei in homine deleta eſt, nulla boni ſcintilla ſuperſtitit: tota natura quoad omnes partes ita funditus euerſa, vt ne renatus quidem quicquam ſit aliud intrinſecus, niſi mera corruptio, atque contagio. ſic Proteſtantes. *Primo, Diſtinguendum eſt de imagine, nam ſignificat, vel animæ rationalis ſubſtantiam, vel tantum dotes & qualitates animæ ſpirituales: quæ Diſtinctio fortè Originem, certè quidem Caluinum, à ſuſpicione Hæreſeos vindicabit. Aduocatus.* [c] Origines per imaginem intelligebat, vel naturam, ſeu ſubſtantiam rationalem; vel ſignificabat ſimilitudinem, ſeu animi qualitatem: quod ſi Origines ſecundum hunc modum vſurpauerit; quis non videt ibi nullam eſſe hæreſis ſuſpicionem? *Et quis non videt, Alphonſo Moderatore, Caluinum omni Hæreſis ſuſpicione prorſus liberari? verum hoc ſapit Hæreſin ſcz. quod* Imaginem obliteratam eſſe dixerit. *dixit fateor, atq; inſuper fatebor Caluinum Hæreticum fuiſſe, niſi etiam verè Catholicos idem & ſenſiſſe, & dixiſſe conſtiterit: Aduocatus.* [d] Solent pleriqué per ſubſtantiam, quam Prodigus dicitur, PERDIDISSE, Luc. 15. LIBERVM ARBITRIVM, cæteraſque naturales facultates, interpretari. Sic Auguſtinus, Beda, Euthymius, Bernardus, quæ tamen ſano ab ijs ſenſu dicta ſunt: alij per eam Subſtantiam perditam, IMAGINEM & ſimilitudinem ſignificari putant: Ambroſius, OMNIA, inquit, naturæ ornamenta conſumpſit, & Auguſtinus ſerm. 37. de verbis Domini. *Campiani occurramus calumniæ:* [e] Aliqui ex noſtris exponunt hominem libere moueri in Deum, cum ab eius gratia excitatur, quoniam ſponte, & pleno iudicio mouetur. idem omnnò Caluinus docet. *Rurſus Reum ipſum examinemus: Is cum per imaginem intelligit tantum Dotes veræ ſanctitatis, hanc dicit per lapſum prorſus obliteratam fuiſſe:* Conſtat Adamum creatum eſſe ad imaginem Dei, quo indicat factū eſſe participē diuinæ tum ſapientiæ tum Iuſticiæ, virtutis & innocētiæ, hæc COELESTIS IMAGO

[b] *Campianus Iuſtitut. 8. pag. 19.*

[c] *Alphonſ. de Caſtro lib. 2. aduerſus hæreſ. tit. Adam.*

[d] *Maldonat. Ioſ. Comm. in Luc. 15. Eadem patrum & Caluini de hac quæſtione ratio & pene oratio.*

[e] *Bellar. lib. 6. de lib. Arbitr. cap. vlt.*

obliterata fuit. *Cum verò lumen rationis naturalis integrum intelligit, tum ait,* * Regenerationis ſcopus eſt vt Imago Dei, quæ per primam transgreſsionem fœdata, & tantum non obliterata fuerat, in nobis reformetur. *Vtramq́, ſententiam Ieſuita ſic reconciliabit.* [f] Reſpondeo imaginem Dei aliam eſſe naturaliter impreſſam in intellectu, nempè memoriam, & voluntatē, & huius nihil minui intrinſecè; ſed tantum extrinſecè, & ideò nunquam deleri, quantumvis extrinſecè minuatur: aliam verò eſſe imaginem Dei, homini per gratiam, & Charitatē impreſſam: his enim qualitatibus Deo ſimiles efficimur, & hæc OMNINO AMITTITVR per peccatum; & de hac intelligendi ſunt Origines, & Auguſtinus, *(addi enim potuit) & Caluinus. tu perge. Aduerſarius.* [g] Origenes ſecundò docuit: Infernum nihil aliud eſſe quam Conſcientiæ horrorem. Idem Caluinus. Inſtit. 3. Cap. vlt. *Vult quidem Gehennæ pœnam nonnullam in Conſcientiæ cruciatu cõſiſtere; at eum docere,* nihil aliud eſſe Infernum, *calumnia eſt; igne vel infernali Conſcientia purganda. Reus* * Quemadmodum dominus beneuolentiã ſuam erga fideles, præſentibus bonis teſtando ſpiritualē fœlicitatem eiuſmodi typis, ac ſymbolis tunc adumbrabat: ita dabat in POENIS CORPOREIS IN REPROBOS iudicij ſui documenta. *Hæc Caluinus. igitur Reproborum corporibus pœnam æternam infligendam eſſe palam aſtruit, corporibus inquam, non modo Conſcientijs. Hic nihil opus erit Aduocato.*

* *Caluinus loco quem Bellar. ſupra citauit in li. 4. de notis Eccleſ. cap. 9.*

* *Caluinus l. 3. de Iuſtificat. cap. 3. num. 8. & 9. vt citat. cum Stap. Prompt. in Heb. 2. Quadrageſſ. §. Nunc.*

[f] *Vaſquez. Ieſuita. in 1. 2. Thomæ, Tom. 1. diſp. 137. num. 14.*

[g] *Bellar. lib. 4. de notis Eccleſ. cap. 9. §. Origines, &c.*

* *Caluin. Inſtitut. cap. 11. §. 28 ſecundum edit. primam.*

CAPVT. XXVII.

Hæreſis Quarta de mulierum miniſterio.

Aduerſarius. [h] Quarta hæreſis eſt Peputianorum, qui mulieribus ſacerdotium tribuebant, at Lutherus docet tam mulierem, quam Sacerdotem abſoluere, & iam regnat in Anglià Mulier Pontifex, apud Caluiniſtas. *Lutherus quid ſibi voluit? Reus:* * In remiſsione culpæ non plus

[h] *Bellar. cap. 9. §. Peputiani.*

* *Art. 13.*

plus facit Papa, quam quiuis Sacerdos, imò, cum Sacerdos abeſt, quàm quilibet Chriſtianus. *Aduocatus.* [1] Credidit Lutherus totam vim delendæ culpæ, non in Miniſtro, ſed in fide Credentis ſitam eſſe, & non poteſtati Miniſtri, ſed fidei, qua in verbum Dei credimus, remiſsionis effectum eſſe tribuendum. *Recte expoſuit Lutheri ſententiam, ſed male exagitauit: vrſus loquatur Reus*; [*] Apoſt. 1. Cor. 14. Omnia cum Ordine fiant. at ſi omnes Sacramenta porrigere velimus, quis futurus eſſet ordo? ſi omnes ſimul concionari, qualis coaxatio? qualis iam ranis in vſu eſt. Omnes Sacramenta adminiſtrandi poteſtatem habemus, ſed nemo ſibi hoc temerè, vt exerceat, aſſumere debet; NISI is, Qui AB ECCLESIA ad hoc DESTINATVS fuerit: idem ſentiendum eſt, de poteſtate ligandi, & ſoluendi. *Hanc calumniam igitur retorquendo diluemus. Lutherus mulieribus facultatem abſoluendi, nempe* declaratiuè, *& priuatim tantum tribuit, vos etiam baptizandi concedit is. quid intereſt? ille veſtrã abſolutionem, vt non Sacramentũ repulit, vos Sacramentum verum temeraſtis. Aduo.* [b] Vt Laici baptizent (vſus multis abhinc ſeculis vſurpatus) Si Miniſter in tempore non adſit, non video, inquit Caluinus, quam firma ratione poſsit defendi. *Qua verò ratione, etiam damnari poſſit procul dubio Tertullianus plane vidit.* [1] Tertullianus in præſcript. hæreticos varijs deſcribit coloribus, ipſæ mulieres, inquit, hæreticæ, quam procaces ſunt? quæ audent docere; curationes promittere, forſan & TINGERE. *De altero caſtillo, primo, pars innocens defendenda eſt, deinde verò pars rea damnanda. Ad reginam Angliæ quod attinet, dicimus.* Regium eſſe à non bonis audire malè. *Hoc enim quod ex Cochlæo obijcis, iſtius nobiliſſimi Scurræ frontem perfricta magis decuit, quam ſingularem (Bellarmine) eruditionem tuam. Ego Anglus cum ſim hominis non Anglici apologia vti poſſim.* [*] Nullum primatum Regina Angliæ exercet, quem non Iehoſophat, & Ezechiæ Deus tribuebat. *At hic licet noſtræ Regionis incola non fuit, fuit tamen Religionis noſtræ accerrimus defenſor. Aduocatum accerſam, omni exceptione*

[1] *Roſſenſ. art. 13. aduerſ. Lutherum.*

[*] *Luther. dom. faſc. prox. in Iohan.*

Lutherus in Eccleſia ordinem & ordinationem efflagitat.

[b] *Bellar. lib. 3. vol. 4. cap 9. de notis Eccleſ. 1.*

[1] *Roſſenſ. art. 3. aduerſ. Luth.*

Baptizandi Miniſterium Mulieribus nullo modo competit.

[*] *Sterimus Apolog. aduerſ. Ceſter. Ieſuit.*

Regina Angliæ nullam niſi regiam iuriſdictionem vnquam exercuit.

* *Caſſander in Conſult. art. 16.* *onſmaiorem. Aduocatus.* * Non minor, neque inferior eſſe debet autoritas Principum Chriſtianorum, quàm olim in republica Iſraelitarum fuit, non modo, vt legem diuinam (ex præſcripto Dei illis commendatam) immaculatam conſeruent, ſed vt ad eam vitam ſuam inſtituant, exemplo piorum Regum, qui Leuitis & SACERDOTIBVS MANDARVNT, vt dei cultum ad præſcriptum diuinæ legis miniſtrarent; illi ordinem Sacerdotum confuſum, & diſſipatum compoſuerunt, officium quemque exequi iuſſerunt; horum piorum Regum præclara inſtituta pij Reges Chriſtiani ſedulò imitati ſunt. Conſtantius, Theodoſius, Carolus, quorum vigilantia in CONSTITVENDIS REBVS ECCLESIASTICIS ex hiſtorijs ſatis apparet. Principum officium olim iam habitum eſt, Concilia Præſulum, & Doctorum conuocare, quæ ad conſtituendam Eccleſiæ pacem pertinerent diligenter inquirere: officij ſui Eccleſiaſticos viros in tollendis falſis cultibus COMMONEFACERE. nam Seculares Principes deo rationem reddituri ſunt, propter ECCLESIAM, quam A CHRISTO tenendam SVSCEPERVNT; neque huic Principum officio detrahit exemplum Oſeæ, qui Sacerdotum officium de adolendo incenſo vſurpabat, & ob eam rem lepra percuſſus diminutus erat: nequè enim id agitur, vt ipſi Principes, & Magiſtratus propria Miniſtrorum officia, quæ ſunt prædicandi, & Sacramenta adminiſtrandi, inuadant, ſed vt eos in ſuo officio contineant: nec ad rem pertinet, quod Principes ouium numero collocentur, qui ſe totos paſtorum curæ committere debeant. nam in diuinis literis Reges non modo oues, verum etiam Patres nutricij, etiam Eccleſiæ appellantur, qui vt ipſi nec oues paſcent, nec de pabulo de ſe iudicare debent, tamen Ouibus de idoneis Paſtoribus proſpicere, & vt illis idoneum pabulum ſuppetat PROVIDERE tenentur. *Ecquis potuit Anglus pro Principis ſui Autoritate reſpondere diſertius? huic eruditiſſimi hominis defenſioni noſtrates Seminarij contra fratres ſuos Ieſuitas in Apologijs ſuis aſtipulantur. At illa (inquis) in eligendis deſignandiſque*

deſignandiſque Epiſcopis autoritatem ſibi vendicabat: eſto. &

* Nos (*inquis*) non negamus quin populus aliquando Epiſcopos elegerit, ſicut nunc in pleriſque locis per Pontificis autoritatem Epiſcopi à Regibvs eliguntur. *Nec aliud aliquod vel prædicandi vel Sacramenta adminiſtrandi munus Elizabetha Princeps magis, quam olim ſoror eius Maria vnquam attigit; indigna omni laudis præconio ſi attigiſſet: ſed audi.* * Audi Elizabetha regina potentiſsima, his te Principibus adiunge, dignam Maioribus, dignam ingenio, dignam literis, dignam Lavdibvs tvis. *En Ieſuitica Secta de Elizabetha encomium, ne (tu igitur Bellarm.) homo in alienâ regione curioſus, es nimis, in tua planè peregrinus qui Papiſſam Anglam abs te malitioſè confictam alijs obijcere malit, quam Anglam vel Moguntinam veſtram verè Papam agnoſcere. Aduocatus.* † Accepimus fœminam Anglam Ioann. octauam duos annos Rexisse sedem romanam, ſacros ordines contuliſſe, Epiſcopos prouocâſſe, Administrasse sacramenta, & cætera Pontificum Romanorum munia exercuiſſe. * Quam hiſtoriam multi, propter rei fœditatem, omiſerunt. *De hoc, vel potius hac* papa alibi plenius diximus, vbi viginti Pontificie profeſſionis teſtibus locupletiſſimis, eius hiſtoriæ veritas aſſeritur.*

* *Bellar. lib. 1. de Clericis cap. 7. §. Argumentum nonum.*

* *Camp. Ieſuit. Rat. 10.*

† *Agrippa de vanitat. ſcient. cap. de ſectâ Monaſtica.* ¶ *Volateranus in Comm. ſuis Pont. Rom. dicatis.*

* *Supra cap. 19.*

Caput XXVIII.

Quinta hæreſis de concupiſcentia in Renatis.

* *Bellar. lib. de notis Eccleſ. cap. 9 & lib. 1. de Baptiſmo c. 13. Idem Perer. Ieſ. Comm. in Rom. 5. Bellar. abutitur teſtimonio Methodij.*

* *Methodius apud Epiphan. loco citato.*

A*Duerſarius.* * Hæreſis quinta Proeli, Peccatum in renatis ſemper viuere: concupiſcentiam enim verè eſſe peccatum, nec radicitus tolli per Baptiſmum, ſed ſopiri per fidem, vt eſt apud Epiphanium hæreſ. 64. vbi ponit refutationem huius ex Methodio, idem Proteſtantes. *Liceat nobis ex eodem Methodio huius cauilli refutationẽ petere; quia. Aduocat.* * Proclus reſurrectionem excutit, dicit animas ſine corpore ante mandatum vixiſſe, poſtea in corporis vinculum & carcerem, & pedicas coniectum, & ſine

corpore impoſsibile eſſe peccare. *Hæc omnia Methodius: Secundo Reſpondeo. Cum Proclus ait peccatum vinere, id intellexit Regnare, & dominari etiam in Renatis: id tum ex aſſertione Procli, tum etiam ex reſponſione Methodij ſatis conſtat. Itle.* * Ne haberet homo malum immortale peccatum PRÆDOMINANS, &c. *hic.* * Si talis eſt natura carnis, vt legi Dei SVBIICI nequeat, quomodo Paulus hortatur: Non REGNET peccatum, &c? *Et probat toties carnem ſubijci, quoties actualibus non inſeruit.* * Non paret ſcortationi, delicijs; omne enim peccati ſtudium per carnem *(intelligit corpus)* conſummationem acquirit. *Denique* * Lex Spiritus vitæ per Chriſtum, penitus peccatum REGNANS in carne vicit. *Hæc Methodius contra Proclum, an idem Proteſtantes cum Proclo?* Peccatum regnare, *Dic obſecro, quid ſibi vult. Aduocatus.* [1] NON REGNET PECCATVM. &c. * Rom. 6. Nomine peccati omnium conſenſu CONCVPISCENTIA accipienda eſt: quæ quidem tum Metaphoricè Regnare, & imperare dicitur, cum ardentius incitata CONSENSVM voluntatis extorquet. optime: *an inſuper peccatum Regnans Proteſtantes in renatis aſtruunt?* Dicunt Proteſtantes concupiſcentiam in renatis eſſe peccatum, LICET NON SEMPER REGNET. *Ergo iam Proteſtantes abſolues? minimè; quamobrem verò? Aduerſarius.* Quod Proclus, hoc idem poſteà Meſſaliani hæretici docuerunt, vt eſt apud Theodoretum; hæc eſt ipſiſsima hæreſis Lutheri, hæreſ. 2. & 31. eadem Calu. Inſt. lib. 4. Idem Philippus. *Reſpondeo, Proteſtantes nec Meſſalianorum hæreſin tenere, nec omnino hæreſin. primùm. Aduocatus.* * Meſſaliani tantam vim orationi tribuebant, vt Baptiſmo derogarent, dicentes NVLLAM VTILITATEM Baptizatis ex baptiſmo accedere, ſed ſolam orationem ſtudioſam DÆMONEM INHABITANTEM EFFVGARE. ATQVI, [1] Lutherus art. 2. ait omnia PECCATA in baptiſmo REMITTI. Caluinus, omnium peccatorum, inquit, REATVS per Baptiſmum DELETVR. Philippus, Peccatum in Baptiſmo REMITTI, vt non imputetur;

Nunc

* *Pag.* 162.
* *Pag.* 171.
* *Pag.* 173.
* *Pag.* 175.
[b] *Bellar. lib. 5. de amiſſ. grat. cap. 2. §. Similis Tropus, &c.*
[a] *Rom. 6.*
Proclus peccatum, regnare in renatis, hæreticè docuit, quod Proteſtantes orthodoxè negant.
[c] *Bellar. ibid. cap. 10. in principio.*
[d] *Bellar. lib. de notis Eccleſ. cap. 9.*
Obijcitur proteſtantib. Meſſalianorum hæreſis cum prorſus contrarium Proteſtantes defendant.
* *Alphonſ. de Caſtro lib. 3. de hæreſ. Tit. Baptiſm.*
[1] *Bellar. lib. 1. de Baptiſm. cap. 13. §. Hoc noſtro, &c.*

Nunc doceo ſecundum; ſed tu prius ipſam hæreſin deſigna.

[g] Dicunt Proteſtantes concupiſcentiam in Renatis verè eſſe peccatum. *Reuerà ſic dicunt, & verum dicunt, certè quidem peccaturi, ſi aliud aut dixerint, aut ſenſerint. Primum, quia: Aduocatus*: Heb. 12. Deponentes circumſtans peccatum &c. [h] Concupiſcentiam Carnis aduerſus ſpiritum Sanctum intelligit, quam appellare PECCATVM Apoſtolus SAEPE ſolet. vt Rom. 7. & 8. *ſic igitur eam appellare vox Apoſtolica ſonat. iam* [i] Sceleratum eſt modum loquendi, & quoad rem ipſam verum, & per ſe SCRIPTVRAS IMITANTEM tanquam blaſphemum & inauditum portentum traducere. *Eſſe quoq; propriè peccatum ex Conſequentia euincam inſolubili.* [k] Non quod eſt præter, ſed quicquid eſt CONTRA legem Dei eſt MORTALE peccatum. Nec enim aliter peccatum intelligi poſsit, quam quod ſit legis tranſgreſsio. *At* [l] FATEMVR CONCVPISCENTIAM eſſe quandam iniquitatem, & aliquando Obliquitatem, non modò contra dominatum mentis, verùm etiam CONTRA LEGEM Dei. *Quod idem* [m] *Vega Concilij Tridentini Interpres approbatiſſimus de omni veniali peccato verum eſſe concedit non inuitus. ſed nolo vobiſcum rigidè agere, nolo negatam extorquere veritatem, quam licet oblatam accipere: De quo ex Caſſandro veſtro* * *paulo poſt: interea quæ ſit in hac parte hæreſis, Patrum aduerſus Hæreticos, reſponſa ſatis ſignificabunt.* [n] Pelagiani olim affingebant Catholicis talem errorem, quaſi dicerent. Per Baptiſmum non auferri omnino peccata, ſed quaſi Capillos radi, remanentibus eorum radicibus, vnde iterum renaſcantur. B. Auguſtinus, dicunt, inquit, Pelagiani Baptiſma non dare omnem indulgentiam peccatorum, aut auferre crimina, ſed radere, vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur. Quis hoc aduerſus Catholicos, inquit Auguſtinus, niſi Infidelis affirmat? Dicimus enim Baptiſma dare omnium indulgentiam peccatorum, & auferri crimina non radere; nec vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quaſi raſorum in capite capillorum,

[g] *Ibid. cap. 9. An concupiſcentia in Renatis ſit propriè peccatum.*
[h] *Ribera Ieſuit. Comm. in Heb. 12.*
[i] *Tannerus Ieſ. exam. Hun. Relat. cap. 13. §. Sed quia.*
[k] *Bellar. lib. 4. de Iuſtificat. cap. 13.*
[l] *Staplet. lib. 3. de Concupiſc. in Renatis c. 2.*
[m] *Vega lib. 14. de Iuſtific. c. 15.*
* *Infrà lit. m.*
[n] *Perer. Ieſ. Comm. in Rom. 5. num. 9.*

rum, vnde crescunt iterum rescecanda. Eòdem spectare videtur, quod B. Gregorius habet. Si qui tunc, cum dicunt peccata Baptismate superficie tenus dimitti, lotus est. Si peccata in Baptismo non funditus dimittuntur, quomodo qui lotus est, mundus est totus, cui de peccato aliquid remansit? *Iam verò & omnia peccata in Baptismo remitti, & concupiscentiam in Renatis per gratiam non esse, Criminale peccatum Caluinus, & Lutherus, palam docent: esse tamen adhuc sua natura peccatum vestrûm multi tenent, materialiter tamen peccatorum radicem manere nulli non libenter dabunt.* hoc * Ex Augustino & reliquis Ecclesiasticis Scriptoribus conuenit, eam concupiscentiam, etiam post Baptismum reliquam, Apostolum, & eum secutum Augustinum, peccatum nonnunquam appellare, non modo, quia ex peccato factus est, sed quia est fomes peccati, & DOMINATIONI MENTIS RESISTIT. certè insignis Theologus apertè asserit, etiam in REGENERATIS manere peccatum, etiamsi non imputetur. † Si peccati rationem in vitio illo, & iniquitate, languore & morbo constituas, cui Spiritu resistendum est, ne illicitos actus gignat, non ineptè PECCATVM DICITVR; sin peccati ratione in ipsa OFFENSA Dei & REATV, cui ex aduerso pœna & damnatio respondet, sitam intelligas; non est peccatum in regeneratis, quia nisi ei voluntas consentiat, ad peccatum non deputatur. *Non potuit causam hanc Caluinus definire disertius, peccatum est igitur, nec mirum, nam,* ‡ Tam potentissime visceribus nostris inhæret venereæ rei cupiditas, vt ne cogitare quidem de explenda cupiditate possimus, quin voluptate nescio qua occulta tangamur, quam pleriq; NIMIVM VENIALE peccatum esse volunt. *Ex his satis intelligis, tam abhorrere nos ab Hæresi, vt sententiam nostram iuxta cum Ecclesiasticis Scriptoribus, Theologi vestri insignissimi, opinione vestra Catholici, tanquam Catholicam amplectentur, quod suus proprius, & destinatus locus σὺν θεῷ, abunde demonstrabit. Esse etiam radicem peccatorum omnium, qua post Baptismum perpetrantur, vtinam experientia nostra*

non

* *Cassander lib. consult. art. 2.*

Concupiscentiam esse peccatum.

† *Idem ibid.*

‡ *Vives Comm. in August. de ciuitate Dei. lib. 1. cap. 9.*

non tam palam vociferetur, vt non opus ſit nobis, Bellarmine, his teſtimonijs tuis: [r] Concupiſcentia eſt fons tentationum, eſt lex membrorum repugnans legi mentis; eſt peccati fomes: eſt potentia animi vitiata, aſsimulata canibus rabioſis, in carne materialiter peccatum, quod non tollitur per Baptiſmum, ſed remanet in renatis. CONTRA SPIRITVM vſque ad mortem pugnans, quæ adoleſcentes adigit ad inſaniam, & Inſignes viros peruertit. *Poſtremò (libet enim addere, vt Meſſalianos hæreticos affines veſtros poſſitis agnoſcere) Aduocatus.* [t] Aduerſus ignauos Monachos, qui tum in Africa errorem hunc à Meſſalianis hæreticis enatum fouebant, Auguſtinus ſcripſit librum de opere Monachorum, quo triâ potiſsimum demonſtrat: primum; vt Monachi, qui nullo Euangelico negotio, nulla curâ Eccleſiaſtica occupantur, non vitam ſine vllo labore manuum tranſigant ociosam. &c.

[r] *Bellar. hac ſingula copioſè vide Indicem controu. 3. generali, in hanc vocem* Concupiſcentiam.

[t] *Sixtus Senenſ. Bib. lib. 6. Annot. 317.*

CAPVT XXIX.

De duabus aliis Hæreſibus. { *Prima Pœnitentiæ ſubſidium:* / *Secunda perſonas Trinitatis euertit.*

Aduerſarius. [a] Hæreſis ſexta. Nouatianorum error præcipuus erat, non eſſe in Eccleſia poteſtatem reconciliandi Homines, niſi per Baptiſmum: poſtea etiam addiderunt, non debere Baptizatos inungi Chriſmate ab Epiſcopis. Caluinus negat vllum eſſe Sacramentum pœnitentiæ præter Baptiſma, Lutherus pœnitentiam reijcit. Auguſtana confeſsio confirmationem, Caluinus Chriſmatis vnctionem. *Dabo equidem operam in ſingulis tibi ſatisfacere. Primò. ad partem priorem. Aduocatus.* NOVATIANA hæreſis peccantibus OMNEM pœnitentiæ virtutem tollit, dicens eos, qui ſemel poſt baptiſmum lapſi ſunt, NVNQVAM poſtea conſequi REMISSIONEM peccatorum, ETIAM-SI EOS POENITEAT. [c] Omne peccatum lethale poſt baptiſmum commiſſum irremiſsibile cen-

[a] *Bell lib. 4. de not. Eccleſ. cap. 9. § Nouatianorum.*

[b] *Alphonſus de Caſtro. lib. 12. aduerſus hæreſ. Tit.* Pœnitentia.

[c] *Vega lib. 13. de Iuſtific. cap. 2. pag. 486.*

[d] *Maldonat. Iesuita Comm. in Ioh. 14.*

[e] *Bellar. lib. 3. de Iustific. cap 6. & sæpè alibi.*

[f] *Lindanus panopl. lib. 4 c. 57*

[g] *Bellar. lib. 1. de Pœnitent. cap. 8. §. Vt igitur. Iesuita Caluinum accusat pariter & excusat.*

[h] *Vega lib. 13. de Iustific. cap. 16.*

[i] *Ambros. in Serm. Quadrages. li. 13. c. 16.*

[k] *Greg. Ep. 37.*

fuerunt. [d] In Iohn 5. 4. Dixit Christus noli amplius peccare; ne deterius aliquid tibi contingat. Ex quo loco probat Pacianus contra Nouatianos, non negandum esse POENITENTIBVS veniam, nec enim dixisse Christum iam noli peccare, quia non sanaberis iterum, sed, ne deterius aliquid tibi contingat. [e] Dicunt Protestantes in Christianis post baptismum requiri fidem, & POENITENTIAM, vt iustificentur, & remissionem consequantur. [f] Caluinus non vult opus esse nouo pœnitentiæ sacramento quo cœlesti Patri reconciliemur, cuius, inquit, vis in Baptismo viget, ideoq; Baptismi memoriam esse repetendam. *Quid igitur est de quo controuertitur?* [g] Non de quauis pœnitentia inter nos, & Protestantes controuersia habetur, Pœnitentia vel in sola mentis conuersione, atque interna peccati detestatione consistit, vel in externis signis, vt mœrore, lachrymis, confessione, corporis afflictatione se prodit. neque de hac re vlla controuersia est: Ipsi Aduersarij, Caluinus, & Kemnitius, opera externa laboriosa, vt signa veræ pœnitentiæ internæ non reijciunt. Deinde absolutionis RITVM aliquem fere omnes agnoscunt. Sed hic est status controuersiæ, vtrùm pœnitentia, signis externis manifestata, accedente ad eam verbo absolutionis, sit Sacramentum propriè dictum. *Præsertim cum fictũ Sacramenti Pœnitentiæ nomẽ repudiant: non ipsam Pœnitentiam, quam Patres docuerunt.* [h] Vera Pœnitentia (inquit [i] Ambrosius referente Magistro) est virtus, qua, commissa cum emendationis proposito plangimus, & plangenda vlterius non committimus. Idem [k] Gregorius. quam Lactantius Recipiscentiam vocat. *Nouatiani pœnitentiæ & contritionis remedium omne lapsis abstulerunt post Baptismũ: Protestantes tantùm pœnitentiæ sacramentũ, nec tamen omnino Sacramentum negant aliquod esse: Illi veram virtutem pœnitentiæ, hi tantum ritum externum reijciunt: id est, Protestantes prorsus negant, quod Nouatiani affirmant: & tamen illis Nouatianam hæresin aspergitis. Vtinam itaq; te Bellarmine, istarũ calumniarum aliquando pœniteat. Ad Partem posteriorem transeamus,*

de

de Confirmationis Chrismate siuè Baptismatis: Protestantes non dicere demissiùs possunt, quam olim de impositione manuum Hieronymus. Aduocatus. : Dicit Hieronymus impositionem manuum multis in locis ad honorem Sacerdotij magis, quàm legis necessitatem facere, significat eam non esse absolutè necessariam. *Quàm insuper non sit necessaria confirmatio, confirmat praxis vestra.* [k] In regno Angliæ nullius Episcopi, adeoque nec confirmationis vsus à primo anno Regni Elizabethæ à Pontifice nobis concedebatur, *sic loquuntur Seminarij de his infrà.* [l] Christus baptismum instituens, nullum de Chrismate adhibendo dedit præceptũ, hoc igitur amisso Baptismus nihilominus est perfectus: per hanc rationem refellitur alter error Claudij Taurinensis Episcopi, qui dixit Baptisma esse nullum, nisi signum crucis fronti Baptizati infigeretur. hic autem manifestus est error, constat enim Christum cum institueret Baptismum numquam de signo crucis meminisse. *Postremò, vos, qui Nouatianos Hæreticos aliis obijcitis, vereor, vt in eorum exemplo, seu speculo quodam, possitis vultum vestrum minimè Catholicum contemplari: quid est enim quod aliàs docuistis?* [m] Asserimus nos legem Dei rectè implere posse, & esse omninò perfectos. *Quid ferè aliud Nouatiani iactarunt? Aduocatus.* [n] Nouatiani, ob arrogantissimam puritatis, ac sanctimoniæ opinionem, apud populum sẽ Catharos, id est, puros, esse iactitabant; & de Ecclesia pœnitentiam submouebant. [o] Quos propterea Nazianzenus appellat NOVOS PHARISAEOS, & nomine duntaxat, non animo & voluntate, puros.

[k] *Greg. Valent. Iesuita lib. de num. Sacram. cap. 3. Impositio manuum.*
[l] *In libellis suis aduersus fratres Iesuitas.*
[m] *Infrà.*
[n] *Alphonsus de Castro lib. 3. aduers. Hæres. Tit. Baptism. hæres. 6. Signum crucis in Baptismo non est per se necessarium.*
[m] *Bellar lib. 4. de Iustific. cap. 10. & deinceps.*
[n] *Lindanus panopl. li. 4. c. 64.*
[o] *Ribera Iesuita Comm. in Heb. 6. num. 11.*

Hæresis septima, contra Trinitatem personarum.

Aduersarius. [p] Hæres. septima est Sabellij. vnam tantum esse personam in Deo. Idem tenebat Michael Seruetus, & eadem sententia iam in multis locis regnat. *Malitia interdum vsque adeò impotens est sui, vt cum gratiæ causa nihil faciat, omnia tamen sint grata, quæ facit. sic* tenebat (*inquis*)

[p] *Bellar. lib. de notis Eccles. cap. 9. Caluinus hæreticos vindex.*

[a] *Bellar. præfat. in controuerſ. de Chriſto. §. Primi agminis. & § cum igitur.*

Seruetus. *certè, qui nimirum.* *Aduocat.* [a] Seruetus Hiſpanus in Geneua, autore Caluino, dignum ſcelere ſuo ſupplicium pertulit. *Tu in toto hoc capite Caluinum, & Lutherum ex profeſſo oppugnas, hic Caluinum huius hæreſis non autorem, ſed vltorem eſſe, confiteris.*

CAPVT. XXX.

Hæreſis olłana Manichæorum in duobus:
- *Primò, faculłatem liberi Arbitrij tollit.*
- *Secundò, Patriarcharum dignitatem deiurpat.*

[a] *Bellar lib. de notis Eccleſ. c. 9. §. Manichæorum.*

[b] *Poſſiuinus Ieſ lib. 3. de notis verbi Diuini. pag 92.*

[c] *Campianus Ieſ. rat. 8. in principio.*

[d] *Cal. Inſtit. cap. 2. §. 15. ex Edit. prima. Obiectam ſibi hæreſin Caluinus non ſine execratione reiecit, & cum ratione refutat.*

[e] *Maldonat. Ieſ. Comm. in Matth. 7. Si vni Ieſuitæ credimus Caluinus omnino Manichæorum hæreſin tuetur: ſin alij, non omnio.*

[f] *Vega lib. 2. de imbecill. naturæ cap. 12.*

A *Duerſarius.* [a] Hæreſis 8. Manichæorum, quorum erat (vt ait Hieronymus) damnare naturam, & liberum auferre arbitrium, nec peccatorum originem (inquit Auguſtinus) libero arbitrio tribuebant. Idem omnino Lutherus; qui librum ſcripſit de ſeruo arbitrio: idem Caluinus, qui non permittit homini liberam electionem VLLA IN RE, nec nomen liberi arbitrij poſſit tollerare. [b] Hic eſt Proteſtantium Atheiſmus. [c] Deus, inquit Caluinus, eſt autor & cauſa peccati. *Imo*; *Reus.* [d] Euaneſcat ſtultum Manichæorum nugamentum, qui cum ſubſtantialem in homine malitiam imaginantur: alterum illi conditorem affingebant, nè iuſto Deo viderentur malitiam, aut mali principium aſsignare. dicimus hominem naturali vitioſitate corruptum, ſed quæ à natura non fluxerit. *Cum igitur vos quidem rem obliquis oculis inſpexiſtis; vtinam, ſi placet, alienis: & quantum à Manichæorum hæreſi abfuerit Caluinus, facilè ſentietis.* *Aduoc.* [e] Manichæi Arbitrium in VTRAMQVE PARTEM liberum tollunt, Caluiniſtæ liberum TANTVM IN BONVM, non in malum. *Huc vſque verè, ſed parum liberaliter, quia in omni ſpirituali bono libertatem negant, ſed (nam profectò bonum verè morale homini naturali ſupernaturale eſt) in bonum tantum ſupernatule.* [f] CONCEDVNT quidem Proteſtantes

tes libertatem ad iustitiam Philosophicam, atque ciuilem, sed non ad spiritualem, atq; diuinam, hoc est, quoad opera legis externa, non interna. *Sed tu instas. Aduersarius.*

[f] In hoc est Caluinus magis impius Manichæo, quod Manichæus Deo malo tribuit mali initium, Caluinus Deo bono, qui nullam libertatem posit tollerare. *Quis te malus Damon in hanc sententiam impulit? an in primo peccatore liberum arbitrium Caluinus negat? Aduocatus.* [g] Caluinus CONCEDIT hominem præditum fuisse libero Arbitrio ANTE LAPSVM, sed nunc eo carere. *An etiam Deum aut horem esse peccati non negat?* Deus (inquit Caluinus) non est peccati author. *Inter Manichæum, & Caluinum quid igitur distat? Ille in natura creata liberum arbitrium negat: hic tantum in natura corrupta: ille libertatem ad omne bonum, hic tantum ad bonum spirituale: nostra igitur doctrina non est Manichæorum hæresis; sed nè hæresis quidem, neque enim possit hæresis cum veritate reconciliari. at Vega vester.* [h] Adijciam viam qua iam NOBISCVM Protestantes in hac quæstione RECONCILIARI queant, *An etiam Catholici dici possunt, qui hæresi diserte repugnant? at ipse tu.* [i] Aduersus Protestantes, & QVOSDAM etiam CATHOLICOS liberum arbitrium defendemus. *Operam igitur, Vega, perdes, quia hic Iesuita reconciliationem non feret, sensum etiam Catholicorum oppugnabit, etiam Catholicum. quia. Adnocatus.* [k] Hoc, inquit Bonauentura, piarum mentium est, vt NIHIL SIBI tribuant, sed TOTVM GRATIAE Dei; vnde quamtumcunque aliquis det gratiæ Dei, etiamsi SVBTRAHAT potestati naturæ, aut LIBERI ARBITRII, à pietate non recedit; cum verò aliquid gratiæ Dei subtrahitur, & naturæ tribuitur quod gratiæ est, ibi potest periculum interuenire. *Vtcunque veritas nobis faueat, vereor tamen quomodo Antiquitas aduersari videatur. Aduer.* [l] Caluinus fatetur se repugnare toti antiquitati, semper, inquit, apud Latinos vox liberi arbitrij extitit, apud Græcos αὐτεξούσιον vocabulum arrogantius, a quo ego abstinendum censeo; dicit etiam omnes veteres, excepto Augusti-

[f] *Bellar. cap. 9. quo supra.*

[g] *Bellar. lib. 4. de Grat. & lib. Arbit. cap. 7. & lib. 3. de Grat. primi hominis cap. 1. §. In eodem.*

* *Supra.*

[h] *Vega lib. 2. de imbecill. naturæ cap. 12.*

[i] *Bellar. lib. 4. de lib. Arbit. cap. 10.*

Caluini sententia nec tam hæretica fuit, vt non & Catholicè exponi possit, & à veris Catholicis defendi soleat, atque etiam debeat.

[k] *Cassand. lib. Consult. art. 18.*

[l] *Bellar. lib. 4. de notis Eccles. cap. 9. §. Ac primum, &c. §. notandum autem. Quantum pro libero Arbitrio Antiquitas faciat.*

no, plus æquo humanas vires extulisse, & de libero arbitrio aut vasiâsse aut vacillâsse. *Quid dixerit audio, quam verè; id expello: æquavatio? Advocatus.* [m] Dicit esse vocabulum AMBIGVVM, in altero sensu bonum, in altero falsum, ergo esse VITANDVM, & VALLA etiam optabat nomen à medio tolli de contrario. [n] In hoc Chrysostomus, Cyrillus, aliique Doctores Græci NON PROBANTVR. [o] Est eorum doctrina nimis AFFINIS Pelagianorum HAERESI. *Quamvis duo Insignes Iesuitæ Calvini prudentiam approbâsse videantur, operæ tamen precium erit audire quid ipsius dicat Reus.* [p] Fundamentum Manichæorum est, nefas esse ascribi Deo mali creationem. Respondeo nulla Creatura in initio extitit, in qua non sapientiæ, & iustitiæ suæ specimen ediderat Deus. non ex natura, sed ex naturæ corruptione peccata nascuntur. *Calvinus tantum abest vt Manichæorum hæresin teneat, vt eam etiam luculenter refellat, imò, quam tu in Manichæo odisse videri velis, in eandem ipse delaberis. Accusatores.* [q] Nos dicimus rebellionem carnis aduersus Spiritum, futuram fuisse in homine, ex naturæ conditione, si homo in puris naturalibus extitisset: quod Protestantes negant, quasi hoc sit Deum mali autorem facere. *Quasi hoc non sit, cum Manichæo naturæ primæ vitiositatem ascribere: imo quod Manichæus Deo malo (vtar ego ex te, in te, verbis tuis) Bellarminus Deo bono tribuit. De libero arbitrio plura paulo post.*

[m] *Bellar. lib. 4. de lib. Arbitr. cap. 5.*
[n] *Tolletus Iesuita Com. in Ioh. 6. Antiquorum patrum auctoritas, in hac parte, ab ipsis Iesuitis infringitur.*
[o] *Maldonatus Iesuita Comm. in Ioh. 6.*
[p] *Calvinus Instit. lib. cap. 6. §. 28. Quam Manichæorum hæresi. Campianus Calvino imposuit, Calvinum non modo dejerat, verum etiam detestatur.*
[q] *Bellar. lib. de gra. Adami ca. 7. per totum caput præsertim §. 7. Obiectio. Fundamentum Manichæorum, quod Calvinus labefactauit, Bellar. erigere & corroborare videtur.*
[r] *Infrà in huius notæ part. 2.*
[s] *Bellar. de notis Eccles. cap. 9. Eos hæreticos Bellar. Calvino veteri cognatos & consobrinos facit, quos ipse Calvinus vt sibi ac veritati hostes infestissimos strenuè persequitur.*

Hæresis Altera.

Aduersarius. [s] Altera Manichæorum hæresis hæc fuit, accusabant veteris Testamenti patres, vt docet Augustinus Saræ fraudes, & impias impostoras, Abrahæ idololatriam, Sephoræ stultitiam etiam Calvinus tribuit. *O si insciti in te tua tantum, & non etiam malitia hanc Calvino Hæresin affinxisset, sic quidem Calvinus, sed vah quantum χάσμα inter*

illorum

illarum hæresin, & huius veritatem interfuit? Resp. [a] Impij Manichæi reiecto veteri Testamento legem, & Prophetas ludibrio habuerunt. *Calvinus errores Patriarcharum agnoscit, ita tamen, vt* Manichæorum errorem execretur: *eodem planè ingenio, quo ex Sanctis Patribus vestri oes hæretici, nimirum sancto, & modesto, Aduocatus.* [b] Manichæi SCRIPTVRAS veteris legis AVERSATI erant, idcirco in Patriarcharum mores contumeliosius inuehebantur quanquam vero Patriarcharum in veteri Testamento grauia crimina concedantur, non propterea Scripturæ minuitur authoritas; IMO nobis MAGIS COMMENDATVR, vt fidem consequamur, quia Scriptura excipit nullius adulandam personam. quædam in vituperabilibus laudanda, quædam in laudabilibus vituperanda, non tacens. *Hæc ex Augustino vester Senensis. Secundo.* [c] Cur Moses narrauit ebrietatem Noah? primò vt ex hoc appareat simplicitas, & sinceritas historiæ omnia incorruptè narrantis. [d] sed inquiunt Manichæi, ille Iudas, qui cum Nuru sua concubuit, inter Patriarchas computatur; quasi verò ille Iudas, qui Dominum Christum prodidit, non inter duo-decim Apostolos numeretur. Sic Augustinus. *Hæc Iesuita, in quo agitur illi differant, quis non videt? Manichei Patriarcharum vitijs seducti, veteris Testamenti fidem perfidissimè oppugnant: Protestantes & Orthodoxi omnes, ex ijsdem vitijs, historiæ fidem confirmant, & ex fide historiæ Patriarcharum crimina facilè confitentur. Defensio non modo veritatis, verumetiam vtilitatis plenissima. quia:* [e] Quædam crimina Patriarcharum scriptis produntur (inquit Augustinus) vt quatuor hæc, viz. fidem, eruditionem, timorem, spem consequamur; fidem historiæ, quæ nemini adulantur: eruditionem, vt ea vitia effugiamus, quæ Scriptura vituperat: Timorem, vt casus Maiorum sit timor Minorum: Spem, vt in calibus lapsibus non desperemus salutem. *Dectè imprimis, & elegantèr, etenim.* [f] De vitijs pijs, & singulari Dei gratia excellentibus, vt de Dauide, Salomone, Petro, LAPSVS TRADVNTVR. nimirum vt huiusmodi exemplis docea-

mur,

[a] *Caluinus ad. nerf. Libertinos cap. 3.*

[b] *Senens. Bibliothlib 4. c. 8. Patriarcharum vitia notari sine vitio possunt.*

[c] *Perer. Iesuita Comm. in Gen. 9. & in 37. Iesuita inxtà cum Caluino non modò concedit insignia fuisse Patriarcharum vitia: verum etiam concedi oportere eruditè probat.*

[d] *Idem.*

[e] *Sextus Senensis. loco suprà citato.*

[f] *Perer. Iesu. Comm. in Dan. 3. Gen. 9. per aliorum vitia nos ad virtutem eruditmur.*

mur, qualis sit homo præsente Dei gratia, qualis item absente: scilicet qualis est aër præsente, vel absente lumine; quale corpus, præsidium, vel priuatum anima: aut homo compos mentis, aut vsu rationis captus. *Vel.* vt qui Lecturi erant, documentum ex alijs facerent, quod sibi vsui sit. *Quis vsus?* PATRIARCHARVM VITIA SCRIPTVRA EXPOSVIT, vt qui fortis tibi videris, inquit Ambrosius, caueas ne cadas. *Primus vsus est in cautelam ne labare: Secundus. in consolationem ne lapsus desperes.* Etiam SANCTORVM LAPSVS vtilis est, inquit Ambrosius, nihil mihi nocuit, quod negauit Petrus; profuit quod emendauit. *Ex his liquet, ex eadem gemula nos mel, Manichæus venenum fugere. hæc adhuc in genere: video præterea aliquibus Institutis tuis occurrendum esse. Aduersarius.* Caluinus: Dominus, inquit, imputabat fidem Abrahæ, non cum adhuc IDOLIS seruiebat, sed cum multis iam annis vitæ sanctitate excelluisset. en Abrahamum Idolorum cultorem facit. *En verò grandem Caluini hæresin; scilicet, Aduocatus.* Fuisse quidem Abrahamum aliquando SVPERSTITIONE INFECTVM docet Genebrardus ex sententia duorum nobilissimorum Rabinorum. cuius ego viri, ob singularem fidei Catholicæ ardorem, memoriam, nomenque libenter vsurpo: in hanc sententiam, videtur impensior fuisse Ioannes Mazius, qui in hoc nostro tempore commentarios edidit in libros Iosuæ, non minus Catholicos, quam eruditos atq; disertos; his verbis: non possum eos audire, qui magno conamine Abrahamum ab hoc IDOLOLATRIÆ SCELERE impurissimo vindicare, nescio quibus argutijs studeant: quasi verò non tanto illustrior sit gratia Dei, quâ illum est complexus, quanto erat ille sceleratior, minusque dignus fauore? hanc sententiam apertissimis verbis confirmare videtur Philo, confirmatur ex eo, quod Deus dicitur apparuisse Abrahæ; non dicitur Abraham vidisse Deum, sed Deus apparuisse Abrahæ. *Hæc ingenuè Iesuita. quanquam addit.* Verum contraria sententia mihi magis placet, & à me stat Iosephus, &

Suidas.

[1] *Perer. Comm. in Gen. 19.*

[2] *Maldonat. Iesuit. Comm. in Matth. 26.*

[3] *Bellar. lib. de notis Eccles. c. 9. §. Manichæi. An Abraham olim Idololatra fuerit.*

[4] *Perer. Iesuit. Comm. in Gen. 11. lib. 6. num. 255.*

Sententiam Caluini doctores Pontificij permulti tenent, accuratéque defendunt.

[5] *Idem ibid.*

Suidas. *Falleris vir doctiſſime, Suidas tibi Aduerſarius erit, quem tu, vt Aduocatum, tibi aſſumis. Aduocatus.* [a] Abrahæ vocatio, & inſtitutio erat nobis Ethnicis, & veris Abrahæ filijs ſymbolum, & typus. nam quemadmodum ille, cum Chaldæus eſſet, & IDOLOLATRA VESTAE CVLTOR, ab Idolatria ad veram Dei latriam eſt conuerſus: ſic nos &c. quod ſi hoc cuiquã inſolens & paradoxon videtur, is, ſi hominis Græci, & diligentiſsimi, probatiſsimique teſtimonio (SVIDAM dico) non eſt contentus, certè non poteſt nobis non conſentire, latini hominis teſtimonio inſtructus, nimirum Auguſtini. lib. 10 de ciuitate Dei. cap. vlt. *Genebrardus (veſtris verbis vtor)* Catholicæ fidei propugnator. *Mazius in libris ſuis* non minùs Catholicis quàm eruditis. *Philo, Suidas viri non Hæretici, Lindanus Caluini Aduerſarius acerrimus. etiam ex Auguſtino, autore, omnium conſenſu, Catholico, iuxtà cum Caluino ſenſerunt. Ex. tamen,* Caluini hæreſin ſc. Abrahamũ Idololatram facit. *Authores miſſos faciamus, rem ipſam excutiamus, & hæc Caluini opinio, vt Maſius obſeruat, Dei gratiam magis commendat; vt Lindanus, etiam admirabilem Gentium vocationem magis illuſtrat. ſed inſtas ſecundo. Aduerſarius,* [b] Rebeccha varijs impoſturis, inquit Caluinus, Dei veritatem corrupit, cum malo artificio filij bene-dictionem procurabat, maritum decepit, filium mentiri coegit. *Sic mendaciũ Caluinus taxat, ipſe nihil mentiens. Aduocatus.* [c] Eſt quidem opinio nec PAVCORVM, NEC IGNOBILIVM DOCTORVM Iacobum in præripiendo benedictionem MENDACIVM officioſum dixiſſe. *Sic Ieſuita de aliis, quamvis ipſe in aliam ſententiam inclinet potius atq; propendeat. at ſubtilliſſimo doctori, fraus iſta ſubolenit.* [d] Aliqui conantur Patriarchas Dei defendere mentitos nõ fuiſſe, SED NON EST RATIONABILE. *idem Albulenſis, Lyranus, & alij: ego verò non perſonas hominum, ſed rationum momenta depoſco.* [e] Si dixiſſet Iacob, ego ſum primo-genitus tuus, & non addidiſſet Eſau, excuſari potuit; NVNC NON POSSIT, quia Pater repetens dixit: Tu es filius meus Eſau? de induſtria reſtringens

[a] *Lindanus pamph. lib. 1. cap. 11.*

[b] *Bellar. lib. de Notis Eccleſ. cap. 9. §. Manichæi. An Rebecca dolo facta Benedictionem præripuit.*

[c] *Peter. Ieſuita Com. in Gen. 27*

[d] *Scotus in 3. ſentent. diſt. 38.*

[e] *Cardinalis Cajetanus Com. in Gen. 27.*

interrogationem ad perſonam Eſau. reſpondit Iacob, ſum: INEXCVSABILIS A MENDACIO. *Et quid ſi in Iacob agnoſcamus nos, quod vos in alijs Patriarchis facilè conceditis?*

[a] *Perer. Ieſuit. Comm. in Gen. 37. & in ca. 12.*

[a] Sine vlla dubitatione dixerim filios IACOB, Simonem & Leui, GRAVISSIMÈ PECCASSE. Primo ante cædem. in tribus. quia, patre inſcio, impietatis crimen habent, quia eo animo paciſcuntur mendacij, quod per Sacramentum Circumciſionis, ſacrilegij. Secundo, circa cædem. quia inermes inuadunt, quia vltra meritum vlciſcuntur, quia in Innocentes ſæuiunt, idque cum totius familiæ paternæ periculo. prorſus inhumani exiſtimandi ſunt. Erat factum Reuben probroſiſsimum, quando Patris ſui vxorem vitiabat. Ioſeph fratres ſuos accuſabat, inquit Theodoretus, non de vno crimine, ſed in vniuerſum iudicauit EOS FLAGITIOSA VITA FVISSE. *Rurſus.*

[b] *Canus loc. Theologic. lib. 2. cap. 4.*

[b] Hieronymus ſimulationem Abrahæ FOEDAM neceſſitatem vocat. *Et Hieronymo Canus ſuffragatur. Hac igitur non ſucceſſit, alia aggrediendum eſt via. progredere.*

CAPVT. XXXI.

Hæreſis nona, de Eccleſia viſibili:

[a] *Bellar. lib. de Notis Eccleſ. cap. 9 §. Donatiſtæ.*

[b] *Bellar. loco citato.*

[c] *Bellar. lib. 2. de Eccleſ. milit. ca. 13. in princ. Bellarmin. hæreticis ſententiam eandem tribuit diuersis & planè contrariis ſentientibus.*

Aduerſarius. [a] Donatiſtæ Eccleſiam ex ſolis iuſtis conſtare volebant, & inde deducebant Eccleſiam viſibilem perijſſe ex orbe terrarum, & in ſola Africa remanſiſſe, eandem eſſe doctrinam Caluiniſtarum certum eſt, nam Eccleſiam conſtare ex ſolis Bonis volunt. Etiam Eccleſiam viſibilem, nunc ſolum eſſe in partibus Septentrionalibus, vbi ipſi ſunt, docent omnes. *Hoc eſſe tuum putidulum, ſed & pellucidum figmentum vel ex te ipſo didici. nam Aduocatus.* [b] DONATISTAE Eccleſiam VISIBILEM conſtare volunt de ſolis electis. At [c] Caluinus & PROTESTANTES, cùm dicunt Eccleſiam non poſſe deficere, aut perire, de Eccleſia INVISIBILI loquuntur, quam definiunt eſſe cõgregationem Electorum. *Ergo iam inter Donatiſtas*

tiſtas, & Proteſtantes non minùs, quam inter Viſibile, & inuiſibile *diſcriminis intereſt. ad ſecundam partem accedo. non dicunt Proteſtantes Eccleſiam ſuam ſolam eſſe, aut ſolam veram, aut non poſſe deficere, ſed tantum ſolam (quantum fieri poſſit) omnis erroris, ſuperſtitionis; & Idololatricæ tyrannidis, purgatiſſimam: quæ omnia, Deo annuente, loco ſuo confirmabimus. Interea videndum vobis fuit, nè in errore, quem aliis imponitis, vos ipſi demerſi videamini. nam Aduerſ.*

[a] Omnes ſedes Apoſtolicæ, Alexandrina, Antiochena, Hieroſolomitana defecerunt: ſola Romana ſedes Petri immobilis permanſit, nec poſsit deficere. *Quid ita?* Quia dictum eſt Petro: paſce oues. *Nunc hoc dogma veſtrum eum Donatiſtarum hæreſi conferamus.* [c] *Aduocatus.* Auguſtinus, Epiſt. 48. ad Vicentium, merito ridet Donatiſtas, qui ex iſtis verbis myſticè explicatis, Indica vbi paſcis in meridie, colligebant Eccleſiam Chriſti in ſola Africa remãſiſſe. *Viden'?* SOLAM ET SODAM: ILLI in meridie, VOS in occidente: ILLI Scripturam myſticè, VOS allegoricè, *exponitis. Vtrique pariter*, Suam ſolam non poſſe deficere.

[a] *Bellar. lib. de Notis Eccleſ. c. 8. §. Si ergo: & lib. 1. de Romano Pontifice.*

[c] *Bellar. lib. 3. de Verbo Dei. cap. 3.*

CAPVT. XXXII.

Hæreſis decima, contra diuinam Chriſti naturam.

ADuerſarius. [a] Hæreſis decima eſt Arianorum, qui docuerunt filium Dei eſſe Patre minorem. Sic hodie Tritheitæ. *Quid hoc ad Proteſtantes, quos tu in hoc toto Capite ex profeſſo oppugnas? Sic inquis*, Tritheitæ. *nimirum: Aduocatus.* [b] Quos Arianos tamen, Lutherus, Caluinus, Philippus, vt hæreticos impugnarunt. *Ergo iam Proteſtantes dimittere ſeu innocentes velis? nequaquam. Aduerſarius.* [c] Caluinus dicit Patrem eſſe per excellentiam Deum, hoc Arianiſmum ſapit. [d] Iure Caluinum ponimus in eorum Hæreticorum numero, qui filij diuinitatem inficiati ſunt: etenim ſenſit Caluinus nomen Dei κατ' ἐξοχην, i. per excellentiam ſoli Patri tribui. [e] Rectè ſanè Bozius: auferre

[a] *Bellar. lib. de Notis Eccleſ. c. 9. § Ariani.*

[b] *Bellar. ibid. §. Primum errorem.*

[c] *Bell. in Præfat. Controuerſ. de Chriſto. §. Sed iam.*

[d] *Greg. Valent. Ieſ. lib. 1. de Vnitat. & Trinitat. cap. 9.*

Caluini modus loquendi, ſeu hæreticus, exagitatur. [e] *Armandus Ieſ. in epiſt. ad Camieren.*

Caluine (inquit) æqualitatem filio cum Patre, reſpectu naturæ, perſonæ, voluntatis, generationis, etiam nominis. [f] Eſt hic Caluini Atheiſmus. *Habetis fortaſſis reum confitentem. Reus.* * Ingenuè fatemur κατ' ἐξοχην, id eſt, per excellentiam Dei nomen patri propriè aſcribi. *Hoc intelligi verè poſſe non reſpectu naturæ, ſed reſpectu perſonæ, idq; non re, ſed relatione gignentis ad genitum, quis in Theologia tam tyro eſt, qui neſciat? ſed ecquis Catholicus iam auſit Caluini ſententiam, aut probare, aut approbare? non nemo, Aduocatus:* [g] Ioh. 14 Pater maior me eſt. QVIDAM ratione diuinitatis, hæc dicta eſſe cenſent, vt nomen, maioris, non ſubſtantiæ inæqualitatem, ſed ORIGINIS DICANT, quia ab ipſo filius, non a filio pater. HANC EXPOSITIONEM ILLVSTRES DOCTORES SEQVVNTVR: inter Quos ATHANASIVS, oratione ſecunda, contra Arianos: BASIL. lib. 4. contra Eunomium: Greg. NAZIANZENVS orat. 4. contra Arianos. HILARIVS libr. 9. Trinit. ORIGENES Homil. 2. in Deutero. [h] PATER EST MAIOR filio, etiam QVATENVS FILIVS DEVS erat, non quidem reipſa, ſed HOC IPSO quod ille PATER, hic filius. Patris enim nomen eſt HONORIFICENTIVS nomine filij, quia principium eius eſt: vt exponunt Athanaſius, Hilarius, Epiphanius, Gregorius, Nazianzenus, Cyrillus, Leontius, Chryſoſtomus, Theophylactus, Euthymius. *Secundò, etiam excellentia hæc in officio filij cerni poſſit, non neceſſario illo quidem, ſed voluntario, vt patet.* * Phil. 2. Qui cum in forma Dei. &c. ſeipſum exinaniuit. &c. *non quod æqualitatem amiſit, ſed quod ſe ad munus Redemptoris ſubmiſit. Aduocatus.* * Iohn 6 De cœlo deſcendi, non vt faciam meam voluntatē, ſed Patris. [i] Fecit quidem Chriſtus non ſuam, ſed Patris voluntatem, ſed id ipſum ſponte, & voluntate ſua fecit, non coactus. Itaq; non ſequitur eum eſſe minorem Patre. [k] Intelligit non minorem quoad naturam. *Vir.* cum dicitur a Tertulliano, filius eſt minor Patre, non intelligi debet minor quoad dignitatem ſed quatenus à generante genitus, à mittente miſſus

[f] *Anton. Poſſiminus Ieſuit. de Notis Diuini Verbi. lib. 3. pag. 78.*
* *Caluinus.*

[g] *Tolletus Ieſ. Com. in Ioh. 14. Ieſuitæ modum loquendi non diſſimilem, ſenſum quoq; plane eundem ex patribus proferunt & profitentur.*
1. *Senſus orthodoxus.*
[h] *Maldonat. Ieſ. Com. in Ioh. 14.*

* *Phil. 2.*

* *Ioh. 6.*

[i] *Maldonat. Ieſ. Com. in Matth. 6.*
2. *Senſus orthodoxus.*
[k] *Eraſmus in Præfat. ad Libros Tertull.*

miſſus, à dante accipiens dicitur : id quod Scholaſtici vocant in Patre autoritatẽ, in filio SVBAVTORITATEM. *Videte hominum ſtuporem.* Pater eſt per excellentiam Deus: *Sic Caluinus:* & Nomen Patris eſt HONORIFICENTIVS. *Sic Maldonatus Ieſuita.* eſt in patre *(inquit Caluinus)* excellentia, & in filio *(inquiunt Scholaſtici)* eſt ſubautoritas. *Vel hinc quam æqui ſitis rerum æſtimatores, facile liquet.* Hoc in Caluino hæreſin ſapit ſcilicet : *Sanè Aduerſarijs, quibus nec ſanum, nec ſapiens eſt palatum, ſanioris cerebri Ieſuita accuratè diſtinguunt.* [1] Filius minor, non quoad naturam ſubſtantiæ, ſed quoad relationem originis, non quoad diuinitatis inæqualitatem, ſed quoad munus & voluntatem redemptionis. *Hæc cum ita ſe habeant, dicam quod magis ſtupeas. Aduerſarius.* [m] Facit Caluinus filium MINOREM Patre quoad naturam, generationem, nomen. *Hoc Ieſuita, etiam opinione ſuorum tam falsò, vt & in Caluinum ingens Ieſuitarum Cohors inuehantur quaſi Chriſtum quoad naturam, & generationem* ÆQVALEM *Patri fecerit, de quo* * *infra. Hic Bellarmino ſatisfecimus, ibi Bellarminus ſatisfaciet pro nobis.*

[1] *Maldonatus Ieſuita ſuprà.*

[m] *Armandus Ieſuita ſuprà.*

* *Infrà vbi agitur an Chriſtus αὐτοθεὸς.*

Alia hæreſis aduerſus Traditiones.

Aduerſarius. [n] Alterum Arianorum errorem docent omnes huius temporis hæretici. Sectarij enim omnes huius temporis, omnes traditiones reijciunt, vt patet ex Brentio, & Caluino, & alijs. *ain' ?* ARIANORVM errorem ? & OMNES Sectarij ? & traditiones OMNES *reijciunt ? tria ſunt omnia, & totidem ſunt mendacia. primò enim doce, ſi potes, Arium omnem abieciſſe traditionem, imò vel vnam. in promptu eſt, inquies, quatuor; hæc verò, ſi nomen ſpectemus, non erat, vt nôſti, traditio Apoſtolica, ſed Eccleſiaſtica, & tunc noua, ſed tamen ſalubriter ad Articuli expoſitionem inuenta, ſin rem, & dogma ipſum reſpicimus. tum.* [o] Hæreſis Ariana ex ipſis Scripturis expreſsè refutatur. *Secundò, Proteſtantes (quos inter Sectarios numeras) omnes aliquas amplectuntur, non*

[n] *Bellar. lib. 4. de Notis Eccleſiæ cap. 9.*

[o] *Bellar. lib. 4. de Verbo Dei cap. 11. §. Prote-*

omnes ſect.

omnes traditiones reijciunt, siue traditiones scriptas, seu non scriptas intelligas: [a] Brentius in Apologia: nequid, ait, ambiguitatis in nomine traditionis relinquatur, non loquimur nunc de ea Traditione, quâ nobis sacra Scriptura, & quæ in ea continentur à Maioribus nobis tradita sunt: NAM HANC TRADITIONEM AFFIRMAMVS esse CERTAM, firmam, & indubitatam; sed de traditionibus alijs loquimur, quæ non sunt AB APOSTOLIS scriptis mandatæ. *Hanc traditionum omnium dominam & quasi Deam Protestantes studiosius, quàm vos, venerantur: ad non scriptas quod attinet ipsi sumtestem adhibeamus.* [b] Protestantes CONCEDVNT Apostolos quædam instituisse, quæ ad Ordines Ecclesiæ spectant dies quosdam FESTOS OBSERVANT. *Non ritus itaq; traditos, sed doctrinas non traditas auersantur: quatenus Traditionibus auscultandum sit, locus ei disputationi proprius per Dei gratiam, ex confessis vestris, & Patrum antiquorum iudicijs aperte copioseq; explicabit: docebitq; nullam ab ijs repudiari Traditionem, quæ non vel per inutilitatem vel per superstitionem omitti debeat.*

[a] *Lindanus panopl. lib. 1. cap. 2.*

[b] *Bellar. lib. 4. de Verb. Dei, ca. 3. Protestantes, inquit Bellar. traditiones omnes negant & tamen quasdam concedunt.*

CAPVT. XXXIII.

Hæresis vndecima Aëreanorum in tribus { 1. *Impugnat orationem pro mortuis.* 2. *Statа ieiunia tollit.* 3. *Ponit æqualitatem Ministrorum.*

Auersarius. [a] Hæresis vndecima est Aëreanorum, qui tres errores docebant. Primus, non esse orandum pro mortuis. Secundus, stata ieiunia non esse celebranda. Tertius, Episcopum à Presbytero nulla differentiâ debere discerni. eadem Caluinistæ, & Lutherani ferè omnes. *Respondeo, primò alios fuisse errores fundamentales, partim cum alijs communes, partim etiam sibi proprios, vobisq; cognatos admodum, qui Aerium in hæresis crimen traxerunt. Aduocat.* [b] Tatianorum hæresi adhæsit Æreus, dicens NON LICERE VESCI CARNIBVS. *Rursus. etiam in eo errore fuit* Æreus,

[a] *Bellar. lib. de Notis Eccles. ca. 9. §. Aeriani.*

[b] *Alfonsus de Castro lib. aduersus hæres. Tit. Cibus, & Tit. Nuptiæ.*

Æreus, vt refert Auguſtinus, vt neminem ad communionem admitteret NISI CONTINENTES. *accedat illud Epiphanij:* [a] Aëreus erat ARIANVS in totum rectè dictus Aëreus, quia erat aërijs ſpiritibus inflatus. *Sed mitte, inquies, quod ſcio; dic quod rogo. dicam, ſi prius in hoc tu mihi ſatisfeceris, in quo Concilio vſquam, vel hac ſententia* Non eſt ſupplicandum pro defunctis: *vel hac* Ieiunij ratio libera eſſe debet, *pro hæreſi habebatur: prior ſententia vſque-adeò non eſt hæretica, vt vera Antiquitas Proteſtantibus planè ſuffragetur.* [b] Inuocatio Sanctorum in ſacris literis veteris Teſtamenti explicitè præcepta non erat, *quia populus propenſus erat* in Idololatriam: nec in nouo, nè Gentiles conuerſi ad fidem, ſe iterum induci ad falſum cultum paterentur. *atq; hac cautela multos, poſt Chriſtum, annos neceſſariò obtinuit. de veteri Teſtamento diſerte Ieſuita:* [d] Quod aliquis orauerit Sanctos defunctos, vt pro ſe orarent, nuſquam legimus. *Habeo ego ad manum de hac quæſtione, quæ ſatis vel anido Lectori faciant. Sed non ſunt hæc huius negotij.*

[a] *Epiphanius hæreſ. 75.*

[b] *Eckius in Enchirid. ſub finem loci de Venerat. Sanctorũ. Inuocatio mortuorum non verè antiqua.*

[d] *Suarez Ieſuita in 3 hom. part. 3. qu. 52. Art. 1. diſp. 42. §. 1.*

Secunda Criminatio.

Aduerſarius. [a] Proteſtantes in ſua confeſsione ſaxonica apertè ſcribunt, ſe pacis publicæ cauſa ſtata IEIVNIA, & huiuſmodi TRADITIONES libenter obſeruare velle. *Quod ſi fortè negâſſent, tamen Antiquitas illis fauere videretur.* [b] Aduertendum eſt OLIM in veteri Eccleſia Iudæorum, frequentiſsimum fuiſſe vſum ieiunandi, vt ex tota Scriptura conſtat, NVLLVM tamen TEMPVS ieiunij indictum illis fuit, ſed ieiunia aut ſponte in pœnitentiam peccatorum, aut in carnis mortificationem, aut maximè in temporibus anguſtiæ, & tribulationis, aut aliis DE CAVSIS a maioribus Iudæorum iniungebantur. Nec Chriſtus ſuo tempore Diſcipulis ſuis ieiunia interdixerat. *Addit.* Præcepta ieiuniorum POST CHRISTI ſponſi aſcenſionem inſtituta fuit. *Nunc me ad tertiam Criminationem accingam.*

[a] *Caſſander lib. Conſult. Art. 16*

[b] *Tolletus Ieſuita Comm. in Luc. 5. Annot. 7c.*

Tertia

Tertia Criminatio.

[g] *Greg. Valent. Ieſuita Tom. 4. diſp. 9. qu. 1. punct. 2.*

[h] *Idem quo iam ſuprà. §. Neq; iſtius. Proteſtantes omnes gradus in Miniſteriis facilè agnoſcunt.*

[g] *Aduerſ.* Aiunt Proteſtantes Epiſcopum & Presbyterum nulla differentia debere diſcerni. *Nullamne prorſus differentiam agnoſcunt? ſi tu negaueris, alius; ſin pertinaciter aſſeueris, nullis eris. nam, Aduocatus.* [h] Certè (præter Anabaptiſtas, qui Scripturas vt rem non neceſſariam abijciunt atq; contemnunt) OMNES Proteſtantes (*hos vocat Sectarios*) admittunt TRES ſaltem Miniſtrorum GRADVS: nempè, EPISCOPORVM, quos vocant Paſtores ſuper-intendentes, vt habeant curam Eccleſiaſticæ diſciplinæ: & Presbyterorum, quos vocant Miniſtros verbi, & Sacramentorum, & Diaconorũ, qui ſuper-intendentibus, & Paſtoribus nauent operam in adminiſtratione Sacramentorũ, & officijs alijs. *Qui gradus diſtinguunt horrendam illam tyrannidem ἀνεξίαν, & æqualitatis inæqualitatem: non igitur de differentia omnis, ſed de differentia ordinis, ſeu poteſtate ordinandi, quæſtio inſtituenda eſt. Aduerſarius.*

[i] *Bellar. quo ſuprà. Scholaſticus patres fere vniuerſos, vt ſibi videtur, hæreſeos, vt nobis veritatis inſimulat.*

[i] Æreus hæreticus ordinis differentiam negabat eſſe iure diuino, idem Proteſtantes. *Quod idem forte Sanctus Hieronymus, nec aliud Patres alij aſſeuerarunt, hoc ſchola veſtræ Doctor primarius non ita pridem facile largiebatur.* [k] Michael Medina lib. 1 de ſacr. Orig. affirmat non modò Sanctum HIERONYMYM idem in hoc cum Æreanis hæreticis ſenſiſſe; verùm etiam Amborſium, Auguſtinum, Sedulium, Primaſium, Chryſoſtomum, Theodoretum, Oecumenium, Theophylactum. [l] Ita, *inquit*, iſti viri alioqui Sanctiſsimi, & Orthodoxi. *Hæc Medina veſtri reſponſio; ecquid vobis arridet? Aduerſarius.* [m] Non eſt tolerabilis. *Probabo verò hoc non modo ferendum, ſed etiam omnibus alijs reſponſis præferendum eſſe. Aduocatus.* [n] Antiquitus inter Presbyterum, & Epiſcopum nihil intererat, vt teſtatur Hieronymus. ſed poſt propter ſchiſma à multis delectus eſt Epiſcopus, & quotquot Presbyteri, totidem erant Epiſcopi. *tua, Eraſme, apud Ieſuitas ſordet autoritas. Aduerſarius.* [o] Dico (quicquid ſit de poteſtate Iuriſdictionis)

[k] *Bellar. lib. 4. de Eccleſ. milit. ca. 9. in princip.*

[l] *Valent. Ieſuita Tom 4. diſp 9. qu. 1. punct. 2. §. Ad tertiam.*

[m] *Ibidem.*

[n] *Eraſmus Annot. in 1. Tim. 4.*

[o] *Valent. Ieſuita quo ſuprà §. Explicabo.*

onis) manifeſte agnouiſſe Hieronymum Epiſcopum poteſtate ORDINIS eſſe ſuperiorem Presbytero iure diuino. *Eſt igitur aſſertio Eraſmi graniori aliquo teſtimonio munienda. Aduocatus.* [p] Hieronymus in ea opinione fuit, vt crederet Epiſcopum, & Presbyterum eiuſdem eſſe ordinis, & autoritatis. *Ecce etiam alterum.* [q] Videtur REVERA Hieronymus in ea opinione fuiſſe. *An ille ſolus?* [r] Anſelmus & Sedulius opinionem ſuam ad Hieronymi ſententiam accomodarunt. *Quam eandē ſententiam Medina veſter patribus pariter omnib. tribuit. Quod ego nunc hac ratione ſuadeo.* [s] Oportet expendere cauſas non paucas ob quas priſci veritatis Magiſtri a propoſito veritatis ſcopo aberrarunt: vna eſt, quòd tanto pietatis zelo ardebant, vt cum errorem pro viribus deſtruere conati ſunt, in errorem contrarium deciderunt. *At* [t] Patres antiqui iſti *(a Medina nominati)* poſt Aereum ſcripſerunt, nec ignorare potuerunt ſi quid tale fuiſſet in Aereo damnatum. *Quid ex his, inquies? oſtendam: Si cognouiſſent Patres hanc in Aereo hæreſin damnatam eſſe, tantùm abeſt vt ei errori verbis ſuffragari viderentur; vt potius in contrarium errorem abriperentur: ſi non cognouerunt hanc opinionem in Aereo damnatam, cur vos eam hoc nomine in Proteſtantibus damnandam eſſe contenditis? concludam.* [u] An Epiſcopatus inter ordines Eccleſiaſticos ponendus ſit, inter Theologos & Canoniſtas non conuenit; conuenit autem inter omnes in Apoſtolorum ætate inter Epiſcopos & Presbyteros NVLLVM DISCRIMEN fuiſſe, ſed poſt-modùm ſchiſmatis euitandi cauſâ Epiſcopum Presbyteris fuiſſe præpoſitum, cui Chirotonia, id eſt, Ordinandi poteſtas conceſſa eſt: ſine quâ ordinandi diſtinctione, pax, vel politica, vel Eccleſiaſtica retineri vix poſſit. *Abſit verò vt praxin Eccleſiaſticam, quæ ad tollendum ſchiſma inſtituta fuit, per ſchiſma perrumpere velimus: & non potius eam ſanctè humiliterq; colamus. dummodo (quod in Eccleſia veſtra Patres Concil. graviter dolebant) ſchiſmatis remedium non pariat venenum tyrannidis.*

[p] *Alphonſus de caſtro aduerſ. hæreſ. lib.* Epiſcopus.

[q] *Bellar. Ieſuit. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 8.*

[r] *Idem lib. de membris Eccleſ. Milit. cap. 15. & Valent. quo ſuprà §. Ad* Sedulium.

[s] *Sixtus Senenſis Biblioth. lib. 5. in Præfat.*

[t] *Valent. Ieſuit. quo ſuprà §. Hæc reſponſio.*

[u] *Caſſander lib conſult. art. 14.*

Caput. XXXIIII.

12 Hæresis Iouiniani cui error quintuplex adhæsit.

1. Negat hominem peccare post Baptismum.
2. Ieiunij regulas violat.
3. Virginitatis dignitatem obfuscat.
4. B. Virginis integritatem in partu negat.
5. Præmia Beatorum non distinguit.

a Bellar. lib. de Notis Eccles. cap. 9 § Iouinianus & lib. 4. de Amiss. Grat.
b Maldonatus Iesuit. Comm. in Ioh. 3. 14.

Aduersarius. a Hæresis duo-decima Iouiniani fuit, eaque multiplex: prima, non posse hominem peccare post baptismum, si fuerit baptizatus; eadem Caluini. Vera fides, inquit, semel habita, nunquam potest amitti. *Caluino hæresin Iouinianam aspergis?* *Aduocatus.* b Iouinianus & alij, Nescio qui, Hæretici negauere hominem post acceptam Baptismi gratiam peccare posse. *Sic hic Iesuita, qui nusquam fere Caluinum & Bezam non dente petit Theonino. hic*, Nescio qui, *inquit: id est, non potuit hanc illis hæresin impingere. prodis igitur tu tuam calumniandi libidinem nimiam, facultati refutandi nullam. quia Iouiniani, inquis*, negant hominem post baptismum peccare posse.

c Vega. lib. 3. de Iustif. cap. 4.
d Bellar. lib. de motu Eccles. cap. 9. in hæres 5.
e Bellar. lib. 3. de Iustif. cap. 6.
f Lindanus Panopl. lib. 4. cap. 57.

At c Tu, Caluine, pœnitentiam requiris à peccatoribus, vt iustificentur. *numquid non de Baptizatis loquitur? certè. id enim te non mediocriter torquet.* d Dicunt Protestantes vel Concupiscentiam, etiam in Renatis, esse peccatum. *Deinde.* e Dicunt Protestantes in Christianis post Baptismum requiri fidem & pœnitentiam vt Iustificentur. *postremò* f Caluinus non vult nobis opus esse nouo pœnitentiæ sacramento post peccatum, sed tantùm memoriam Baptismi esse retinendam. *Ecquid tandem vel simile Caluinus docuit? Aduersarius.* Fidem semel acceptam, ait Caluinus, nunquam posse amitti. ergo. *nec tamen vnquam docuit, omnes, cum Baptizantur, veram ac viuam fide præditos esse: sed ad oppositum: non inde sequitur fideles non posse peccare; quod*

si

ſi fortè ſequitur, tum priuſquam Caluinum condemnes, quomodo Auguſtinum abſoluas, cogita. Patronus. [a] Horum fides, quæ per dilectionem operatur, aut omninò non deficit, aut reparatur priuſquam hæc vita finiatur. *vel Campianum veſtrum:* [g] Niſi Diui è cœlo deturbentur cadere ego nunquam potero. *Aduocatus.* [b] Accepiſtis Spiritum Adoptionis: Catharinus ex hoc loco docuit FIDELES in perſuaſione de ſua ſalute non poſſe falli. *Non tamen hinc efficies eos in hac opinione conſtitutos fuiſſe, vt cum Iouiniano dicerent Chriſtianos poſt Baptiſmum* non poſſe peccare. *Quam hæreſin tacq; Auguſtino, veletiam Campiano, aut Catharino tuo non auſis; eam Caluino noſtro, quæſo, non velis impingere.*

[a] *Auguſt. de Corrept. & Grat. cap. 7.*

[g] *Campianus Ieſuit. Rat. 10.*

[b] *Bellar. lib. 3. de Iuſtif. cap. 9.*

Caput. XXXV.

Secunda Calumnia.

Aduerſarius. [a] Secundò Iouinianus docuit ciborum delectum, & ieiunium, non eſſe meritorium. Idem Caluinus & alij Proteſtantes ſunt hoſtes Ieiuniorum. *In quibus videamini Proteſtantes triplicis criminis inſimulare: quod, nimirum, non modò in ieiunio modum, & meritum: verum etiam ipſum reijcerent ieiunium. primò, de Ieiunio. primum reſpondeat Reus.* [a] Ieiunium commune ad diſciplinam, de qua nunc tractamus, pertinet, quoties de re aliqua magnâ Deo ſupplicandum eſt: Ieiunium vnà cum oratione indicere expediret, vt Scripturæ oſtendunt. Act. 13 Nehem. 1. hoc alacriores ad precandum reddimur, imminente aut graſſante vlla calamitate paſtoris officium eſt, hortari ad ieiunium Eccleſiam, quo ſuppliciter iram Dei deprecentur, hoc Dei gloriæ, & publicæ ædificationis intereſt, tum etiam nobis ipſis vtile, & ſalutare. vt Ioel. 2. *& tamen* Proteſtantes, *inquis*, ſecuti ſunt Patriarcham ſuum Iouinianum. *Pergè verò vt intelligamus tandem, quem tu Patrem in mentiendo ſequutus fueris. Aduocatus.* [b] Iouinianus

[a] *Bellar. lib. de not. Eccleſ. c. 9. & in Orat. in in publicu ſchola Romæ poſt tractatum, de bonis operibus.*

[a] *Caluinus in Inſtit. loco a Bellar. citato.*

[b] *Bellar. lib. 2. de bonis operibus cap. 11. in principio.*

Caluinus nihil minus quam Iouinianus toſle Ieſuit.

nus dicebat nihil prodeſſe ad ſalutem Ieiunia, Caluinus, Brentius & alij Proteſtantes docent quidem Ieiunium vtile eſſe ad carnis petulantiam coercendam, ad orationis auxilium, ad ſignum humilitatis, & pœnitentiæ. *Iouinianus* nihil prodeſſe ad ſalutem. *Caluinus* vtile eſſe *ad ea pietatis officia exequenda, quibus ſalutem imprimis conſequimur.* [c] Philippus Melanchthon non negat Iciunij, & rerum indifferentium obſeruationem poſſe homini PRODESSE, & conducere ad cultum Dei, non tamen immediatè ſed meditatè: facit enim Ieiunium vt homo ſit aptior ad fundendas prèces, in quibus eſt cultus Dei. *Deinde. Aduerſarius.* [d] Hæreſis Nicolaitarum, & Valentinianorum qui nullos omnino cibos, neque in perpetuum, neque omnibus, neque Quibuſdam, neque abſolutè, neque certa de cauſa interdici patiuntur: ad hanc claſſem pertinet Iouinianus, & huius temporis hæretici, Caluinus, Brentius. *Rem.* [e] Cum occaſio tulerit, Ieiunium, Eccleſiæ indicere expedit. *Aduocatus.* [f] Proteſtantes exiſtimant in ieiunio maxime a cibis lautioribus, abſtinendum, & proinde melius eum iciunare, qui carne fumo durata, quam qui piſcibus, & varijs condimentis gulam irritantibus vtitur. *Rurſus.* Caluinus vult vt ieiunium non ſoluatur, antequam res illa pacta ſit, cuius gratia ſuſceptum eſt Ieiunium, vt ſi propter ſolennem precationem ſuſcipiatur. *Iouinianum, & Caluinum, ſi placet inter ſe conferamus. Iou.* à nullis omnino cibis abſtinendum eſſe. *Calu.* Imo a lautioribus maxime. *Iou.* per nullũ tempus. *Calu.* per tempus ſolennis precationis. *Iou.* neque omnibus, nec quibuſdam. *Calu.* toti Eccleſiæ. *Iou.* neque abſolutè, nec certa de cauſa. *Calu.* quoties de re aliqua magnâ ſupplicandum eſt Deo. *& tamen* Proteſtantes & Iouinianus, *inquis*, ad eandem claſſem hæreticorum pertinent. *mendacium hoc ieiunio, & pœnitentiâ expiandum. hac in genere: nunc* ad modum, & meritum *reſpondeamus, & primò de delectu ciborum. Aduerſ* [f] Proteſtantibus non placet, quod abſtinentiam à carne Ouis, caſeo ieiuniũ dicimus: reprehendunt in nobis delectum

[c] *Peterius Ieſuita Comm in Rom. 1. cap. 14. diſp. 3. num. 20.*

[d] *Bellar. loco iam ſuprà citato ca 3. §. Altera igitur.*

[e] *Caluinus ſupr.*

[f] *Bellar. lib. 2. de bonis operib. cap. 3. §. Quatuor autem. & cap. 2. in princip. Ciborum delectus qualis eſſe debeat.*

[f] *Bellar ibid. cap. 3. in fine.*

lectum ciborum. *Prudens ſciensque falleris: non omnem ciborum dilectum reprehendunt. nam. Aduoc.* [g] aduerſarij admittunt abſtinentiam in genere, à nimio & Lavto cibo. *Quanquam omnimodæm potius abſtinentiã præſcribant* [*] *vſq; ad veſperam, quæ eſt valentibus lex Ieiunij ſacratiſſima,* [h] In omni Ieiunio non tam à quo abſtineas, quàm à quo non abſtineas quæri oportet. *Veſtrum verò delectum auerſantur, & quidem merito. quia.* [i] Eſt hic delectus abſque delectu. *Certè. Primò quod lautitias, & vini hauſtum indulgetis; & tamen Chriſtianis carnis, & lacticiniorum omnium guſtu interdicitis.* [k] Finis Ieiunij eſt corporis concupiſcentias edomare, neque aduerſarij id negant, iam Eccleſia noſtra non conſtituit regulam de lautitijs. [l] Sed abſtinentiam præcepit à carnium, ouorum, caſei. [m] Non autem in frigidioribus Regionibus vini, quod, calefaciendo corpus, incitat ad libidinem. *Secundò, quod abſtinentia illa, quam obtruditis, obſeruari ſine Ieiunio poſſit.* [n] Aliquando prohibentur caro, & lacticinia, cum tamen Non eſt Ieivnivm: vt in Quadrageſimæ dominicis. *Tertiò quia certi ciborum generis exactio, in antiquis hæreticis damnabatur.* [o] Montaniſtæ tempore Ieiunij cogebant homines ad cibos tantùm aridos ſumendos. Item feria quarta & ſexta iubebant omnes vſque ad veſperam ieiunare. in his eos Catholici dicebant non rectè facere. *De æquitate huius ſatis, de antiquitate paucis: tantum vt ſentias mores cum temporibus à primæua puritate deflectere.* [p] Secundò, Quod attinet ad ciborum delectum: ſemper in Ieiunio obſeruatum eſt, vt ab ijs abſtineretur, qui maximè finem, ieiunij impedire poterant: id Mvtatis temporibvs mvtatvm est. nam perfectum, & verum Ieiunium, & quaſi exemplar omnium, fuit aliud, quod ipſo nomine declaratur Nihil comedere. nam Proprie esse Ieiunium eſt nihil prorſus edere: tale Ieiunium Moſis, Pauli, & aliorum, Sinecibo et potv. ſecundum genus Ieiunij inter Monachos vſitatum, nihil igni admotum edere, nè panem quidem. Tertium, fuit panis, & aqua. Quartum, fuit magis (*en veſtrum,*

[g] *Bellar. lib. 2. de bonis operibus. ca. 5. in princip.*
[*] *2. Sam. 1. & 3*
[h] *Polydorus Virgilius Inuent. de* Ieiunijs.
[i] *Ibidem. In Ieiunio pomificiorum ieiunium deſideratur.*
[k] *Bellar. quo ſupra §. Deinde.*
[l] *Ibid. §. Ad illam.*
[m] *Tolletus Ieſui. lib. 6. de Inſtruct. Sacerd. cap. 3.*
[n] *Bellar. lib. 2. de bonis operibus, cap. 9. §. Sed obijcit. vide Tert. lib. de Ieiunio: vbi Montaniſta impugnans ſententiam Catholicorum, leges Ieiunij imponit.*
[o] *Maldonat. Ieſuita in Summula. qu. 23. Art. 2. Quibus & quantis gradibus ab antiquitate deflectitur.*

ſtrum, Ieiunium, dicam, an conuiuium?) DELICATVM conſtans ex oleribus, & leguminibus, & pomis. *Addam quintum, nam.* [q] Certè negari non poteſt conſueta Chriſtianorum Ieiunia, carnium eſu, & VINI potu caruiſſe: at vero *(o tempora! o mores!)* IAM in more poſitum eſt, vt cum piſcibus, herbis, fructibus, VINO ſimiliter VTAMVR. *Delicatam hanc, & vix ſobriam ieiunandi nouitatem faſtidiamus, & ſanctam, & antiquam imitemur.* [r] Mihi puriores Chriſtianiſmi, magiſq; conſentaneum Euangelicæ, & Apoſtolicæ doctrinæ videatur, ſi nullum certum cibi genus præſcribatur. *Hæc de modo, nunc de merito. Aduer.* [s] Proteſtantes obſtinatè contendunt ieiunium nihil valere ad ſatisfaciendum pro peccatis, nihil ad impetrandum auxilium, nihil ad cœleſte præmium promerendum. hæreſis Iouiniana. *Aduocatus.* [t] In Confeſsione Saxonica Proteſtantes damnant traditiones de rebus indifferentibus, quatenus ijs accedit opinio meriti: & Proteſtantium Principes apertè ſcribunt, ſe publicæ pacis cauſa STATA IEIVNIA, & huiuſmodi traditiones libenter obſeruare velle, his conditionibus, vt doctrina Euangelij, de Iuſtificatione per fidem Chriſti, ſyncerè tradatur; nec in illarum Traditionum obſeruatione fiducia collocetur. *Quid Proteſtantes poſtulent vides, quo iure id velint attende.* [u] Quartum genus Abſtinentiæ hodiè colunt multi PERVERSA RATIONE, quippè vel errore opinionis exiſtimant ſummam perfectionis Chriſtianæ in vnius Abſtinentiæ cultu, & excercitatione contineri, vel hominum laudem aucupantur, vt incautis & ſimplicibus falſa ſua dogmata facilius perſuadeant. [x] Et diſſitendum non eſt, nonnullos fuiſſe homines SVPERSTITIOSOS, & imperitos, qui huiuſmodi Eccleſiæ ritibus, ad ſalutem hominum factis, ad tyrannidem, & Conſcientiarum laqueum abuſi ſunt; atque etiam ex vulgo multi in earum obſeruatione fiduciam collocarunt: nec defuêre, qui eas etiam diuinis præceptis ante-ponerent; in quos rectè torqueri illud Chriſti poſſit: Fruſtrà me colunt docentes mandata hominum.

[y] Nihil

[q] *Azorius Ieſuita lib. 7. Inſtit. cap. 21. §. Certè.*

Pontificij in ieiunio inſulgent genio.

[r] *Eraſ. Paraph. in 1. Cor. 8.*

[s] *Bellar. lib. 2. de bonis operib. cap. 11. & Maldonat. Ieſuita in Summula qu. 23. Art. 12.*

[t] *Caſſander lib. Conſul. Art 16. Caſſander Bellarmini calumnias diluit.*

[u] *Peterius Ieſuita Com. in Dan.*

[x] *Caſſander loco iam ſuprà.*

[7] Nihil pietatis aut addit, aut adimit ciborum delectus, SVPERSTITIOSVM facere poteſt, pium non poteſt. *Denique Patronus.* [*] Quædam bona propter ſeipſa expetenda ſunt, vt ſapientia: quædam propter aliud, vt ieiunium; quod tum probatur, quandò eò refertur, vt carnis petulantia coerceatur. *Deinde nullam opus bonum, nedum Ieiunium, eſſe meritorium, poſſum ego innumeris Aduocatorum confeſſionibus, rationibuſq; efficere. ſed hæc cauſa quoq; propriam, pleniorem q; diſputationem exigit, quàm ego nunc in numeratis habeo. nunc ſatis erit Lutheri de Ieiunio iudicium accuratiſſimum attexere.* [*] Omnino per Ieiunium corporis caſtigatio, & moderatio nobis cõmendatur, vbi S. Paulus dicit: CASTIGO CORPVS, & INSERVITVTEM REDIGO. ſed nequaquam eo animo ſuſcipiendum eſt, quaſi aliquod per ea veliſ vel ſalutis, vel iuſtitiæ meritum parare: ſed duntaxat ad caſtigandum corpus, & commodandum Proximis, atque hoc pacto vere ſeruis in ieiunio tuo Deo, dum illud gratuitò in honorem ipſius, ad extinguenda peccata, & donandam carnem propriam ſuſcipis: qui edendo ieiunant, carnem ſuam citius irritant, quàm domant.

[7] *Eraſmus quo ſupra.*

[*] *Auguſt. lib. de bono coniugij. cap. 9.*

[*] *Luther. Lect. Euang. die Dominica: à Natali Chriſti proximo.*

Orthodoxa ſententia Lutheri.

Tertia Calumnia.

Aduerſarius. [a] Tertia Iouinianus coniugium virginitati dignitate & merito æquabat. Idem Lutherus: Coniugatam coram Deo præſtare virginibus, Statum coniugatorum veluti aurum; cœlibum, veluti lutum, æſtimat. Similia Caluinus, & Alij. *Verba Lutheri mihi nunc legere non licuit: hoc nemo neſcit, Proteſtantes Coniugium ſanctum ſuperſtitioſe, coacta, & plerunque vix virginali virginitati anteponere, aliogui. Aduoc.* [b] Confeſsio Wittenbergenſis: Manifeſtum eſt, inquiunt, quod etſi cœlibum ſtatus ſit in publicis periculis tranquillior, & ad peragenda publica Eccleſiæ miniſteria, his, qui nõ vtuntur, aptior & accõmodatior: tamen non eſt ſentiendum, quod hoc genus vitæ per ſe ſit coram

[a] *Bellar. quo ſupra.*

[b] *Lindanus Panopl. lib. 4. Proteſtantes virginitatem coniugali ſocietati præferunt.*

coram tribunali Dei excellentius, aut ſanctius quam coniugium. *Et ſanè hæc eſt illa beatitudo quam Diuus Paulus prædicat. Aduocatus.* [c] 1. Cor. 7. Beatior autem erit ſi ſic, id eſt, Virgo permaſerit. Beatior, vtpote quæ minùs moleſtiarum minuſque impedimenti habitura eſt, & ſpiritu, & corpore ſeſe totam in pietatis exercitationem tradat. *Quid enim?* [d] Nuptiæ licet plurimum difficultatis habent, ſic tamen aſſumi poſsint, vt vitæ perfectiori impedimento NON ſint. raro licet & planè difficile id ſit. Apoſtolus ad Titum hæreticis nuptias damnantibus ora obſtruit, rem adeo pretioſam oſtendens, vt cum ea poſsit quis ad ſanctum Epiſcopatus ſolium ſubuehi. *Quod ni hoc etiam vobis ora obſtruat, qui planè contrarium aſtruitis, nos cæteris paribus, virginitatis caſtitatem coniugali vitæ non inuiti anteponimus. Aduerſarius.* [e] Aduerſarij dicunt perperam reprehendi Iouinianum ab Hieronymo, & Auguſtino. [f] Hieronymum Proteſtantes non ferunt. *Quid ita?* [g] Forbonius; Hieronymus, inquit, erat in matrimonium contumelioſus. Deleatur. *Quid tandem? nimirum quod ille apud Comicum.* Effregit fores, reſarcientur, *nam Aduocat.* [h] Hieronymus feruido quodam affectu, ita interdum rapiebatur in admirationem virginitatis, vt pijs etiam viris videretur lædere matrimonium, ſit hoc vanum, niſi in Hieronymi Scriptis inueniantur ea verba quæ ſunt apud Tertullianum eo nomine damnata. *Sed cum hic Aduocatus in eandem ſpongiam* (deleatur) *incubuit, aliis, etiam Ieſuita, quarendus eſt, qui pro candore velit, & per authoritatem poſſit verum confiteri.* [i] Hieronymus videtur aliquanto matrimonio iniquior. *De Auguſtino paulo poſt. nunc qui Patriarcham, vt dicis, noſtrum perſtrinxiſti, vide quomodo defendas Patrem tuum, vel, ſi placet, teipſum, ſed de hoc* * *infrà. tu interim ex Auguſtino monendus:* * Caue, melior eſt in Scriptura Dei veritas, quam in cuiuſquam mente, aut carne virginitas. *Hanc tu mentis virginitatem ſi venuiſſes, non te in omni accuſatione tam turpiter proſtituiſſes.*

[a] *Arias Montanus Com. in 1. Cor. 7.*

[d] *Epiſco. Eſpenſæus Ieſuita Comm. in 1. Tim. 3. Nuptias interdum miniſterio minimè obeſſe.*

[b] *Bellar. lib. de notis Eccleſ. cap. 9. Sententia Hieronymi.*

[f] *Campianus Ieſuita rat. 5.*

[g] *Cenſores in Indice expurg.*

[h] *Eraſ. aduerſus Albertum Pighium de virgin. Calumus reprehendit Hieronymi, ſed reprehendendum.*

[i] *Acoſta lib. 2. de Chriſto reuelato cap. 20.*

[c] *Auguſt. lib. de Virginitate cap. 18.*

* *Infrà.*

Cap.

CAPVT. XXXVI.

Circa ſuperiorem hæreſin duæ aliæ Calumniæ.

Aduerſarius. [a] 4. Iouinianus dixit B. Virginem in partu virginitatem amiſſe, idem Bucerus, & Molinæus, dicentes Ieſum in partu vuluam adaperuiſſe. *Cur hos duos tantum perſtringis? non dubito: quin alii Proteſtantes omnes ſibi factam iniuriam liberè queraniur, quòd eos veliz ab hac Buceri hæreſi abſoluere, quod & frater tuus, quamuis diſtorto animo, recte obſeruauit.* [b] Inter alias innumerabiles Caluiniſtarum hæreſes, hæc vna eſt, quod matrem Chriſti in partu Virginem fuiſſe negent. *Diceres vuluam* adaperuiſſe *aiunt, nec innumerabiles ſunt Proteſtantium hæreſes, quas tuus Bellarminus, vicenario numero complexus eſt, nec hæc hæreſis, niſi plane Euangelica. Aduocatus.* [c] Luc. 2. 23. de Chriſto ſcriptum eſt: Quicunque primam APERVERIT VVLVAM, Sanctus Domino vocabitur. Origenes hom. 14. putat Chriſtum Virginis matris VVLVAM ADAPERVISSE, ſed non more cæterorum; cæterorum enim conceptus quoque muliebris vterum aperit, cum Chriſtus clauſo virginis vtero ſit conceptus, citra virilem operam. porro. ita naſcens APERVIT vterum vt NON CONVELLERET CLAVSTRA pudicitiæ VIRGINALIS. hæc eſt Origenis ſententia, quæ ſane pugnat cum eo, quod iam pia credulitas omnium fere animis infixit, Chriſtum ſine nixu, & labore parturientis, clauſo virginis vtero prodijſſe. quæ ſanè vt eſt plauſibilis, nec irreligioſa, ita ſanè Scripturarum ſacrarum teſtimonijs doceri NON poſsit. Certe Ambroſius ab Origenis ſententia non abhorruit. *Hic Aduocatus fortaſſis Aduocato eget, cuius nomen video Aduerſarijs inuiſum videri prodeat alius.* [d] PATRES aliqui dicunt Chriſtum PROPRIÈ ADAPERVISSE VVLVAM Matris ſuæ, cum alijs mulieribus ſoleant VIRI

[a] *Bellar. lib. de notis Eccleſ. cap. 9. §. Quartus Error.*

[b] *Maldonat. Ieſuit. Comm. in Luc. 2.*

[c] *Eraſ. annot. in Luc. 2. Nihil aliud Proteſtantes quam quod Euangeliſta & patres docuerunt.*

[d] *Lanſenius Concord. in Luc. 2.*

vterum aperire, quæ eſt ſententia Theophylacti in hunc locum. Similis eſt ſententia Ambroſij ſic ſcribentis: Non enim virilis coitus Virginis ſecreta reſerauit, ſed immaculatum ſemen inuiolabili vtero Spiritus Sanctus infudit. hic ergo ſolus APERVIT VVLVAM, vt immaculatus exiret. Similia habet Origenes. [e] Tertullianus dicit Mariam PATEFACTI Corporis lege peperiſſe. cum omnes hodie Theologorum centuriæ Chriſtum clauſo Virginis vtero prodijſſe velint. Tametſi Tertulliano Ambroſius ſubſcribit, ſed quis diuinare potuit quid ſubtiles iſti Theologi, tot poſt ipſum ſeculis eſſent definituri? eo vix aliam antiquiorem ſcriptorem Chriſtianus orbis habet. *Antiquitas in hoc Aduerſarijs tam inuiſa fuit, vt Cenſores ex authoritate Concilij Tridentini ad hoc munus delegati, ſatis pro imperio, ſic decreuerint.* [f] Deleantur ſequentia in Beato Rhenano in argumento libri de carne Chriſti; quod officit perfectioni virginis Matris. *Nec tu Rhenane igitur potuiſti diuinare quid rigidi iſti de te decreturi eſſent? Aduerſarius.* Iouinianus dixit B. Mariam virginitatem perdidiſſe, idem cõmuniter hodie Caluiniſtæ cum dicunt, Chriſtum matris vuluam adaperuiſſe. *Diſputo. ſi hæc non ſunt idem, tum Bucerus in hoc Hæreticus non fuit: ſin idem, tum Tertullianus, Origenes, Ambroſius, Theophylactus, B. Rhenanus, atq; adeo B. Lucas (quod abſit) Hæretici fuere. poſtremo, vt ex vnius Ieſuitæ ore, ora Ieſuitis omnibus occludam, vt non habeant quod contrà vel muſſitent. attendite.* [g] Notandũ eſt, FOEMINA quamuis ab alio SVPERETVR, ſi non conſentiat interius in actu turpi, non peccat, NEC VIRGINITATEM AMITTIT, ſi virgo erat. *Vbi vulua etiam per turpem coitum aperitur Ieſuita virginitatem ſeruari conſidenter docet. Proteſtantes, qui authoritate Euangelica, & antiquorum Patrum conſenſu, ferè vnanimi, ſine vnili opera, ſed per exitum ſacro-ſancti corporis Ieſu Chriſti, apertionem vuluæ illibatam, & immaculatam Beatæ Virgini tribuunt, hæreſeos damnantur. Quinta Calumnia. Aduerſarius.* 5. [h] Docuit Iouinianus præmia Beatorum eſſe paria. Lutherus, omnes

[e] *Rhenanus in Arg. 3. ad lib. de carne Chriſti.*

[f] *Index expurg. pag. 78.*

[g] *Bellar. ſuprà. & Greg. Valent. Ieſuita Tom. 4. diſp. 2. quæſt. 2. punct. 1.*

[h] *Tolletus Ieſ. & Cardinalis li. 5. de inſtruct. Sacerdotum ca. 6. §. Quartus caſus. Stupor Ieſuit.*

[i] *Bellar. lib. de notis Eccleſ. cap. 9. §. Iouinianus.*

nes Sancti, inquit, æque ſancti ſunt, atque mater Dei, ex quo ſequitur omnes æque Beatos fore. *An hæc opinio fuit Luthero peculiaris?* [1] Volunt Proteſtantes, omnes qui iuſtificantur æqualiter fieri iuſtos, & æqualem eſſe omnium coram Deo iuſtitiam, & ſanctitatem. *Reſpondeo primò ad Antecedens, illud eſſe neceſſario falſum: ſecundò, ad conſequentiam, hanc non eſſe vere neceſſariam. Ideoq; vos in hac Sophiſtas ridiculos, in illo vafros Accuſatores deprehendi. De Primo cum docent Proteſtantes, fideles omnes æquè iuſtos eſſe coram Deo, dupliciter accipiendi ſunt, vel vt intelligant par veritatis, non æqualitatis: id eſt, æquè, licet non æqualiter Chriſti membra. non tamen ſi eorum ſimpliciter inter ſe, ſed cum Chriſto capite, & corpore eius myſtico ratio habeatur. prodeat Reus.* * Quantumuis inter ſe corporis membra omnia imparia ſint, & officijs, atque dignitate plurimum DISTENT, in eo tamen paria ſunt, quod eiuſdem corporis membra pariter exiſtunt, neque poteſt oculus ſibi plus in corpore iuris vendicare, quam contemptiſsimum quodque, neque plus ſuum eſſe corpus affirmare quam cuiuſlibet alterius: ita habet res Chriſtianorum, qualeſcunque ſint, ſiuè firmi fide, ſiue infirmi, ſiue conſummati moribus, ſiue morbis grauati, tantundem quilibet in Chriſto, & Chriſtianiſmo poſsidet quantum alij, vnde equidem non minus poſſum de Chriſto gloriari, quam diuus Petrus, aut Virgo Dei-para: Perplacet ſane Diuum Petrum NOBILIVS eſſe in Chriſti corpore membrum, QVAM ſim EGO, at ille rurſus me non contemnit, quod ſim humilis, & abiectus, quandoquidem eiuſdem corporis membrum ſum. *Vel etiam ſecundò, vt ſignificent non quidem iuſtitiam inhærentem, quæ in ſanctificatione, ſed imputatam, quæ in remiſſione conſiſtit. Rurſus loquatur Reus.* * Tam B. Mariæ ad gratiam per Chriſti ſanguinem adſpirandum fuit, quam nobis. *Tam humilis hæc & orthodoxa Lutheri ſententia vt nemo niſi malitioſè peruerſus, poſſit in ea aut arrogantiã aut hæreſin notare. Quid opus eſt Aduocatis. Quanquam cum adſint non ſunt contemnendi. Aduocatus.*

[1] *Petr. Ioſeph. Com. in Rom. 3. num. 103.*

* *Lutherus lect. ex Rom. 12. 2. Domin. ab Epiphan. Accuſatoris crimination. iamdiu Reus depulit.*

* *Lect. in die Natiuitat. Marie.*

[k] *Bellar. lib. 3. de Iuſtific. ca. 1. & cap. 16.*

[k] Cum dicunt Proteſtantes Omnes Sanctos æquè iuſtos eſſe coram Deo, loquuntur de Iuſticia imputatiua. [l] Per quam iuſtitiam ſignificant remiſsionem peccati. *Atq; hac ratione Iuſtificati omnes etiam æqualiter ſunt Iuſti.* [m] Deus quibus vnicum peccatum remittit, remittit vniuerſa, vt Auguſtinus docet: Impietas, inquit, infidelitatis eſt ab eo, qui eſt ſummè miſericors, dimidiatam ſperare veniam. [n] Quia hæc eſt perfectio miſericordiæ Dei, vnde cuius miſeretur TOTALITER miſeretur, quod ſignificauit Dominus cum ſimul mutum, & ſurdum ſanabat. *In promptu erit concludere: Ergo omnes, quoad imputatiuam iuſtitiam, æqualiter Iuſti cenſentur coram Deo. Quid tandem de inhærente Iuſtitia, & Sanctificatione ſentiunt?* [o] Concedunt Deum remunerare Iuſtos iuxta opera eorum; ſed propter opera, id eſt, ex meritis operum, negant. *Et iam ſuprà inæqualitatem Sanctificationis Lutherus conceſſit, ad conſequentiam reuertor: Si ex æqualitate remiſſionis peccatorum, ſequitur paritas præmij cœleſtis, tum vos (Bellarmine) Iouinianiſtæ eritis. Si ex inæqualitate gratiæ infuſæ, gloriæ inæqualitas ſequitur, tum Proteſtantes Iouinianiſtæ non ſunt. Nam & hi inæqualitatem gratiæ infuſæ, & vos æqualitatem imputatiuæ gratiæ poſuiſtis. Ex inæqualitate ſanctificationis neceſſariò inæqualis Sanctorum dignitas cœleſtis efficitur, non quidem ex merito Operantis, ſed ex benignitate miſerentis, qui coronat munera ſua, & gratiam pro gratia, id eſt, gratiam beatitudinis, iuxta analogiam gratiæ ſanctificationis miſericorditer remunerabit. Hanc cauſam Schola iudicio permittamus:* [p] Gloria cœleſtis, quoad ſubſtantiam ſuam, quæ eſt viſio Dei æterna abſque relatione ad opera datur, atque gradus gloriæ pro diuerſa proportione gratiæ infuſæ confertur. *Poſtremò ſi idem Lutherus quod Iouinianus, Alphonſius veſter* lib. de hæreſ. tit. BEATITVDO hæreſ. 4. *qui Iouinianum taxat, qui potuit Lutherum præterire?*

[l] *Vega lib. 10. de Iuſtif. fol. 680.*

[m] *Bell. in controuerſia de Satisfact.*

[n] *Aquin. part. 3. qu. 86. art. 3.*

[o] *Bellar. in controuerſ. de Iuſti. paſſim.*

Dilemma.

[p] *Vega lib. 10. de Iuſtif. cap. 7.*

CAP.

CAPVT. XXXVII.

De hæreſi 13 Vigilantij cui quatuor obijciuntur.

1. *Reliquias Sanctorum temerâſſe.*
2. *Sanctorum nomina depranâſſe.*
3. *Sanctorum Invocationem repulisse. Impugnâſſe Sacerdotum cœlibatum.*
4. *Votum paupertatis abſtuliſſe.*

Aduerſarius. [a] Tertia decima hæreſis Vigilantij eſt; quatuor docuit, quæ omnia Sectarij tenent. Primum eſt ſanctorum reliquias non eſſe venerandas. Proteſtantes corpora Sanctorum combuſſerunt, & reliquias contempſerunt. [b] Lutherus monet reliquias, tanquam populi ſeductiones, altiſsimè ſub terram abſcondendas eſſe; quod quid aliud eſt quàm omnium Sanctorum memoriam abolere? *Reſpondeo, eos non antiquam illam Sanctorum veneration em, ſed nouam ſuperſtitionem auerſari, quæ aut falſas, & ſuppoſititias reliquias pro veris inuexit; aut veras falſis, & impijs honoribus coluit. Reuc,* [c] Non reclamo Diuorum oſſa SANCTA eſſe, ſed hoc deteſtor, quod plerique omnes maiori ſtudio ad illa exornanda rapiuntur, quàm ad Proximi neceſsitatem ſubleuandam: quapropter, vt abuſus tollantur, & dilectionis opera proferantur, vellem terra iſtas Sanctorum reliquias contectas eſſe. *Aduocatus.* [d] Legimus ad loca Martyrum, reliquijs inſignia, vota nuncupata, & peregrinationes ſuſceptas; quæ omnia tum vtilia erant, cum adhuc recens, & certa memoria Martyrum vigeret, & Deus, qui indubitatis miraculis, eos, qui mortui videbantur, ſibi viuere declararet, quibus fides, quam ipſi profeſsi ſunt confirmabatur: VERVM in hæc paulatim ABVSVS irrepſit, nam queritur Baſilius hanc conſuetudinem ſuo tempore CORRVPTAM fuiſſe, & temporibus Auguſtini, & Ambroſij mos ferendi epulas ad Martyrum memorias ab Ambroſio interdictus erat. Vt

[a] *Bellar. lib. de notis Eccleſ. c. 9. De Reliquijs.*

[b] *Bellar. præf. in Centrou. de Eccleſ. triumph. li. 2. §. Atq; vt, &c.*

[c] *Lutherus lect. in Feſto exaltationis.*

[d] *Caſſan. lib. conſult. art. 21. Cauſam Proteſtantium vir pontificius agit ſtrenuè.*

apud * Auguſtinum patet. poſterioribus etiam temporibus memorijs Sanctorum NIMIVM indulſum eſt, cum ab impijs Hominibus falſæ FIDVCIA in cultu INEPTO, & ſuperfluo collocabatur; qui abuſus reprehenditur in Concilio Cabilocenſi cap. 4?. acceſſerunt & alia mala, quod auaritiæ causâ, falſæ reliquiæ ſupponebantur, ficta miracula prædicabantur, SVPERSTITIO inde alebatur, & magis in miraculorum admirationem, quam Sanctorum imitationem rapiebantur. nonnunquam illuſione Dæmonis, hominum ſuperſtitione abutentis, NOVAE reliquiæ indies reuelabantur, qui ABVSVS DAMNATVR in Concil. Lugdunenſi cap. 62. & Concil. Carthag. 5. cap. 14. hodie verò cum omnia reliquijs Sanctorum plena eſſe videntur, verendum eſt, nè, diligenti examinatione adhibita, deteſtandæ impoſturæ patefiant, quemadmodū in nonnullis locis patefactum eſt, vt olim B. Martino accidit, qui in loco nomine Martyris celebri, deprehendit, non Martyris, ſed ſcelerati Latronis monumentum. multò conſultiùs videtur, vt ab omni reliquiarum oſtentatione ABSTINEATVR, & populus ad veras reliquias colendas, id eſt, ad EXEMPLA ſanctitatis, quæ in Scripturis vel ab ipſis Apoſtolis, vel de ipſis extant, imitanda prouocetur. *Hanc conſultationem eruditiſſimi viri ferè totam introduxi quia eſt ad cauſam appoſitiſſima; nec ea quicquam videtur nihil dici poſſe conſultius. Vereor vt Lectorem offendat, aut quia verbis prolixus, aut quia ſolus adeſt, ſed ideo ſolus adeſt, quia prolixus: in cuius teſtimonio nulla ferè vox eſt, quam non facilè poſſim eiuſdem profeſſionis teſtibus locupletiſſimis confirmare. ſed hoc in Claſſe de Idololatria (deo dante) articulatim diſcutietur. ſumma hæc erit: Sanctorum reliquias (ſi ad corporis membra pertinent) non culturæ, ſed ſepulturæ; ſin ad externos habitus, & falſæ fuerint, non admirationi, ſed oblitioni eſſe tradendas: ſin veræ, admittendas eſſe, non quatenus ſuperſtitionis fomenta, ſed quatenus piæ memoriæ monumenta eſſe poſſint. tu interim non potes non agnoſcere Proteſtantes reliquiarum omnium iudicio, & ſacratiſſimarum, & certiſſimarum cultui maximè ſalutari, plus etiam*

* *Auguſt. lib. 8. de Ciuit. Dei cap. vlt. & li 2. confeſſ. cap. 64.*

am quam velitis, addictos eſſe, & conſecratos? quas Reliquias rogitas? Scripturas volo, nam. [a] Si veſtes, quæ tetigerunt Saluatorem, pro reliquijs habemus, cur Verba, quæ ex ore eius proceſſerunt, pro reliquijs non habemus? cum ſcriptum ſit Luc. 4. Et mirabantur omnes de verbis gratiæ, quæ procedebant ex ore eius. *De reliquijs igitur Martyrum vere videar eſſe dicturus, quæ Auguſtinus de legis veteris cæremonijs.* [*] Iudaicæ ceremoniæ, tanquam defunctorum corpora, non Impiorum obloquijs, tanquam canum morſibus, proijciendæ erant, ſed cum honore ſepeliendæ: quas tamen quiſquis iam rurſus celebrare voluerit, tanquam ſopitos cineres eruens, erit non modò non pius Bainlus corporis, ſed ſepulturæ violator. *Quod an in vos quadret ex vobis perdiſcemus. Aduerſarius.* [*] Proteſtantes, tanquam in nobis ſuperſtitioſum, rident quod Martyrum cineres, & pulueres veneramur. [f] Verum poſſit quis recta intentione oſſa martyrum in puluerem redacta, etiam in vermes conuerſa, colere, & venerari? *Nullusne Catholicus hoc delirium veſtrum exploſit? Aduocatus.* [g] Henricus negat ſanctos adorandos eſſe in formâ vermium. *Denique: quandoquidem* [h] Eadem doctrina, quæ de adoratione imaginum data eſt, ſeruata proportione, eſt ad Reliquias accommodanda, *Quæ huc ſpectant de Imaginibus infra vberiùs explicabimus.*

[a] *Peraldus Epiſcopus in ſumma Tom. 1. de Beatitudine. Reliquiæ fide dignæ.*

[*] *Auguſt. in Epiſt. ad Hiteron.*

Superſtitio Romana.

[*] *Azorius Ieſuita lib. 9. Inſtit. cap. 8.*

[f] *Vaſquez Ieſuita lib. 3. de Adorat. diſp. 3. cap. 8. num. 112. & 114.*

[g] *Idem ibid.*

[h] *Suarez Ieſuita Tom. 1. diſp. 55. qu. 25. Art. 6 §. 1.*

CAPVT. XXXVIII.

Calumnia ſecunda.

ADuerſarius. [*] Imitantur Lutherani Maiores ſuos Iulianum, Vigillantium, & quotquot tanquam nefaria bella contra Sanctos geſſerunt, eos omni honore ſpoliantes. [b] Errant Hugonotici, qui Sanctorum virtutes & mores nè quidem prædicari ſuſtinent. *Siccinè omnem honorem, etiam cõmemorationem negant? Reus.* [*] Si ritè docere plebem velimus, ſic exempla Sanctorum prædicari oportebit vt in ijs Deus magnificetur, nos verò INVITEMVR, ad ſimilem

[*] *Bellar. præfat. in lib. de triumph. Eccleſ.*

[b] *Feuardentius Comm. in Iac. cap. 5. Ver. 10. Inſigne mendacium.*

[*] *Lutherus lect. in feriis Iob. Euang.*

ſimilem Dei gratiam, opera eorum ſic PRÆDICARI conuenit, vt obedientia, qua ſuæ vocationi inſeruierunt Sancti, & mandatis ſibi operibus ſtuduerunt; nobis COMMENDETVR. *Poſſim ego vos Reorum teſtimonijs infinitis obruere, ſed adeſt Aduocatus. Aduocat.* [c] In apologia ſua Proteſtantes TRIPLICEM HONOREM Sanctorum probant: quorum primus eſt gratiarum actio, quod Deus eos tantis gratijs cumulabat. Secundus, ex eorum exemplis fidei confirmatio. Tertius, Imitatio fidei atque virtutum, earúmque HONORIFICA COMMEMORATIO. *Et eſt hac quidem Sanctos verè honorare. Negas?* [d] Duabus in rebus Mortuorum memoriam quodammodo immortalem facere poſsimus: promò magnifica ijs condendo Sepulchra, verumtamen mortuorum memoria PERPETVATVR maximè ingenij operibus, cum Scriptis diſertiſsimis eorum VIRTVTES & facta CELEBRANTVR. *Aduerſ.* [e] At Proteſtantes euomunt in omnes Cœlites horribiles blaſphemias. Vocat eas Caluinus vmbras, laruas, colluuiem, monſtra. hac contumelia, blaſphemia vix vlla maior eſſe poſsit. [f] Hoc notandum, *viz. Mendacium veſtrum. Quid ſi enim Caluinus non omnes ſanctos perſtrinxerit? quid ſi nè Sanctos quidem? quid ſi ſceleratos etiam, aut ſaltem eos, qui non modò non ſceleruti homines, ſed non omnino homines vnquam extiterint? quæ ſunt verba Caluini? Reus.* [g] Niſi accedat Hippolitus, Georgius, & SIMILES larvæ. *Hoc nec tu, Bellarmine, ignorabas, nec Caniſius tuus.* [h] Caluinus, & Melancthon ſic ratiocinantur. Multi (inquiunt) vt Georgius, & Catherina, inuocantur, qui non modo NON SANCTI, ſed nec vnquam homines fuerunt. *Aduocatus.* [i] In Sanctorum hiſtorijs commemorantur ij, qui an vnquam fuerunt, meritò dubitatur. *Aduerſ.* [k] Sanctos Caluinus monſtra appellat. *Ain'? Sanctos? Reus.* [l] Multa templa Chriſtophero, & Catharinæ, aliiſque FICTITIIS nominibus dicata ſunt, & talibus monſtris; omitto Dominicum, & Medardum, & ſimiles beſtias. *Non igitur generatim omnes Sanctos, (abſit) ſed tantum veſtra*

[a] *Caſſander lib. Conſult. Art. 21 Reus abſoluitur.*

[d] *Perer. Ieſuita Com. in Gen. 35. ver. 19.*

[e] *Bellar. præfat. de triumph. Eccleſia. §. Iam verò.*

Fictum crimen.

[f] *Armandus Ieſuita in epiſtola ad Comitem Caluinianum.*

[g] *Caluinus lib. 3. Inſtitut. cap. 20. §. 27.*

[h] *Bellar. lib. 1. de Eccleſ. triumphant. cap. 20. §. Argumentum 8. & in Catechiſi*

[i] *Caſſander lib. Conſult. Art. 21.*

[k] *Bellar. in præfat. ſuprà.*

[l] *Caluinus in loco, quem Bellar. notat.*

ſictitia

ſuluia numina perſtrinxit. Aduerſarius. [k] Wicleffus Sanctos obiter Scurris conferebat, quod eſt hæreticis proprium. *Reus.* [*] Sancti in cælis licet NON SINT Scurræ, inquit Wicleffus, ſed incorporati in Chriſto, per gratiam Saluatoris; tamen minus ſe habent, in comparatione ad Chriſtum, quam Scurræ ad Regem. *Sic Wicleffus. vt vel eius Aduerſarius ſcil. Aduocatus noſter* [l] *Thomas Waldenſis teſtatur. quæ fuerit Caluini, & Wicleffi mens, ſatis iam ex eorum verbis conſtat: quæ præterea vera fuerit, ex vobis perdiſcemus: cum enim ſecundum traditas, & omnium ore decantatas de ijs hiſtorias colitis, nihil profectò aliud quam vmbras, laruas, & monſtra colitis. Aduocatus.* [m] Gelaſius Pontifex huius generis hiſtorias multas in Concilio reprobauit, quæ, vt ipſe loquitur, ab infidelibus ſcripta eſſe putantur. Sicut Georgij aliorúmque paſsiones, quæ ab Hæreticis probantur, conſcriptæ. [n] Nihil habeo quod de Chriſtopheri gigantea ſtatura dicam. [o] Virgerius in Concilio Tridentino legendas Georgij, & Chriſtopheri veras eſſe negabat. [p] Multa huiuſmodi figmenta hiſtorias Sanctorum conſpurcarunt. Denique [q] Homo in comparatione ad Deum, eſt putredo, vt ſanctus Iob loquitur. iam ad cauſam propius accedamus.

[k] *Crimen fictum.*
[k] *Bellar. lib. 1. de triumph. Eccleſ. cap. 15.*
[*] *Wicleffus. Crimen fictum.*
[l] *Waldenſ. Com. 3. Tit. 12. cap. 111. & 114.*
[m] *Canus loc. theolog. 11. cap. 6.*
[n] *Baron. in Martyrolog. Iulij 25.*
[o] *Baleus in Marcello. 11.*
[p] *Caſſander lib. Conſult. Art. 21.*
[q] *Ioannes Ferus in Iob. 25.*

Tertia Calumnia.

Aduerſ. Secundo, [r] Vigilantius docuit orationes mortuorum, pro alijs, non exaudiri, ex quo ſequitur, fruſtra Sanctos inuocari. Idem Proteſtantes. *Antecedens illud, quod Vigilantio tribuis, Proteſtantes planè reſpuunt. Aduocatus.* Proteſtantes largiuntur Sanctos in cœlis orare pro Eccleſia in genere, ſed ex eo conſequens eſſe negant, Sanctos eſſe inuocandos. *Et ſanè non inuocandos eſſe rationibus euincam neceſſarijs, quando tandem? quando nimirum de controuerſia ea tua diſſerendum erit, de quâ hic dicis,* Sed de his alijs. *Vno tamen verbo de antiquitate hoc in loco ſatisfaciendum erit, ſed optando magis, quam ſperando. Aduocatus.* [s] Vtinam

[r] *Bellar. lib. 4. de Eccleſ. militt. cap. 9.*
[r] *Caſſand. Art. 21. & Lipſanus pamp. lib. 3. cap. 30.*
[s] *Faber Stapulenſ. præfat. in Euangel.*

nam credendi forma à primitiua peteretur Eccleſia, quæ tot Martyres Chriſto conſecrauit, quæ nullum ſcopum, præter Chriſtum, habuit: nulli cultum præterquam vni, Trinóque Deo impendit.

CAPVT. XXXIX.

De Superiori in duabus alijs.

[a] *Bellar. lib. de motu Eccle. cap. 9. §. Eadem omnia, &c.*

[b] *Bellar. lib. 1. de Clericis. cap. 19. in Principio. Bellarm. ſibi non conſtat.*

[c] *Bellar. lib. 1. de Clericis. cap. 19. Proteſtantes non ſunt Vigilantiani.*

[d] *Coſterus Ieſuita Enchirid. cap. 15.*

[e] *Bellar. quo ſupra.*

[f] *Valent. Ieſuita lib. de Cœlibatu. Com. 4. diſp. 9. quæſt. 3. punct. 5.*

[g] *Bellar. loco iam ſupra citato. Cœlibatus æquitas, & antiquitas.*

A *Duerſarius tertiò.* [a] Docuit Vigilantius Sacerdotes debere eſſe vxoratos: idem docent nunc ſectarij, Lutherus, Caluinus, &c. *Eadem omnia, inquis, ô deplorandam hominis conſcientiam!* *Aduocatus.* [b] De cœlibatu vnus erat Græcorũ error, quem Vigilantius expreſſe docuit, ALTER Lutheranorum. *Id eſt, idem, & duerſus fuit Vigilantij, & Lutheri error. oſtendam igitur primò Proteſtantes eandem Vigilantij hæreſin, quam illis tribuis, non tenere. ſecundò, nec tenere hæreſin. Primum. Aduocatus.* [c] Error erat OPORTERE Clericos vxores ducere, antequam ordines ſuſcipiant, quia poſt ordines non licuit; hic fuit, vt alij volunt, error Nicholaitarum hæreticorum, QVEM CONSTAT VIGILANTIVM EXPRESSE DOCVISSE. [d] Ex Hieronymo conſtat Vigilantium Hæreticum docuiſſe, NON eſſe Diaconos ab Epiſcopis ORDINANDOS, NISI PRIVS duxiſſent vxores. [e] Lutherani docent, non modo ante, verum etiam poſt ordinationem LICERE vxorem ducere. [f] Volunt Proteſtantes LIBERVM ESSE vxores ducere, nec quemquam lege continendi aſtrictum eſſe debere. *Hæc omnia Ieſuita, ſententiam Proteſtantium explicantes: nunc proferant ipſi ſuam.* [g] Nos tenemus, NEC MARITOS in ſacros ordines ADMITTENDOS ESSE, nec ORDINATIS LICERE POSTEA vxores ducere. *Nunc depulſis tenebris licet Spiritus diſcrepantes diſcernere. Primo Vigilantius* OPORTERE omnes Clericos vxores DVCERE. *Secundo, Bellarminus* OPORTERE prorſus NON DVCERE. *Tertio, Proteſtantes, vt ſæpe Chriſtus, ita iuxta*

cum

cum doctrina Chriſti, in medio perſtant. Licere vel liberum eſſe ducere, vel non ducere. *Ille neceſſitatem Coniugij vendicabat, hi cœlibatus; nos in vtroque Chriſtianam libertatem preſitemur. De huius æquitate alibi, nunc de Antiquitate expediam: nos antiquitatem Apoſtolicam vendicamus.* [h] *Aduerſarius.* Clitonæus aſſeruit votum continentiæ eſſe annexum ſacris ordinibus iure diuino. Michael Medina, & Iohannes Major tenuerunt eſſe juris diuini, ſaltem vt nequeat quis ſimul vti ſacro ordine & matrimonio vacare. *Aduocatus.* [i] NON jure DIVINO ſed tantum humano prohibitum eſt conjugium Sacerdotibus. [k] Communior ſententia & verior eſt NON eſſe juris DIVINI, ſed ECCLESIASTICI TANTVM. *Quid ergo?* [l] Reſtat vt in ordinandis hoc STATVTVM cœlibatus RELAXETVR, & MORE VETERIS ECCLESIAE, & huc vſque Orientalium Eccleſiarum honeſti quoque Mariti ad Eccleſiæ miniſterium admittantur. grauior Quæſtio eſt de ijs, qui POST Sacerdotium vxores duxerunt, vtrum ijs in Miniſterio permanendi, et Vxoris familiaritate oportuno tempore vtendi, facultas permitti poſsit. Primum hoc DIVINO NVLLO jure prohibetur, vt exempla PRISCA teſtantur, huiuſmodi ſtatuta non tam anxiè obſeruata fuiſſe, quam ob Eccleſiæ neceſsitatem aliquando RELAXATA fuerint. *Quamdiu?* [m] Diu licuit in eccleſia Orientali contrahere POST ordinationem. *Denique,* [n] Copula Sacerdotalis nec legali, nec euangelicâ, nec Apoſtolica authoritate prohibetur. *Qua igitur lege, & cuius?* [o] Clitonæus, qui tum cœlibatus legem ſtrenuè defendere voluit, putat legem cœlibatus primùm fuiſſe à Syritio Papa, id eſt, circiter annum 390. inuentum. *Itaque cum illam Vigilantij hæreſin Proteſtantibus impingis, tu (vt de Vigilantio olim Hieronymus) non vigilantem te præbes, ſed dormitantem, præſertim cum Pontifex veſter non potuit non conſiteri.* [p] Sacerdotibus magna ratione ſublatas eſſe nuptias, maiori RESTITVENDAS videri.

[h] *Valent. Ieſuita Tom. 4. diſp. 9. queſt. 5. punct. 5.*

[i] *Bellar. lib. 1. de Clericis, cap. 14.*

[k] *Valent. Ieſuita quo ſupra.*

[l] *Caſſander. lib. Conſult. Art. 23.*

[m] *Caietanus tom. 1. opuſc. tract. 17.*

[n] *Gratianus 26. q. 2. Cau. Sors, &c.*

[o] *Greg. Valent. lib. de Cœlibatu. pag. 159. ex Clitonæo, de Contin. lib. 4. cap. 4.*

[p] *Pius 2. vt refert Platina in vita eius.*

CAPVT. XL.

Quarta Calumnia.

[a] *Bellar. cap. 9. quo ſuprà.*

[b] *Maldonat. Ieſuita Com in Math. 5. Paupertas monaſtica.*

[c] *Maldonat. Ieſuita quo ſuprà. Germana paupertas euangelica.*

[d] *Idem Maldonatus ibidem.*

[e] *Aquinas 2.2. q. 184. art. 7.*

Aduerſarius. [a] Quartus Vigilantij error, non expedire relinquere omnia, & dare pauperibus, & ad religionem, relictis omnibus, properare: idem etiam Sectarij. [b] Hic eſt primus euangelicæ perfectionis gradus, vendere omnia, & dare Pauperibus. *Reſpondeo, Primo. Proteſtantes non modò aliquam, verum etiam ſummam perfectionem Chriſtianam defendere. Secundo, Veſtram doctrinam, hæreſin magis quam religionem ſapere. Aduocat.* [c] Secundus paupertatis Euangelicæ gradus eſt, non quidem vendere omnia, ſed, nè Chriſtum amittamus, omnia amittere. Tertius eſt, cum malis artibus diuites eſſe poſſumus, perituris opibus dei timorem anteponere. *Quartus.* Sorte noſtra eſſe contentos, & æquo, propter Chriſtum, animo paupertatem ferre. *Nemo, qui baptizatus eſt, qui huiuſmodi paupertatis votis ſe non obſtrinxerit. nunc qua ſit paupertatis Euangelica ſumma perfectio diiudicandum.* [d] Math. 6. 33. Quærite primùm regnum Dei: Chriſtus non omninò vetuit cætera quærere, vt eorũ ſollicitudo nos a regno Dei quærendo euertat, ita quærere vt ijs ſeruire velimus; non enim poſſumus duobus Dominis ſeruire. Verſ. 24. Quærere autem ſecundo loco propter regnum Dei non vetuit, ſed docuit. Nam in Oratione dominica præcepit dicere, Adueniat regnum tuum; præcepit etiam dicere: panem noſtrum quotidianum da, &c. *Vide iam in quos tu te laqueos induiſti, qui præcepit neceſſaria quærere, præcepit non abijcere: at primũ tu concedis. Ergo veſtrũ illud,* Omnia dare *(cum gradũ tuum ſecundũ ſuperat) illi dominicæ petitioni,* Da nobis hodie, *quã dominus pro ſua miſericordia præcepit, apertiſſimè repugnat. ſed quid ego vi extorqueo, quod Aduerſarius etiã benignè largietur? ſed alius.* [e] Abrenunciatio propriarum facultatum dupliciter conſideratur: vno modo vt eſt in actu, ſic

in

in ea non conſiſtit eſſentialiter perfectio, & iam nihil prohibet ſtatum perfectionis eſſe ſine abrenunciatione propriorũ : alio modo ſecundum preparationem animi, vt nimirum homo ſit paratus, ſi opus fuerit, omnia dimittere, vel diſtribuere, & hoc pertinet directè ad perfectionem, vt ex Auguſtino patet. &c. *Et ſane hanc perfectionem ex voto Baptiſmi omnibus Chriſtianis communem eſſe, etiam ex Hieronymo patet.* [f] Nihil intereſt vbi ſitis in ſeculo, qui extra Seculum eſtis. *Secundo vt habeas quo perfectio veſtra damnetur.* [g] Diſcimus tribulationem, & perſecutionem non eſſe quidem vtilem, ſed periculoſam, & NON EXPETENDAM, ſed tolerandam, cum aliter fieri non poſſit. vnde Math. 16. Iubemur orare : ne nos inducas in tentationem. *Diſputo. Si iam Monaſtica diſciplina conſecrati* Omnia reliquiſtis, *vt etiam verè Pauperes ſitis (cum præſertim omnis extrema paupertas in tribulationis, & tentationis gradu non infimo ponitur) quomodò petitione illa dominicà vti poſſitis ? ſi non eſt omnino paupertas (neq; enim ad paupertatem Euangelicã pertinet ea paupertas, in quo, propter maximas eius delicias & ocium, nemo vel ſeculariſſimus vobis non inuideat) quomodo perfectionem iactare poſſitis ? equidem cum hanc veſtram iactantiam cogito, non facile intelligo, vtrum potius doleam populi ſtupiditatem, quod eam admirentur, an veſtram futilitatem rideam, quod eam perfectionem, ceu ſummam, verbis prædicetis ; quam tamen, ſi cum alijs comparetur, longe eſſe infimam probatis. Aduerſarius.* [h] Sic teſtantur de hoc genere diuinæ literæ. Accipient nomen in regno cœlorum maius, atque nobilius. *Quare ?* [i] Religio eſt ſtatus hominum ad perfectionem Chriſtianam paupertatis, continentiæ, obedientiæ, vota tendentium. [k] Tres hæ non ſufficiunt niſi his tribus votum accedat, id eſt, ſacra promiſsio Deo facta, quâ quis obſtringit ſe ita perpetuò eſſe victurum. Religio enim eſt ſtatus & rem ſignificat immobilem. [l] hæc perfectio, quæ conſiſtit in obſeruatione Conſiliorum : vt paupertatis &c. neceſſaria eſt ad excellentiorem gradum gloriæ in regno cœlorum. at [m] Accidit nonnunquam

ſolida diſſinctio.

dictum elegans.

[f] *Epiſcop. Eſp. com. in Titum. cap. 2.*

[g] *Bellar. lib. 3. de Laicis cap. 16. §. 2. cauſa.*

[h] *Bellar. in præfat. ante contro. de Monachis.*

[i] *Bellar. lib. 2. de Monachis cap. 2.*

[k] *Idem ibidem.*

[l] *Bellar. Cap. 9. §. Neque obſtat.*

[m] *Aſorius Ieſuita inſt. lib. 12. cap. 1. §. Secundò quæritur.*

nonnunquam vt Monachus, vel Religiosus ad Cardinalis dignitatem euehatur, aut ad Episcopi munus eligatur. *Agedum Episcopi, & Cardinales non omnia abycimus, sed suis proprijs quidem, ijsq; amplissimis beneficijs fruimur. Religiosi negligunt: Episcopi obedientia regulam præscribunt, Religiosi obtemperant: quæritur igitur vter horum status sit perfectior, Episcoporum, an Monachorum? loquere.* [a] Status Episcoporum est status perfectionis adeptæ: Status religiosorum, & Monachorum, est status perfectionis acquirendæ, hi nondum sunt perfecti, illi sunt. quia ad eum gradum charitatis peruenerunt, ad quem Religiosi, per sua vota & exercitia contendunt. qui per paupertatem, continentiam, obedientiam, impedimenta salutis remouent, quæ ex diuitijs, coniugijs, imperijs oriuntur. [b] Cælestinus Pontifex Romanus, pontificatu depositio, ad pristinum ordinis statum se retulit, quod & alij Episcopi permulti feciſſe perhibentur. *Quorsum hæc? inquies; quorsum? vt teipsum agnoscas: tu olim inter Religiosos; nunc, abiecta cucculla, Galero Cardinalitio insignitus Rabbi salutaris.* [c] Vnum dicam illustrissime Cardinalis, vitam egisti, in nostra societate Iesuita, inculpabilem, assumptus es postea in Cardinalatum. *Eras igitur in statu religionis constitutus.* Cuius est, inquis, voto obstringi perpetuo, ita vos esse victuros. *Quodq; est vestro ordini peculiare, nullam dignitatem Ecclesiasticam vnquam admittere, velle, & in hac perfectionis, quasi prærogatiua, ordines alios Monasticos excellere aliquādiu ordo vester non mediocriter gloriabatur. tu igitur, obsecro, respondes: Status Monasticus,* Perfectionem, *inquis, Euangelicam profitetur, & præ alijs, sic enim dicis,* centuplum, *meretur, id est,* gradum in cœlo excellentiorem. *Cardinalis iam facilius à Cœlesti te deijci finis? sin minus, professionem Monasticam (quam integro lib. rostabulare conaris) vno hoc exemplo tuo, & confessione penitus labefactasti: & cum voti obligationem perpetuam asseris, quam ipse violasti, te aut scriptis tuis Palinodiam occinere oportet, aut in vita tua sacrilegam tuam desertionem confiteri pluribus possim hanc quoq; de Monachismo*

[a] Bellar. lib. 2. de Monachis. cap. 2. §. Tertius gradus.

[b] Azorius Iesuita quo suprà in fine.

[c] Perer. Iesuit. in Epist. nuncupat. com. sui in Exod. ad Bellarminum. Bellar. sua praxi ilusin suam tuetur.

mo gloriolam veſtram profligare ; niſi hac cauſa ſuam quoque propriam claſſem poſtularent. Ex Clemente Alexandrino concludam. [a] Qui enim perfectus fuerit exempla habet Apoſtolos ; & reuera vir oſtenditur, non in eo quod vitam elegerit Monaſticam ; ſed ille viros vincit, qui in matrimonio, & liberorum procreatione, & domus cura, ac prouidentia, citra voluptatem, & dolorem, ſe excercet ; & cum domus curatione eſt indiuulſus à Dei charitate, inſurgens aduerſus omnem tentationem, quæ affertur per filios, vxorem, famulos : ei autem qui hæc non habet, euenit magna ex parte vt non tentetur. *Nunc ſecundum membrum aggredior & oſtendo profeſſionem iſtam, ad hæreſin proprius accedere. Aduocatus.* [b] Erat quidem error Vadiani, qui docuit Eccleſiaſticos non poſſe poſsidere vllas diuitias, quia talis fuit vita Chriſti, vt refert [c] Auguſtinus. *quomodo igitur non Pontifex Nicholaus hereticus ? nam.* [d] Nicholaus quartus Romanus Pontifex ſentiebat illam paupertatem eſſe ſanctam, & meritoriam : Ioannes 22. planè negat. *Vbi tu tamen in Nicholai, id eſt, (ſi Auguſtino, vel Ioanni Papæ credimus) hæreticam ſententiam magis propendes.*

[a] *Strom. lib. 7. fol. 152. Pontif. doctr. Hæreticorum placit. magis affinis.*

[b] *Ianſenius concor. cap. 29.*

[c] *Auguſt. lib. de Hæreſibus.*

[d] *Bellar. lib. 4. de Romano Pont. cap 14.*

Caput XLI.

De Hæreſi quarta-decima.

Aduerſarius. [a] Hæreſis quarta-decima Pelagianorum. primò, in hominibus, præcipuè in filijs Fidelium, non eſſe peccatum Originale. hunc errorem Caluinus, & Bucerus tenent. *Addit alius.* [b] Pelagianam hæreſin Caluinus reuocat, qui docet paruulos non perire, quibus ſubita morte arreptis, dempta eſt facultas Baptiſmatis. *In hac accuſatione, authorum cæcitatem deploramus, ſi non poſſunt ; perfidiam, ſi verum nolunt videre : etenim hac Pelagianorum hæreſis Proteſtantium doctrina ex diametro aduerſatur, & magis inter vos, & Pelagianos conuenit. Aduocatus.* [c] Proprius eſt Pelagianorum error, negare peccatum originis eſſe hæreditariam naturæ noſtræ corruptionem, & prauitatem

[a] *Bellar. lib. de motu Eccleſ. cap. 9 §. Pelagio.*

[b] *Lindanus panop. lib. 4. c. 15.*

[c] *Valent. Ieſuit. lib. de Orig. Pec. cap. 2. & deinceps.*

quæ

quæ nos iræ Dei, & æternæ damnationis reos faciat. [d] Simpliciter negantes originale peccatum. [e] Omnes Protestantes reipsa consentiunt, vt colligo ex Augustana confessione, Caluino, & alijs. *imo etiam.* [f] Caluinus, & Lutherus, cæterique Protestantes adeò non negauerunt peccatum originale, vt etiam prodigiosis loquendi modis illud exagitent, etiam in renatis manere dicunt, quamdiù hanc vitam degunt. [g] Vocantes hoc peccatum MAXIMVM quo totus homo inficitur. *Bellarminus, & Lindanus, Caluinum accusant, quasi negauerit esse originale peccatum, Valentianus & Vazques Iesuita eundem Caluinum accusant quasi is peccatum originale, peccatum esse nimis affirmauerit: ea horum hominum ingenium vafrum, atque distortum, ne Protestantibus non sint Aduersarij erunt etiam & sibi, maximè verò veritati, quia.* [h] In hac doctrinâ, quod sciam, nihil à nobis dissentiunt Lutherani, constanter vbique docent Protestantes in suis confessionibus, & apologijs: damnati verò sunt in hac Tridentinæ Synodus definitione, Pelagiani, Armenij, Albanenses & alij, qui originale peccatum negauerunt. *Sic Vega, qui Synodo Tridentinæ interfuit, illius Expositor postea electus: quod confitetur non minus ingenuè alius.* [i] Et est in hoc Protestantium articulus Catholicæ traditioni consentaneus, vt agnoscit Ecchius. *Caluini mentem exponite, & quomodò originale peccatum nesse in Renatis, quomodò non inesse iudicauerit, explicate.* [k] Etiam in Renatis peccatum originale Protestantes asserunt vim habere, vt suâ naturâ nos morti addicat, nisi quod non imputatur. *Accusator loquatur.* [l] Caluinus negat filijs Fidelium imputari originale peccatum, idem Bucerus. *Benè habet Pelagius*, in filijs fidelium, *inquis*, negabat esse originale peccatum. Caluinus verò & Bucerus (*vt nosti*) non negant esse, sed tantum aiunt non imputari, & tamen idem, *inquis*, cum Pelagianis. *Quæ hæc est vertigo? Lindani Calumnia diluenda est. Aduersar.* [m] Filios fidelium Baptismi expertes non perire (quæ est Pelagiana hæresis) tenet Caluinus contra necessitatem Baptismi. *Aduocatus.* [n] Caluinus defendit necessitatem

[d] *Idem Tom.2. disp.6 quæst.12 punct.1.*
[e] *Idem in loco citato lit d.*
[f] *Idem ibid. ca. 8. & in Tom 2. disp 6. quæst.11 punct.1 §. Quam quæstionem.*
[g] *Vasquez Iesu. Tom.1. disp. 173. num 2. Stupenda aduersantium peruersitas.*
[h] *Vega lib.2.de Conc Trident. cap.6. Protestantes absoluuntur.*
[i] *Cassander Consult.art.2.*
[k] *Staplet. Iesuit. de Orig. peccat.*
[l] *Bellar.lib.4. de amiss. gratiæ cap.14. Mira cecitas accusatorum.*
[m] *Lindanus quo suprà.*
[n] *Bellar.ibid. §. Secunda ratio.*

necessitatem

ceſsitatem Baptiſmi contra contemptum. *Numquid hoc ineſſe ſopit? Numquid non ratione orthodoxa confirmatur? Aduocatus.* [t] Ratio Zuinglij eſt, quod non Baptizati ſaluari poſsint, quia Deus *(in tali caſu neceſſitatis)* non eſt alligatus Sacramentis. Sed reſpondeo illi. *Imo reſponde prius Aquinatis tuo.* [r] Deus non alligauit gratiam ſuam Sacramentis; *Vel etiam tibi.* [q] Deus non eſt alligatus Sacramentis. *Tu modo ais, modo negas. Reſponde igitur Catholicis iis, qui Caluini doctrinam conſtanter propugnarunt.* [r] Vt pereant quotquot (qui ſunt infiniti) qui Baptiſmo carent, hoc (inquiunt Caietanus, Gabriel, & alij Catholici) eſt à Dei miſericordia alienum. *Quibus tamen reſpondiſti.* Cum Infantes non Baptizati ſine ſua culpa pereunt, hoc occulto dei iudicio tribuendum eſt. *Quod reſponſum etiam ſi Dei iuſtitiam aſſerere poſſit, at Eccleſiam qui poſſit à ſacrilego impietate vindicare, quod non huic neceſſitati (quoad fieri poſſit) ſemper occurrat? Sed Infantes ſæpe in dies aliquot, adultos vero,* [s] Per annum aut amplius (vbi diſcrimen mortis non vrget) diſtineri. [t] Legimus de ſanctis olim hominibus, eos Deum diſtuliſſe Baptiſmũ. *Sic Præcipitis, cum tamen nihil eſt ipſa morte ſæpe inſtantius? Secundo loco. Aduocatus.* [u] Negabat Pelagius filios ante Baptiſmũ in gratiam recipi. [x] Dicebat Pelagius, neceſſarium eſſe Baptiſma Infantibus ad conſequendum regnum cœlorum. At [y] Caluinus, & Bucerus dicunt, filios Fidelium etiam ſine Baptiſmo Sanctos eſſe, & ſaluari. [z] Et non perire. *Attendat, quod Pelagiani negant, Proteſtantes aſſerunt: quod aſſerunt Proteſtantes vos Pontificij oppugnatis: ergo magis Pelagianis vobiſcum, (in hac quæſtione) quam Proteſtantibus conuenit. Obſtat nobis poſtrema Criminatio. Aduerſarius.* [a] Ex Caluini doctrina ſequitur Sacramenta nouæ legis eſſe indifferentia. [b] Apud hos valet hoc Axioma, Baptiſma ſi habeas, rectè; ſi careas nihil damni eſt. *Sanè nihil mihi damni, vbi nulla mea culpa, alioqui. Aduo.* [c] Quid eſt aliud Sacramentum, etiam

[t] *Bellar. ibid. §. Secunda ratio, &c.*
[r] *Aquinas part. 3. qu. 64.*
[q] *Bellar. lib. 4. de Chriſto, c. vlt.*
Fundamentum Caluini Ieſuita ponit.
[r] *Bellar. lib. 1. de Baptiſ. c. 4. §. 5. Argumentum. Pontificij cauſam Caluini aſſerunt.*
Ratio.
[s] *Acoſta Ieſ. li. 5. de procurand. Indor. ſaiute cap. 3.*
[t] *Greg. Valent. Ieſuit. Tom. 4. diſp. 5. qu. 3. punct. 4. §. Quod ſi.*
[u] *Alphonſus de Caſtro aduerſus hæreſ. tit Peccatum.*
[x] *Vaſquez Ieſu. To. 1. diſp. 130. num. 1.*
[y] *Bellar. lib. de notis Eccleſ. cap. 9.*
Tertia ſtupiditas.
[z] *Lindanus panopl. lib. 4. cap. 15.*

Aduerſarij in pelagianiſmum labuntur. [a] *Bellar. lib. 4. de Baptiſ. & Eucha. ca. 1.* [b] *Campianus Ieſuita Rat. 8.* [c] *Maldonat. Ieſ. com. in Matt. 6. 12.*

confitentibus Proteſtantibus, quam externa ceremonia à Chriſto inſtituta, tanquam ORDINARIVM REMEDIVM ſalutis.

CAPVT. XLII.

Error Secundus, de peccato mortali.

Calumnia Prima.

[a] *Bellar. lib. de votis Eccleſ. c. 9.*

Aduerſarius. [a] Pelagiani ſecundò dicunt, per quodlibet peccatum etiamſi leuiſſimum perdi iuſtitiam, & proinde omne peccatum eſſe mortale, hunc errorem Sectarij omnes tenent. Caluinus & Lutherus. *Lindanus, Alphonſus, Valentianus & Vaſquez Ieſuita hæreſes omnes obſeruant, Opiniones Proteſtantiũ legunt, examinant, exagitant, & præter omnem modum, atq; modeſtiam ſæpe damnant, quos tamen puduit, in hac Quæſtione vllam Proteſtantibus hæreſin Pelagianam aſpergere. Erat exploratus Pelagij error docere, Omne peccatum vel leuiſſimum ita iuſtitiam labefactare, vt nullo modo, ne per gratiam quidem expiari potuerit, aut poſſe venialia peccata cum gratia conſiſtere. at Proteſtantes.*

[b] *Bellar. lib. 1. de amiſſ. grat. cap 4.*

[c] *Vaſquez Ieſuita in Thom. Tom. 1. diſp. 142. num 7.*

[d] *Suarez Ieſuita Tom. 3. in Thom. diſp. 11. Sect. 2.*

[e] *Azorius Ieſuita Inſtit. lib. 4. cap. 4 §. Communis autem.*

[f] *Vaſquez Ieſuita quo ſupra num. 4.*

Aduocatus. [b] Habeant filij Dei, inquit Caluinus, omne peccatum mortale eſſe, quia rebellio eſt aduerſus Dei voluntatem, quæ iram Dei prouocat, Sanctis quædam venialia, non ſuapte natura, ſed miſericordia: Et eſſe in Regeneratis verè peccata, licet voluntariè peccantibus non imputentur. *Numquid hæc non orthodoxa ſententia? Aduerſarius.* [c] Error manifeſtus: nos verò tenemus aliqua peccata eſſe venialia ex ſe, non ex miſericordia Dei. [d] Quod veniale in eo diſtinguitur à mortali quod formaliter loquendo non eſt dignum pœna æterna. [e] Hac ratione verè propriè que diſtinguitur à mortali, veriſsima hæc ſententia, à qua non eſt vllo modo recedendum. *Imò vel maxime, ita tamen vt doctores veſtros, ſi minùs duces, attamen huius veritatis teſtes, & Aduocatos habeamus.*

Aduocatus. [f] Ex Doctoribus Catholicis nonnulli graues, etiam

etiam & pij Gerſon, Almarius, Roſſenſis, dicunt omnia peccata EX SE mortalia eſſe, & SOLA MISERICORDIA ad æternam pœnam non imputari : Idem docet Michael Bias. *Vnum pro omnibus loqui permittamus, vt ex acerrimo Lutheri Aduerſario orthodoxæ veritatis teſtimonium luculentum teneamus. Aduocatus.* [g] Quod peccatum veniale SOLVM ex Dei MISERICORDIA veniale ſit, hoc ego tecum Luthere ſentio. *An igitur ex natura ſua?* [h] Potius quod VENIA dimitti SOLEAT ſemper in iuſtis. *Potius igitur quod ſoleat, quam quod debeat, hoc naturæ meritum iunxit, illud donum miſericordiæ. ſed abyſſus abyſſum ſequitur, & ſuperiorē Calumniam Calumnia noua comitatur.*

[g] *Epiſcopus Roſſenſis art. 32*
[h] *Azorius Ieſuita Inſtit. lib. 4. cap. 8. in prin.*

Calumnia ſecunda. Peccata eſſe paria.

Aduerſarius. [i] Iouiniani hæreſis fuit. Peccata eſſe paria. [k] Hoc quoque tritum eſt in hac fæce Proteſtantium : Peccata eſſe paria. Hac trutina non leuius in Deum deliquerit ille caupo, qui gallum gallinaceum, quam qui hominem occiderit. *Splendidum mendacium, ſed potius par tibi eſſe videtur leuiter, & inſigniter mentiri. quia. Aduocatus.* [i] Lutherani non dicunt, quod ſciam, virtutes eſſe pares, aut paria peccata ; neque negant hominem poſſe creſcere ſpe, dilectione, aliiſque virtutibus. [m] Non opinor, Luthere, te velle cum Iouiniani Sectatoribus aſſerere cunctas animas parem immunditiem contraxiſſe. *Ergo oculi tui, Campiane, credo pares non erant, cum peccatorum paritatem colligere ex Proteſtantium ſcriptis videbantur. ſed aliquid erat quod aciem oculorum tuorum perſtrinxit, quod an malitia an inſcitiæ tribuendum ſit facile erit conijcere. Aduerſarius.* [n] Cum Gerſon planè affirmat omnia peccata in ratione offenſæ ex ſe eſſe infinita. Quia contra Dei bonitatem infinitam commiſſa, ſequitur in eius ſententia omnia peccata eſſe æqualia, vt Stoici dicebant : cuius erroris ipſum Gerſonem meritò inſimulat Petrus Soto. *Ergone Gerſonem Stoiciſmi conuincetis ?* merito *inquis?*

[i] *Roſſenſ. art. 5. aduerſ. Luther.*
[k] *Campianus Ieſuita Rat. 8. ſic etiam cenſor contra Proteſt.*
[i] *Bellar. lib. 3. de Iuſtif. cap. 16. in princip.*
[m] *Epiſcopus Roſſenſis quo ſupr.*
[n] *Vaſquez Ieſ. Tom. in Thom. diſp. 42. num. 8.*

[a] *Azorius Ieſ. Inſtit. lib. 4. ca 9 §. Verum enim.*

ſequela eiusdem. Adnocatus. [a] Quidam dicere non dubitant Gerſonis opinionem accedere Stoicorum ſententiæ, omnia peccata æqualia eſſe, dicentium: quia ſi omnia æternâ pœnam merentur, omnia ſunt paria; quod certè illi autores MALE contra Gerſonem inferendo concludunt, quia vnum peccatum (*etiam mortale*) acerbius & grauius quam alterũ mulctari, & puniri queat. *Itaq; à vanitate plane Stoica &c, Vazques, Sotumque tum occupauit, quos Gerſoni Stoicismum falsò obijcere nihil puduit. quem errorem veſtrum aliqui quanto minori infcitiâ, tanto maiori cum malitiâ Proteſtantibus aſſinxerunt, cum præſertim (vel opinione veſtra) ipſa mortalia peccata etiam in æterna pœna inæqualitatem*

[b] *Maldonat. Ieſuit. Comm. in Matth. 5.*

pœnarum merentur. [b] Etiam in Inferno pœnarum gradus diſtinguuntur, &, vt apud Iudæos, quatuor ſunt CAPITALIVM pœnarum genera. Strangulatio, Gladius, Lapidatio, combuſtio; ſic Chriſtus ſignificat tria peccata, EADEM in Inferni POENA, licet NON EADEM GRAVITATE digna, punirt.

CAPVT. XLIII.

Hæreſis 15. quæ tollit perſonæ vnitatem.

[a] *Bellar. lib. de motu Eccleſ. cap. 9.*
[b] *Valent. Ieſuit. Tom. 4. diſp. 1. qu. 2. punct. 2.*
[c] *Bellar. præf. de Chriſto. §. Quid quod.*
[d] *Ibid.*

A Duerſarius. [a] Hæreſis decima-quinta Neſtorianorum, hi docuerunt in Chriſto duas eſſe perſonas: idem egregiè præſtiterunt Lutherus, Caluinus, Beza. [b] Hi huic hæreſi ſuffragantur. *Primo loco Lutherus examinandus eſt.* [c] Lutherus Neſtorio fauet vbi vocat Chriſtum hominem omnipotentem. *Profer verba Luthers. Reus.* [d] Mihi (inquit Lutherus) negotium fuerit cum Neſtorianis, qui pertinaciſsimè CONTRA me diſputabant, quod diuinitas Chriſti non poſsit pati. *Lutherus (vt patet) ſe Neſtorianis hæreticis, tanquam hoſtem acerrimum, oppoſuit: iam probandum erit, eum hæreſin eorum oppugnaſſe, etiam ſine hæreſi. Dixit, inquis,* Diuinitas Chriſti, pati poſsit. *Sic quidem Lutherus, ſed loqui eum quoad ſuppoſitum*

ſitum totius perſonæ Chriſti, non quoad Divinitatis naturam, ignorare minimè potes: quod diſcrimen Collega tuus luculenter explicauit. Aduocatus. [a] Neſtorius NEGABAT Mariæ filium verum DEVM eſſe, ſed potius PVRVM HOMINEM, aliamque perſonam à filio Dei æterno. Lutherus vocat Chriſtum hominem OMNI-POTENTEM, & docet DIVINITATEM poſſe pati. *Num Chriſtum Deum eſſe negat, qui cum omnipotentem affirmat? ſed inſtas, & vrges. Aduerſarius,* [b] Homo omni-potens, & Diuinitas patitur. Neſtorianiſſimum ſapit. *Erit igitur, te Iudice, Lutherus velit nolit, Neſtorianus. nam profectò. Aduocatus.* [c] Lutheranorum error (*in hoc tantum erras, quòd* errorē *vocas*) erit Neſtorianiſmo planè CONTRARIVS. *Facis ne tu igitur, Bellarmine, omnia intelligendo, vt nihil intelligas. hactenus ſenſus eius veritatem expiſcati ſumus, nunc verbi aſperitas leuienda eſt. Adu.* [d] Cum dicimus Deum ex Maria natum eſſe, non ad naturam diuinitatis pertinet, ſed ad Hypoſtaſin, id eſt, ad perſonam Chriſti, qui eſt deus, & homo, & eodem ſenſu dicimus Deum paſſum eſſe. *Audio* Deum paſſum eſſe, & *agnoſco*, at Diuinitatem pati, *in Theologia non abſonum modo videtur eſſe, verum etiam blaſphemum. Hic inſuper tuam, Valentiane, opem oppido imploramus.* [e] Certiſſimum eſt Vigilium dicere CLAVIS DIVINITATEM Chriſti CONFIXAM eſſe, ſed impaſsibiliter, ſic illum interpretor, Chriſtus Deus, & homo cum idem ſit, paſſus eſt in cruce, carne, & humanitate, nihil tamen pati potuit Diuinitate. [f] Hic Vigilius viguit anno à Chriſti Natiuitate 380. *Huic phraſi de paſſione Diuinitatis eſt alia de eius natiuitate ſimilis.* [g] Dicit Auguſtinus, natura æterna atque diuina non naſcitur ex humana natura, niſi ſecundum naturam humanam: ex quo efficì videtur, diuinam naturam concipi. Reſpondeo. Propter identitatem, quæ ponitur inter naturam & hypoſtaſin, quandóque natura ponitur pro perſona, vel Hypoſtaſi, & propter hoc dicit Auguſtinus: NATVRAM DIVINAM eſſe CONCEPTAM, & natam, quia ſcil. perſona filij concepta erat

[a] *Valent. Ieſuita lib. 2. de Idololatria cap. 5.*
[b] *Bellar. quo ſuprà.*
[c] *Idem.*
[d] *Greg. Valent. Ieſuit. lib. 2. contra Vbiquitarios cap. 1. Rem obiectò crimine abſoluitur.*
[e] *Idem Ieſuit. quo ſuprà.*
[f] *Ibid.*
[g] *Lindanus Panopl. in princip. lib.*
[h] *Aquinas part. 3. q. 35. art. 1.*

Phraſis Lutheri cum patrum antiquorum phraſibus concordat.

secundum humanam naturã. [m] Merito dicit Thomas eſſe hanc impropriam loquutionem, & piè explicandam. *Homo homini quid intereſt? Sancti Patres* Diuinitatem *concipi, naſci, clauis affigi dicunt: & phraſis piè explicanda eſt, Lutherius hæreticum Neſtorianum oppugnans nihil dixit, aut ſenſit aliud, & tamen Neſtorianæ hæreſis inſimulatur. proximus eſt Caluinus. Aduerſarius.* [n] Idem etiam, quod Neſtoriani, præſtitit Caluinus. *Per hoc totum Caput, quoties quid Caluino obijcis, locum deſignas, hic nè attingis quidem. haud temerè eſt, ſi quis Caluinum ipſum audiret, eius profectò veneraretur calamum, tuam deteſtaretur calumniam. Reus.* [o] Furiôſi phrenetici Spiritus attributa humanitatis Chriſti arripiunt, ad tollendam diuinitatem, quæ verò de vtraque natura ſic conjunctè conueniunt ad tollendam vtramque; id verò quid aliud eſt quam contendere Chriſtum non eſſe hominem, quia Deus eſt; nec Deum, quia homo eſt; nec vtrumque quia Deus eſt homo, vnitis, ſcilicet, non confuſis naturis conſtans. Procul A EIGENDVS eſt A NOBIS NESTORII ERROR, qui Chriſti naturam diſtrahere, potius quam diſtinguere volebat, Scriptura clara voce reclamante. *Poſt Caluinum Bezam vehementius perſequeris. Aduerſarius.* [p] Beza ſiuè ex ignorantia, ſiuè ex malitia duas hypoſtaticas vniones in Chriſto ſtatuit: vnam animæ cum corpore, alteram diuinitatis cum humanitate. *Reus.* [q] Manifeſta eſt pertinacia eorum, qui Chriſti naturas cum Neſtorio diſſoluunt, proprietates verò cum Eutychete confundunt. *Ecquis hic verborum contextus, ecquæ vocula, ecquod iota aliquid hæreſis ſonat? Aduocatus.* [r] Neſtorij error eſt errori Eutychetis per extremum contrarius: Eutyches ita perſonam Chriſti aſſerebat, vt naturas confunderet: Neſtorius autem ita naturas diſtinguebat vt vnam perſonam non agnoſceret. Eccleſia Catholica (*quod iam Beza præſtitit*) incedit media via, quæ & naturas contra Eutychetem diſtinguit, & contra Neſtorium retinet perſonæ vnitatem. *Nihilominùs eo vſque efferbuit tua, Bellarmine, in Bezam malitia, vt Neſtorianus, vel inuitus, audiat.*

[m] *Suarez Ieſuita Comment. in eum locum Thomæ.*

[n] *Bellar. cap. 9. Caluinus.*

[o] *Caluinus laſſit. de hoc Articulo.* Natus ex virgine. *Caluinus hæreſin ſibi obiectam damnat.*

[p] *Bellar. quo ſupra. Beza.*

[q] *Beza in epiſt. dedicat. in nou. Teſtam. Beza hæreſin ſibi obiectam quoque damnat.*

[r] *Valent. Ieſuita Tom. 4. diſp. 1. qu. 2. punct. 2. §. Fuit.*

diat. quid dixit Beza tandem, quod huius erroris notam tenuiſſimam inurere potuit? Reus. [a] Fatemur perſonam filij ab ipſo momento; quo caro ipſius cõcepta fuit, vnitam fuiſſe humanæ naturæ inſeparabiliter, ita vt nõ ſint duo filij Dei, ſed vnus Chriſtus Ieſus, verus Deus & verus homo. *Quid ergo (inquies) Beza ſibi voluit per duas vniones Hypoſtaticas? nihil profectò aliud, quam quod Symbolũ Athanaſij nos docuit.* Sicut anima & corpus cõſtituunt vnum hominẽm: ſic homo, & Deus vnum Chriſtum. *Prior eſt Hypoſtaſis naturæ humanæ, altera vnius perſonæ, quæ ex humanæ, & diuinæ naturæ vnione conflata eſt, etenim vox Hypoſtaſis ambigua eſt, quæ tam naturam, quam perſonam deſignat. Aduocatus.* [b] Neſtorius ſtatuit in Chriſto duas eſſe perſonas, vnam diuinam, alteram humanam. Chriſtum dixit eſſe tantum hominem, in quo, ſpeciali prærogatiua, deus habitabat, non autem fuiſſe hypoſtatica vnione Deum, & hominem. *Quid ſimile Beza habuit? imò quid non diſſimile, & planè contrarium?* [c] Beza (*inquis*) in Chriſto vnionem hypoſtaticam ponit, diuinitatis cum humanitate. [d] Neſtorius hypoſtaticam vnionem diuinitatis, & humanitatis in Chriſto negabat. *Et tamen* idem, *inquis*, egregiè cum Neſtorio Beza præſtitit. *In hac accuſatione ab ignorantiæ ſuſpicione Confeſſio tum Beza, tum etiã ex Beza, tua, Bezã ipſum liberabit. Fieri igitur non poteſt, quin tibi hæc ſcribenti malitia adhæſerit; quæ quidem cæca eſt, & eas plerumque excæcat, quos complexa eſt. Poſtremò qui in Proteſtantes impetum facis, quomodo Pontificem veſtrum defendas, ipſe videris. Namque* [e] Papa Cœleſtinus erat NESTORII hæreſi infectus.

[a] *Beza lib. Confeſſ. Art. De Ieſu Chriſto. cap. 22.*

[b] *Alphonſus de Caſtro aduerſus hæreſ. Tit. Chriſtus.*

[c] *Bellar. in verſutam ſuam ex Beza citatu.*

[d] *Alphonſus ſupra.*

[e] *Laurentius Valla de laud. de donat. Conſtant.*

Caput. XLIIII.

Hæreſis 16. circa Euchariſtiam.

A[a] *Duerſarius.* [a] Hæreſis decima-ſexta etiam quorundam Neſtorianorum, qui negârunt Chriſti corpus manere

[a] *Bellar. lib. de notis Eccleſ. ca. 9. §. Idem tamen.*

manere in Euchariſtia, ſi ſeruetur in alterum diem. In errore eodem fuerunt Bucerus, Caluinus, & alij, qui negant eſſe corpus Chriſti in Euchariſtia, niſi cum ſumitur. *Nequeo hoc in loco poſſum ſatis mirari vaſrum, atq; diſtortum ingeniũ veſtrũ: tu fingis neſcio quos vete es Hæreticos huius opinionis duces extitiſſe, quam Suarez tuus, tanquam primis eius Auctoribus Proteſtantibus tribuit.* [b] Alia hæreſis eſt horum temporum docens Euchariſtiam neque ſeruandam eſſe in altari, neque circum-geſtandam neque adorandam: huius autor dicitur eſſe Bucerus, vt Royardus, Hoſius, Caſtro, Cochlæus, Sanderus affirmant. *Tu vt hanc opinionem iampridem in antiquis hæreticis damnatam, ille vt propter nouitatem in Proteſtantibus damnandam eſſe doceat, omnes ex Chriſti inſtitutione ſatis damnati. Aduocat.* [c] Contendunt Proteſtantes Sacramentum Euchariſtiæ conſiſtere in tota ipſâ actione, qualem Chriſtus deſignauit: ACCIPITE ET MANDVCATE; Bibite, hoc facite: & in diſtributione vtriuſque ſpeciei, dicente Chriſto: HOC FACITE in commemorationem mei; vnde etiam pernegant ſpecies illas aſſeruatas, extra illum vſum & actionẽ, ſacramentum vllo modo eſſe; quemadmodum, inquiunt, Sacramentum Baptiſmi, quod conſiſtit in illa operatione Baptizandi extra quem vſum aqua ipſa non eſt vlterius Sacramentum. *Quibus argumentis cum occurrere prolixè ſtudetis a qua vobis reſpondentibus hæret, vt eſt in Prouerbio. hoc experiri libet?* [d] Concedo reliqua Sacramenta in ipſo vſu materiæ ſolo conſiſtere, ſed in hoc Sacramento non in ſolo materiæ vſu, ſed in materia conſeruata & permanente conſiſtit. *Hic fatua inductione cogitur in eodem inſiſtere puerile κρυπτόλογον. Secundo extra inſtitutum vſum Sacramenti, quem vos Sacramenti vſum fingere poſſitis? Aduerſarius.* [e] Circumgeſtationem (*in proceſſione*) & Adorationem. *Vſus cum nouitatis, tum futilitatis pleniſſimus. Adnocatus.* [f] Tempore veteris Eccleſiæ populus non curſitabat ad videndum id quod Sacerdos oſtendit, ſed proſtratis humi corporibus, animis IN COELVM erectis, gratias

[b] *Bellar. hæreticos fingit.* [b] *Suarez Ieſuit. To. 4. diſp. 46. qu. 75. art. 1. ſect. 8.*

[c] *Valent. Ieſuit. Tom 4. diſp. 6. qu. 1. punct. 3.*

[d] *Idem ibid. §. Nihilominus.*

[e] *Suarez Ieſuit. iam ſupra.*

[f] *Eraſm. tract. de Amab. Eccl. Concord.*

as agebant CHRISTO Redemptori, qui nos ſua morte redemit. *Nihil porrò tale nouit* VETVS Eccleſia ROMANA. *In altari non quærit Chriſtum qui eum in cœlo adorat, ratio plane Angelica.* [a] NON eſt hic, ſurrexit ENIM. *Denique.* [b] Euchariſtiæ Sacramentum, inquit Cranzius, à cœleſti Magiſtro ad vſum, non ad oſtentationem inſtitutus erat. *En dignum Apolline documentum veſtrum, vſum extra vſum proferi. Deinde (eſt enim obſeruandum) certum aliquem in hoc genere hæreticum, nec Alphonſus, aut Lindanus veſter in repetendis hæreſibus huiuſmodi aliquam hæreſin aſſignare potuit, nos denique antiquitatem aucupamur, ſed illam antiquiſſimam.* [c] Obijcitur nobis Origines, qui dicit, Dominus panem, quem dedit, NON DISTVLIT, nec differri iuſsit in craſtinum. Reſpondeo verum eſt, Dominum non iuſsiſſe Euchariſtiam à ſe conſecratam deferri in craſtinum. *Addis.* Sed non poteſt inde colligi non debuiſſe vnquam poſtea Euchariſtiam conſeruari: multa enim Dominus non per ſe iuſsit, quæ poſtea per Apoſtolos iuſsit. *Vbi tandem? hoc diuinare facilius tibi fuit, quam demonſtrare: liceat quæſo nobis dominum noſtrum* vere *imitari, & vobis Chriſti Diſcipulos comitari paſsò, facilè patiemur. Denig, hoc dogma* [d] *Durandus veſter amplectitur, cuius ſententiæ veritatem & Sacramenti ratio, & dignitas euincere videatur, ne, vt vos ſoletis, Sacramentum Chriſti myſterium diutius ſeruando, propter putredinem, tandem* [e] Comburendum *Vulcano conſecrare.*

[a] *Matth. 28.*
[b] *Caſſand. lib. Conſult. art. 22.*
[c] *Bellar. lib. 4. de Euchariſt. ca. 5. § Secundo loco.*
[d] *Durandus in lib. 4. diſt. 11. qu. 1.*
[e] *Bellar. quo ſupra § Tertio loco.*

CAPVT. XLV.

Hæreſ. 17. Quâ Chriſti natura humana ſubuertitur.

Aduerſarius. [a] Hæreſis decima-ſeptima Eutychianorum, qui docuerunt eſſe in Chriſto vnam naturam, ſicut vnam perſonam. eandem hoc tempore inſtauraverunt non-nulli Lutherani. nimirum Brentius, & Smidelinus,

[a] *Bellar. lib. de potu Eccleſ. c. 9.*

linus, vbi docuit eius humanitatem conuerſam eſſe in naturam diuinam, & eſſe vbique. *Fortaſſe, ſed Aduocatus.*

[b] *Greg. Valent. Ieſ. lib. 1. contra vbiq; cap. 2.*

[b] Dicunt Lutherani Realem illam communicationem diuinarum proprietatum cum humanitate aſſumptam, nequaquam eſſe eſſentialem; id eſt, non ita illam de humanitate affirmari, quomodo affirmatur de diuinitate, quaſi humanitas per ſuam eſſentiam dicatur eſſe illa, nec communicatio eſt Phyſica, aut ſubiectiua, quaſi in ipſa humanitate inſint tanquam accidentia in Subiecto. ſed eſſe cuiuſdam modi ſingularis, & arcani, quem hypoſtaticum ſeu perſonalem vocant, atque ita videri volunt non tollere naturarum diſtinctionem, quoniam, inquiunt, humanitas Phyſicè, & ſua natura manet circum-ſcripta, at propter hypoſtaticam vnionē, diuina illi cōpetunt. [c] At Eutyches per ſummam amentiam aiebat, tantum eſſe in Chriſto naturam ex duabus conflatam, eamque nunc eſſe tantum diuinam. *Hæc Ieſuita. ſi igitur ipſos ſibi Interpretes eſſe pateris, vides quantum ab Eutychianis abhorreant.* Eutychiani *(vt verè dicis)* docuerunt vnam eſſe in Chriſto naturam; at Lutherani naturas diſtinguunt. *Sed vi conſequentiæ, in errorem eos trahis. hunc tu eorum errorem, per me licet, exagita, oppugna, & deteſtare, quantum lubet: in hac accuſatione tuâ nec nos, quos Caluiniſtas vocas, attingis, & veſtræ Religionis Helenam Miſſam (vtinam omiſſam) plane ingulas. Dicis enim. Aduerſarius.* [d] Dicimus corpus Chriſti fuiſſe in duobus locis ſimul, etiam localiter. [e] Dicimus corpus Chriſti eſſe vbicunque ſunt hoſtiæ conſecratæ. at dicere illud eſſe, vel eſſe poſſe in infinitis locis ſimul, immenſitatem requirit, & Eutychianiſmum defendit. *Hæc tu. at hanc eſſe Vbiquitiſtarum hereſin doctor veſter Seraphicus demonſtrat.* [f] Corpus Chriſti nec in quantum corpus, nec in quantum vnitum diuinitati hoc habet, vt ſit in pluribus locis ſimul; nam vbique eſſe, eſt diuinæ naturæ proprietas; nulli creaturæ competit, ne humanæ quidem Chriſti naturæ communicari poſſit. *Orthodoxè inprimis, à qua ſententia hæc Argumentorum nec*

[c] *Idem Tom. 4 diſp. 1. quæſt. 2. punct. 1. §. Tertius error.*

[d] *Bell. lib. 3 de Euchariſt. ca.*

[e] *Bellar lib. 3. de Chriſto. cap. 18. § Quod autem.*

[f] *Aq. diſt. 27. qu. 1.*

tormentorum

tormentorum vis vlla nos debet diuellere. noni, heu, nouiperfugium veſtrum. Non dicimus, *inquis*, Chriſtum pluribus in locis naturaliter eſſe poſſe, ſed per omnipotentiam diuinam. *Et Vbiquiſtæ.* Humanitas naturaliter, *inquiunt*, infirma eſt, & circum-ſcripta, ſed propter diuinitatis communionem vbique & omni-potens. *Iam ego ſchola veſtræ Archi-moderatorem appello, qui impotens veſtrum omnipotentiæ diuinæ aſylum euertat prorſus, atque proſternat.* [t] Si poteſt Chriſti corpus eſſe in duobus locis ſimul, tum etiam in pluribus, atq; adeo VBIQVE, ſed dicendum quod in pluribus locis ſimul eſſe NEQVIT, ne per miraculum quidem. *At enim, inquis*, poſſit, ſed in myſterio. *Et Vbiquiſtæ, quos hic oppugnas:* vbique eſt, ſed ineffabili modo. *aut igitur Papiſmus vobis renunciandus eſt, aut Lutheraniſmus, adeoq; (ſi vobis credimus) Eutychianiſmus conſitendus. quia ſi verba ſpectamus, Lutherani Eutychiani non erunt, ſi Conſequentiam verborum vrgemus, vos pariter eritis. quia perinde, inquis, eſt;* Siue dixerimus Chriſti corpus eſſe, aut poſſe eſſe vbique. *Idem quoq; vt ait Aquinas*, dicere eſſe poſſe in pluribus locis, & in infinitis.

[t] *Aq. in Sup-plemento. q. 83. art. 3.*

Caput. XLVI.

Hæreſis 18. de Imaginibus.

Aduerſarius. [a] Hæreſis decima-octaua. Xenaias primus palam aſſerit, Chriſti & Sanctorum Imagines non eſſe venerandas. Caluiniſtæ ſignum crucis erigi nolunt: in hoc Caluinus eſt Diabolo peior, quia Diabolus crucem execratur; quia timet, & timendo honorat. Caluinus autem, quia irridet, atque contemnit. *Quouſq; tandem & Lectoris patientia abuti, Bellarmine, pergis, & conſcientia tua? omnemne prorſus Imaginum cultum Caluinus ſublatum voluit? Aduocatus.* [b] Opinio Caluini eſt, imagines Chriſti, & Sanctorum NON ESSE SIMPLICITER PROHIBITAS, ſed non debere poni in templis, eaſque

[a] *Bellar. lib. de notis Eccleſ. c. 9. idem etiam Lindanus Panopl. Tab. 1. Caluinus diabolo malo, in malo præponitur.*

[b] *Bellar. lib. 2. de Imaginibus c. 8. in princip.*

eaſque ſine notatione hiſtorica rerum geſtarum vſum nullum habere. *Quo hoc ingenio decuit? an Diabolico?*

[c] *Idem cap. 9. in princip.* [c] Vetat Caluinus Imagines in templis in ſublimi ſtatui, ob periculum Idololatriæ, ex Auguſtino. *Et.* [d] *Ibid. cap. 11.* Adducit Caluinus experientiam, quæ docet in cultu Imaginum SVPERSTITIONEM & ERROREM IRREPSISSE. *Bellar. Caluin. accuſat pariter & excuſat.* *Non itaq; omnem Imaginum vſum contumelioſe reiecit, ſed piè prudenterq; cauit abuſum. ne viz. ſacroſanctus Dei cultus Idololatriæ ſuperſtitione Sarranica polluatur. agedum igitur, accuſationem tuam repete.* Diabolus odio Chriſti eius imaginem execratur, & horrendo honorat. *Apologiam attexo.* Caluinus præ reuerentia Chriſti, ne Idololatriâ colatur diuinus conſpurcetur, Imagines coli vetat. *Et tamen* Caluinus *inquis*, eſt Diabolo peior. *Διαβολὴ itaq; quod erat diabolo ab Arch-angelo, id tu tibi, Bellarmine, à Caluino reſponſum putes:* Increpet te Dominus: *ſed ad ſalutem precor. non iam mihi deſunt teſtimonia tuorum locupletiſſima, quæ Caluini amorem pium, iudicium ſanum in hac parte fuiſſe conteſtantur, ſi hoc eſſet hoc in loco agendum: nunc tamen Caluino-maſtix repellendus es. Aduocatus.* [e] Qui ſæuierunt in Imagines NON prorſus ABS RE concitati ſunt ad eum zelum: *(licet immodicum meâ ſententiâ,* nam HORRIBILE CRIMEN eſt Idololatria, hoc eſt. Simulachrorum cultus, qui tametſi iam olim ſublatus eſt è moribus hominum, tamen PERICVLVM eſt ne technis Dæmonum eòdem reuoluantur incauti. *Alienum eſt à noſtro inſtituto, quæ hùc ſpectant omnia nunc perſequi; tantum calumnijs vt occurram, quibus in hac conteruerſiâ Caluinus iniq; & imudsoſe premitur, quas ad hec Capita, Nomen, Perſonam, Cultumq; ipſum reuocamus. Primo, de nomine. Aduerſarius.* [f] Appellat Caluinus imagines Sanctorum Idola, & ſimulachra, quaſi à ſacris Autoribus promiſcue vſurpentur, falſum. *quod in Caluino falſum reprehendis, forſan tibi verum eſſe videbitur, ex ore confratris tui Ieſuitæ profectum. Aduocatus.* [g] IDOLVM græcè IMAGINEM *(de ſacrijs Imaginibus loquitur)* SIVE SIMVLACHRVM ſignificat. *Hæcque nomina vſq; adeo*

[e] *Eraſmus de Concord. Eccleſ.*

[f] *Azorius Ieſui. Inſtit. l. 9. c. 7.*

[g] *Valent. Ieſ. li. 3. de Idolol. cap. 8 §. Quod autem.*

adeo confundit, vt non vereatur ſimulachrorum cultum in hunc modum ex Scripturis defendere. [h] Innuit B. Petrus aliquem eſſe SIMVLACHORVM ET IDOLORVM CVLTVM LICITVM. *Hæc de nomine. Secundo loco de perſona agendum. Aduerſarius.* [i] Caluinus ait nefas eſſe Deo inuiſibili, & incorporeo, imaginem corporeã & viſibilem collocare; nos Catholici contra. *Scilicet vos Catholici contra; & fortè nonnulli Catholici contra vos. Aduocatus.* [k] Opinio illa Caluini, non licere pingere imaginem Dei in forma hominis, eſt etiam ALIQVOT CATHOLICORVM, vt Albul. Durandi, Pereſij: qui dicunt hæc non rectè fieri. *Idque rectè dici facile erit euincere: quia viſibilis imago Dei inuiſibilis, eſt hæreſeos Anthropomorphitarum quaſi lena.* [l] Hæreſis Anthropomorphitarum fuit, qua creditur Deum ex humanis membris conſiſtere. *Ita vt.* [m] Niſi Idiotæ à concionatoribus inſtituantur, membra, quæ in hac pictura cernuntur, eſſe metaphoricos accipienda, fateor, NON SINE PERICVLO exhiberi. *Quid ergo?* [n] Hic ergo tantum defendimus non eſſe in vniuerſum defendendas huiuſmodi imagines. *Non in vniuerſum defendam, inquis; es tu paulo tenacior: illud enim in vniuerſum damnant Patres ferè vniuerſi. ſed de his aliàs. proximo loco cultus ipſe examinandus reſtat. Aduerſarius.* [o] Adducit Caluinus experientiam quæ docet (*inquit*) paulatim ex cultu Imaginum irrepſiſſe ſuperſtitionem, & Idolatriam. [p] At cum ſic obijciunt Proteſtantes, quis non eorum doleat perniciem? [q] Quis enim Catholicorum diuinum honorem Imaginibus vnquam detulit? *Quis Catholicorum rogas? nemo, inquam: at Pontificiorum (hos enim intelligis) forſan nonnullus. Aduocatus.* [r] Sunt BENE MVLTI rudiores ſtupidioreſque qui Imagines colunt non vt figuras, ſed perinde quaſi ipſæ aliquem ſenſum habeant; magiſque eis credant, quam Chriſto. [s] Dici non poteſt QVANTA Idololatria apud rudem populum alatur per Imagines. [t] Manifeſtius hoc eſt, quam vt verbis explicari poſſit. [u] Dum Imaginibus exhibent

[h] *Idem ibi. Homen Idoli.*
[i] *Bell. lib de Eccleſ triumph. ca. 8. §. Ergo.*
[k] *Bellar quo ſupra §. Hæc opinio.*
[l] *Imago dei picta.*
[l] *Alphon. de Caſtro li. 5. de hæreſ. tit. Deus.*
[m] *Bell. quo ſup. §. Tertio Scriptura.*
[n] *Idem ibid. Bellar propemodum tergiuerſatur*
[o] *Bell. lib 2. de Eccleſ. Triumph. cap. 11.*
[p] *Lindanus Panopl l. 3 ca. 11.*
[q] *Bellar. in præf. lib. de Beat. Sanct.*
[r] *Polyd. Virg. lib. de inuent. cap. 13.*
[s] *Agrippa li de Vanit. cap. 57.*
[t] *Caſſander lib. Conſult. art. 11.*
[u] *Ioh. Gerſon quæſt. de Neceſſ. prælatorum num. 7.*

hibent LATRIÆ cultum. *Spes tamen aliqua hoc malum reformandi esset, si tantum sua simplicitas, populum, & non etiã doctorum nimia subtilitas, eos in tantam traxisset amentiam. vos igitur Rabbini (si placet) dogmata vestra recolite, & recognoscite. Primo, Aduersarius.* [a] Sit hæc nostra propositio: Imagines Christi & Sanctorum venerandæ sunt, non solum per accidens, vel impropriè, verum etiam PROPRIE; itaut TERMINETUR adoratio in IMAGINE, NON SOLUMUT vicem gerit exemplaris. *Adnocatus.* [b] Stultum hoc est, & superstitiosum. *Sic Iesuita, idq; quatuor argumentis probat. Aduersarius.* [c] Veteres scholastici absolute dicunt Imagines Christi esse colendas adoratione latriæ: Eadem fuit opinio Thomæ, *nec veterum modo,* [d] Constans EST Theologorum (*ô Theologos!*) sententia imaginem EODEM HONORE, & cultu coli, quo colitur id, cuius est imago. *Aduocatus.* [e] Hic modus loquendi non caret periculo, quique id dicunt vix sese intelligunt, nedum populus imperitus. *Perinde ac si dixeris: cum Cæcus Cæcum ducit (de quo genere Christus prædixit) de vtriusque esse salute penitus desperandum. possim ego huius quæstionis articulos omnes punctatim dissoluere; sed non est instituti mei hoc tempore rationes discutere, sed tantum criminationes profligare. Vestrum iam erit (quia hic nihil aliud quam veteres hæreses Protestantibus obijcitis) vestros duces pariter agnoscere.* [f] Obijciunt nobis Protestantes [g] Irenæi testimonium, vbi ponit inter hæreses Carpocratis & Gnosticorum, quod haberent & coronarent imagines: & [h] Epiphanium docentem hæreticos esse, qui imaginem B. Virginis circumferunt.

Et profectò, omnibus pensitatis, multis modis tutior est ab errore Imaginum contemptus, quam hodiernus abusus. de quo paulo post.

[a] Bell lib. 2. de Eccles. Triumph. ca. 2. in princip. Thesis stultitiæ plena

[b] Vasquez Iesuita lib. 2. de Adorat. disp. 8. cap 3. & cap 8. ac deinceps hoc accurate euincit.

[c] Vasquez Iesuita quo iam supra.

[d] Azorius Iesuita Instit. lib. 9 ca. 6 §. Tota hęc

[e] Bell lib. 2. de Eccles. triumph. cap 22. in principio.

[f] Azorius quo supra cap 6. §. Cæterum.

[g] Lib. 1. ca. 24.

[h] Hæres 79.

CAPVT.

Caput. XLVII.

Hæres. 19. de Votis.

Aduersarius. [a] Hæresis decima-nona est Lampetianorum *(seu, vt alij vocant, Lamperianorum)* contra vota; Eandem Lutherus & Caluinus. *Respondeo. Protestantes non omninò hæresin eandem tenere, sed ne hæresin quidem. Primum. Aduocatus.* [b] Lamperiani vota OMNIA oppugnabant, dicentes illa Christianis non prodesse, quia videntur Christianis necessitatem quandam, & coactionem inferre. *Vota igitur hæretici,* quasi non omninò profint, *omnia oppugnarunt: at Protestantes, si Reum loqui finamus. In*[c] *Psal.* 116. Vota mea reddam Iehouæ nunc corã omni populo eius.] [d] Votorum ergò finis, & VSVS est, primùm vt impetrandi fiduciam cordibus suis obtineant filij Dei: Deinde vt se magis ad gratiarum actionem INCITENT. nam certè VOVENDI LIBERTAS filijs Dei pro subleuanda eorum infirmitate CONCEDITVR, quia hoc modo ad eos descendit indulgentissimus Pater, & secum permittit filialitèr agi, modò in hunc, quem dicimus, FINEM voueant. *Sin Aduocatum audies.* [e] Volunt *(intelligit Protestantes)* vota de rebus quibusdam posse fieri, si ad bonos fines fiant. *Quantum ab hæreticis Protestantes absint, satis intelligimus; quàm proximè veritati adhæreant, despiciamus. Aduersarius.* [f] Primum Lutherus & Caluinus docent vota non posse fieri nisi de rebus à Deo PRAECEPTIS. *Hìc quoque palam dormitat noster Iesuitarum Homerus, qui (vix tribus interiectis lineis) experrectior agnoscit contrarium. Aduocatus.* [g] Docent secundò vota de rebus à Deo NON PRAECEPTIS posse fieri. *Quæ hæc vertigo? Res itaque præcepta, & non præcepta voti materia esse possit, sed illa vt Domina, hæc vt ancilla, & quatenus diuino præcepto inseruiat. Reus.* [h] Psal. Qui iurauit Iehouæ, vouit forti Iacob. Itaque in votis spectandum est quid probet Deus, nè præcipuo iure

[a] *Bell. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 9 § Lampetiani. & lib. 2. de Monachis cap. 15. in princ. & Alphons. de Castro li. hæres. Tit.* Vota.
[b] *Alphons. de Castro lib. aduersus hæres. Tit.* Vota.
[c] *Psal. 116.*
[d] *Caluinus Com. in eum psal.*
[e] *Bellar. lib. 2. de Monach. cap. 15.*
[f] *Bellar. se reum falsi fecit.*
[g] *Ibid. § Primum.*
[h] *Ibid § Secundum. Aduers. stupor.*
[i] *Psal.*
[k] *Caluinus in eum psal.*

iure ſuo fraudetur, quia apud eum PRIOR eſt OBEDIENTIA quam victimæ. *Ignoui vota tantùm eatenus eſſe reddenda, quatenus vouendo diuinis præceptis promptius conſtantiuſque obſequamur. Aduocatus.* [f] Volunt vota de rebus à Deo non præceptis poſſe fieri, ad negotia huius vitæ expeditius FACIENDA, vel ad VITANDA PECCATA, vel alios BONOS FINES fiant, exempli cauſa, eum, vt docet Caluinus, qui ſæpe in vitium ebrietatis labitur, recte facturum, ſi voueat ſe triduo aquam bibiturum, ſi iterum in ebrietatem inciderit. quomodo etiam exiſtimat viduas quaſdam (tempore Apoſtolorum) vouiſſe continentiam, vt EXPEDITIVS fungerentur munere Diaconiſſarum. *Nunc experiar quibus machinis poſſis huius opinionis fundamenta conuellere. primum, Aduerſarius.* [g] Ait Caluinus vnum eſſe commune votum fidelium, promiſsionem illam, quam in Baptiſmo facimus, idque proprie votum dici. *ex quo ſequitur, quicquid eſt votorum quod poſt Baptiſmum Chriſtiani nuncupauerint, ſi finem eorum reſpicimus ad præceptum diuinum pertinere; ſin principium, in ipſo Baptiſmo contineri: de quo illud vere affirmari poſſit, quod de aliis veſtris votis hic veſter.* [h] Qui votum ſemèl Deo factum millies repetit NON NOVVM FACIT, ſed priſtinum renouat, atque confirmat. *At inſtas. Aduerſarius.* [i] Promiſsionem in Baptiſmo non eſſe votum proprie dictum, eſt communis Theologorum ſententia, & quidem veriſsima. *Quorum Theologorum obſecro? nam certè. Aduocatus.* [k] Baptiſma eſſe votum PROPRIÈ, ac vere dictum, VETERES Theologi cum [l] Magiſtro videntur ſentire. *Sic ille, quamuis ipſe, ſcilicet adulteriorii ingenij, erudítionis cumulatoris, addit.* Sed probabalius eſt quod Scholaſtici alij tenent. *Enimverò ignoſcere nobis, Azori debes, ſi in hac parte, vbi eſt tanta Autorum contentio, veteribus Scholaſticis magis quam nouis; Magiſtro tuo, quam tibi Diſcipulo, aſſentiri malimus: ſin ratione exigis, altero fundamento adhæreſcemus, viz. quicquid propriè vouemus, ſi finem eius ſpectemus, eſſe rem imperatam, adeoque in ipſo Baptiſmo incluſam contineri. obijcis.*

Aduerſarius.

[f] *Bellar. ibid. quo ſuprà.*

[g] *Ibid. quo ſuprà & ca. 19. §. Quæſtio. Votum Baptiſmi.*

[h] *Azorius Inſt. lib 11. cap. 14. §. Quæres an.*

[i] *Bellar. ibid. quo ſuprà.*

[k] *Azorius Inſt. quo ſuprà. §. Tertio quæritur*

[l] *Lib. 4. Sent. diſt. 38. Scholæ veteris autoritas ſordet.*

Aduerſarius. [1] Dico votum, de re præcepta, non eſſe propriè votum, niſi quatenus res illa præcipitur, vt non præcepta. *Tu dicis, cui contradicit hic tuus. Aduocatus.* [m] Qui vouet rem INDIFFERENTEM, eius votum, ex COMMVNI OMNIVM ſententia eſt inane. *Diſputatio. Res omnis vel præcepta eſt, vel prohibita, vel indifferens, at votum de re prohibita impium, de indifferenti, quatenus indifferens, ineptum: ergo res præcepta, quatenus præcepta, ſub votum cadit. ratio eſt in promptu. quia* [n] Nulla eſt individua actio humana quæ eſt indifferens, ſed propter circumſtantias neceſſario, vel bona vel mala, ſi Thomæ, & omnibus Thomiſtis credimus. *Sic ille, ipſe Thomiſtis non credens in hoc, à Primo Thoma, Thomiſta, quod non credit. credendum omnino, quoties enim non agitur de actione abſolute naturali, qualis eſt ſcalpere caput, fricare manus, naſum purgare; ſed de actione in qua iuſtitiæ aut charitatis, aut Religionis ratio aliqua cernitur; quodnis opus bonum eſt Deo debitum. Luc. 17.* [o] Dicite quod debuimus fecimus. *Sed de hoc alias. tu inſurgis. Aduerſarius.* [p] Gen. 28. Votum vouit Iacob, ſi fuerit Dominus mecum &c. tunc erit mihi Dominus &c.] quod ſit votū de re non præcepta patet, quia alioqui peccâſſet Iacob faciendo votum conditionatum de re præcepta. [q] Stolidum fuiſſet ſub ea conditione vouere Deo cultum generalem, ad quem ſimpliciter tenebatur. *Erratis viri Doctiſſimi. quia Aduocatus.* [r] Nihil impedit quo minus quis ſe denuo voti religione obſtringat, ad quod alioqui faciendum LEGE, & PRAECEPTO compellitur. Deus enim nos ſibi ſuis LEGIBVS deuinxit, & nos ipſos ei pariter VOTI NEXV, vinculoque obligamus. vt Iacob Gen. 28. vouit Domino, ſe cum vt Dominum veneraturum: vnde qui caſtitatem Deo promiſſam adulterio violat, eſt ET diuinæ legis violatæ & voti facti reus. *Etenim eadem eſt iuramenti, & voti ratio. at.* [s] In Pſal. 118. Iurauí & ſtatui cuſtodire iudicia Iuſtitiæ tuæ.] vbi Dauid ad obſeruantiam mandatorum, præter obligationem quam habebat ex lege Moſis, ſe iurando obligauit. *poſtremò*

[1] *Bellar lib 2. de Monarch. 16 § Nono probatur.*
[m] *Azorius Ieſ. Inſtit. lib. 11. cap. 14 § Sexto quæritur.*
[n] *Vaſquez 1. ſ. To. 1. in Thom. part. 1. diſp. 2. cap. 1. Thomiſtæ refutantur. Obiectio.*
[o] *Luc. 17.*
[p] *Bell. quo iam ſuprà cap. 16. § Septimo votum, & § Nono probatur.*
[q] *Peterius Ieſ. Com. in Gen. 28.*
[r] *Azorius Ieſ. Inſtit. lib. 11. cap. 14. §. Cæterum. Solutio.*
[s] *Peterius Ieſ. quo ſuprà.*

querela. *Aduersarius.* [c] Docuerunt Lampetiani Monasteria libera esse debere, id est, sine votis perpetuis, ita vt mutari queant : eadem est Lutheri & Caluini sententia. *Hæc nec istorum Hæreticorũ opinio fuit, nec omninò hæretica : primum* [*] *suprà ostendimus : alterum iam paucis illustrabo. primò. Aduocatus.* [c] Me habere Caium in ludo ferium res indifferens est, si inde peccandi occasionem sumo, vouere possim me NVNQVAM postea cum illo lusurum : at si POST VOTVM desinit occasio mali, desinit quoque esse MATERIA VOTI, quoniam incipit esse materia indifferens. *Secundò, vt rem attingamus exactius.* [a] Possit Pontifex Iustis de causis monastica vota irritare. *De quo* [*] *supra. Disputo. Si non potest esse iusta causa dissoluendi votum Monasticum, Papa iniustè facit, qui vota relaxat. si potest incidere iusta causa dissoluendi votum, iniusta est consuetudo votum perpetuum nuncupandi. quia. Patronus.* [*] Non arbitror Deum exigere a nobis quodcunque promissum bonum, si aliquod MELIVS fuerit à nobis persolutum. *Quid ni igitur cum Caietano vestro causam de votis perpetuis vere constanter definiamus? Aduocatus.* [x] Attende, prudens Lector, quod NVLLVM VOTVM à Iesu præscribitur violenti vitæ perfectionem assequi ; quia non in vinculis votorum, sed in operibus consistit perfectionis assequutio. *De quo* [*] *infra accuratius.*

[3] *Bell. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 9. §. Lampeniari & li. 2. de Monarch. cap. 15. in princ.*

[*] *Supra in initio huius capitis.*

[c] *Azorius Iesuita quo sup.*

[a] *Idem ibid. in tract. de Votis.*

[*] *Supra.*

[*] *Bernardus Epist. 57.*

[x] *Cardinalis Caietanus Com. in Math. 19.*

[*] *Infrà.*

Caput. XLVIII.

De Hæresi vltima.

Aduersarius. [*] Hæresis 20. & vltima quorundam qui negabant Eucharistiam esse veram carnem Christi, & tantum esse volebant figuram, seu Imaginem corporis Christi : vt docet Theodoretus in Dialogo tertio. hanc hæresin docet Caluinus. *Tria respondeo. Primum, Caluinum non modo dissentire ab istis hæreticis, verum etiam illis ex diametro repugnare. Secundum, docere quoq; veritatem. Tertium*

[*] *Bellar. lib. de notis Eccles. cap. 9. §. Quorundam.*

Tertium, Vos in hæreſi craſſiſſimâ implicari. Primum, te Aduocato, ſuadeo. Aduocatus. [b] Ne glorientur Caluiniſtæ ſententiam ſuam valde antiquam eſſe; Obſeruandum eſt Antiquiſsimos illos hæreticos (de quibus Theodoretus loquitur) non tam Sacramentum Euchariſtiæ, quam myſterium Incarnationis oppugnâſſe. *Ne concedas Caluiniſtarum ſententiam* antiquam fuiſſe, *doces non fuiſſe* Eandem: *vt tamen doceas eam eſſe Hæreticam, dicis,* Eandem *(nimirum antiquam)* Hæreſin Caluinus docuit. *Antiquum tu quidem obtines, idē modo aiens, modò negans, in quo tamen videri poſſis minimè idem: niſi quod es idem, qui ſoles. hoc explicato, quantū inter ſe diſſideant explica, te enim denuò Aduocatum depoſcimus.* [c] Hæretici iſti negarunt, Chriſti corpus eſſe in Euchariſtia, negarunt enim Incarnationem Chriſti, & in Euchariſtia volebant tantum eſſe figuram. *Quid autem Caluinus?* [d] Docet ſymbola, & corpus Chriſti, licet loco inter ſe plurimum diſtent, tamen coniuncta eſſe NON SOLVM ratione SIGNI, quia vnum eſt ſignum alterius, ſed etiam, quia cum ſigno Deus VERE nobis exhibet IPSVM VERVM Chriſti CORPVS ET SANGVINEM, quò animæ noſtræ vere alantur. *Optime, ſed repete verba Caluini.* Sic enim ſcribit Caluinus in Math. 26. Et lib. 4. Inſtitut. cap. 17. §. 5. *Reus.* [*] VERE in cœna datur nobis corpus Chriſti vt ſit animis noſtris in cibum ſalutarem, hoc eſt, ſubſtantia corporis Chriſti paſcuntur animæ noſtræ, vt VERE vnum efficiamur cum eo, NON ergo VACVVM, aut INANE SIGNVM nobis proponitur; ſed vere carnis Domini fiunt participes, qui fide hanc promiſsionem recipiunt. In ſacra ſua cœna iubet me Dominus ſub ſymbolis Panis & vini corpus, & ſanguinem ſumere, nihil dubito quin & ipſe vere porrigat, & ego recipiam, Sed ſolo ore fidei. Similia habet Beza. *Quid ex his?* [e] Admittit Caluinus panem Euchariſtiæ NON ESSE NVDAM FIGVRAM corporis Chriſti, ſed figuram quæ REM IPSAM exhibeat. *Iam rurſus redi tu, quæſo, ad te.* [f] Hæretici iſti, inquis, negabant Dominum habere verum corpus: At

[b] *Bell. lib. 1. de Euchariſt. ca 1. paulò poſt prin.*

[c] *Bell. loco iam ſuprà allegatu.*

[d] *Idem ibid.*

[*] *Caluinus locu, & verbis citatis à Bellarmino. li 1. Euchariſt. cap. 1. §. Secundò docet, &c.*

[e] *Bellar. lib. 1. Euchariſt. ca. 5. §. Septima eſt.*

[f] *Bellar. ibi. c. 1. §. Ne, &c.*

Caluinus *(inquis)* dixit Fideles veri corporis Chriſti vere eſſe participes. *Deinde* Hæretici *(inquis)* in Euchariſtia volebant eſſe tantum figuram corporis Chriſti : At Caluinus *(inquis)* admittit non tantum figuram corporis Chriſti in Euchariſtia. *Et tamen* Eandem *(inquis)* hæreſin Caluinus docuit. *Prauaricaris planiſſime, & deploratam prodis conſcientiam. Iam duo reliqua abſoluemus. Caluini ſententiam, de ſpirituali modo manducandi corpus Chriſti, Orthodoxam eſſe, veſtram verò, de corporali manducatione, nouam Hæreſin continere. De priore. Aduerſarius.* [a] Concilium Tridentinum dicit corpus Chriſti eſſe in Euchariſtia vere contra Caluiniſtas, qui dicunt eſſe in FIGVRAM TANTVM, figura enim opponitur veritati. Deinde concilium dicit adeſſe realiter, contra figmentum Caluiniſtarum, qui dicunt corpus FIDE TANTVM apprehendi, ſæpe quidem aſſerunt corpus Chriſti reale ſumi in Euchariſtia. ſed REALITER, NVNQVAM. *Hæc tria.* figura tantum, fide tantum, realiter nunquam, *tu cum concilio tuo, ſed ſine conſilio, iudicioue temere effutiuiſti : an forte concilij Patres te fefellerint fratrem tuum conſule. Aduocatus.* [b] Fortunatus Caluiniſta dicit in ſacramẽto corpus Chriſti veriſſime, REALISSIMEQVE percipi. [c] Et Caluinus affirmat ſæpiùs Chriſti corpus eſſe præſens in Sacramento, quatenus ibi noſtris animis verè vnitur, & communicatur SVBSTANTIALITER (ſic enim loquitur) ſecundum ſubſtantiam, non modò ſecundum effectum. [d] Cum quo Beza, & Sadael conſentiunt. *Verum Valentiane, inuito Bellarmino, fateris, nunc inſuper ſenſum eorum genuinum profer.* Hæc eſt eorum ſententia, Corpus Chriſti, licet σωματικῶς & οὐσιωδῶς, id eſt, corporaliter, & eſſentialiter, ſit tantum in cœlo ; nihilominus duplici modo in hoc Sacramento verè percipi. Primo, Spiritualiter, & Sacramentaliter : ſpiritualiter quidem ore mentis, id eſt, per fidem, & per arctiſsimam coniunctionem Chriſti cum animo communicantis virtute Spiritus Sancti ; non corporaliter ore dentis, ſed mentis. Secundo, Sacramentaliter ore quidem corporis, ſumendo, non

[a] *Bell. lib. 1. de Euchariſt. ca. 2. §. Quarto Concil.*

Concilij Tridentini egregia inſcitia.

[b] *Valent. Ieſuit. Tom. 4. diſp. 6. queſt. 3. punct. 1. §. Item.*

[c] *Valent. Ieſuit. quo iam ſuprà §. 7.*

[d] *Ibid. § 9.*

non ipſum Chriſtum, ſed ſignum corporis eius panem & vinum; quæ dicunt eſſe ſigilla certa, quibus promiſsio redemptionis in corpore, & ſanguine Chriſti FIDELIBVS obſignatur. *Quam fideliter exponis Proteſtantium ſententiam, tam puerilitèr oppugnas. Aduerſarius.* At tale dogma, quo ponunt corporis & ſanguinis Chriſti ſubſtantiam, ſecundum ſe etiam verè percipi ab animo piè communicatis, & verè cum illo vniri, quamuis loco diſtet, vt commentitium repudiari debet. Nos dicimus poſt conſecrationem Dominum Chriſtum corporaliter ſub ſpecie panis contineri, ſubſtantiâ panis in eius corpus conuerſa. [1] *Quaſi verò verè & realiter manducari ſine illa Tranſubſtantione, aut orali communicatione nequeat. Aduocatus.* [1] Infantes in Baptiſmo aliquo modo participant Corpus Chriſti nempe quantum ad REM ſignificatam, & dici poſſunt carnem Chriſti manducare, & bibere ſanguinem eius; VERA enim caro, & VERVS ſanguis in hoc ſacramento vnionis REALITER continetur. Hæc eſt vera ſententia Auguſtini, quam eandem habet Innocentius in Epiſtolâ ad Concilium Mileuitanum. *Auguſtinus, & Pontifex Romanus (teſte Ieſuita) dicunt* verè *carnem Chriſti (vbi ſpiritualiter tantum) realiter contineri, & verè manducari. Hoc propugnaculum defenſionis ſuæ Proteſtantes dum tenent, Argumenta veſtra omnia, ſeu plumbeos pugiones facile contemnant. Nunc poſtremo loco, qui de præſentia Chriſti reali aliâs hæreſim falsò affingitis, veram veſtram agnoſcite. Aduerſarius.* [2] Fides noſtræ Eccleſiæ docet in Sacramento Euchariſtiæ vi diuinorum verborum tranſmutari naturam panis, & vini, vt conuertantur in corpus, & ſanguinem Chriſti. *Dogma (ne gloriemini veſtram doctrinam antiquam eſſe) nouiſſimum ne de veritate, Hæreſeωn craſſiſſimarum pleniſſimum. Primum. Aduocatus.* [3] In Synaxi tranſubſtantionem SERÒ admodum definiuit Eccleſia. [4] Ante concilium Lateranenſe hoc DOGMA non fuit. *Hæreſis hæc cum nihil non abſurdi, tum multas in ſe, hæreſes inuoluas continet Chriſti naturam humanam deſtruentes, quarum examen accuratius loco ſuo proprio deſtinauimus. Hic*

[1] *Tolletus Ieſ. Comm. in Ioh. 6. Annot. 38.*

Caro Chriſti Realiter manducatur vbi non oraliter, aut corporaliter ſumitur.

Coſterus Ieſuita Enchirid. tract. de Euchariſt. Tranſubſtantio dogma nouum.

[2] *Eraſ. annot. in 1. Cor. 7.*

[3] *Scotus vt refert. Bellar. lib. 3 de Euchariſt. cap. 23. de hoc infrà.*

inſtituti noſtri ratio exigit tantum duas attingere, Tranſubſtantiationem panis, & corporis Chriſti manducationem carnalem. Primum. Advocatus. [p] Subſtantia panis manet, hoc dogma eſt minoribus incommodis obnoxium; & rationi, & ſacris Scripturis minus repugnans. *Hic vir Scholaſticus fuit, vos fortaſſis teſtem aliquem grandioris ætatis, & nobilioris notæ expectatis. En igitur eundem Theodoretum, quem in hac tua Calumnia contra Caluinum, ſed inuidioſe, produxeras: Cum dixti,* vt docet Theodoretus in Dialogo. *Quid ille?* [q] Theodoretus in Dialogo: Panis, inquit, in Euchariſtia manet panis idem quoad Subſtantiam. *Reſpondeſed quam poſſis verecunde.* [r] Theodoretus de alijs erroribus notatus erat. *In alijs errabat, ergone in hoc? arguitè. qui tamen ſi error fuit, Pontifex veſter errori patrocinatus eſt.* [s] In Euchariſtia non definit ſubſtantia, ſeu natura panis & vini, inquit Gelaſius. *Hoc teſtimonium ita vos planè conſtrictos tenet, vt neceſſe habeatis boni Papæ authoritatem perfingere, vt malæ cauſæ ſuccuratis. Quomodo.* [t] Tanquam Doctor aliquis, non tanquam Pontifex hoc definiuit Gelaſius. *Solenne hoc veſtrum eſt, ſed putidum, & futile commentum, ſiquidem antiquam veſtram canitis Cantilenam.* [u] Ioh. 11. Hoc dixit Caiphas cum eſſet Pontifex illius anni: ergo illa dicens non potuit errare. *Igitur Pontifex non poteſt non loqui vt Pontifex, ſed huius quoq; figmenti veſtri refutatio non eſt huius inſtituti, Alteram hæreſim aggrediar. Advocatus.* [x] Capernaitas (cum ſic dixerunt, durus eſt Sermo) tam craſſos, & hebetes fuiſſe non eſt exiſtimandum, vt carnes Chriſti beſtiali more ſcindendas eſſe, elixas, aſſatas cogitarent, ſed in modo hærent, quem ſpiritualem Chriſtus indicat. *Sed demus tamen illos tam craſſos, & hebetes fuiſſe; quid vos tandem?* [y] Apertiſsime loquimur, Corpus Chriſti vere a nobis contrectari, manducari, circum-geſtari, carni noſtræ miſceri, dentibus teri, ſenſibiliter ſacrificari. *Hoc eſt reuera aperté loqui, & ſine ambagibus: quid igitur inter antiquiſſimos illos Hæreticos, & vos interſit, non video, niſi quod illi Carnem Chriſti in ſpecie propria manducandum, vos ſub ſpecie panis terendam,*

[p] *Otca. in Centiloq. Theol. Concil. li. 4. q. 6.*

[q] *Greg. Valent. Ieſ. lib. de tranſubſtant. cap. 8. pag. 390. §. Quod ſi autores.*

[r] *Idem ibid.*

[s] *Idem lib. 2. de Idololatria c. 5. §. Profert quoque.*

[t] *Idem ibid.*

[u] *Colleg. Anglo-Rhemenſ. annot. in Ioh. 11.*

[x] *Ioa. Epiſcop. Carmelenſ. an. Dom. 1092.*

[y] *Alanus lib. 3. Eucha. cap. 37.*

terendam, aut ſaltem deglutiendam putetis, Inter eum qui hominem nudum, & qui ſacco obvolutum occidit, quid intereſt? nimirum ille craſſius, hic ſubtilius ſcelus ſuum exequitur. De Tranſubſt. * *infra plenius plura.* * *Infrà.*

Caput XLIX.

Concluſio ex ſuperioribus Hæreſibus.

Aduerſarius. * Has viginti hæreſes, in Eccleſia antiquâ damnatas, cum Proteſtantes pro articulis fidei habeant, nos verò damnamus, ſequitur noſtram doctrinam cum doctrinâ veteris Eccleſiæ conſpirare. *Quid (malum!) hæc mentiendi libido ſibi vult.* viginti? *nec omnino plures? laudo tuam modeſtiam: an igitur viginti? Conſcientiam deploro: in hæreſibus viginti obijciendis cum aliorum nomina, tum maximè animam tuam triginta ferè mendacijs inſignibus onerâſti, quod profectò ego non magis verè, quàm dolenter affirmo aſſeroque. Synopſin hanc inſpice, in qua (omiſſis alijs viris Pontificijs aduocatis diſertiſſimis,) ſoli Ieſuitæ vt Accuſatores, & Aduocati introducuntur.* * *Bell. lib. de notis Eccleſ. cap. 9.*

Calumniarum Synopſis.

Prima Obiectio. * Quod Simoniani, qui docuerunt hominem ſaluari tantum per gratiam Simonis Magi: hoc idem Proteſtantes. *Solutio.* Simoniani voluerunt tantum per gratiam Simonis Magi homines ſaluari, Proteſtantes verò tantùm per gratiam Ieſu Chriſti. *Secunda,* [b] Cum Eunomio dicunt nemini nocere impœnitentiam, aut perſeuerantiam in peccatis. *Sol.* Proteſtantes requirunt pœnitentiam vt Quis iuſtificetur. *Tertia,* [c] Cum Florino faciunt Deum autorem peccati. *Sol.* In hoc Quoad formale peccati non eſt controuerſia inter nos & Proteſtantes. 4. [d] Cum Origene, Adamum Dei imaginem perdidiſſe. *Sol.* Eodem modo Sancti Patres loqui ſolent. 5. Cum Proclo dicunt

* *Supra cap. 24. lit. b. a.*
[b] *Ca. 24. lit. b. b.*
[c] *Ca. 21. lit. a. 1*
[d] *Ca. 26. lit. a. d.*
* *Cap. 26. lit. b.* & *deinceps.*

dicunt peccatum in Renatis viuere, quod est, regnare. *Sol.* Peccata in Renatis regnare Protestantes negant. 6. [c] Cum Massilianis Baptismum nihil prodesse. *Sol.* Docent Baptisma vtile esse quo peccata remittantur 7. [d] Cum Nouatianis tollunt pœnitentiam post Baptismum. *Sol.* Negant Nouatiani quenquam remissionem consequi, si fortè post Baptisinum peccauerit. Protestantes verò post Baptisma in peccatoribus ad iustificationem requirunt pœnitentiam. 8. [e] Cum Manichæis auferunt liberum arbitrium. *Sol. in natura integra;* Protestantes non negant Adamum libero arbitrio præditum fuisse. *in natura corrupta;* Non, vt Manichæi, negant libertatem tam ad bonum quam ad malum, sed tantum ad bonum. 9. [f] Cum Manichæis Patriarcharum lapsus notant. *Sol.* In Patriarchis Sancti Patres crimina multa notarunt, quæ in sacris literis produntur. 10. [g] Cum Donatistis volunt Ecclesiam constare ex Electis tantum. *Sol.* Donatistæ de visibili Ecclesia loquuntur, Protestantes verò de inuisibili. 11. [h] Cum Arianis Christum esse Patre minorem quoad Deitatem. *Sol.* Docent Sancti Patres Patrem esse maiorem filio; intelligentes maiorem, non quoad substantiam naturæ, sed quoad ordinem originis. 12. [i] Cum Iouiniano non posse hominem peccare post Baptismum. *Sol.* Requirunt in peccantibus post Baptismum pœnitentiam, vt iustificentur. 13. [k] Cum Iouiniano nihil prodesse Ieiunium ad salutem. *Sol.* Dicunt vtile esse Ieiunium ad pietatem. [l] Cum Nicolaitis in ieiunio cibum nullum interdici patientur. *Sol.* Existimant à cibis lautioribus esse abstinendum. 15. [m] Cum Iouiniano reprehendunt Hieronymum, quasi in matrimonium contumeliosus fuisset. *Sol.* Et sane fuit Hieronymus matrimonio paulo inquior. 16. [n] Cum Iouiniano dicunt B. Virginem in partu vuluam adaperuisse, ex quo sequitur eam Virginitatem perdidisse. *Sol.* Hoc inde non sequetur. 17. [o] Volunt cum Iouiniano æqualem esse omnium Iustitiam. *Sol.* Intelligunt iustitiam imputatiuam, quæ consistit in remissione peccatorum, quæ est totalis in omnibus.

[c] *Cap. 26. lit. e. d. f.*
[d] *Ca. 29. lit. a. b.*
[e] *Ca. 30. lit. a d.*
[f] *Ca 3. lit. g. x.*
[g] *Ca. 31. lit. a. b.*
[h] *Ca. 32. lit. a. g.*
[i] *Ca 34. lit. a. i*
[k] *Cap. 35. lit. b.*
[l] *Ca. 35. lit. d. e*
[m] *Cap. 35. in 2. Columna. lit. e. i.*
[n] *Ca. 36. lit. a. g.*
[o] *Ca. 36. lit. i m.*

omnibus. 18. [1] Cum Vigilantio omnes Miniſtros vxoratos eſſe debere. *Sol.* Proteſtantes vero tantum liberum eſſe & licere. 19. [1] Cum Pelagianis negant in filijs Fidelium eſſe Originale peccatum. *Sol.* Vſque-adeo hoc non negant, vt plane contrarium teneant. 20. [2] Cum Pelagianis peccatum leuiſsimum ſuâ naturâ & ſine miſericordia Dei eſſe mortale. *Sol.* Quod Catholici aliqui graues & pij tenuerunt. 21. [3] Lutherus cum Neſtorio diuinitatem pati. *Sol.* Diuinitatem conceptam, natam, confixam eſſe Patres aliqui dixerunt. 22. [7] Cum Ioniniano peccata eſſe paria aiunt. *Sol.* Non hoc dicunt quod ſciam. [7] 23. Cum Neſtorianis [8] Beza ſenſit. *Sol.* Beza in Chriſto vnionem hypoſtaticam ponit diuinitatis & humanitatis. Neſtorius vnionem hanc negat. 24. [4] Cum Xenia Caluinus Imagines prohibet. *Sol.* Non ſimpliciter Imaginum vſum prohibet, ſed abuſum. 25. [5] Cum quibuſdam negant carnem Chriſti præſentem eſſe in Euchariſtia. *Sol.* Non negant corpus Chriſti à fidelibus verè, & realiter, ſed corporaliter (*id eſt carnaliter*) ſumi. 26. [6] Cum Lampetianis vota nihil prodeſſe. *Sol.* Docent vota in rebus quibuſdam poſſe fieri ſi ad bonos fines fiant.

[1] *Ca 39. lit. a. e.*

[1] *Ca. 41. lit. a f.*

[2] *Cap. 42.*

[3] *Cap. 43.*

[7] *Cap. 36.*

[8] *Cap. 43.*

[4] *Cap. 44.*

[5] *Cap. 48. lit. a. d. k.*

[6] *Cap. 47. lit. a. e.*

CAPVT. L.

Hactenus Criminationes à Bellarmino in vno capite Proteſtantibus inuſtas, viginti hæreſeon notas, vel ipſorum Confeſſiones luculentæ diluerunt: nondum tamen Calumniarum omnium cloacam expurgauimus; nunc, quæ aliàs Proteſtantibus obijci ſolent paradoxa, hæreſes, blaſphemias alias aggrediemur.

Accuſant Proteſtantes, quaſi oppugnauerint.

- *Chriſti naturam*
  - *Deitatẽ ipſam quoad*
    - *Omnipotentiam, cum* Atheis.
    - *Trinitatem in verbo ὁμοούσιος, cum* Arianis.
  - *Diuinam in*
    - *Nomine, filius κατ' ἐξοχήν.*
    - *Munere Mediationis, an Mediator vt Deus cum* Eutychianis.
  - *Humanã quoad*
    - *Animam in quinque an*
      1. *Ignorauerit quicquam, cum* Ignoietis.
      2. *Deſperauerit.*
      3. *Quicquam corrigendũ fecerit.*
      4. *Proſe meruerit.*
      5. *Ad Inferos deſcenderit.*
    - *Corpus: Quod alius illud temerè Cadauer dixerit.*
- *Chriſtianorum bona*
  - *Beatitudinem ipſam immediatam poſt mortem.*
  - *Remedia ad Beatitudinem neceſſaria*
    - *Confeſſionem cum* Audianis.
    - *Contritionem cum* Libertinis.

Calumnia

Calumnia prima.

Aduerſarius. [a] Quidam Zuinglianorum, quales ſunt Beza, & Petrus Martyr, negant omnipotentiam Dei: quod facta vt infecta ſint facere nequeat. *Inſulſa Ieſuita ignorantia, quid enim Beza noſter dixit quod non homines vniuerſi, etiam Ieſuita, naturæ lumine coguntur aſſerere? Primò Pererius, vbi oſtendit Deum in remiſſione peccati actum præteritum non tollere, ſed tegere. Aduocatus.* [b] Inordinatos peccati actus qui ſemel factus eſt, NON POTEST NON ESSE FACTVS. [c] Si de facto agamus, quod factum eſt non poteſt infectum eſſe. *An hæc Theſis Dei omnipotentiam negat? an non eam planè potius confirmat?* [d] Deus Omnipotens dicitur, non modò quia potuit facere quæcunque in mundo continentur; ſed etiam quia nihil ei factu impoſſibile eſt, NISI quod vt FIAT CONTRADICTIONEM implicat: Contradictio autem eſt affirmatio & negatio eiuſdem de eodem. *Exempli gratia:* [e] Fieri NEQVIT vt Spiritus exiſtat indiuiſibiliter more corporum, quia facere cotradictoria non eſt efficere ſed deficere. *Huc, ſi placet, accommoda:* Factum eſt, & factum non eſt. *Quid poſſit eſſe diſtinctius? faceſſat igitur impotens hæc tua de omnipotentia criminatio.*

[a] *Poſſiuinus Ieſ. lib. 3. de notis verbi diuini. cap. 8. pag. 140.*

[b] *Perer. Ieſuita Com. in Rom. 4. num 11.*

[c] *Maldonatus Ieſuita in Sum. quæſt. 11. art. 7.*

[d] *Pererius Ieſuita Comm. in Gen. 17. in princip. & 24.*

[e] *Bellar. lib. 1. de Euchariſt. cap. 14. §. Sextus locus.*

CAPVT LI.

Calumnia ſecunda in qua { *Lutherus, Bullingerus, Eraſmus Arianiſmi accuſantur.*

[a] *Campianus Ieſuita Rat. 8.*

[b] *Bell. præfat. in Controuer. de Chriſto. §. Sed mittamus. &c.*

[c] *Poſſiuinus Ieſuita lib. 3. de notis verbi Dei. pag. 68.*

[d] *Lutherus ipſe in loco, à Campiano citato contra Iacobum Latomum.*

Aduerſarius. [a] Lutherus, odit, inquit, anima mea hoc vocabulum ὁμοούσιον. &c. portentum. [b] Quid, quæſo, aliud diceret Arrius, ſi ab inferis nunc exiſteret? [c] Lutheri Atheiſmus. *Mentimini egregiè. Rem.* [d] QVOD SI odit anima mea nomen homouſios, & nolim co vti, non ero Hæreticus, quis enim cogit me VOCABVLO vti, modo

Iesuita propos. tioni hypothetica sensum Categoricum inuidiosè affingunt.

REM TENEAM, quæ in Concilio per Scripturas definita est? Et si Arriani malè senserint de fide. *Recte.* Quod si, inquit, nolim &c. *Hoccine hæreticum? at non proinde ponimus, si fortè aliquid supponimus. verbi gratia. Aduocatus.*

[a] *Caietanus comm.*

[*] *Gal. 1. 8.*

[*] Gal. 11 vers. 8. Si vel Angelus de cœlo aliquid Euangelizauerit præter id &c. [a] Non quod facere Angeli hoc aut velint, aut possint, sed si vellent. &c. *Qui ita hypotheticas enunciationes cum Categoricis confundit, dignus is est Categoria, vt inquit ille. Lutherus rem ampletlitur, de vocabulo quærit, non quod eo vti nollet, sed quod eo vti, Nemo necessario tenetur. de quo paulo post. tu interim in speculo teipsum contemplare tuo. Aduocatus.*

[c] *Bellar. lib. 3. de Euchar. cap. 23. in princ.*

[f] *Campianus Iesuita Rat 9.*

[c] Scultum est cum de SENSV constet, de verbo litigare. *Vel sic.* [f] Logomachia est, cum de SENSV constat, de verbo litigare, quid? Trinitas personarum in Biblijs non fuit, quia vocabula ista non sunt? *neq; enim qui decem minas debet perinde obstringitur, nomen Summæ, quam numerum ipsum persoluere. tu vero.* Quid aliud *(inquis non piè)* impius dixisset Arrius? *Si vel tu omne quod Lutherus dixit, vel Arrius nihil: amplius certè quidem nec tu in Maledici, nec ille in Hæretici reprehensionem iustam incurrisset. Sic enim Lutherus.* Modo rem teneam à Concilio per Scripturas definitam. *Quanquam velit nolit Lutherus, erit Hæreticus Arrianus: vt Aduersarius.* [g] Luthero etiam displicet nomen Trinitatis, & ex Germanorum precibus, illam precandi formam submouit: sancta Trinitas, vnus Deus, miserere nostri. *Hoc si tu amens obiicis, miserandus, si sciens execrandus es: tu, si veritas tibi cordi est, linguam Germanicam consule, vox in ea lingua accepta ad exprimendam trinitatem, potius triplicitatem sonat. hanc ipsam formam (vt doctissimus Iunius obseruat) Lutherus doctrina de Trinitate purioris amans vsq; adeo iam probauit (inquit)* vt periculosum esse diceret hoc vocabulum vsurpare in hoc mysterio enunciando. *Quod ego tanto facilius credo, quanto certius testari possim me vidisse in Germania Lutheri volumen integrum vernacula Germanica* de Trinitate *inscriptum. hic si nullus alius nobis occurreret Aduocatus, locus ipse*

[g] *Bell. In præfat. Controuer. de Christo. Crimen nouum & ante hunc diem inauditũ Bellar. intulit. Nomen Trinitatis.*

tibi

tibi ſatis facere deberet. Enimuerò primum, [k] Lutherus cum fama accepiſſet indictum eſſe Concilium Tridentinum, &c. *quid tum poſteà?* Lutherani Conciliũ Wittenbergenſe trecentum Paſtorum conuocant præſide Luthero. *eſto. in hoc Lutheranorum adeoq; Lutheri confeſſionem expecto, vt intelligam, quam ingratum Trinitatis vocabulum, Luthero fuerit. Aduocatus.* [k] Sic ad verbum habet Wittenbergenſis confeſsio Tridentino Concilio, (vt ipſi iactitant) oblata: credimus, inquit, tres eſſe perſonas, ſicut docet Prophetica, & Apoſtolica Scriptura: & EXPLICANT TRIA SYMBOLA: Apoſtolicum, Nicenum, ATHANASIANVM. &c. *Qui Athanaſianum Symbolum amplectitur, is vt a vocabulo Trinitatis abhorreat?* [l] Symbolum Athanaſij ſic: fides Catholica hæc eſt, vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur. *Progrederis, & Bullingerum perſequeris. Aduerſarius.* [m] Henricum Bullingerum non puduit ſcribere, tres in Diuinitate perſonas eſſe, non ſtatu, ſed gradu, non ſubſiſtentia, ſed forma, non poteſtate, ſed ſpecie differentes; quod vix Arriani dicere auſi eſſent. [n] Quibus verbis Bullingerus Sanctæ Trinitatis myſterium euertit. *Sic Bullingerus. qui in hoc, quod Cyprianus olim de Tertulliano dicere potuit,* Date mihi magiſtrum. *nam Aduocatus.* [o] Sic ſcribit Tertullianus in libro aduerſus Praxeam. Tres autem ſunt, non ſtatu ſed gradu, nec ſubſiſtentia ſed forma, nec poteſtate, ſed ſpecie: vnius Subſiſtentiæ, vnius ſtatus, vnius poteſtatis; quia vnus Deus. *Sed quid refert (inquit Seneca)* faciaſnè, an probes ſcelus; *eiuſdem igitur perfidiæ erit excogitare hæreſin, & approbare. quæſtio nunc eſt, primò, vtrum Tertullianus Arrianâ aliquâ peſte laborauerit. Secundò, an hic liber, aduerſus Praxeam, illi hæreſi faueat. Tertiò, an hæc ſententia Orthodoxum ſenſum poſſit admittere. Primum. Aduocatus.* [p] Obijciunt nobis noui Arriani librum, qui inſcribitur Tertulliani de Trinitate. reſpondeo: hunc librum non eſſe Tertulliani, ſed potius Nouatiani Hæretici, vt ſcribit Hieronymus. *Optime non igitur reſpondes, Tertullianum in articulo Trinitatis, ſed librum illum,*

[k] *Bellar. præfat. in controuer. de Concil. §. Igitur.*

[l] *Bell. lib. de Concil. cap. 6. in fine.*

[k] *Lindanus Panopl. lib. 2. ca. 6.*

[l] *Poſſuinus Ieſuita lib. 3. de verbo Dei pag. 140. Lutherus abſoluitur.*

[m] *Bellar. præfat. in Controuer. de Chriſto §. Henricum. Bullingeri hæreſis ſcilicet.*

[n] *Greg. Valent. Ieſ. lib. de Vnit. & Trinit. ca. 9.*

[o] *Autor Epiſt. ad Lectorem in libros Tertull.*

[p] *Bell. lib. 1. de Chriſto cap. 6. §. Ad locum.*

non

non Tertulliani, de Trinitate fuiſſe Hæreticum. ad ſecundum.

[1] Bell. ibid. cap. 10. §. Tertullianus.

[1] Tertullianus in libro aduerſus Praxeam, vnitas, inquit, a ſeipſa diriuans Trinitatem, non deſtruitur ab illa, ſed adminiſtratur, vbique teneo vnam Subſtantiam in tribus cohærentibus, Tres vnum ſunt, non vnus. *Ergo Tertullianus in hoc libro nihil minus quam Arianus fuit. nunc tertio loco, locus ipſe penſitandus erit, vt interim accuſationem tuam repete.*

[2] Bellar. & Valent. ſupra.

Aduerſarius. [2] Non puduit Bullingerum ſic ſcribere: Tres ſunt in Diuinitate perſonæ, non ſtatu ſed gradu. &c. quod vix Arriani dicerent; quibus verbis myſterium Trinitatis euertit. *Nihil dixit aliud, quam quod Scholaſtici veſtri ſolent: nec aliud ſenſit, quam quomodo Catholici omnes debent. Aduocatus.* [3] Cum ſic ſcribit Tertullianus: Tres ſunt, non ſtatu ſed gradu &c. Statum vocat quod Scholaſtici ſubſtantiam; ille gradum, quod hi notionem; ille formam, quod hi proprietates; ille ſpeciem, quod hi habendi modum, & ſigna. *Bullingeri locus agnoſcit* Tres perſonas, non ſtatu, & Subſiſtentia, non poteſtate diſtinctas; ſed tamen notione, proprietatibus, modo, differentes, *Et tamen Quid aliud (inquitis)* Arriani? *Aduocatus αὐτοψία eſt, fateor, ſed quantum ego auguror fuit Eraſmus: vereor igitur ne vt nomine, ita fide careat: aut ne, ſi nomen illi deſit, ſuſpecta: ſi Eraſmi nomen accedat, nullius ſit apud vos fidei. Ieſuita Aduocatus eſt conſulendus:* [4] Cum dixit Tertullianus in libro aduerſus Praxeam, filium diſtingui a Patre, non ſtatu, ſed gradu, &c. per gradum intelligit ordinem Perſonarum. *Hic rurſus ſymphoniam veſtram audiamus.* Nihil puduit Bullingerum ſcribere. *Bellarminus.* Quod tamen ſcripſit Tertullianus. *Bellarminus.* Quid aliud Arriani? Trinitatis myſterium euertit. *Valentianus & Bellarminus.* & alijs verbis diſerte aſſerit Trinitatem. *Bellarminus. Tu ne pudorem in Bullingero deſideras, etiam in cauſa fidei, qui iam toties fidem tuam prodidiſti? ſed pergis, & in Eraſmum inueheris. Aduerſarius.* [5] En egregium patronum Arrianorum Eraſmum, qui Arrianos ab hæreſi vindicat, & eos Catholicis doctrina, & Eloquentia ſuperiores facit. *Te ipſe Eraſmu,*

[3] Autor Epiſt. ante opera Tertulliani.

[4] Bell. li. 1. de Chriſto cap. 10. §. Secundo obijciunt. *Malitia quid non? hanc ſententiã Tertulliani Ieſuita in Bullingero narratore damnat, & execratur: In Tertulliano autore benignè interpretatur. Eraſmus.*

[5] Bell. præfat. in Controuer. de Chriſto §. Incipiamus. & Greg. Valen. Ieſ. lib. de Vnit. & Trinit. ca. 9.

Eraſmus rationem tuam tu ipſe refutabis. Primum. Reus. [a] Ioh. 1. Et Deus erat verbum] Illud idem verbum quod erat apud Deum, erat Deus; hoc eſt, particeps diuinæ eſſentiæ, ſeu, vt melius Græce dicam, ὁμόσιος τῷ πατρί: & per filium intelligimus facta eſſe omnia, non tanquam per inſtrumentum, vt Arriani ſomniabant, ſed ita Pater condidit omnia per filium, vt Filius nihilo ſecius cum Patre condiderit omnia. *Vtinam ita omnes Arrianis patrocinarentur. ſed ad rationem tuam. Aduocatus.* [a] Cum olim Arriani peterent à Catholicis, vt ſaltem vnam vocem omitterent ὁμόσιον, vel vnam literam immutarent ὁμοιούσιον, & ſi hoc fieret pacem pollicerentur. Cum ſimplicitores Catholici ab Arianis decepti nomen ὁμόσιος tollendum eſſe decreuiſſent, Mox Arriani toto orbe Terrarum prædicarunt ſe viciſſe; nomen ὁμόσιον ſuſtulerunt, ὁμοιούσιον vero ſubſtituerunt, & poſtea hoc in ἑτερούσιον transformarunt, vt refert Theodoretus. lib. 2. Hiſt. cap. 21. *Eraſmus non veritatis, ſed politioris literaturæ palmam Hæreticis conceſſit: ſi vere, in illum nequiter damnas, ſin falsò, teipſum condemnas.*

[a] *Eraſmus annot. in Ioh. 1. Eraſmus Arianos diſerte damnans, Arianiſmi damnatur.*

[a] *Bellar. lib. 3. de Laicis cap. 9.*

CAPVT. LII.

Calumnia tertia. { *Caluinum* & *Bezam perſtringit.* } *An filius Deus ex ſeipſo.*

ADuerſarius. [a] Caluinus docet filium Dei eſſe αὐτόθεον Deum a ſeipſo: & Beza, eſt Deus, inquit, ex ſeſe, nec genitus eſt ex Patris eſſentia. Hoc portentū eſt a nobis expugnandum. [b] Hanc Caluini blaſphemiam facilè poſſitis refellere. [c] NOVA hæc AVTOTHEANORVM hæreſis eſt, & Caluini Atheiſmus. [d] Quam nefariam hæreſin Feuardentius doctè refutauit. Hanc hæreſin Genebrardus, Lindanus, & Caniſius noſter tribuunt Caluino, & Bezæ. *Ecquem vero hic Caluinus ex viris Pontificijs Aduocatum ſibi expetere, aut expellare poterit? adeſt ſaltem vnus, & is quidem*

[a] *Campianus Ieſ. Rat. 8. §. Mox ad.*
[b] *Collegium Anglo-Rhem. annot. in Ioh. 2. verſ. 1.*
[c] *Poſſeuinus Ieſ. lib. 3. de notis verbi Dei c. 74.*
[d] *Stapl. prompt. Fer. 3. poſt Domin. paſſ.*

[a] *Bell ibid. §. Sed quanquã.*

Bellarminus Caluinum contra cohortem Ieſuitarum aduerſantium defendit.

Deus de Deo.

dem minimè contemnendus. Aduocatus. [a] Aſſerunt quidem Caluinus & Beza durè dictum eſſe in Symbolo, Deum de Deo: ſed quanquam hoc ita ſe habeat, tamen dum rem ipſam excutio, NON facilè audio pronunciare illos IN ERRORE fuiſſe; ſiquidē docent filium eſſe ex ſe reſpectu eſſentiæ, non reſpectu perſonæ, & videntur velle dicere ESSENTIAM NON ESSE GENITAN & ex hoc Caluini Sectator, Simlerus, confutare voluit hæreticum Valentianum Gentilem: Simlerus defendit αὐτουσίαν, & ſi explicat Caluini ſententiam: Non negamus, inquit, filium habere eſſentiam à Patre, ſed ESSENTIAM GENITAM negamus: quæ ſententia, non video cur catholica dicenda non ſit. *Quid igitur commiſit Caluinus tandem tanta Aduerſariorum ſuorum vociferatione dignum? Aduerſarius.* [f] Caluini dicendi modus, qui dicit filium habere in ſe eſſentiam, repudiandus eſt. *Eſto: an itaq; loquendi modus parum vſitatus, vt tot Ieſuitas in tantam rabiem concitaret, vt mentiendi, nec modum, nec modeſtiam tenerent vllam? Aduocatus.* [g] Regula iuris eſt ne fiat vis in verbis. *Quanquam vel modus præſertim loquendi in refutatione hæreſis Gentilis videtur quodammodo neceſſarius fuiſſe: is enim negabat Filium eſſe Deum, quia erat genitus a Patre, Caluinus Filium αὐτόθεον a ſe genitum eſſe defendit, ſed (terectè & candidè fatente) intelligit.* [h] Quoad eſſentiam, non quoad perſonam: *Vt Orthodoxè Ribera veſter* [i] Eſſentia non gignit eſſentiam, ſed Pater generat filium, ideo filius eſt Character Patris, NON AVTEM ESSENTIAE EIVS. *Nec non alius.* [k] Filius, vt eſt perſona, eſt EX ALIO: vt ſimpliciſsimū ens NON eſt EX alio: *Nunc Symphoniam veſtram animaduertamus: Primo, quoad modum loquendi,* Filius Deus eſt ex ſeipſo. *inquit Caluinus.* Modus loquendi reprehendendus. *Sic Bellarminus.* Filius ſimpliciſsimum ens eſt ex ſeipſo. *Valentianus. Secundò quoad rem,* Caluini ſententia eſt portentum. *Campianus.* Eſt hæreſis. *Caniſius.* Eſt blaſphemia. *Rhemenſes.* Atheiſmus. *Poſſumus, omnes Ieſuitæ, & ſic ferè Ieſuitæ omnes aduerſus Caluinum.* Eſt tamen Caluini ſententia Catholica.

[f] *Ibid. Modus loquendi aſſeritur.*

[g] *Pineda Ieſ. com. in Iob. 2.*

[h] *Suprà.*

[i] *Ribera Ieſuit. Com. in Heb. 1.*

[k] *Valent. Ieſuita li. 1. de Trin. ca. 22. & lib. 2. cap. 17.*

Catholica. *Bellarminus vnus Ieſuita ſed inſtar omnium, eamq; orthodoxam eſſe alij Ieſuitæ comprobant.*

CAPVT. LIII.

Calumnia Quarta, aduerſus Proteſtantes coniunctim de natura Mediatrice.

Aduerſarius. [a] Chriſtum exercere munus Mediatoris ſecundum vtramque naturam Caluinus aperte docet, idem Melanchthon, & communiter alij Proteſtantes, vt habet liber Concordiæ. qui error apertè inducit partim Arrianiſmum, partim Eutychianiſmum. *Mira accuſatio.* *Aduocatus.* [b] MIRATI ſumus aliquos tueri Chriſtum Ieſum ſecundum HVMANAM naturam TANTVM eſſe, dicique Mediatorem; & ſecus ſentientes aperte ARRIANISMI, & id genus hæreſeon inſimulare. *Cauſa hæc cum magni ſit momenti, nec aliàs à me attingenda, iam hoc in loco, pro virili, exactè tractanda occurrit.* *Aduerſarius.* [c] Probandum eſt ſolum ſecundum naturam humanam Chriſtum fuiſſe Mediatorem, ſi ſermo fiat de principio formali non de ipſo ſuppoſito. Primo, ex Scripturis. 1 [*] Tim. 2. Vnus Deus, vnus eſt Mediator Dei ac hominum, HOMO Chriſtus Ieſus. Cur, quæſo, addidit HOMO, niſi ad exprimendam naturam, ſecundum quam Chriſtus eſt Mediator? *Cur quæris? attende.* *Aduocatus.* [d] Sic quidem vrgent ſed quæro ego viciſsim, cur Patres, hunc locum enarrantes, ex eodem loco & vocabulo, Chriſtum eſſe Deum eliciunt, & vrgent? Si Apoſtolus hic Chriſtum Mediatorem ESSE tantum, quatenus hominem intellexerit; atque vocabulum TANTVM, quod introducit, Apoſtolus non appoſuit: quod qui addunt, timeant plagas huic malo denunciatas. Apoc. 22. Nec modo non appoſuit, verumetiam contrarium adiecit. Chriſtus Ieſus, inquit, quorum illud, nomen eſt, non meri hominis, ſed a Deo vncti, & in vnionem perſonæ aſſumpti. Heb. 1. Act. 4. Pſal. 44.

[a] *Bellar. li. 5. de Chriſto cap. 3. in principio §. Teſtatur.*

[b] *Epiſcopus Eſſenſeus Com. in 1. Tim. 2. in Tract. de Chriſto Mediatore cap. 2. & 5.*

[c] *Bellar. quo ſupra §. Probandum.*

[*] *1. Tim. 2.*

Obiectio.

[d] *Epiſcopus Eſſenſeus quo ſupra.*

Solutio.

Posterius etiam nomen est Dei hominis, vt Angelus docet: Math. 1. *Aduersarius.* [a] Obijcit Caluinus locum [*] Ioh. 10. Ego pono animam meam. | Hoc inquit, Mediator dicit, Ego; nec tamen hoc vt homo dicit sed vt Deus. Respondeo. Ponere animam, nihil aliud est quam mori; vt sumere animã, nihil aliud est quam Resurgere. Vtrumq; non Dei, sed hominis, quamuis potestas vtriusq; pro libitu faciendi sit à Deo, vt Patres exponunt: videat ergo Caluinus quos authores sequatur. *Nec quos Autores modò, verum etiam Comites habuerit, tu quæso videas. Aduocatus.* [c] Alij Patres per animum intelligunt tantum alteram partem hominis, quæ Anima dicitur, non autem vitam corporalẽ. Alij vero pro tota vita humana poni malunt, quam Christus & tanquam homo, & TANQVAM DEVS posuerit. Mihi non videtur magnopere interesse, hoc vel illud dicas. *Si de anima, vt est pars hominis, expositio Caluini sit, magis cum textu videatur congruere, quia* [d] Docet Christus se non, vt cæteros homines, mori, quorum in potestate non est animam in corpore detinere, aut expultam in corpus reducere: at Christus non sic, nam in Christo DIVINA PERSONA vnitam humanitatem sibi habuit; sed animam & corpus, &, quando voluit, coniunxit; &, vt qui tenet altera manu ensem, altera vaginam, & ensem è vagina exerit, sic animam à corpore separauit. *Vides ergo*, Ego, *cuius erat ponere & resumere, diuinæ naturæ ascribi maximè: humana autem, resumi, & poni, id est, mori, atq; resuscitari. ad Patres festinamus. Aduersarius.* [b] Refellitur Protestantium error ex Patribus Cyrillo, Chrysostomo, & Augustino. *Refutator scz. Aduocatus.* [e] Habemus ex Græcis & Latinis magno consensu de vtriusque naturæ, ad Mediatoris nomen, concursu necessario velut grauissimum, & vnamine Senatusconsultum. inter quos sic [*] Chrysostomus: vt qui se interponens, vt litem discordiamque dissoluat, hunc quidem dextra, illum sinistra tenens, vtrosque in amicitiam reducit. sic Christus inter nos & Deum se medium ingessit. VTRAMQVE NATVRAM sociauit, vnione naturarum DIVINITATIS,

[*] *Bell. quo supra cap. 6. in prin.*
[*] *Ioh. 10. 18.*
Ratio Caluini impugnatur.
[c] *Maldonatus Iesuit. Comm. in hunc locum. Confirmatur.*
[d] *Tolletus Iesuit. Com. in Ioh. 10.*
[b] *Bell. quo supra cap. 4.*
[e] *Patrum testimonijs Bellarminus abutitur.*
[a] *Espenseus quo supra.*
[*] *Chrysost. vt citatur à Virgilio li. 5. contra Eutycletem.*

VINITATIS, & HVMANITATIS, meritò Medius & Interceſſor dictus, vt inquit * Theodoretus, & Leo huius nominis primus idemque magnus Pontifex: Qua ratione inquit, Mediatoris veritatem impleret, niſi in forma Dei æqualis Patri, in forma Serui particeps eſſet, & noſtri. Ex * Cyrillo: nec propter carnis diſpenſationem Mediator vocatur, vt alij Græci Patres de ratione Mediationis vtramque naturam eſſe ſentiunt: idque ex * Bernardo videre eſt, de ratione Mediationis ſaluificæ, eſſe vtramque Chriſti naturam; quia oportebat Mediatorem, non modo ſatis-pati, verum etiã ſatisfacere, quod PVRVS HOMO NEQVIT: et actio Chriſti dicitur θεάνδρικη, dei virilis, ſeu (vt ita dicã) humani-diuina, vt deducit eximius Theologus * Damaſcenus de orthodoxa fide. *Habemus Patronos celeberrimos Chryſoſtomum, Theodoretum, Bernardum, Damaſcenum, etiam ſummum Pontificem, reſtat vt Auguſtini calculum exquiramus. Aduerſarius.* [1] Noſtram ſententiam Auguſtinus in ſuis decem tomis apertè confirmat. *Aduocatus.* [2] Quod ſi Auguſtinus videtur negare Chriſtum Mediatorem eſſe quoad diuinam naturã, conciliandus ſibi erat, non nobis obiectandus, nimirum quia negat Chriſtum mediatorem fuiſſe, niſi vel vt hominem iam factum, vel olim promiſſum agnoſcimus, quia eadem erat veterum fides de Chriſto venturo, & noſtra in ventum. Idem Auguſtinus negat Chriſtum Mediatorẽ eſſe vt Deum, hoc quoque cognoſcimus, ſed intelligit, vt Deum purum, nullo reſpectu habito ad hominem factum, vel faciendum, ſed in ſua immortali & impatibili natura conſideratum. hæc expoſitio violenta non eſt, ſed ex mente * Auguſtini, vt patet, Mediatorem, inquit, habere oportet & humanitatem tranſeuntem, & beatitatem permanentem. *Aduerſarius.* [1] Refellitur idem error rationibus, prima eſt: Mediator debet eſſe Medius, id eſt, diſtans ab vtraque parte diſſentiente aliquo modo: ſic Chriſtus, vt homo diſtat à Deo, vt Iuſtus ab hominibus: & contra, vt homo, conuenit cum cæteris hominibus; vt Iuſtus, diſtat ab hominibus: At Chriſtus, vt

* *Theodoretus in dialog. de Iucar.*

* *Epiſt. 86.*

* *Bernard. ſerm. de Circumciſione.*

* *Lib. 3. de orthodoxa fide. cap. 19.*

[1] *Bellar. quo ſuprà.*

[2] *Epiſc. Eſſenſaus quo ſuprà*

* *Lib. 9. de Ciuit. Dei. cap. 15.*

[1] *Bell. quo ſuprà cap. 5. Fucus primus.*

Deus, non diſtat à Deo vllo modo, ergo vt eſt homo iuſtus, eſt Mediator inter Deum iuſtum, & homines peccatores. *Tu Chriſtum medium fingis tanquam* Homo et Iuſtus: *Nos dicimus mediũ tanquam* Deus, & homo, θεάνθρωπος; *nec Chriſtianus quiſquam (pace tua dixerim) de Mediatore inter Deum, & hominem, aliud vnquam ſomniauit. Aduocat.*

[a] Ozorius Ieſ. Tom. 4. Domini. 3. Aluentus in Ioh. 1. Quare Chriſtus Mediator dicitur.

[a] Medium vtroque extremo participare debet, ecce extrema DEVS ET HOMO, omnino extrema iſta, ſicut cœlum & terra; ecce MEDIVM participans iſta extrema Chriſtus dominus, qui DEVS ET HOMO EST. [b] Quærendus eſt medius, (inquit Auguſtinus) qui non modò DEVS eſt, verum etiam HOMO: Chriſtus eſt (*inquit* [c] Cyrillus) & perfectè VTRAMQVE in ſeipſo NATVRAM CONTINENS. naturâ DEVS Patri, hominibus vt HOMO coniunctus. atque hoc eſt PROPRIVM noſtri Mediatoris (vt inquit [d] Chryſoſtomus) vt ſit VTRIVSQVE naturæ particeps, diuinæ & humanæ: nam verus homo remanens Mediator eſſe nequibat, cum Mediatorem oportet, cum Deo colloqui, quod Chriſtus Mediator eſt: indè liquet (inquit Theophylactus) quod DEVS eſt, quia Mediator duorum quorundam diſtantium medium eſt.

[b] Epiſc. Eſperienſes quo ſuprà.
[c] Lib. 9. de Trinit. cap. 33.
[d] Chryſoſt. hom. 7.

[e] Vt [f] Iob 7. Non eſt qui valeat manum ponere in ambobus.] [g] Tertullianus, His verbis Iob, inquit, Mediatorem deſiderat inter ſe, & Deum; & prophetare videtur de Chriſto Mediatore, & ſanè hic Mediator manum ponit in AMBOBVS: nam hic quidem dextra Patris eſt, per quam Pater iurat, Seque magnificat, tum etiam nobis dextram dedit, cum nobis naturam humanam copulauit. Mediator veriſimus non ſolùm officio & munere, ſed etiam ſubſtantiâ & naturâ. *Non itaque hæc manus* In ambobus *vt homo iuſtus, ſed vt homo Deus. Aduerſ.* [h] Si Mediator eſſet coniunctim, ſecundum naturam diuinam, tum Mediator eſſet ſui ipſius, vt Deus eſt, quod inuoluit apertam contradictionem. *Adeſt qui tibi neceſſariò contradicendum eſſe ſtatuit. Aduocatus.* [i] Hic modus loquendi, qui negat Chriſtum & ſibi & toti trinitati pro nobis ſatisfeciſſe omnino

[e] Pineda Ieſ. Com. In hunc locum.
[f] Iob. 7. 33.
[g] Liber Patient. ad finem.

[h] Bellar. quo ſuprà §. Secundo. Futus ſecundum.
[i] Suarez Ieſ. in Thom. Tom 1. qu. 1. art. 2. diſp. 4. ſect. 5. §. Sed hic.

MIHI

MIHI DISPLICET; eſt apertè contra Scripturas. [a] 2. Cor. 5. Deus erat in Chriſto reconcilians mundum ſibi.] Vbi ſicut Deus dicitur eſſe in Chriſto ratione DIVINAE naturæ, *ita ratione* EIVSDEM dicitur reconciliaſſe mundum ſibi. *Inſtas. Aduerſarius.* [b] Poſsit quis per ſeipſum reconciliare inimicum ſibi, at non tamen ipſa pars erit Mediator ſibi. *Arguta ſubtilitas. Symmiſta tuus diſcrimen nullum facit: nam paulò poſt, Aduocatus.* [c] SIC etiam Mediator vocatur Dei, QVATENVS DEVS, vt late tractat Cyrillus. *Expreſſius verò Ieſuita alius, ſed Ieſuita tamen, nec planè ignobilis. Aduocatus.* [d] Chriſtus obijt munus MEDIATORIS APVD SEIPSVM, vt Deus, qui vna cum Patre, & Spiritu Sancto erat peccatori infenſus, ac tantum abeſt, vt Chriſtus, qua Deus & homo eſt, non potuerit eſſe Mediator noſter apud Deum, vt contra potius ſequatur, NISI DEVS ET HOMO eſſet perfectus, eſſe Mediator non potuerit, vt pulchrè PATRES OMNES demonſtrant. *Hac quoq́, non ſucceſſit, vtere aliâ, eâq, Achilleâ. Aduerſarius.* [e] Ratio alia, ſine ſuſpitione Arianiſmi hoc, non poteſt, quia Mediator, qua Mediator eſt, cum debeat ſacri-ficare, ſupplicare, & intercedere, neceſſario minor eſt Deo, cui ſacrificat, ſupplicat, intercedit. qui orat minor eſt. *Præclarus tu quidem Diſputator, qui armis Hæreticorum conaris cauſam Orthodoxam labefactare. nam Aduocatus.* [f] Sic obijciunt Ariani, non deſunt qui reſponderunt, non eſſe inæqualitatis argumentum. Rogare. quia DEVS POPVLVM ſuum ROGAT. Mich. 6. & Deus, ac Chriſtus omnes NOS ROGAT vt reconciliemur. 2. Cor. 5. Theodoretus exemplum introducit, vt ſi duo Reges eodem honore & poteſtate æquales ſint, & alter precibus aliorum auditis, qui eos offendunt, petat à regni conſorte, vt illis reconcilietur, idne de eius, qui petit, dignitate quicquam detrahit? nequaquam. multo minus hic, quæ enim placent Patri, placent filio, & vna eſt vtriuſque voluntas. Secundo. *(ſi modum Rogationis ſpectemus)* [g] Reſpondendum eſt EX PATRIBVS, id eſſe interpellare, non ſupplicantium

[a] *Bell. quo ſupra §. At. Fucus tertius.*
[b] *Suarez Ieſuit. quo ſupra.*
[c] *Valent. Ieſ. lib. 1 de Vnit. & Trin. cap 22.*
[d] *Bellar. quo ſupra cap. 5. §. Quarta ratio. & cap. 8. Fucus quartus.*
[e] *Epiſc. Eſpenſeus quo ſupra.*
[f] *Idem. ibid.*

Seruorum more, ante pedes Patris volui, ſed ſuum corpus, iam glorificatum, Patri quaſi noſtrum pignus oſtendere. Vt * Gregorius ait: filium pro humanâ naturâ rogare, eſt, eandem naturam in diuinitatis ſuæ celſitudine ſuſcepiſſe: interpellat igitur non voce, ſed miſeratione, quia quod damnari in Electis noluit, ſuſcipiendò liberauit, vt Chryſoſtomus. Eſt charitatis oratio, non vocis. Tertio. Reſpondeo, præter hanc corporis ſui perennem repræſentationem, & exhibitionem coram Patre, quæ eſt ad perpetuam interceſsionem valida, alia eſt precationis ratio, qua cœleſtis Sanctuarij Sacerdos vtitur Heb. 6. &c. nimirum quod Sanctorum preces, & vota ad Deum defert. quia idem Chriſtus NOBIS eſt OCVLVS, inquit * Ambroſius per quem videmus Patrem, vox quâ Patrem alloquimur, DEXTERA per quam Sacrificia Deo offerimus: idq; notat ex Eccleſiæ ritu * Primaſius. nos quia puri homines ſumus ad Patrem per filium accedimus, per eum preces ad Deum dirigimus, in hunc modum concludentes. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: ita vt vel nominis eius inuocatio nos Patri gratos reddat. Poſtremò. Reſpondeo. Chriſtus in ſua perſona orat, & offert pro nobis, vt homo tantum. ſed non tantum de Mediatore ſacrificante, & orante agimus, ſed etiam EXORANTE, PERLITANTE, propitiante, qualis homo ſimplex non erat futurus, ſed eius orationis EFFICACIAM ex deitate pendere magno cum conſenſu, cum PATRES, tum etiam SCOLASTICI EX SCRIPTVRIS docent. cuius poſtulatio (inquit * Ambroſius) contemni non poteſt, quia in dextra Dei eſt, hoc eſt in honore, quo Deus, idque demonſtratur in locis Scripturæ, in quibus Sacerdotij eius deſcribitur diuina virtus. [Heb. 5. Sacerdos in æternum. & ſaluare in perpetuum accedentes, ſemper viuentem ad interpellandum pro nobis. 1 Cor. 10. Heri, hodie, in æternum. Heb. 8. ſecundum ordinem Melchiſidechi, ἄπατωρ ἀμήτωρ:] ſic Chriſtus illud, vt homo hoc vt Deus. [Hebr. 5. exauditus, & quidem cum eſſet filius Dei, vt Patres exponunt, Chriſtus duplici

* *Lib. de Iſaac Patriarch. ca. 8. Eleganter Ambroſius*

* *Super. Hebd. 6*

Reſponſio ſolida & cum cauſa coniunctiſſima: quam etiam Proteſtantes amplectuntur infrà lit. z.

* *Ambroſ. Com. in Rom 8.*

duplici reſpectu exauditus erat, & hominis aſſumpti merito & filij aſſumentis præſtantia. & NON MINVS natura diuina cum humana, quam humana cum diuina, Meritò & Catholicè ab Auguſtino Mediatrix dicitur. *Quicquid tandem obiici poſſit vno Proteſtantium reſponſo facile infringitur. Aduerſarius.* [1] Diſtinguunt Proteſtantes opera Mediatoris, & quædam eſſe volunt humanitatis, quoad rem, quædam diuinitatis, QVOAD EFFICACIAM, vt pati, mori; Quædam ſolius diuinitatis, vt illuminare, & peccata remittere: Victimam verò eſſe naturæ humanæ; ex quibus conſtat, quæ ſit eorum ſententia, quæ aperte introducit hæreſin, & tamen hoc modo occurrit argumentis noſtris Ioſias Simlerus: Sacrificare *(inquit)* quoad ſubſtantiã operis eſt, actio propria humanitatis, ſed efficacia & dignitas eius eſt, propria diuinitatis, at non ita eſt. *Diſtinctio hæc tibi videtur hæreſin introducere: qua tamen: Aduocatus.* [2] Diſtinctione vtendum eſt, nam ſi quæſtio eſt, per quid propriè munus Mediatoris obierit, dicendum eſt, tantum Mediatorem vt hominem, ſi per quid fuerit, ſiuè à quo valorem acceperit eius muneris Functio: Orthodoxa eſt Patrum ſententia, CONIVNCTIM vt Deum, & hominem, non paſſus eſt pro nobis ſecundum diuinitatem, tamen SECVNDVM VTRAMQVE NATVRAM OPERATVS EST *(qua tria verba totam Bellarmini defenſionem planè iugulant)* reconciliationem Deo. *Scholam appello.* [3] Dicendum quod duplex eſt efficiens; Principale, & Inſtrumentale: Efficiens quidem principale humanæ ſalutis eſt Deus; quia verò humanitas Chriſti, eſt diuinitatis inſtrumentum, ideò ex conſequenti, omnes actiones & paſſiones Chriſti inſtrumentaliter operantur in virtute diuinitatis ad ſalutem humanam: Et ſecundum hoc paſsio Chriſti efficienter cauſat ſalutem humanam. [4] Scholaſtici Meritum, Satisfactionem, Mediationem, Redemptionem, naturæ quidem humanæ aſcribunt, ſed quatenus talem: hoc eſt, quatenus eſt tantæ efficientiæ, dignitatis, ſufficientiæ, & (vt ita dicam) ſuperſufficientiæ

[1] *Bell. qua ſuprà ca. 3. § Secundò & ca. 5. §. Contra ſi, &c. Ipſe Cardo quæſtionis.*

[2] *Valent. Ieſ. lib. de Chriſto Redempt. part. 2. cap. 4.*

[3] *Aquinas part. 3. qu. 48. art. 6.*

[4] *Epiſc. Eſpenſæus ſuprà Com. in 1. Tim. 2.*

entiæ quam naturæ diuinæ; ſeu perſonali cum eandem vnioni tribuunt: merere, mediare, ſatisfacere naturæ aſſumptæ eſt, inquit Caietanus. vt autem ea tantæ in ſatisfaciendo efficaciæ ſint, ex diuinitate habent; & Gabriel Biel obſeruat ex illo: Per Chriſtum Dominum noſtrũ. Per, inquit, Præpoſitio Mediationem ſignificat, Chriſtus dominus, VTRAMQVE NATVRAM. Idem habet Gloſſa Anſelmi. Summa omnium eſt: Sicut pro ſalute noſtrâ orare deus, niſi homo factus; ita exorare homo, niſi deus ſimul exiſtens, non poterat. Lachrymas, preces, reliquaſque Mediationis exequutiones non ſimpliciter contemplamur; ſed vt Redemptrices, expiatrices, propitiatrices, exoratrices, ſatisfactrices, & vt tales NON magis AB HOMINE TANTVM, quam à Deo tantum, ſed AB HOMINE DEO profectas. *Hæc, & multa plura in hanc ſententiam veſter Epiſcopus Eſtenſanus. quæ hûc ſpectant, omnia, quanta potui breuitate, perſtrinxi; in quo tamen fui, quam ſolebam prolixior, quia & cauſa ipſius grauitas enucleatam expoſitionem poſtulabat, & occaſio nulla erit eam deinceps explicandi.*

[a] *Bell. lib. 4. de Chriſto cap. 1. Idem etiam obiecit Armandus Ieſuita in Epiſt. ad Camieracum. idem habet Suarez Ieſ. Tom. 1. in Tho. qu. 10. art. 2. diſp. 25.*

CAPVT. LIIII.

Calumnia Quinta.

De Scientia Humana Chriſti naturæ.

[b] *Valent. Ieſ. Tom. 4. diſp. 1. q. 15. punct. 1. Inſcitia Calumniatoris.*

[c] *Maldona. Ieſ. Com. in Matth. 24.*

[d] *Alphon de Caſtro lib. adverſ. hæreſ. Tit. Deus.*

ADuerſarius. [a] Agnoitæ Hæretici docebant Chriſtum ignoraſſe Diem iudicij: neque hoc diuinitati, ſed animæ humanæ tribuebant, vt ex eorum argumento elicimus; hanc hæreſin ſequuntur Omnes fere huius temporis hæretici, qui aiunt Chriſti ANIMAM HVMANAM verè aliquid ignoraſſe. [b] In eodem errore ſunt Proteſtantes præcipui. *Erratis craſſiſſimè. nam Aduocatus.* [c] Agnoitæ, vt ex Damaſceno colligitur, SIMPLICITER Chriſto ignorantiam tribuebant, qui credebant DIVINITATEM in humanitatem eſſe conuerſam. [d] Agnoitæ IGNORANTIAM

TIAM impingebant DEO, & ad hoc vſi ſunt argumento ex Math. 24. De illo die nemo ſcit: *Ex hoc argumento quid tandem elicimus?* Agnoitæ Chriſto ſimpliciter (*vt ait Maldonatus*) *& vt planius Alphonſus*, Chriſto Deo ignorantiam impingebat. *Numirum toti perſonæ Chriſti, at* Proteſtantes, *inquis*, ignorantiam animæ humanæ tribuunt. *O igitur, Bellarmine, aut cæcam tuam ignorantiam, aut occultam malitiam. Nunc de humana Chriſti ignorantia agamus.* *Aduerſarius.* [1] Chriſtus, inquit Lutherus, non omnia ſimul intellexit: in omnibus, inquit Lutherus, Chriſtus erat ſimilis nobis, excepto peccato, ergo proficiebat ſcientia. Chriſtus, inquit Caluinus, noſtra cauſa ignorantiam ſubire non abnuit, at communis Catholicorum ſententia eſt Chriſtum nihil a primo ortu didiciſſe, quod antea neſciret, ita docent cum Magiſtro omnes Theologi, etiam omnes Patres. *Imo hoc quod Proteſtantes docent Chriſtum a primo ſuo ortu ſecundum totam perſonam, ſed non ſecundum totum perſonæ, omnia nouiſſe tanquam dogma, Orthodoxum Theologi, & Patres tenuerunt. Aduocatus.* [2] *Luc. 2. Proficiebat ſapientia, ætate, gratia. &c.] Non me fugit, quomodo alij hunc locum exponant: non quod Chriſto quicquam, inquiunt, acceſſerit, à tempore, quo conceptus eſt in vtero Matris, ſed quod dotes ſuas, quibus erat cumulatiſsimus, magis & magis expromeret, excerceretque. rurſus ſunt qui aliter ſe expediunt, vt dicant eaſdem dotes Chriſto aliter contigiſſe, & quas afflatu prius habuit, mox ſtudio, vſuq; comparaſſe. quorum ego Sententiam non refello. tantum expendat Lector, num hoc incolumi fidei ſinceritate ſentiri poſsit, cum extra controuerſiam ſit quibuſcunque Dotibus Chriſtus præditus ſit, beneficentiæ fuiſſe diuinæ, deitatem PER GRADVS QVOSDAM impertiiſſe naturæ aſſumptæ, præſertim cum apud Lucam bis in eodem Capite legamus, Proficiebat ſapientia, ætate, gratia. ſicut vere proficiebat ætatis acceſſu, ita verè profeciſſe videtur Dotium incrementis, & quod dicitur, plenus fuiſſe gratia, & ſapientia; id non impedit profectum, cum

[1] *Bell. ſup. lit a.*

[1] *Bell. lib. 4. de Chriſto cap. 1.*

Proteſtantium ſententia.

[2] *Eraſ. Paraph. in Luce 2.*

[2] *Luc. 2.*

idem de Ioshuah dicitur. neque vero nos mouet, quod hoc aliquo modo pugnet cum aliquo placito Scholasticorum, sed an quod apertè scripsit Lucas fidei sinceræ aduersetur, cui est omnibus modis adhærendum. *Hanc Protestantium sententiam Iansenius deserit, quam tamen Hæreticam esse dicere, abnuit. sed tu ad scholam prouocas; nos (nec eam contemsisse videamur) Scholasticorum Homerum consulemus, causam ipsam maturiori Iudicio consulentem.* [b] Iam, quamuis alibi aliter scripserim, DICENDVM est in Christo FVISSE SCIENTIAM ACQVISITAM, quæ propriè est scientia secundum modum humanum, non tolum ex parte subiecti recipientis, sed etiam ex parte causæ agentis. sed modo, qui est perfectior, id est INVENIENDO SCIENTIAM à se non addiscendo ab alio. *Germanus profectò sensus Caluinianus: nunc insuper Patronos nostros accersamus, quos tu tibi vniuersos vendicas.* Sic, *inquis*, omnes Patres. *Enim-vero Aduocatus.* [i] Multi veteres Patres, Athanasius, Gregorius, Nazianzenus, Theodoretus, Cyrillus, autor operis imperfecti in Math. docuerunt Christū QVATENVS HOMINEM, diem Iudicij IGNORASSE *Nec deest nobis Sanctus Ambrosius.* [k] Fatetur Ambrosius Christum, QVOAD HOMO ERAT, PROFECISSE SAPIENTIA. *Verba Ambrosij agnoscite.* [l] Quomodo proficiebat sapientia docet te ordo verborum, Profectus est ætatis, profectus sapientiæ | Ideo profectum ætatis præmisit Lucas, vt secundum hominem dictum crederes. *Et Chrysostomus.* [m] Magi non pueritiæ detulerunt honorem NIHIL INTELLIGENTI, sed diuinitati suæ, omnia cognoscenti. *Instat. verò Iesuita. Aduersarius.* [n] At, dicere Christum aliqua ignorantia laborasse, est ac si diceres eum Originis vitio sordidatum fuisse. *Falleris Rabbi. quia Aduocatus.* [o] Duplex vt Theologi statuunt, est Ignorantia: altera puræ negationis; prauæ dispositionis altera, & hæc quidem repugnat statui Innocentiæ, ILLA VERO MINIME. [p] Nec Adam, priusquam peccabat, omnia sciebat. [q] Nec Angeli ipsi cognoscunt diem nouissimum,

QVALIS

Sententia Scripturis consentiens.

[b] *Aquinas part. 3. qu. 9. art. 4. Eam Aquinatis opinionem secunda confirmat.*

[i] *Maldonat. Iesuita Comm. Matth. 24. Eidem patrocinantur patres.*

[k] *Iansenius concord. in Luc 2.*

[l] *Ambros. de Incarnat cap. 7.*

[m] *Chrysost. in Matth 2. hom. 2.*

[n] *Campianus Iesuita Rat. 8. Dubitat puerilia.*

[o] *Perer. Iesuita Com in Gen. 6. disp. 4. Solutio.*

[p] *Bell lib. de Grat. primi hominis.*

[q] *S. bola vniuersa. vide Lombard. Thomas & Suarez Iesuitas infra ostendit.*

QVALIS IGNORANTIA SINE LABE PECCATI

ijs perpetua fuit. *Itaq; in hac cauſa Conſcientiam, aut ſaltem ſcientiam deſideramus. quid ita? Tu enim,* Omnes Scholaſtici. *Ille (anteſignanus Aquinas)* non. *Tu,* Omnes Patres. *Ille,* multi non, *Tu,* perinde poſitis, peccatum Chriſto tribuere. *Ille,* nequaquam. *Sic inter vos conuenit ſcz. Deniq; veram hæreſin in Agnoietis diſſimulas, vt Proteſtantibus falſam affingas: &, vt Proteſtantes Hæretici ſint, Agnoietæ non erunt: ne Proteſtantes Hæretici non ſint, Patres etiam multi erunt. Ad concluſionem feſtino.* [r] Non omnis carentia, ſeu negatio ſcientiæ dici poſsit vera Ignorantia; quia Ignorantia non ſignificat quamcunque negationem cognitionis, ſed priuationem illius cognitionis, quæ ineſſe DEBET iuxta ſtatum propriæ naturæ; vt non dicitur homo ignorans, quod caret ſcientia Angelica, ita Chriſtus nihil eorum neſciuit, quæ OPORTVIT ſcire, conſiderata perſonæ eius dignitate. *Quod nemo Chriſtianus non libenter dabit. iam vero vtrum ad Chriſtum Redemptorẽ mundi, quatenus hominem, Iudicij diem cognoſcere oportuit, hoc eſt de quo ambigitur, & quidem merito. quippe Scripturæ illa* [t] Math. 13. De die illo nemo ſcit, neque Angeli de cœlo, neque Filius.] *Vos non mediocriter torquet. Cum perſonas aduerſantes examino, video partem vtramq; pio zelo duci; cum opiniones ipſas, non poſſe quemquam in alterutra pernitioſe errare: quod quamuis non ad diuerſas ſententias, attamen ad animos, diuerſa ſentientes reconciliandos ſatis eſſe debet.*

[r] Suarez Ieſuit. Tom. 1. in Tha. 9. 9. art. 1. diſp. 24. § 3.

[t] Math. 13.

CAPVT. LV.

[s] Colleg. Anglo-Rhen. enſ. annot. in Hol. r. 5. 7. & Campianus Ieſ. Rat. 8.

Calumnia Sexta.

De Chriſti triſtitia. in hac ſolum Caluinum inuadunt.

[b] Maldonat. Ieſ. Comm. in Math. 27.

ADuerſarius, [s] En horribilem Caluini blaſphemiam! dicit Chriſtum deſperâſſe. [b] Inſignis eſt Caluini blaſphemia Chriſto blaſphemiam tribuentis. [c] Forte in pœ-

[c] Bell. lib. 4 de Chriſto cap. 8. 5. Et hinc, &c.

nam huius peccati Caluinus ipſe in morte deſperabat. *Anathema Caluine, tibi, ſiquidem id dixeris, vel per ſomnium quidem, accuſatores audio.* Caluinus dixit, *Inquitis*, Chriſtum deſperâſſe: & Caluinus, *inquitis*, Chriſto deſperationem tribuebat. *Aduocato hic nobis opus eſt, quoad fieri poſſit diuinè ſcu. ſed perinde erit, atq; acceperitis. Aduocatus.*

Pellucidum mendacium.

[a] Caluinus dicit Chriſtum NON DESPERASSE. Hæc ſunt verba Caluini: quanquam, inquit, carnis ſenſus exitium apprehenderit, FIXAM tamen ſtetiſſe fidem eius in corde, cum dixit [DEVS MEVS,] præfatur ſe ad Deum ſuum confugere, quibus Caluinus ſignificat Chriſtum NVNQVAM DESTITVTVM fuiſſe VERA FIDE; quæ illum erigebat contra omnes tentationes. *Quid igitur non dixerit, vel Aduerſarius fatetur, quid etiam dixerit, audire ab Aduerſario minimè recuſabimus. Aduerſarius.*

[a] *Bell. lib. 4. de Chriſto cap. 8. §. Nota ſecundò & §. Sexto ſi.*

Mendacium detegitur.

[b] Chriſtus inquit Caluinus, verba deſperationis protulit, & damnati, atq; perditi hominis cruciatus pertulit, ſentiebat ſe a Deo derelictũ, cum Diaboli poteſtate, & mortis horrore, cum Infernorum doloribus manum conſerendo, factum eſt, vt referret de illis victoriam. *Si verba premis, audi Collegam tuum. Aduocatus.*

[b] *Ibidem.*

[c] Cum Chriſtus Deus & homo eſſet, ita Deus hominem, quaſi diuinitatem ſuam cohibens, pati permittebat, vt ſi purus homo eſſet. vt PVRVS HOMO, ſe à Deo derelictum eſſe queritur, non quod ſe à Deo derelictum eſſe ſentiret, ſed quod ita ſe pati ſentiret, Quemadmodum ſi ab eo derelictus fuiſſet. quamobrem ex hominis à Deo DERELICTI MORE clamat. [DEVS MEVS, cur me dereliquiſti?] vt hominis extrema patientis ſupplicia, & à Deo DERELICTI PERSONAM EXPRIMAT, Chriſtus hæc verba non pro nobis, ſed PRO SEIPSO exprimit. *At inſtas.* Dixit Caluinus, Chriſtum ſenſiſſe ſe à Deo derelictum. *Dixit? & quid dixit aliud, qui ait*

[c] *Maldonatus Iſ. Comm. in Matth. 27.*

Verba aduerſariorum cum verbis Rei conferuntur.

[d] Martyres alij cocti ſunt aqua, paſſiones enim illorum multis modis refrigeratæ ſunt, & mitigatæ. Chriſtus verò NVLLAM habuit in parte inferiori CONSOLATIONEM, nec à parte SVPERIORI, nec à deo. quod ſignificauit

[d] *Petrus Iſſeit. Com. in Exod. 12. diſt. 7.*

ficauit, dicens: [Deus cur me dereliquiſti.] TOTVS aſſumens eſt igne. *Nec non Aquinas.* [b] Chriſti animã ſecundum VIRES INTERIORES efficaciſſimè apprehendit omnes cauſas Triſtitiæ noſtræ, aſſumpſit TRISTITIAM MAXIMAM quidem QVANTITATE ABSOLVTA, cuius dolores excedebant omnes dolores quos homines pati poſſunt in hac vitâ, non tamen excedebant regulas rationis. [c] Dereliquit eum Deus non ſecundum diuiſionem vnionis Dei, ſed ſecundum ſucceſsionem protectionis. [d] In Math. 27. cœpit contriſtari. Græcè ἀδημονεῖν, quæ vox non proprie mœrere ſignificat, ſed graviter angi, & PENE EXANIMARI, & deficere præ mœrore, & hic locus valet aduerſus Hæreticos qui negarunt in Chriſto fuiſſe animam humanam. [e] Dolor excelsit in immenſum omnes hominum dolores. *Hactenus ex dictis tuorum, dicta Caluini aſſeruimus, nunc conſequentia tua, ex reſponſis veſtris, occurremus. Aduerſarius.* [m] Vel ergo fit verba deſperationis voluntatè deliberata, vel non: ſi primum, tum verè deſperabat: ſi ſecundum, inordinationem affectionum ſentiebat. *Aduocatus.* [n] Caluinus reſpondet, non fuiſſe deliberatam dubitationem, ſed ſolum immiſſam à diabolo per tentationem: quia dicit Chriſtum cum deſperatione luctari, ſed NON fuiſſe VICTVM. *Sed inſtas. Quomodo ergo non erat* Affectionum inordinatio? *Duplex accipies reſponſum: primum. Aduocatus.* [o] ἀδημονεῖν, ſignificat vehementi obiecti diſcriminis metu angi, & quodammodo EXANIMEM & ATTONITVM eſſe. Alij dicunt triſtitiam hanc non πάθος, ſed συμπάθειαν, id eſt, non paſsionem, ſed propaſsionem fuiſſe; quod Theologi inter primos, & ſecundos motus diſtinguunt. Paſsionẽ eſſe, quæ animam aliqua ratione turbat, & aliquem quamuis imperfectum voluntatis conſenſum extorquet. Propaſsionem, quæ hominem quidem MOVET, & aliquem doloris, aut delectationis ſenſum affert, ſed animam de quiete ſua non deturbat. Ita Origines, Hieronymus, Beda exiſtimant Chriſtum fuiſſe triſtatum. *Hunc ſenſum Ianſenius quoq; con-*

[b] *Aquinas part. 3. q. 46.*

[c] *Seuerus Eliſior. 6. annot. 164.*

[d] *Ianſenius concord. in vnum locum.*

[e] *Nazian. Iuſ. Tom. 1. in Dom. 2. quadrageſ.*

[m] *Bell. quo ſupra. §. At pœna. Dilemma Bell.*

[n] *Ibid §. Denique & §. Sexto &c.*

Solutio.

[o] *Maldonat. Iuſ Com. in Matth. 26.*

[1] *Ianſenius quo ſuprà.* *corditer amplectitur.* [1] Erat, inquit, tantum PROPASSIO: cui voluntas non aſſentiebatur, NON EST PECCATVM, cum bonum mutatur in melius. *Si minus hoc reſponſum tibi arriſerit, habeto aliud, mea quidem ſententia appoſitiſſimum.*

[2] *Maldonat. Ieſ. quo ſuprà.* [2] Sunt ex Scholaſticis, qui dicunt Chriſtum fuiſſe triſtatum tantum in inferiore animæ parte, quæ in corpore eſt: At Chriſtus ſignificat triſtitiam OMNES ANIMAE SUÆ PARTES occupâſſe: melius igitur alij, qui dicunt diſpenſatione quadam factum eſſe, vt Chriſtus triſtitiam in animæ partem SVPERIOREM admiſerit, QVANDO VOLVIT, ET QVA RATIONE VOLVIT. Eleganter enim [3] Auguſtinus: Huiuſmodi affectus, ſicut carnem humanæ infirmitatis, & mortem carnis, Dominus Ieſus NON CONDITIONIS NECESSITATE, ſed RATIONE VOLVNTATIS ſuſcepit. rectè etiam [4] Damaſcenus ſcripſit, hoc inter noſtras & Chriſti paſsiones intereſſe, quod NOSTRAE VOLVNTATIS PRAEVENIVNT actionem, Chriſti SEQVANTVR: nos non niſi NOLENTES paſsiones habere, Chriſtum non niſi VOLENTEM habuiſſe. Deinde, quod noſtræ ex NECESSITATE, & EX PECCATO ORIGINALI naſcuntur: Chriſti NEC ex NECESSITATE, nec ex ORIGINALI PECCATO, ſed ex MISERICORDIA NATAE ſunt. Nam eſuriuit pro nobis, ſitiuit pro nobis. Negari Chriſtũ timuiſſe mortem, ſalua ſcripturæ autoritate nũ poſsit. Nec propterea timidior multis martyribus cenſendus eſt, ſed fortiſsimus, qui non niſi QVIA VOLVIT, timebat. at ſi voluntate ſua timuit, inquies, cur timere voluit? poſsim ego vno verbo reſpondere. Si voluntate ſua mori voluit, cur mori voluit? vtique pro nobis timere voluit. Triſtis eſt anima &c. Idem quod [5] Dauid in perſona Chriſti dixit. Circumdederunt me dolores mortis, PERICVLA INFERNI inuenerunt me. maiore admiratione dignum eſt, quamobrem Chriſtus tantopere mortem apprehenderit, vt ſanguinem ſudaret. reſpondet [6] Thomas: quia non ſolum mortem, verum etiam mortis potiſsimam cauſam OMNIVM hominum PECCATA

[3] *Auguſt. in Pſal. 87.*

[4] *Damaſcenus lib. 3. de Fide Orthodoxa cap. 20.*

[5] *Pſal. 114.*

[6] *Aquinas 3. p. qu. 46. art. 6.*

ANIMO

animo concipiebat. in quam ſententiam * Ambroſius pie ſane & eleganter ſcripſit. Chriſtus minus contuliſſet mihi, niſi meum ſuſcepiſſet affectum, ergo pro me doluit, qui pro ſe nihil habuit; ſuſcepit triſtitiam meam, vt mihi lætitiam ſuam largiretur. & veſtigijs meis deſcendit ad mortis ærumnam, vt nos ſuis veſtigijs reuocaret ad vitam. *Hæc omnia Ieſuita. Quorſum hæc? minimè animaduerte. tu vel ex dictis C. Iuni, vel ex dictorum conſequentia Blaſphemiam elici poſſe putas. Quid verò Caluinus dixit, quod non Ieſuita aliquis diſertè aſſerit? Quid tu obijcis, cui non Ieſuita aliquis ſatisfecit? Dicta cum dictis confer amus. Iste ra C. Caluinum: I. Ieſuitam denotat.* C. Chriſtus damnati, & perditi hominis cruciatus pertulit I. Hominis derelicti perſonam expreſsit. C. Se à Deo derelictũ eſſe ſentiebat. I. in parte animæ ſuperiore conſolationem nullam ſentiebat. C. cum Infernorum doloribus manum conferebat. I. Chriſto propriè conuenit illud Pſalmographi. Pericula inferni inuenerunt me. *Rurſus. I.* Non quod ſe à Deo derelictum eſſe ſenſentiret. C. non quod vera fide deſtitutus erat. *Itaq; aut Aduerſarius tuus Caluinus abſoluendus eſt, aut Fratres tui Germani Ieſuitæ in eodem (vt ita dicam) nigro inſcribendi. nunc ad reſponſa venio. Primum, Tentatio fuit, non tranſgreſſio. Secundum non paſſio erat, ſed propaſſio. Tertium, Si vel paſſiones fuiſſe concedamus, tamen tales ſunt, quæ non præueniebant voluntatis actionem, id eſt, quæ non reluctabantur, rationi, ſed obſequebantur. quia Dolnit Chriſtus, quia voluit. nec ex originali prauitate, ſed ex miſericordi voluntate profectæ ſunt. tantum igitur abeſt, vt ex his blaſphemiæ nota aliqua Caluino inuratur, vt nihil videam pro Chriſti obedientia erga Deum Patrem, vel pro ſua erga nos charitate dici poſſe diuinius. Quamuis enim dum pretium Redemptionis noſtræ per Chriſtum reſpicimus,* ' Non eſt exiſtimandum vel ex multitudine, vel ex magnitudine pœnarum, ſed ex dignitate Perſonæ, quæ patiebatur, & charitate qua patiebatur, § 2 Argumentum. alioqui tam animo quam corpore Chriſtus æternas pœnas pertuliſſet. *Tamen Patronus.* * Chriſtus corpus ſuum pro Corporibus

* *Ambroſius Luc. 22.*

Caluini dicta ex Aduerſariis dictis aſſeruntur.

Verborum ſenſu plani Orthodoxus.

' *Bell. lib 4. de Chriſto cap. 8.*

* *Irenæus lib. 5. cap. 2.*

Corporibus noſtris, animam pro animabus noſtris poſuit. Et* Chriſtus animo & corpore paſſus eſt, licet, pœna corporis eſſet infiniti pretij: *Et Adu.* ‡ Recte Bernardus. Ex magnitudine remedij periculi mei æſtimo quantitatem. *Itaque nec hac perſona patientis dignitate, tum etiam ſupplicij acerbitate, communis cultura Chriſtiana non modo humani ſceleris atrocitatem, verum etiam Dei cum aduerſus Peccatores iuſtitiam, ergo & Pœnitentes infinitam miſericordiam gratiſſimis animis confiteri. doctrina admirationis, pietatis, conſolationis pleniſſima, quod nemo, qui commentarium Caluini in Math. 27. 26. legerit, non facile intelligat: quorum ſumma hæc eſt,* † Spiritus Dei (inquit Caluinus) hæc duo ſimul conciliat, Chriſtum fuiſſe tentatum per omnia ſicut nos, & tamen ABSQVE peccato. vehementer erat Chriſtus commotus, inquit Caluinus, ſed ita vt ſe semper ſe contineret ſub Patris voluntate.

* *Theodoretus Dial. 3. teſte Bellarmino qui ſupra.*

‡ *Rojardus Dom. 6. poſt Pentecoſten.*

† *Staplet. prompt. in Feria 4. hebd. Sancta.*

CAPVT. LVI.

Calumnia Septima. { *Aduerſus vnicum Caluinum quaſi (quod abſit) Chriſto labem peccati aſperſerit.*

* *Bellar. lib. 4. de Chriſto. ca. 1*

* *Math. 26.*

Impietatis crimen pie Caluinus iam diu repulit.

* *In loco quem notandum conſuit Bellarminus.*

ADuerſarius. * Caluinus ait Chriſtum aliquid egiſſe, quod corrigi debuerit, quod etiamſi peccatum fuiſſe non audet dicere; tamen peccatum reuera fuit, ſi corrigi debuerit, * Math. 26. Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix; verum tamen non mea voluntas, ſed tua fiat &c.] votum ſubito elapſum Chriſtus (inquit Caluinus) corrigit, atque caſtigat. nota hæc verba, votum ſubito elapſum: &, caſtigat. in quibus Chriſto peccatum tribuere, non veretur. Nota, *inquis. Natus malus eſt Notator: ſed Narrator peior. Rectè.* * Tenendum eſt NON FVISSE in Chriſto TVRBVLENTOS affectus, qui more noſtro eius animo puram moderationem excuterent, ſed, quantum fieri potuit, ſana & integra hominis natura. *Hæc Caluinus, & tamen Aduerſarius*

ſerius. [b] Caluinus aſſeruiſſe FERTVR docuiſſe Chriſtum INORDINATAM ſuam petitionem cortexiſſe; & ita turbatum fuiſſe, vt SINE SPIRITV orauerit. *Fertur, inquis, ſi non licuit tibi Caluini ſententiam explorare, iniquis Dominis, ſi non placuit, Tyranno iniquiori, viz. voluntati obſtrmatæ obtemperas, vtcumq; cum Caluino inique actum eſt. Nam Aduocat.* [c] Dicit Caluinus naturam Chriſti VNDIQVE PERFECTAM fuiſſe, NEC VLLAM fuiſſe in eo paſſionum INORDINATIONEM. *Sed tu eius verba mordicus arrodis. Nota inquis, & tu nota, obſecro, hæc non diſſimilia verba Sanctorum Patrum. Aduoc.* [d] Chriſtus, inquit Hier. REVERTENS ad ſeipſum, quod ex hominis perſona Chriſtus TREPIDANTER RENVERAT, ex Dei filijque confirmat, cum dicit, Non ſicut ego volo.] id eſt, non hoc quod humano affectu loquor, ſed propter quod ad terras tua voluntate deſcendi. *Nota etiam illud.* [e] Rurſus, inquit [f] Origenes, Chriſtus REVOCANS deſiderium ſuum, & videns quanta vtilitas mundo eſſet futura, per paſſionem ipſius, quaſi RECOGITANS dicebat: non ſicut ego volo. *Hieronymus.* Renuens, & ad ſe reuertens. *Origenes.* Recogitans, & ſe reuocans. *Caluinus.* Corrigens & caſtigans. *Phraſes, cum prorſus eadem ſonant, aut pariter in patribus damnanda, aut in Caluino pariter excuſanda fuerunt. Poſtremo loco conſequentiam tuam aggrediar, quam falſam eſſe omnino tu diſce, vel potius, nos doce. Aduocatus.* [g] Pater tranſeat hic calix; ſed non ſicut ego volo &c.] ac ſi diceret, volo vt non fiat. id eſt, voluntate naturali; quod voluntate deliberata volo vt fiat. nulla eſt contra-dictio, nam non ſunt hæ voluntates circa idem eodem modo conſideratum; & eſt velleitas potius quam voluntas. *Vel ſic.* [h] Illa vox, tranſeat calix, non profecta eſt à Spiritu, ſed à DESIDERIO NATVRALI, *Vel ſic.* [i] Saluator noſter, ſecundum voluntatem PARTIS INFERIORIS, mortem formidans & refugiens, petijt a ſe tranſferri calicem; quem, ſecundum voluntatem partis ſuperioris rationalis, ardentiſſime cupiebat bibere. *Deniq;* [k] Colligitur ex hoc loco duas in Chriſto

[b] *Suarez Ieſ. Tom. 1. in Tho. diſp. 33. ſect. 1. Mendacium cote dignum.*
[c] *Bell. lib. 4. de Chriſto cap. 8. §. Præterea*
[d] *Ianſenius concord. in Matth. 26. Caluini dicta dicta patrum antiquorum patrocinantur.*
[e] *Ibidem.*
[f] *Origen. tract. in Matth.*
[g] *Bell. lib. 4. de Chriſto cap. 5. §. At Scriptura. Senſus orthodoxus elicitur & corroboratur.*
[h] *Ianſenius concord. in eum locum.*
[i] *Pererius Ieſ. Com. in Rom. 9. num. 25.*
[k] *Maldonatus Ieſ. comm. in Matth. 26.*

 fuiſſe

fuisse voluntates, humanam & diuinam. hæc voluntas quæ recusauit mori; NON fuit PLENA & perfecta, sed, vt Theologi volunt, CONDITIONALIS: si possibile est transeat &c. Nec enim dicebat apud se, NOLO mori, sed NOLLEM mori: quæ voluntas peccatum non est, adhibita honesta conditione. *Quid ni igitur ex deliberato subitum, ex spirituali naturale, ex superiori inferius, ex perfecto imperfectum, corrigi sine peccato potuerit? cum præsertim Christus conditionalem iam reiecerit, quam pater admittere noluit, & ad simplicem Patris voluntatem accomodat suam. nos itaq; hic rursus Regulam Iuris repetimus.* [b] Regula Iuris est ne fiat vis in verbis. *Sed est (hèu) odium exlex & velin Regularibus Sacerdotibus irregulare.*

[b] *Pineda Iesu. Com. in Iob. 2.*

CAPVT. LVII.

Calumnia Octaua, qua Protestantes omnes grauantur, an necesse fuerit Christo merere aliquid pro seipso.

[a] *Colleg. Anglo-Rhem. annot. in Philip. 2.* [b] *Guilbel Rubion. vt refert Suarez in loco infra allegato.* [c] *Bell. quo infrà & Suarez Iesu. quo infrà.* [d] *Caluinus Com. in Philip. 2. 9. & Inst. 2. cap. 17. §. 6. Caluinus introducitur tanquã læsa gratia Rei, cui tamen nemo magis Christi gratiam amplificat.*

Auersarius. [a] En Caluini blasphemiam! ita penitus abhorruit à nomine Meriti, vt neget Christum quicquam meruisse pro seipso, sed tantum pro nobis. *Hanc opinionem alij* [b] dubiam, *alij* [c] falsam, *alij* [d] Temerariam, *dixerunt, at* Blasphemam *ante vos (Rhemenses) adhuc, quod sciam, nemo. Assertoris ipsius vocem efflagitamus. adest Reus.* *Si spectemus Christi naturam, nulla noua exaltatione indigebat, quia semper erat æqualis Patri; sin humanam, non potuit humana natura Diuinitatis thronum merere: FVGIENDAE sunt igitur PROFANAE cogitationes eorum, qui Christi GRATIAM obfuscant; dum imaginantur Christum alia, quam salutis nostræ causa venisse: dicunt illi eum in cruce passum, vt sibi gloriam compararet, cum tamen tota Scriptura fructum passionis omnem, membris suis proprium esse prædicet. Rom. 8. Pro NOBIS tradidit illum.] Isa. 9. Puer natus est NOBIS.] Zach. 9. Ecce Rex venit

venit tibi.] Ioh. 17. Pro IIS sanctifico meipsum.] & tamen Sophistæ dicunt Christum priorem sui, quam nostri, rationem habuisse, & sibi antè gloriam esse promeritum, quam nobis salutem. *Nulla in istis, opinor, vocula occurrit, quæ vel rigidissimis Censoribus blasphemiæ suspicionem vel tenuissimam præbeat. cominus agamus. Aduersarius.* [a] Conueniunt inter se Theologi omnes, & vno consensu docent, Christum, præter ea bona, quæ suis laboribus peperit nobis, meruisse etiam sibi corporis gloriam, & nominis exaltationem, & omnia, quæ accepit post passionem. *Ain? omnia? & post Passionem? & in hoc Theologi omnes consentiunt? Aduocatus.* [b] Christus TOTAM suam gratiam, TOTAMQVE gloriam essentialem SINE MERITIS habuit, in primo suo humanitatis instanti, [c] NEC, nisi indirecte, meruit GLORIAM CORPORIS. *Vos verò ad Confirmationem descenditis. Aduersarius.* [d] Quod docemus probatur primo expressis scripturis. [e] Heb. 2. Videmus Iesum PROPTER passionem mortis gloria coronatum.] [f] Phil. 2. 9. Humiliauit seipsum, factus obediens vsque ad crucem, PROPTER quod exaltauit eum Deus, & dedit ei nomen super omne nomen. &c.] Respondet Caluinus, has voces QVA PROPTER, & PROPTER, non causam exaltationis significare, sed consequentiam. [g] Hæreticè. [h] Scripturas impudenter detorquet. *Quamobrem verò?* [i] Quia particula PROPTER causam vbique significare solet, vt Patres exponunt; & tamen NOVI Doctores non sapere sibi videntur, nisi omnibus contradicant. *Imò nec vbique, nec vbi sæpe verſamur causam denotat. primum. Aduocatus* [k] Heb. 1. 9. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, PROPTEREA vnxit te Deus oleo iustitiæ. &c.] Sanctus Thomas affirmat, cum dicitur, Propterea, NON MERITVM indicari, sed FINEM; vt sit sensus: ad hoc te vnxit Deus vt haberes HAEC OMNIA; quod SATIS probabiliter dicitur. *Imò etiam nec essario. ostendo.* [l] Per vnctionem intelligunt MVLTI Patres ipsam incarnationem, & vnionem ad verbum, Augustinus, Anselmus, Beda, & Cyrillus, Alexandrinus: atque ita particula

[a] *Bell. lib. 5. de Christo cap. 9. in princ. & §. Hæc.*

[b] *Vega opusc. de Meritis. qu. 6.*

[c] *Scot. dist. 18.*

[d] *Bell. quo sup.*

[e] *Heb. 2.*

[f] *Phil. 2.*

[g] *Suarez Iesuit. Tom. 1. in Tho. disp. 41. sect. 1.*

[h] *Anglo-Rhem. annot. in Phil. 2.*

[i] *Bell. quo supra. Iesuitæ Scripturis abutuntur.*

[k] *Ribera Iesuit. com. in Heb. 1. Vocu, propterea, vii.*

[l] *Suarez Iesuit. quo supra, disp. 10. sect. 4. §. Sed contra.*

ticula [Propter] NON de causa MERITORIA, sed de FINALI intelligenda est. [a] Athanasius exponit illum locum de gratia animæ habituali. *At.* [b] Communis est Theologorum sententia Christum NON meruisse gratiam animæ habitualem, sed eam ab instantia incarnationis suæ habuisse. [c] NEC sanè meruit Christus sibi gratiam, aut scientiam, aut gloriam animæ. [d] NEC sibi personalem vnionem meruisse Theologi OMNES protestantur. *Ergo, inquam,* [Propterea] *non causam Meritoriam, sed consequentiam finalem significat. nunc locum ipsum attingamus, quem huic priori affinem esse Seraphicus Doctor vester explicabit.* [e] Phil. 2. Propterea quod dedit illi nomen. &c.] Duobus modis NOMEN exponitur; vel quantum est filius Dei, & nomen fuit illi AB AETERNO, & donatio eius erat æterna eius generatio. alio modo de Christo homine; & sic Pater dedit illi NOMEN VT DEVS ESSET, non per naturam, sed per gratiam; GRATIAM autem non adoptionis, sed VNIONIS. [f] Et per NOMEN super omne nomen, NON intelligitur Vox Iesu, sed OMNI-POTENTIA, vt PATRES OMNES ex Scripturis probant. *At.* [g] NON meruit sibi Christus vnionem Deitatis, aut omnipotentiam. *In quibus omnibus de Gloria* Corporis tantum *ne γρ' quidem. quemadmodũ & in loco altero a vobis obiecto.* [h] In Heb. 2. Gloria & honore coronâsti eum.] Coronare est OMNEM illi honorem dare, quem NATVRA HVMANA *(proinde etiam anima humana)* capere possit. *loca vtraque coniungamus.* [i] Heb. 2. PROPTER passionem coronatus.] & Phil. 2. Obediens cruci factus, PROPTER quod exaltatus] at Christus in anima & in corpore passus est. *Ex his Dilemma huiusmodi efficitur. Cum omnes Scriptura adductæ tam animæ, quam corporis gloriam consummatam significent; vel meritum immunt, vel non: si sic, tum (vobis licet refragantibus) anima quoque gloriam Christus sibi meruit: si non, tum nec corporis quidem: ita vt si meritum inferunt, vos perperam distorsisse Scripturas sacras; sin minùs Christi partes imperitè distraxisse, videamini. Tu verò pergis.*

Aduersarius

[a] *Ibid. disp.* 18. § 2. §. Dico primo.
[b] *Ibid. disp.* 40. *sect.* 2. §. Nihilominus.
[c] *Bell. quo supr.*
[d] *Fenardentius Thomathia. li.* 5. *cap.* 14. & *Bell. quo supra.*
[e] *Aquinas com. in hunc locum.*
[f] *Vasquez Iesf. lib.* 2. *de Adorat. disp.* 8. *c.* 10.
[g] *Iesuita iam suprà.*
[h] *Ribera Iesf. Com. in Heb.* 2.
[i] *Catechismus Trident. in art.* 4.

Dilemma.

Aduersarius. [a] Melius illi erat carere gloria corporis, quam carere dignitate merendi, proindè gloriâ corporis meruit. *Insciè omninò, nè dicam ineptè, quippe.* [b] Detraheret perfectioni eius CARVISER aliquandò gratiâ & gloriâ. *Denique vos Christi meritum pro gloria animæ suæ, vt Protestantes pro gloria corporis, negatis: si illa Catholica, vt hæc blasphema dici queat? quæ iccirco tutior & sanctior appareat, quod ad vnam illam præfixam nobis Scripturarum metam* Gloriam GRATIAE *collimare magis videatur; quæ in eo eminet maximè, quod seipsum quodammodò abijciens, omnem suam charitatem pro nostra salute profudit. Patronus.* [c] Si pœnam respicimus, Christus similis Latronibus; si causam interrogamus, Respondebit, PROPTER VOS. *Hùc facit illa passionis Christi, adeóque totius obedientiæ epitome,* Consummatum est.] *Aduocatus.* [d] In quem finem Christus passus est? nempè primò vt NOS à peccati, & Dæmonis tyrannide liberaret: Secundò vt pœnam NOSTRIS peccatis debitam persolueret. Tertiò vt cœlorum aditum, communi generis humani peccato intercluſum. NOBIS patefaceret. *Atque eadem est totius Scripturæ analogia. Vtra igitur opinio pietati ac veritati propiùs accedat, æquus Lector facilè existimabit.*

[a] *Bell. quo supr. Obiect. solutio.*
[b] *Aquinas part. 3. qu. 19. art. 3.*
[c] *August. tract. in Psal. 44.*
[d] *Catechismus Trident. in art. 4. Symboli.*

CAPVT. LVII.

Calumnia nona { *De articulo descensus Christi ad inferos.* { 1. *In genere, de eius approbatione.* 2. *De sensu genuino.* 3. *De effectu.* 4. *De articuli necessitate.*

In primo de Immortalitate Animarum aduersus Caluinum, & Brentium insidiosè, insidiosèque, agitur.

[a] *Colleg. Anglo-Rhemens. in nou. Test. in Indice. Tit. Hell.*
[b] *Feuardentius in Theomachia, lib. 8. cap. 1.*

Aduersarius. [a] Caluinistæ negant hunc articulum. [b] Et Angliæ Ministri statuerunt eum è Symbolo obli-

terandum esse, vt testatur Ric. Chenius, qui Londinensi Synodo adfuit. *Hoc mihi Anglo incredibile, Bellarmino vestro certè quidem non veri-simile videtur. Aduocatus.* [a] OMNES quidem CONVENIVNT quod Christus aliquo modo ad INFEROS DESCENDERIT. Caluinus hunc articulū in PRAECIPVIS habendum putat: Catechismus Lutheri, Brentij, & aliorum hunc legunt. Sed tota quæstio est in eius explicatione. *Iam igitur ad sensum explicandum accingeris. Aduersarius.* [d] Brentius dicit quod descendere ad Inferos, est prorsus interire. *Vnde hoc deliramentum colligis?* Quia introducit Christum sic loquentem: Descendam ad Inferos, & sentiam dolores Inferni, & planè perijsse VIDEBOR: ergo, &c. *Ergo tu exsibilandus es, non refutandus: nam Scholarum parietes, mihi crede, quoties Aristotelicum illud,* Quædam videntur, & nonsunt, *vsu tritum indies personantes tuam futilitatem explodere videntur. exempli causa. Aduocatus.* [e] Etiamsi Christus plus pertimuisse mortem VIDEATVR, quam multi alij Martyres, tamen timidior illis dici non potsit. *En* videatur, *(Maldonate) quid sibi vult? caue insidias: ergo tu doces Christum plus alijs mortem pertimuisse? apage, inquies, pueriles ineptias. sanè. quibus tamen à Bellarmino tuo Brentius noster iniquissimè grauatur, nec Brentius solum. Aduersarius.* [f] Caluinus probat animam Christi non fuisse extinctam in Inferno, nec ruisse in perditionem. ergo videtur tenere aliorum animas in Interno prorsus interire: hæc sententia refutatione nō eget, nam est fundamentum Atheismi. *Te esse profligatissimum Sententiarum tortorem ostendit primò Reus.* [g] Eos deliros & phreneticos esse oportet, qui putant animos nostros vna cum corporibus interire; aut ita sopiri, vt perinde sit atque si interirent. *Vides, (si tamen vides) Caluinum opinionem eam, quæ vel* tanquam *interitum animarum admittit, seu meram phrenesin damnare. forsan Reis vocem venues, audi testimonium Stapletoni tui, vel saltem tuam: vbi de statu animarum verè Christianorum agitur. Aduocatus.* [h] Docet Caluinus Fideles POST MORTEM VIVERE in cœlis, *cum de statu Impiorum*

[a] *Bellar. lib. 4. de Christo cap. 4. non tetigit. De Immortalitate Animarum sibi tum crimen.*

[d] *Bell. quo supra cap. 7. in princ. Pingue sophisma.*

[e] *Maldonat. Iesuit. Comm. in Math. 26.*

[f] *Bell. lib. 4. de Christo cap. 7. §. Videtur. Grandis impostura.*

[g] *Caluinus com. in 1. Cor. 15. vers. 18. teste etiam Feuardentio Theomach. lib. 8. f. 7.*

[h] *Stapletonus infra in Caluin. 11.*

Impiorum. Aſſerit Caluinus Impios VIVERE POST MORTEM. *Hæc eſt Caluini aperta conſtanſque profeſſio. & tamen pergit Aduerſarius, & ne cum ratione inſaniuiſſe videatur: Aduerſarius.* Ideo hoc mihi videtur, quia probat animam Chriſti non fuiſſe extinctam, quoniam non erat abſorpta ab Inferno. Quid igitur eſt Caluino abſorberi ab Inferno, niſi animam penitus extingui? *Reſpondeo primum de Reo, ſecundo de re. Primum. Aduocatus.* [k] Caluinus, in ſuprema ad Deſcendere ad Inferos dicit eſſe penitus extingui, & interire, ſaltem iuxta QVANDAM APPARENTIAM, & OPINIONEM HOMINVM; quibus nimirum is, qui moritur, videri poſsit prorſus extingui, etiam quoad animam. *Abſorberi ab Inferno, eſt Caluino, fateor, (fatente id quoq; hic noſtro Ieſuita) penitus extingui videri: ſed tantum* videri, *& hominibus, & mortuarum animarum vitam mortalibus oculoris videri minime valentibus: quam hominis animalis apparentiam, ſeu quas tenebras Chriſtus iam* * Sol ille, qui tanquam Gigas, *curſum ſuum cœleſtem auſpicatus eſt, glorioſa reſurrectionis ſuæ ſplendore, diſſipabat. Iam ad rem, quam exemplo non diſſimili illuſtro. Aduocatus.* * Ioh. 17. Nemo ex iis perijt, niſi filius Perditionis [l] Ideo hoc in loco Iudas filius PERDITIONIS nominatur, quia erat ad INTERITVM, & PERDITIONEM deſtinatus, quamquam etiam ſua propria culpa PERIIT. *Hæc tria verba,* Interitum, perditionem, perire, *Bellarmine, recole, quæſo, & quid ſibi velint diſcute, an ita* perire, *vt omnino non ſit, & an potius vt perditiſſime miſera ſit? Scholam veſtram appello.* [m] Vita animæ duplex eſt, Eſſentialis, & habitualis, ſeu relata ad aliud: illa in eſſe, hæc in BENE ESSE conſiſtit. Anima Impij, quoad eſſe, nunquam perit; quoad bene eſſe in perditionem ruit. *Cum itaque nec ex verbis ipſis, nec ex conſequentia verborum, nedum ex Caluini propoſito, quem illis affingis, planè Atheiſmus elici poſſit, tamen* videtur mihi, *inquis. quid ego? non dicam cum Comico,* Deus effodiat iſtos oculos, qui plus vident, quam quod vident, *abſit, ſed Deus, precor, donet tibi mentem ſaniorem, vt videas*

quod

[k] *Valent. Ieſ. Tom. 4. diſp. 2. quæſt. 4 punct. 2. in principio.*

* *Pſal. 19.*

[l] *Maldonatus Ioſ. Com. in * Ioh. 17.*

[m] *Magiſter, & Aquinas vbi de Beatitudine tractant.*

[a] *Bell. quo ſupra.*

quod profectò etiam vides: [a] Aſſerit Caluinus animas poſt mortem viuere. *Ad Articuli ſenſum propiùs accedis.*

De Articuli ſenſu.

[b] *Bell lib. 4. de Chriſto cap 7.* [p] *Suarez Ieſuit. in Thom. part. 3. qu. 52. Art. 8. §. 1.*

Aduerſarius. [b] Eſt ſententia Caluini Chriſtum pertuliſſe pœnas animarum damnatarum, & innuit eum in Inferno fuiſſe vſque ad Reſurrectionem. [p] Etiam poſt mortem in Inferno fuiſſe. *Vobis non licuit vel per otium percipere Caluini mentem, vel per odium conſiteri: rectiùs illi, qui tamen nunquam ferè non obliquis oculis Caluini mentem cernunt. Aduocatus.* [q] Caluinus dicit Chriſtum has tam diras pœnas TANTVM IN CRVCE perſoluiſſe. *Non igitur in Inferno, id eſt Gehenna. idque aperte paſſim Caluinus docet: vereor interim vt doctores veſtri ponant, quod vos Caluinò imponitis. Aduerſarius.* [r] Certum eſt Chriſtum in Inferno pœnas Damnatorum minime fuiſſe expertum, vt contra Caluini impietatem oſtendimus: atq; hoc, quod dixi, certum eſt, & apud Orthodoxos omnes extra controuerſiam. *ain? Orthodoxos opinione tua, omnes? prudens ſciensque falleris. Aduocatus.* [s] Dicit AQVINAS Chriſtũ voluiſſe eſſe in Inferno, vt POENAS NOSTRAS IN SE ſuſciperet. *nec non alij.* [t] Medina dicit, ALIQVOS CATHOLICOS ſenſiſſe Chriſtum paſſum eſſe aliquas EXTRINSECAS POENAS DAMNATORVM in INFERNO; non tamen eo modo, quo Damnati, ſcz. inuoluntario, aut cum inordinatione, ſed voluntariè pro noſtris peccatis, & ex maxima charitate. *Iam charitatis veſtræ erit hic verum errorem Autorum veſtrorum inconſiderato zelo, ac pietati aſcribere, de quo Caluinum noſtrum falsò etiam Impietatis condemnaſtis. Opinio ſecunda. Aduerſarius.* [x] Alia eſt opinio Bezæ, & aliorum, per Infernum, Sepulchrum ſignificari; & nihil eſſe aliud Deſcendere ad Inferos, quam eſſe ſepultum. *Expoſitionem hanc vos, tanquam inſulſam, paſſim exagitatis, quam, licet non cum Articuli ipſius ſenſu ger-*

[q] *Colleg. Anglo-Rhemenſ. annot. in Math. 17. 47.*

[r] *Valent. Ieſ. Tom. 4. in Tho. diſp. Quæſt 4. punct. 3 §. Quintò certum.*

[s] *Bell. lib. 4 de Chriſto cap. 10. §. Dubium.*

[t] *Suarez Ieſ. in Thom. part. 3. qu 52. art. 8. diſp. 43. §. 1. Scholaſticorum ſententia praua.*

[x] *Bell. quo ſupra cap. 9. Sepulchrum.*

mano

mano, attamen cum Scriptura phrasi consentientem, tueri possumus. [x] In Hos. 1. Et ascendit de terra. | Hieronymus. id est, Resuscitabuntur, quasi ab Inferis mortui, qui ex Infidelitate mortui sunt : retinet & hæc interpretatio proprietatem verborum ; nam sicut morientes dicebantur in Infernum descendere, id est, in profundum terræ ; ita qui Resurgunt, merito de terra ascendere dicuntur. *Quid hæc sibi volunt ?* [y] Infernus pro sepulchro sumitur : & in Infernum descendere, pro SEPELIRI. *Et sanè plurima sunt Scripturarum loca, ubi hæc pro sepulchro sumitur. Deinde, (nec, inter vos omnino convenit)* [z] Quidam Scriptores Catholici, citra pertinaciam tamen ; dixerunt nulla esse loca subterranea animarum; Christum quoque pertulisse pœnas Damnatorum ; Infernum in Scripturis nihil aliud esse quam sepulchrum. *Et (quæ est opinio tertia)* [a] Docuit Durandus Christum descendisse, quoad Efficaciam, non per Essentiam : & existimat, non credendum esse necessario, Christi animam reipsa secundum Essentiam descendisse ad Inferos. *addis.* Hanc Sententiam esse erroneam, probatur. *optime. in Durando erroneam in Calvino hæreticam vocas. sic nimirum tu soles calamum tuum, non in causam, sed in personam Distringere : quamuis non omnino erronea possit vobis videri, si quidem germanum, & non supposititium Infernum, limbum vestrum, intelligere velitis.* [b] Per Effectum Christus in quemlibet Infernorum descendit, aliter tamen, & aliter in Infernum Damnatorum, habuit hunc Effectum, quod descendens ad inferos, eos de sua incredulitate & malitia confutavit. *Ad Infernum igitur Damnatorum, si vobis credimus, non nisi per Effectum descendit. Opinio ultima.* [c] Opinio Catholica hæc est, Christum vere secundum Essentiam fuisse in Inferno. *Quam sententiam vestram nos quoque iuxta cum Augustana confessione libentissime profitemur, non tamen quatenus vestram sed quatenus veram. namque doctrina vera vos fermentũ vestrum varium admiscuistis, à vobis necessario in tribus dissentiemus, de loco, tempore, Efficacia ipsius descensus, 1. Nos ad Infernum Damnatorũ: vos verò.* [d] Non descendit

[x] *Ribera Iesuit. in Troph. Hosæam cap. 1. num. 132.*

[y] *Idem in Indic. ipsius Voluminis Tit. Infernus. locum superiorem designans.*

[z] *Valent. Iesuit. quo supr. punct. 2.*

[a] *Bell. lib. 4. de Christo. cap. 14. principio & in §. In hoc, &c.*

[b] *Suarez Iesuit. in Thom. part. 3. qu. 52. art. 2.*

[c] *Bellar. quo supra.*

[d] *Feuardentius in Thesmatibus lib. 7. cap. 1.*

dit Chriſti anima ad Inferos Damnatorum, ſed ad locum, qui eſt ſinus Abrahæ, vel communiter limbus Patrum dicitur. *Contra Auguſtinum, qui ait,* * Infernum nuſquam in Scripturis in bono ſenſu reperiri. *Contra Athanaſium.* * Omnia Inferni loca permeans. *Contra Theophylactum.* * Exprofundiſsimo loco. *Contra Fulgentium.* * Illuc vſq; deſcendit, quo vſque homo ſeparatus eſt à Deo, id eſt, ad Infernum, vbi ſolebat Peccatoris anima torqueri. *At inter loca tormenti, & Requiei* * μέσα χάσμα. *Secundò vos tempus triduanum Chriſti deſcenſui aſſignatis, nos verò quod Auguſt.* * Dicit Dominus Latroni, Hodie mecum eris in Paradizo.] quemquam ne igitur tam Impium credimus, qui dicere Avdeat, quoniam anima Saluatoris noſtri Tridvo illo corporeæ mortis apud Inferos cuſtodiæ mancipetur ? *Tertium de Effectu nunc pluribus perſequimur.*

* *Auguſt.*

* *De Incarn. verbi Dei.*
* *In cap. 10. ad Rom.*
* *Lib. 7. ad Thraſimundum.*
* *Luc. 16.*
* *Contra Felicianum cap. 15.*

Caput LIX.

De Deſcenſu Chriſti { *Effectu,* / *Neceſſitate.*

[a] *Bellar. ſupra.*

Praeterhoc, quod [a] Omnes in eo conſentiunt, quod Chriſtus aliquo modo ad inferos deſcenderit, *Duo alia ſunt quæ in hac expoſitionum diſſenſione me non mediocriter conſolantur. vnũ, quod collatis inter ſe ſententijs, Proteſtantes amplioręquã Pontificij, diminioremq; virtutem Chriſto merito aſcribunt: alterum, quod huius etiam Articuli neceſſitatem firmius multò tenent atque conſtantius. Pontificij: (in quo quantos ſequantur Autores infra) Aduerſarius.* [b] Chriſtus deſcendit ad Inferos vt inde animas defunctorum Patriarcharum ſub veteri Teſtamento Fidelium ex limbo, ſeu carcere inferni educeret, vbi, ante eius aduentum continebantur. *Proteſtantes contra, virtute Redemptionis Chriſti futuri, Fideliũ omnium animas ab origine mundi ab Inferni carcere ſa'is redemptos fuiſſe. vos tantum hanc in Chriſto virtutem agnoſcitis, vt animas*

[b] *Bell. quo ſupra cap. 16. Proteſtantes magis gratiã diuinæ gloriam ampliſicant.*

animas in Inferno incarceratas eriperet, non etiam tantam, ne vnquã in Inferno incarceratas eſſent, quod ex Scripturis argumento ἀναδείκτῳ firmo. Aduocatiu. [a] Omnes Chriſtus SIMILITER redemit, ſiue ANTE Chriſti aduentum, ſiue poſt vixerunt, quique aliquando futuri erant; quamobrem [*] Apoc. 13. dicitur, [Agnus occiſus ab Origine mundi] & B. Paulus dicit, Chriſtum propoſitum fuiſſe propitiatorium PRAECEDENTIVM delictorum: id eſt, reuera precium poſtea ſolueretur, cuius reſpectu, quaſi ſub fidei-iuſſione quadam PRAETERITA etiam peccata fuerunt remiſſa: hinc STATIM poſt peccatum promiſsio Seminis benedicti facta, quo Serpentis caput contereretur. *Ita vt hoc verum ſit quod dicis,* [d] Sacrificium crucis non tantum iam habet effectum & fructum, verum-etiam ab exordio mundi in lege veteri, & lege naturæ habuit. *Si idem fuit effectum Redemptionis ante & poſt paſſionem, tum ex eadem lege gratiæ de ſtatu animorum defunctorum, doctrina eadem eſſe debet, vt ſi credimus animas noſtras immediate poſt mortem ſupremo cœlo donatas, veterum Fidelium animas orco infernali amandatas & emancipatas eſſe minimè credamus. quod adhuc confirmatur neruoſius, quia ex eodem æterno Chriſti merito efficitur Patriarcharum animas (ex ſententia Proteſtantium) à Pœna damni fuiſſe redemptas: quo (ex iudicio veſtro) à pœna ſenſus liberati fuerunt. De limbo plura, paulo poſt.*

[a] *Greg. Valent. Iuſ. Tom. 4. in 1 Thom. diſp. 1. qu. 19. punct. 4. §. Secundò ſequitur. & diſp. 6. qu. 11. punct. 1. §. At ratio.*

[*] *Apoc. 13.*

[d] *Ibidem.*

Secundò, Articuli Neceſſitas oſtenditur.

Ii huius articuli Aſſertores ſunt maxime, qui eius notitiam explicitam magis exigunt. at. Reus. [*] Ego hanc particulam omittendam non cenſeo, vtpote quæ rei maximæ myſterium continet tam neceſſarium, vt præter-mitti nullo modo debeat. *At leſuitæ aliqui, dum decalogum repetunt, & Catechumenos inſtituunt ſuos, hanc particulam prætermolarunt. Sic* [*] *Acoſta, ſic* [f] *Tolletus leſuitæ, Deinde alij explici-*

[*] *Calu. Inſt. de hoc Artic.*

[*] *Lib. 5. de procurand. Indorũ ſalute cap. 5.*

tam eius notitiam non neceſſariam eſſe defendunt. [2] Sequitur breue dubium, an veritas, de deſcenſu Chriſti ad Inferos, non ſolum de fide ſit, ſed etiam articulus fidei: ratio dubij eſt, quia in Symbolo Nicæno non continetur; & quod ab Apoſtolis poſitus non fuerat, argumento eſſe poſſit, quod Patres in expoſitione Symboli, Auguſtinus, Tertullianus, Origenes, Irenæus, eum omiſerunt. Reſpondeo. non eſſe omninò certum Apoſtolos eum Articulum addidiſſe, ſi per articulum fidei intelliganus veritatem, quam omnes Fideles EXPLICITE ſcire, & credere tenentur. Exiſtimo NON NECESSARIVM hunc computare inter articulos fidei, quia non eſt res ADMODVM NECESSARIA omnibus hominibus; & quia ob hanc cauſam fortaſſe in Symbolo Nicæno omittitur, cuius ſymboli cognitio VIDETVR eſſe SVFFICIENS ad præceptum fidei implendum. *Si quis fortè Proteſtantium dixiſſet Articulum hunc non admodum neceſſarium fuiſſe, vah quantis illum clamoribus, & execrationibus excipereti?*

[1] *Tolletus Inſt. lib. 4. de Inſtruct. cap. 2.*
[2] *Suarez Inſ. in Thom. qu. 52. art 8. diſp. 43. §. 2.*

CAPVT. LX.

Calumnia 10. Bezam percellit.

Aduerſarius. [1] Beza appellat Chriſti corpus Cadauer, licet in Editione poſteriori negeret id eſſe idoneum vocabulum cum de Chriſti corpore agitur. *o emunctæ naris homines ſcz. quamuis enim hoc dictum (acreuera fuit) inſolens, Chriſti corporis incorruptibilis maieſtate indignum vobis videretur, non vſque adeo tamen vos offendere debuit, quòd Beza verba corrigenda dixerit, quam placere, quòd non dicenda correxerit: cum præſertim qui primas habere ſapientiæ non potuit, ſecundas habuerit partes Modeſtiæ. nè tamen is huius, quicquid eſt, audacia Autor primus fuiſſe videatur, Athanaſium poſt hominum memoriam virum Catholicſſimum conſulite. Aduocatus.* [2] Vt Chriſtus doceret (*inquit* [3] *Athanaſius*) corpus ſuum eſſe mortuum, non, priuſquam triduanum

[1] *Coller. Anglo-Rhem. annot. in art. 2. 27. & Cenſura aduerſus Eccleſiam Anglie.*
[2] *Suarez. Inſ. in Thom. part. 3. qu 53. diſp. 45. art. 2.*
[3] *Athanaſius lib. de Incarnat.*

CADAVER

CADAVER esset, excitauit. *quid tandem? Aduersarius.* [c] Hos errores, qui apud antiquos Patres pro exploratis hæresibus notantur, Protestantes pro orthodoxis dogmatibus amplectuntur. *Enimverò id Protestantibus alijs accedit, quod iampridem Lutherus expertus fuit.* [d] Multa in Lutheri libris damnari vt hæretica, quæ in antiquorum Patrum scriptis Ortho-doxa, imo vt pia leguntur.

[c] *Bell. lib. 4 de Eccl. Milit. c. 9.*

[d] *Erasmus super in cap. 23.*

CAPVT. LXI.

Calumnia 11. de Beatitudine Animarum, in qua hæreseos Rei aguntur. { *Caluinus, Lutherus, Communiter Protestantes alij.*

Aduersarius. [a] Erant ex Hæreticis, qui abdita receptacula, vbi seruentur animæ, nec Deum videant, ante Resurrectionem, nec Beatæ sint nisi in spe docuerunt. eundem errorem habet, Lutherus, Caluinus, & Calumistæ alij. *Quaro, quid si fortè sic dixerint Protestantes? quid si verò non dixerint? si primum, tum illorum Autores, antiquos Patres hæreseos conuinci oportet: sin alterum, vos ipsos mendacij. Patrum iudicium præmittendum est, sed sine præiudicio. Aduocatus.* [b] Non pauci, neque infimi nominis Autores in ea fuerunt sententia, vt asserent Sanctorum Defunctorum animas, quæ ex hac vita discesserunt, non statim in Beatitudinem recipi; sed vsque ad diem Iudicij in quibusdam locis reseruari, vt interim nec Deum videant, nec beatæ sint. Euthemius, Tertullianus, Lactantius, Victorinus, qui MANIFESTÈ hanc sententiam docuerunt, Et priscis temporibus hæc res satis anceps, & dubia fuit. [c] Etiam Origenes, Irenæus, Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, Theophylactus, Ambrosius, Bernardus, huic sententiæ assensi sunt. [d] Quibus addi Iustinus Martyr, Prudentius, Arethas, possint. *Lacerigitur opinio contraria. postea definitione Ecclesiæ in Concilio Florentino probata fuit,*

[a] *Bell. de Beat. Sanct. lib. 1. & 2. & 20.*

[b] *Vasquez Iesuita Tom. 1. in 1 ha. disp. 19. cap. 1. num. 1 & num. 11.*

[c] *Stapl. lib. 1. de auctorit. Script. cap. 2. §. 5.*

[d] *Sixtus Senens. Bibliothec. lib. 9. annot. pag. 345.*

tamen

tamen tot nobilissimorum Patronorũ vel nomina comprimere rabiem vestram debuerunt, & monere ne quis vestrum hoc nomine in Protestantes asperius invehatur. hoc tamen præstitistis strenuè. Qui tamen si etiam sententiam orthodoxam vestrã profitentur, nemo non iudicet vos frontem iamdiù perfricuisse: nec tam quid, quam in quos ducatis cogitasse. agite, Reum primum producite.

1. *In Caluinum inuolant: eius sententia pro veritate apertæ proferuntur.*

[a] *Bell. quo supr.* [b] *Vasquez Iesuita quo suprà.* [c] *Fevardentius in Theomach. lib. 8. ca. 7. & 8.*

Aduersarius. [a] Hunc errorem Caluinus pertinaciter defendit, negans animas sanctorũ rectà ad Deum ire, sed ad Inferos, vel alium locum extra cœlum. [b] Huius erroris Assertoribus Staphylus annumerat Caluinum. [c] Vix credi possit, tantam in Hæresiarcha Caluino cœcitatem extitisse, vt Libertinis fenestram aperuerit, negandi immortalitatem animarum, quod tamen videtur fecisse. non discedens à Sacrilegio aduersus sanctas, & Beatas animas, nititur ijs æternam gloriam extorquere; negans eas frui visione Dei ante resurrectionem, sed tantisper expectatione suspensas, inter spem & fidem adhuc proficere. *Hactenus vestrum de Caluino præiudicium accepimus: nunc insuper iudicium efflagitamus; & primò (id enim Bellarmine tua dignitas postulat) tuum. Aduocat.* [d] Caluinus locat Sanctorum animas in cœlo etiam ante Christi aduentum. *Optimè. Caluinus? Ecce Reus,* Etiam ante Christi aduentum? *Ergo ante Resurrectionem.* In cœlo? *Ergo non extra cœlum.* Sanctorum animas locat? *Ergo non spe, sed etiam re beatas. nunc porro, Fevardenti, eò grauius, quanto grauiùs Caluinum insectaris, Iudicium tuum deposcimus.* [e] Scribit Caluinus vbi relicto mundo ad Deum migrauerimus, IPSVM tanquam propinquum, & positum oculis CERNIMVS. Rursus tunc, [f] inquit, Deus IN SE VIDEBITVR, vbi ablatũ fuerit incorruptibilis huius naturæ velum: nam si, [g] inquit, animæ à corpore absentes Deum habent præsentem, CVM EO certè

[d] *Bell. lib. 4. de Christo cap. 15. Tertio Caluinus. Caluini sententia orthodoxa explicatur.*

[e] *Fevardentius Theomach. lib. 8. c. 8. §. Min. mihi. & deinc.*

[f] *In 1. Cor. 13.*

[g] *In 1. Ioh. 3. 1.*

In 2. Cor. 5. 8.

In Luc. 16. 22.

certè viuunt. Et anima, * inquit, Latronis, quæ in fœdo corpore latuit, ab Angelo in BEATAM VITAM deferrebatur; Sic iam eſt filijs Dei. deinde Caluinus obiectioni occurrit. Fruſtra * inquit, nituntur noſtri ἀντολέγοις Conuincere Sanctos Dei ſeruos defunctos, nondum eſſe ingreſſos in regnum Dei, ex eo quod ijs dicetur, venite, poſſidete.] *Caluini ſententias ponit; rectè faxis, vt ſenſum quoque eius rectè exponatur.* [f] Si animæ Defunctæ, vt ait Caluinus, oculis ſpiritualibus Deum cernant, præſentem, profectò NON HAERENT IN SVSPENSO donec Chriſtus aduenìat, vbi Apoſtolus publicè proclamat, [Scimus quoniam terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluetur, quod ædificationem à Deo habeamus, domum non manu factam, ſed ÆTERNAM IN CŒLIS.] per Domum terreſtrem corpus mortale ſignificatur; per Domum æternam, fœlicitas, qua, poſt mortem corporis, animæ fruentur cum Deo; hoc enim eſt quod ſtatim ſubijcit, [voluntatem habemus peregrinari à corpore & PRAESENTES eſſe AD DOMINVM.] & certe huic interpretationi etiam CALVINVS ASSENSVM PRAEBET, *Senſum Caluinus paſſim orthodoxum imprimis palam perſpicueq, ſuum tradidit: vos vero? Aduerſarius.* Contrarium Caluinus pertinaciter docuit. *rurſus.* Nos in hac cauſa Caluinum contradictionis reum peragimus. *Hic in Caluino Inconſtantiam notat, ille pertinaciam: vtramq, accuſationem copulemus (oritur, en, fœtus monſtri ſimilis)* Inconſtans pertinacia, *quanquam Caluinus profectò nec veritati contrarius fuit, nec omnino ſibi, illud docui, hoc doceo.*

* *Matth.*

[f] *Feuardentius quo ſupra per integrum caput.*

Aduerſarij ſuam Calumniandi libidinẽ ſatis produnt.

CAPVT LXII.

Sententiæ Caluini obſcuriores explicantur, quas Aduerſarij, quaſi obtorto collo, in ſenſum contrarium pertrahere conantur.

ADuerſarius. * Dicit * Caluinus ſolum Chriſtum ingreſſum eſſe Sanctuarium cœli ad conſummationem vſque

* *Bell. lib. 2. de Beatitud. Sanctorum cap. 1. §.* Eundem. * *Lib. 3. Inſt. cap. 20.*

vſque ſeculorum. ſolus, inquit, Populi, eminus in atrio reſidentis, vota ad Deum defert; ergo ſignificat ſolum Chriſtũ in cœlum ingreſſum eſſe, cæteros omnes excludi. *Hæc ipſiſſima eſt Bernardi expoſitio. Vide* * *infra, Et alludit Caluinus ad* * *Exod. 28. verſ. 9.* Reus ſicut ſolus ſacerdos ſanctuarium ingrediens, populo autem in atrio aſtante, geſtaret in humeris nomina Tribuum: ita Chriſtus Mediator vota noſtra per aſperſionem ſanguinis ſui. *Iam ſi atrium fuiſſe partem templi, etiam interiorẽ probabimus: conſectarium erit, eos qui in atrium cœlis admiſſi ſunt, è cœlo non excludi. at.* *Aduocatus.* * Tres fuiſſe partes templi nemo neſcit, eam in qua populus conſiſtebat, quæ aut templum, (nomine totius) aut atrium populi vocabatur. Secundam: Primum tabernaculum, vbi quotidie Sacerdotes manè, & veſperi thura incendebant. * Exod. 9. Tertiam, Sanctum Sanctorum, vbi erat arca Teſtamenti, quo ſemel tantum in anno ſummus Sacerdos peracto ſacrificio ingrediebatur. Vtrumque tabernaculum deſcribitur, Hebr. 9. 2. *Quid ſi etiam in cœlo Sanctos eſſe Caluinus diſerte profiteatur?* * Si quis petat à Caluino, vbi fuerint ante Chriſti mortem animæ Iuſtorum: reſpondet, fuiſſe in cœlo. *O magnam vim veritatis! quæ, vel ex mendaciſſimis, aliquam extorquet confeſſionem ſuis, quanquam non ſit hæc integra veritatis confeſſio. addis enim*, Caluinum negare Sanctos viſuros Deum, ante reſurrectionem. *quæ ſententia ſi Caluino forte excideret, nonne benignè exponenda eſſet potius, quam tam contumelioſè exagitanda?* * Irenæus lib. 5. Animæ Iuſtorum abibunt, inquit, in locum inuiſibilem, definitum ſibi a Deo, & ibi vſque ad reſurrectionem commorabuntur, poſt, reſurgentes venient ad conſpectum Chriſti. Reſpondeo ad Irenæum, exiſtimat eos non perfectam Beatitudinem conſequutos, quæ conſiſtit in corpore, & anima. & per locum inuiſibilem quid prohibet intelligi cœlum, vbi eſt lux inacceſsibilis? *ſiccine? illud igitur*, venient in conſpectum Dei, *quid ſibi vult? ſed* * Irenæus in illum errorem impingebat, quo negatur animas defunctorum viſione Dei frui ante reſurrectionem.

* *Infra in hoc capite.*
* *Exod. 28.*
* *Locus Calui.*
* *Ribera Ieſuit. in eum locum. Solutio.*
* *Exod. 22.*
* *Bellar. lib. 4. de Chriſto c. 9.*
* *Bell. l. de Beat. Sanct. cap. 4. in eadem ſententiam reſpondet Vaſques 1. 2. loco ex eo in ca. ſuperiore citato. Aduerſarij imprudenter Caluinum in patribus excuſant.*
* *Senenſ. Bibl. pag. 569.*

Irenæus

Irenæus Pater errat, excuſatur. filius Caluinus rectè, piè ſentit, ac profitetur, & rapitur in iudicium. inſtas ſecundo. Aduerſarius. [f] Caluinus inſtit. lib. 3. Cap. 20. §. 6. dicit Sanctos defunctos vna nobiſcum eſſe fide coniunctos, ergo negat eos videre Deum: quia vbi fides, non eſt viſio. *Loquitur de fide Reſurrectionis, quæ vel in beatis defunctis, etiam vſque ad Reſurrectionem viget, non minus quam ſpes, vt ſupra Caluinus diſertè habuit. atq; hic quoque debuiſti ſenſum aliquem commodum admittere. nam Aduocatus.* [g] Arethas dixit Sanctos ſperare futuram gloriam. Commodè exponi poteſt, intelligit gloriam corporis in reſurrectione. *optimè.* Commodè, *inquis*, exponi Arethas poſsit. *Tum profectò Caluinus non poſſit, non inique, & odioſe traduci. Caluini verba ſe apud æquos Iudices, ab hac Calumnia tua facile vindicabunt. Reus.** Sancti mortui toto animo, & aſpectu in Deo hærere, deeſſe tamen adhuc quiddam, quod videre cupiant, ſupremam nempe gloriam implendam in die iudicij, quando ſatiabuntur aſpectu vultus Dei, nec manere à morte fidem quam Apoſtolus aſpectui opponit. 1 Cor. 13. *ecquid habes, quod hic increpes, aut illudas? non omnino. Aduocatus.* [h] In Heb. 11 39. Hi omnes teſtimonio fidei probati non acceperunt repromiſsiones, vt non ſine nobis cõſummarentur.] Reſpondeo. Intelligit his verbis PERFECTAM BEATITVDINEM, animi, ſcz. & corporis, quam Sancti nondum ſunt conſequuti: quæ eſt communis Patrum expoſitio. non ait, ne ſine nobis remunerentur (inquit Auguſtinus) ſed, ne conſummarentur. *inſtas tertio. Aduerſarius.* [i] Calu. Inſtit. lib. 3. cap. 25 §. 6. ait coronam gloriæ deferri vſque ad Aduentum Chriſti. *Reſpicit Caluinus verba Petri. 5. 4. & per* Coronam *ſignificat conſummatam beatitudinẽ. Aduocatus.* [k] Dicit quidem Bernardus Sanctos NON ante reſurrectionem VISVROS Deum, & vſque ad reſurrectionem eſſe IN ATRIO, poſt reſurrectionem futuros eſſe in DOMO, id eſt in beatitudine. & nunc tantum STOLA prima veſtiri, quæ eſt fœlicitas animarum, POSTEA SECVNDA STOLA VESTIENDAS, QVAE EST GLORIA CORPORVM;

[f] *Bell. lib. 1. de Beat. Sanct. c. 1.*

[g] *Bell. ibid. ca. 4.*

* *In Pſychopannychia.*

* *Heb. 11 39.*

[h] *Bell. ibid. ca. 3. in reſp. ad hunc locum.*

[i] *Bell. ibid.*

[k] *Bell. ibid. ca. 5. §. Ad locum Bernardi.*

Corporvm; non loquitur de ſimplici viſione, ſed illa perfecta, quæ habebitur in reſurrectione, & de perfecta gloria quæ in coniunctione Corporis erit. *Cum eadem prorſus ſit Bernardi, & Caluini ſententia, & pene iiſdem verbis expreſſa, quæ hæc pernerſitas eſt, Alterum à dexteris veſtris tanquam Sanctum Patrem collocare: alterum verò vt hoſtem & Hæreticum in ſiniſtram partem detrudere? tu tandem in omnes Proteſtantes impetum facis. Iam rurſus appello ad Regulam iuris,* Ne fiat vis in verbis; *ſed vt Autor quiuis, tanquam ſui interpres commodiſſimus adhibeatur, & dicta dubia, aliena, inuſitata, eiuſdem Autoris dictis perſpicuis, propriis, frequentibus illumentur & explicentur. illuſtriora multa Caluini dicta produximus, hoc vnum ſubiungam inſtar Coronidis:* * *Reus.* Dominus quidem moriens dixit: Pater in manus tuas commendo Spiritum meum.] Similiter Stephanus Chriſtum rogabat; en de animabus, nunc de Corporibus, dicit Paulus, Iam nos reſurrexiſſe, non ſignificat nos illa glorioſa vita nunc frui, quæ in ſpe ſita eſt, ſpes enim abſentium eſt. Quamdiu vero degimus in hoc mundo peregrini ſumus expectantes, quoad bona nobis promiſſa præſtentur, quodque nobis nunc proponitur in ſpeculo, & in figuris obſcurioribus coram intueamur. Abſumus à Deo, ait Paulus, quia fide ambulamus, non autem oculis cernimus, aut reipſa fruimur; proinde laboramus ſpe Qvietis post mortem potivndæ, credimus quod nobis per os Pauli dictum eſt, nos, cum terreſtre hoc Domicilium dirutum fuerit, Permanentem in cœlis domvm habitvros, ideoqve ex hoc Carcere cupimus migrare, vt Simvs cvm Domino bonis omnibvs perfrventes: Nam ſi Fidelium animæ Simvlac separatæ ſint a corporibus Vivvnt cvm Deo, ac fœlici Regni gavdio potivntvr: tamen perfecta omnium filiorum Dei fœlicitas, vſque ad ſecundum Chriſti aduentum defertur. *Hic Caluini locus ſuam innocentiam aſſerit, tuam damnat Conſcientiam: nam quod ille voluit, aſtute diſſimulat: quod non voluit, malitioſe fingis,*

Caluinus ſui interpres.

** Caluinus aduerſus Libertinos cap. 22.*

fingis. Concludam ego pro Caluino ex Calamo, quem ille contra Caluinum diſtrinxit. Aduocatus. [1] Etiam Caluinus eos cenſet *DELIROS, & Phreneticos eſſe, qui putant animos noſtros aut vna cum corporibus interire, aut ita ſopiri, vt perinde ſit, ac ſi interirent. Et iterum: Colligi recte poſſit, inquit *Caluinus, ex verbis Pauli, animas à corporibus ſolutas APVD DEVM VIVERE. *Quoties igitur defunctas Fidelium animas de Beatitudinis gloria ſuſpenſas facit, ſatis conſtat, non de loco cœleſti, ſed de gradu, nec de Beatitudine ipſa, ſed de animâ, & Corporis Beatitudine (quæ non ante Diem Reſurrectionis perficitur) conſummata, eſſe loquutum.*

[1] *Fevardentius Theomach. lib. 8. c. 7. §. Min. in.*
Calvin. verba Comm. in 1. Cor. 18.
In 2. Cor. 5. 8.

In hac cauſa porrò Luthero litem intendunt.

Aduerſarius. *Eundem errorem Lutherus habuit in Prælect. in Gen. vt Staphylus citat. *Tibi libuit plus credere Staphylo tui oculis, quam tuis. nimis credulus, minus eſt credendus. Lutherum verba ſua reſonantem audiamus. Reus.* Nos quando emigramus ex hac vita rapiemur in Chriſti ſinum. *Rurſus.* Nos certi ſumus Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum ſedere ad dextram Dei Patris, & expectare nos decedentes ex hac vita. Quandocunq; igitur excedimus è viuis ad Epiſcopum animarum noſtrarum egredimur, qui recipit nos in manus ſuas: is noſter Abraham eſt, cuius complexu fruimur, is viuit, imo regnat perpetuo. *Etſi de gradu gloriæ Lutherus (quæ ſuit eius docta ignorantia) ſtatuere nihil volunt: at de ipſa Beatitudine hac ſatis Orthodoxè elucubrauit.*

Bell. quo ſupr. & Vaſquez Ieſ. quo ſupra.
Lutherus in Prælect. in Gen.

Poſtremo loco Proteſtantibus aliis ferè omnibus crimen inferunt.

Aduerſarius. *Eundem errorem Caluiniſtæ tenent, qui nolunt Sanctos Martyres, è mundo proficiſcentes, recta

Bell. quo ſupra cap. 4.

ad Deum ire; ſed ad Infernum, aut alium locum extra cœlum. *Siccine?* Extra cœlum? *Tu (quod ſoles,) toto cœlo erras: Illi reprehenduntur ſcilicet à vobis, quaſi animas Fidelium defunctorum* extra cœlum *credant, qui ideò à vobis reprehenduntur, quod Fidelium animas extra cœlum credere noluerint.*

Præcepi Aduerſarij querela.

Aduocatus * Obijciunt nobis Proteſtantes loca Scripturarum, & Patrum, in quibus duplex ſtatus eorum, qui moriuntur, ſignificatur; Impiorum in ſupplicium æternum, Iuſtorum in vitam æternam, & deinde huiuſmodi Scripturarum teſtimonia proferunt, & vrgent, quibus determinatè ſignificari videtur, eos, qui ex vita diſcedunt, in ſtatu gratiæ STATIM recipi AD BEATITVDINEM. vt Apoc. 14. Beati qui moriuntur in Domino, requieſcunt à laboribus. | Si, inquiunt, Beati omnes, tum nulli Purgatorij, cruciatibus detinentur. Denique obijciunt ex Auguſtino, NVLLVM LOCVM MEDIVM eſſe poſt hanc vitam, præter regnum cœlorum & infernum damnatorum. ergo *(inquiunt)* nullus locus Purgatorio relinquitur. *Et (vt appareat te nuſquam non eſſe tibi Aduerſariũ) teſte Bellarmino.* * Octaua obiectio Proteſtantium ſumitur ex 2. Cor. 5. Si domus terrena diſſoluitur, habemus æternam in cœlis. | rectà igitur, inquiunt, fideles poſt mortem transferuntur in cœlum. *Quia igitur Caluinus, aliique, quos Caluiniſtas vocatis, planè non ſenſerit ſatis conſtat; quid veſter Pontifex ſenſerit, dic tu ſodes.* † Iohannes 22. reuerà ſententiebat animas non viſuras Deum ante reſurrectionem. *Ergo nec noſter Iohannes Caluinus nobis obiectandus ſunt, & Iohannes Papa veſter à vobis non excuſandus.*

* *Valent Ieſ. lib. de Purg. cap. 8. & colleg. Anglo-Rhem. annot. in Apoc. 14. 13.*

* *Bell. lib. 1. de Purgat. Pontifex rem eſſe comminiſcitur, obiect. Proteſtantibus crimini dat.*

† *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 14. §. Reſpondeo in primis.*

CAPVT. LXIII.

Calumnia 12. in qua { *Lutherum & Caluinum in eodem cum Libertinis volutabro hærere volunt.*

HOc in loco duo præſtare enitar, *primum*, Reos contritionem, ac pœnitentiam nullam, niſi omninò pœnitendam conuellere,

uellere. Secundum, Proteſtantes etiam contritionem grauiorem Chriſtianis præſcribere, quam vel rigidiſſimi Ieſuitæ, aut vlli Indulgentiarum Inſtitores libenter velint admittere. de primò. Aduerſarius. [a] Lutherus & Caluinus tam ſunt Libertini vt doceant contritionem in homine, aut hypocriſin, aut deſperationem generare. [b] Aduerſus quam Lutheri blaſphemiam in Conc. [c] Tridentino definitum eſt, huiuſmodi dolorem eſſe vtilem. *Tam iniuſtè queritur Lutherus hic ſibi factam iniuriam, vt ſit miſerandus vel hoſti. Aduocatus.* [d] Malitiosè Aduerſarij mei (inquit Lutherus) hunc articulum congeſſerunt, NON enim NEGAVI contritionem. hæc ille. Ego quidem de quibus loqueris neſcio, neque enim mihi animus eſt priuatas quorundam opiniones tutari. *quid non dixerit Lutherus, Roſſenſis, oſtendiſti: quid inſuper dixerit explica.* [e] Dixi, inquit Lutherus, fidem ſine contritione eſſe non poſſe, cum gratia infundatur, non niſi magna animi concuſsione, iam ſeipſum reſoluit. *Et ſeipſum, quæſo, plenius reſoluat. Rem.* [f] Quod ſi Aduerſarij dixerint ſe loqui de Contritione in charitate facta, NVNQVAM docui eum hominem HYPOCRITAM FACERE, qui meum Articulum damnant, de contritione naturali EXTRA FIDEM loqui eos oportet. *Tam orthodoxè vt auſit cuiuſquam Chriſtiani conſcientiam de huius veritate atteſtari.* [g] Eat quiſque in cor ſuum, & non mentiatur ſibi-ipſi, ac reſpondeat mihi an non cor ſuum ita inueniat, vt mallet legem nullam eſſe; an non odiat pœnam peccatorum eſſe, an in affectu non veller peccata non eſſe prohibita? *Videtis qualem dolorem Lutherus damnat, ſeruilem prorſus, &, vt cũ veſtro ſummo doctore loquar,* [h] Ipſam ſeruilitatem. *At Aduerſ.* [i] Dolor ſeruilis vtilis eſt, nam vt [k] Auguſtinus Timorẽ pœnarum ita inducere charitatem docet, ſicut ſeta Sutoris introducit linuũ; Si nullus eſt, inquit, timor; non eſt qua intret charitas, ſicut videmus per ſetam introduci linũ, quandò aliquid ſuitur. Ergo eſt vtilis. *Vtilis eſt quis negat? Ergenè non facit Hypocritam, ergonè non ad deſperationem erumpit? non poteſt ſummus Scholaſticus ita deſipere, vt neſciat diſtin-*

[a] *Colleg. Angl. Rhemen. annot. in 2. Cor 9.*
[b] *Valent Ieſ. Tom. 4. in 1. diſp. 7 qu. 2. punct. 3. §. Rectè.*
[c] *Epiſc. Roſſenſ. art. 5. aduerſus Luth.*
[d] *Ibidem. Contritio quam Lutherus oppugnauit.*
[e] *Luth. Art. 6.*
[f] *Ibid.*
[g] *Aquinas 3. 2. qu. 19. art. 4.*
[h] *Valent. Ieſ. quo ſupra.*
[i] *Tract. 9. ſuper 1. Epiſt. Ioh. Dolor ſeruilis quatenus vtilis.*

guere inter rem per accidens vtilem, & ſua naturâ malam. Venenum, quod, cum eſt natura humana inimiciſſimum ſubſidium tamen adfert, medica ſi adhibeatur manu; quod corpori venenum, id ſeruilis Gehennæ timor animæ adfert: veneni ingenium ſi ſpectemus verè dicimus interitum machinari; ſic ſeruilis Timor alioqui hypocriſin & deſperationem ingenerat: ſi illi ars humana, huic diuina gratia acceſſerit, vtrumque vtile & ſalutare efficitur: non quod (ſi propriè loqui velimus) alterutrum ſua naturâ ſit, ſed quod, alienâ virtute, iam ſit vtile; hoc non modo ratio, verum etiam res ipſa demonſtrat. Aduocatus.

[g] *Valent 3. ſ. quo ſupra.*

[g] Nos aſſerimus ſi quis propter pœnas, tanquam propter MAXIMVM, quod horreret, malum, ſummèque auertendum de peccatis doloret, OMNINO FORE MALVM, quoniam oriretur ex peruerſiſſimo ſui amore. Secundo ſi quis mouetur timore pœnarum, & propoſito vitandi pœnas, vt conditione, SINE QVA NON, doleret de peccatis, hic timor etiam malus eſt, & à pio animo alienus. *His fundamentis iactis, fundamenta Lutheri (quod tamen Valentiani moliri) nunquam profectò poſſis labefactare. 1. quia, ſi Contritionem vellè definiamus;*

Cauſa Lutheri probatur & approbatur.

[h] *Lindanus panopl. lib 4. c. 64.*

[h] Contritio non eſt timor Gehennæ, ſed animæ dolor de peccatis. *Et*

[i] *Suarez 3. ſ. Tom. 4. diſp. 4. Sect. 2. Aſſertio 1.*

[i] Formalis amor Dei, per ſe loquendo, eſt NECESSARIVS ad iuſtificationem, vt medium. *Eadem fuit B. Auguſtini elegans conſtansque aſſeueratio. Patronus.*

[k] *Auguſt. lib. 3. contra duas epiſt Pelag. ad Bonifacium. cap. 4.*

[k] Qui carnali metu præcepta facit, proculdubio INVITVS facit, ac per hoc in animo NON facit; mauult enim animo NON FACERE, ſi ſecundum ea, quæ cupit & metuit, permittatur impunè, ac per hoc INTVS eſt Reus, ſi ipſe qui præcipit, inſpicit Deus. *Rurſus.*

[l] *Tract. 9. ſuper 1. Ioh.*

[l] Seta prius intrat, ſed niſi EXEAT, non ſuccedit limus: ſic timor primò intrat, NON autem MANET, quia perfecta charitas FORAS mittit timorem. *Denique,*

[m] *Serm. 7 de Tempore.*

[m] Veram pœnitentiam non facit niſi ODIVM PECCATI, & AMOR DEI, huius ſacrificij ignis eſt dilectio. *Comparemus hunc Auguſtini Inuitum, & illum Lutheri Hypocritam, & facilè ſentiemus, in ipſo Luthero Auguſtinum eſſe loquutum. Maiora molimur.*

Secunda

Secunda Assertio; Protestantes in Pœnitentibus Contritionem maiorem, & veriorem quam Pontificij, exigunt.

Aduersar. [a] Pœnitens, si vel pulsillus dolor sit, absoluitur a culpa. [b] TENVIS dolor sufficit. Contritio IMPERFECTA. [c] Vel QVOCVNQVE gradu [d] REMISSA potest delere, vel grauissimum peccatum. *Hæc igitur Pontificiorum fuit de Remissa Contritione grauis & trita defensio. Protestantes verò. Aduocatus* [e] Gratia, inquit, Lutherus, non infunditur, nisi cum MAGNA animi CONCVSSIONE. [f] Docet Kemnitius Contritionem ACREM, & VEHEMENTEM esse debere. & Caluinus, nullos, nisi Conscientia peccatorum VVLNERATOS, syneere Dei misericordiam implorare. *Doctrina hæc est ἀνοσιον dictante id Spiritu Sancto.* [g] SCINDITE corda.] *Et.* [h] Dole quasi PARTVRIENS.] In AMARITVDINE animæ. [i] TRISTITIA quæ secundum Deum. &c.] *Et passim alibi idem præceptis & exemplis Scripturarum comprobatur, quibus, ac par est, Patres suffragantur. Patronus.* [k] Conuertamur ad Dominum, & pœnitentiam criminis veris DOLORIBVS EXPRIMENTES, Dei misericordiam deprecemur. [l] In pœnitentia NON tam consideranda est MENSVRA temporis, quam DOLORIS. [m] Vera Pœnitentia est iugiter FLETIBVS commissa diluere, & abluta non iterare. [n] Μετανοια est recipiscentia, vt quis SE ACCVSET DEMENTIAE, & CASTIGET ad rectius viuendum. *Sed non licet in istis immorari: à Contritione ad Confessionem transeamus.*

[a] *Roffens. Epis. art. 5.*
[b] *Maldonat. Ies. in Summ. qu. 16. art. 1.*
[c] *Acosta Ies. lib. 5. de Salut. Indorum. cap. 11.*
[d] *Suarez Ies. Tom. 4. disp. 4. Sect. 4. num. 9.*
[e] *Tolletus Ies. lib. 3. de Instr. Sacerd. cap. 5.*
[f] *Roffens. quo supra art. 12.*
[g] *Bell. lib. 2. de Pœnit. cap. 19.*
[h] *Ioel. 2.*
[i] *Mal. 4.*
[k] *Is. 38.*
[l] *2. Cor. 7.*
[m] *Cyprianus serm. de Lapsis.*
[n] *Augustinus Enchirid. ca. 65.*
[o] *Hieron. in Psal. 118.*
[p] *Lactantius lib. 6.*

CAPVT. LXIIII.

Calumnia vltima de Confessione Protestantes omnes vrget.

Status Quæstionis.

[a] ADmittit Caluinus Confessionem generalem, quam [b] minister pro se & populo in ecclesia faciat. [c] Admittit etiam

[a] *Bellar. lib. 3. de pœnit. ca. 1.*
[b] *lib. 3. Inst. ca. 4. §. 7. 11. 12.*

etiam Confeſsionem priuatam coram paſtore, quando quis ita angitur, & afflictatur peccatorum ſenſu, vt ſe explicare, niſi alieno adiutorio, nequeat: ſed addit hanc moderationem, libera ſit, nec ab omnibus exigatur, nec neceſſario de peccatis omnibus. Eſt enim (inquit Melanctthon) enumeratio omnium impoſsibilis. Kemnitius docet priuatæ confeſsionis vſum in generali profeſsione peccati conſiſtere vt abſolutio petatur, ſed monet auditorum iudicia de peccatorum gradibus, de ſtipendio peccati, de fide in Chriſtum, de ſua pœnitentia, & emendationis propoſito, eſſe exploranda. *Quid eſt igitur in quo a vobis diſſentiunt?* Omnes Proteſtantes in eo conueniunt, vt non ſit neceſſarium omnia peccata ſacerdotibus confiteri: in quo Eccleſiæ noſtræ Catholicæ Confeſsione tanquam non neceſſariam, imo etiam peſtilentem è medio ſublatam cupiunt. *De ſententiarum varietate conſtat, de veritate diſſeremus.*

Bell. quo ſupra.

Romanæ Confeſsionis { 1. *Antiquitas,* 2. *Æquitas diſcutitur.*

Aduerſarius. [b] Audiani hæretici dixerunt confeſsionem auricularem non eſſe neceſſariam, ſic Lutherani. [c] Quam probabimus eſſe iure diuino antiquiſsimam, [d] Et à Chriſto ſalubriter inſtitutam. *qui contra ſentiunt, hæretici ſunt cenſendi? Aduocat.* [e] Sunt etiam inter Catholicos qui putant nullum eſſe PRAECEPTVM diuinum de confeſsione, vt OMNES decretorum interpretes & inter SCHOLASTICOS Scotus. *addis, Aduerſarius.* [f] Sed tamen hæc opinio aut iam declarata eſt ſatis tanquam hæreſis ab Eccleſia, aut operæ-prætium faceret eccleſia, ſi declararet eam eſſe hæreſin. *Dogmaticè & planè magiſtraliter. Enimvero, ſi Lindano tuo Credimus, iamdiu hæc hæreſis in Audianis damnata fuit, cum tamen aut declarata eſt. aut declarãda eſt. quam hæſitanter? nimirum tibi in animo eſt hæreſin nouam fingere. illis antiquam aliam Proteſtantibus affingere. nobis incumbit probare*

[b] *Lindan. panop. tabul. 4. & Bell. quo ſupra.*
[c] *Bellar. quo ſupra.*
[d] *Gretzer. Ioh. in Apo. lib. 3. ca. 2.*
[e] *Mald. Ieſ. in Summ. qu. 18. art. 4.*
[f] *Ibidem.*

hare Articularem veſtram & impoſſibilem eſſe & non neceſſariam.

Eſſe Impoſſibilem.

Aduerſar. [g] Dicunt Proteſtantes Confeſsionem noſtram eſſe impoſsibilem. *Hos tu oppugnas cæterum. Aduoc.* [h] Scholaſtici nimium arguti homines talem confeſsionem priuatam reddiderunt, vt grauis & Sanctus Theologus ſæpè teſtatus eſt, eam iuxta illorum DEVTEROSEIS, IMPOSSIBILE eſſe nobis confiteri. *Nos ex veſtris de Confeſſione principijs huius cenſuræ veritatem luculentam oſtendemus. Agite veſtris enim inſiſtemus veſtigijs.* [i] Quandò confeſsio culpabiliter non eſt integra, defectu MATERIAE neceſſariæ ipſa confeſsio omninò nulla eſt. *Materia, quæ eſt ipſum peccatum, vel in actione, vel in actionis circumſtantijs conſideratur: peccatum in actione ipſa, in mortale & veniale Diſtinguitis. de mortali.* [k] Mortalia OMNIA ſunt NECESSARIO confitenda. *Venialia verò.* [l] Multi Scholaſtici dixerunt VENIALIA OMNIA eſſe NECESSARIO confitenda. *Subiungis.* Sed contraria Sententia eſt probabilior, quam Con. Tridentinum probauit. [m] Quæ eſt veritas Catholica. *Imò nec Catholica, nec ſanè probabilis, modo principijs veſtris conſtare velitis, ſic enim ſtatuitis.* [n] Vnus finis confitendi eſt, vt obligaret homines, nè ipſi Iudices eſſent, an habeant peccatum, & an illud ſit mortale, an veniale, quia plerumque, imperiti ſunt, ideoq; COGENDI ſunt EXPONERE QVICQVID FECERVNT, Sacerdoti, vt iudicet peccarunt, nec-ne: & proprius finis cõfeſsionis eſt, vt Peccatores vi clauium obtinerent remiſſionem peccatorum. Quapropter Sacerdos debet omnia remittere, & quia non poteſt remittere, niſi qui audit, omnia debet audire. *Ideò, inquitis, proferenda peccata ſunt, vt iudicari; iudicanda vt remitti poſſint, in illo finis prouimus, in hoc vltimus conſiſtit, vterq; opinione veſtra neceſſarius: quibus, quaſi pedicis, & manicis veſtris, vos conſtringi & coerceri*

[g] *Bell. quo ſuprà.*

[h] *B. Rhenanus in Arg. in Tert. de pœnit.*

[i] *Suarez Iеſ. Tom. 4. diſp. 32. § 6.*

[k] *Ibid.*

[l] *Maldonat. Ieſ. quo ſupra.*

[m] *Suarez quo ſupra §. 2.*

[n] *Maldonatus Ieſ Summ. qu. 18. art. 8 & art. 3 & art. 4. Confeſſionis auricularis finis.*

Luculenta ratio.

neceſſe eſt. Primò de Iudice. Si Sacerdos iudex neceſſariò conſtituitur, vt quæ ſint in hominibus mortalia peccata diſcernat, tum quicquid peccato mortali obnoxium eſſe poteſt, eſt Sacerdoti exprimendum: ita homines non modo Iudicibus ipſa peccata mortalia, verùm & omnes omnium partium corporis actiones, omnes cordis affectus, omnes denique animarum conceptus intimos confiteri cogantur. qua ſingula nec Satan, qui

* *Apoc. 12. 10.* *eſt* * κατήγορος τῶν ἀδελφῶν, Accuſator Fratrum *enumerando conſequi poſſit. Hæc de ſine proximo. vltimus ſequitur. Exponuntur, inquit, vt remittantur: cur non igitur tenemur etiam venialia confiteri? aut quia remiſſione opus non habent, aut*

Dilemma. *quia venialia omnia Confeſſori repetere, vel Confeſſario attendere, eſt impoſſibile. ſi primum, tum illud placitum veſtrum infringitis.* ° Venialia, quia ſolui & remitti poſſunt, mate-

° *Maldonat. Inſt. quo ſup. art. 2.* *ria eſſe poſsint Confeſsionis. Sin alterum, Iudicium Sacerdotis auriculare, quod fingitis, eſt penitus abrogandum. Ad Confeſſionis materiam remotiorem, attamen, iudicio veſtro neceſſariam, reuertamur.* ᵖ Actiones aliæ, *inquitis*, mutant

ᵖ *Maldonat. quo ſup. art. 9.* ſpeciem, HVIVSMODI eodem præcepto diuino DEBEMVS CONFITERI, quo mortalia. *v. g.* Qui furatur propter adulterium, eſt in actione fur, in fine Adulter. Aliæ ſpeciem non mutant, quarum inſuper aliæ peccatum augent, & aggrauant, aliæ minuunt. ᵠ Quæ notabiliter aggrauant peccatum, in confeſsione EXPLICARE eſt NE-

ᵠ *Suarez Inſt. quo ſup. §. 2. Labyrinthus anxietatis.* CESSARIVM. Cuius generis ſunt ſeptem. Prima, QVIS v. g. an perſonam priuatam vulnero, an publicam. Secunda, QVID. v. g. an à Diuite furatus fuerim, an paupere. Tertia, PROPTER QVOD. v. g. an mœchatus propter homicidium. Quarta, QVOMODO. v. g. an occidendo vulnera multiplicauerim. Quinta, QVIBVS AVXILIIS. v. g. an opera filij ſum vſus in homicidio. Sexta, VBI. v. g. vtrum

° *Maldonat. quo ſup. art. 9. & 6.* in loco publico ſcelus perpetrauerim. Septima, QVANDO, v. g. an tempore diei feſti. *Quid ſi Circumſtantiæ peccati minuere poſſunt?* ʳ Pertinent ad Iudicium Confeſſarij.

ʳ *Suarez quo ſupra §. 1.* v. g. an lacefsitus intuli iniuriam. ˢ Nec Sacerdos remittit vllum peccatum, niſi Pœnitens proferat, quæ debet

omnia.

omnia. *Hæc ſingula, quæ ex Ieſuitarum amphoris deprompta, quanta potui brevitate perſtrinxi: expendat Lector, & judicet, an tam multorum hominum peccatorum genera tam multa explorandi curæ atque oneri Deus vllus mortalis ſufficere queat. De Impoſſibilitate ſatis, Reliquum eſt vt de Neceſſitate, vel potius non neceſſitate eius paucis agamus.*

CAPVT. LXV.

Confeſsionem Romanam non eſſe neceſſariam.

ADuerſarius. [a] Negant Hæretici noſtram Confeſsionem eſſe neceſſariam. [b] Quæ fuit à Chriſto ſalubriter inſtituta. *Hoc primum ex Teſtium confeſsione. Secundo, ex ratione examinandum eſt. Aduocatus.* [c] Propoſitum confitendi in lege veteris Teſtamenti NON ERAT NECESSARIVM. *Sed addis.* At modo eſt. *minime. nam.* [d] NONDVM perſuaſum eſt horum temporum ſacramentalem confeſsionem fuiſſe à Chriſto ipſo inſtitutam. [e] Melius dicitur ab Eccleſiæ traditione, quam novi, aut veteris Teſtamenti autoritate inſtitutam fuiſſe, quæ NON eſt apud GRAECOS NECESSARIA, ad quos non manauit. [f] Plures Religioſi etiam Confeſsionem ſecretam non neceſſariam eſſe cenſuerunt. Ambroſius, Auguſtinus, Chryſoſtomus, Theophylactus, & alij Patres Græci. [g] Publica exomologeſi vſi ſunt Antiqui MVLTIS SECVLIS PRIVSQVAM iſta ſecreta naſceretur, de qua Tertullianus nihil habet, quæ penitus id temporis ignorabatur; [h] Quamque Panormitanus, & Gerſon, non neceſſariam eſſe contenderunt. *Præcipua Ratio neceſſitatis, quæ obtendi ſolet, eſt, quod homines hoc pacto a peccatis magis deterreantur. at vero* [i] Theologus quidam optime conſiliatum ire Iudicis dixit, & SCRIPSIT, ſi confeſsionum obligatio tolleretur. *Quid ita?* Ne tot, inquit, & tam grauia Sacrilegia perpetrare cogantur. *Sic ille cui quomodo occurrat animo*

[a] *Bell. quo ſupr.*
[b] *Gretzerus Ieſ. in Apolog. li. 3. cap. 2.*
[c] *Tolletus Ieſ. lib. Inſt. tract. de Confeſſ.*
[d] *Eraſm. in Ep. de amabili Eccleſiæ cõcordiâ.*
[e] *Gloſſator apud Grat. decret. de Pœnit. diſt. 5. cap. In pœnitentiâ.*
[f] *Gratianus ipſe ibid.*
[g] *B Rhenanus præfat. in Arg. Tert. de pœnit. Quod eius de antiquitate teſtimonium vſq; adeo viris Pontificijs inuiſum eſt, vt nihil habeant aliud quod reſpondeant præter illud Imperioſum* Deleatur. *Index Expurg. 79. Idem Polyd. Virg. lib. 6. Inuent. cap. 1. & in eandem ſpongiam incumbunt* Deleatur. *Index Expurg. 196.*
[h] *Valen. Ieſ. l. 2. de Miſſa cap. 4.*
[i] *Acoſta Ieſ. l. 6. de procurand. Ind. ſalute c. 16.*

[k] *Ibidem.*

scire. [k] Si peruersis remedio quouis abutentibus isthæc erit ratio medendi, tolle Matrimonia, ne sint Adulteria; & sic de alijs. ne bonum malicia conuertat in virus, quin potius apud Sapienter & recte omnia æstimantem. Pluris est quod pauci electi per Medicinam sanantur, quam quod plures Reprobi per illius abusum deteriores fiunt. *Quibus verbis non obscurè largiris, plures per Confessiones indies fieri deteriores. Ex quo sequetur eas necessario potius removendas esse, quia in remedijs ab humano ingenio institutis, semper abusus generalis tollit vsum. Contra necessitatem confessionis vestræ argumentum vnum proferam, ex principijs vestris deductum. principium primum.* [l] Quæstio est quando præceptum Confessionis aliquam obliget; Communis opinio est, præceptum diuinum de Confessione obligare solum Semel in anno. *Et tamen.* [m] In Oratione Dominica coniunctæ sunt hæ petitiones, Da nobis hodie panem.] Et Condona nobis peccata.] Docent orandum esse Quotidie pro Remissione peccatorum. *Disputo. qui hodiè peccati mortalis Reus, animo pœnitenti à Deo per Christum Iesum remissionem deprecatur, antè constitutum illud tempus confitendi, remissionem impetrat, vel non: si non, cur Remissionem etiam quotidiè petit a Deo? sin obtinet, cur ab homine etiam annuatim expectat? non hæc ideo a nobis disputantur, vt Confessionem omnem sublatam Christianis velimus, absit! vehementèr Confessionis vsum optamus: sed antiquam illam, quæ iam-diu (proh dolor!) ex orbe Christiano exulauit. quia.* [n] Confessio longo tempore in Ecclesia prisca est olim facta publica. *Pro qua exomologesi veteres Patres tam acriter contendunt, Tum etiam secretam, sed non extortam illam, aut numerorum atq; temporum legibus alligatam: sed liberam omnino: quoties periculum est ne Pœnitens vel dubiorum peccatorũ anxietate afflictim torqueatur, vel certorum onere opprimatur. De illa vestra absolutione, vereor, vt vere dici possit quod de aqua luteosa Philosophus:* Qui hic lauat, *inquit,* vbi lauabitur?

[l] *Maldonat. in summula qu. 18. art 5.*

[m] *Catechismus Tridentinus.*

Dilemma.

[n] *Maldonatus Iesuita Summula qu. 20 art. 1.*

Calumniarum

Calumniarum Superiorum, tantum ex dictis Iesuitarum conflata Synopsis.

Prima Obiectio. [a] Protestantes cum Atheis negant omnipotentiam Dei. *Solutio.* In illis verbis Dei omnipotentia non negatur. *Secunda,* [b] Luthero displicuit nomen Trinitatis. *Solutio.* Lutherus Symbolum Athanasianum amplectebatur, in quo Trinitatis vocabulum celebratur. *Tertia,* [c] Bullingerum non puduit sic scribere, Tres sunt. &c. *Sol.* Quod Tertullianus scripsit, & recte. 4. [d] Caluinus docet filium αὐτόθεον. doctrina hæretica, blasphema, Atheistica. *Sol.* Non video cur Catholica dicenda non sit. 5. [e] Docet Caluinus Christum exercere munus Mediatoris secundum vtramque naturam hæresis Eutychiana. *Sol.* Christus obijt munus Mediationis etiam vt Deus. 6. [f] Tribuunt Christo ignorantiam quandam vt homini. *Sol.* Multi antiqui Patres docuerunt Christum Diem iudicij ignorâsse. 7. [g] Dixit Caluinus aliquid egisse Christum, quod correxit. *Sol.* Sed ait non fuisse inordinatam vllam in Christo passionem. 8. [h] Caluinus negat Christum indiguisse aliquo merito pro seipso, & gloria sui corporis. Opinio blasphema. *Sol.* Et nos negamus Christum suæ animæ gloriam meruisse. 9. [i] Caluinistæ negant articulum descensus ad Inferos. *Sol:* Caluinus hunc articulū in præcipuis habendum putat: Nos putamus non esse ex fide absolutè necessarium. 10. [k] Docet Caluinus animas defunctorum interire post mortem. *Sol.* Loquitur secundum apparentiam humanam: nam Asserit animos post mortem viuere. 11. [l] Docet Caluinus Christum solum in cœlum ingressum, cæteros omnes excludi. *Sol.* Si quis petat à Caluino, vbi fuerint animæ Iustorum ante Christi aduentum; respondet, in cœlo. 12. [m] Docet Lutherus contritionem extra fidem hypocrisin generare. *Sol.* Et est hic dolor malus: & ille contritionem vehementem exigit, nos verò dicimus vel tenuem & remissam Contritionem sufficere.

[a] *Supra cap.50. lit.a.b.*
[b] *Cap.51.lit. a.k.*
[c] *Cap.51.lit.m.*
[d] *Cap.52.a.e.*
[e] *Cap.52.a.i.*
[f] *Cap.54.a.i.*
[g] *Cap.56.a.e.*
[h] *Cap.57.a.o.*
[i] *Cap.58.a.a.& cap.59.f.*
[k] *Cap.58.f.k.n.*
[l] *Cap.62.a.e.*
[m] *Cap.63.*

[a] Cap. 65.

[a] Omnem confeſsionem peccatorum oppugnat. *Sol.* Non omnem, ſed noſtram, quam multi Catholici non probant.

Caput. LXVI.

Hypotheſis Secunda, Huius Notæ pars prima duplicem Hypotheſin continet: quarum prima viginti Hæreſes, & criminationes alias tredecim profligauit. hæc ſecunda Hypotheſis hæreſes eas profert, quæ viris Pontificijs adhærere videantur: quæ quot ſint non laboro: veritas accuſationes ſuas ponderari quam numerari maualt.

Hæreſis Prima, Pelagianorum, In merito de congruo, tam in actionibus, quæ ſunt extra gratiam, quam, quæ ſunt ex gratia.

[a] *Beatus Vincentius Domin. 4. Aduent. idem dormit. Rich. 1. diſt 27. idem Gabriel Biel. in 2. diſt. 27. qu. vnica.*

[b] *Bell. lib. 2. de Iuſtifi. cap 2.*

[c] *Vega opuſc. de Meritu qu. 7. pag. 814.*

[d] *Toletus deſ. Comm. in Rom. 2. annot. 13.*

[e] *Schola veteris iuxta & moderna pelagianiſmus.*

[f] *Vega opuſc. de Meritu. pag. 781. & 816.*

Aduerſ. [a] Si quis me amat, (inquit Chriſtus) dilegetur à Patre.] Id eſt, ſi quis me amat per Amorem naturalem, diligetur à Patre meo per gratiam. *Purus putus Pelagianiſmus. Aduoc.* [b] Vt ex ſolis Naturæ viribus, per opus extra gratiam factum, gratiam mereamur, pugnat cum gratia. [c] Et eſt hæreticum planè, & Pelagianum. *Quod tamen tunc licuit Doctoribus veſtris Catholicis, ſcilicet, publicè defendere: Moderni autem omnes an reſipuerunt? minimè.* [d] In [e] Rom. 2. Factores legis juſtificabuntur] Aliqui Moderni Catholici reſpondent, Paulum intelligendum eſſe de quadam juſticia legali, & morali, quæ eſt legis obſeruantia; quæ quidem poteſt eſſe in Infideli: ſed hanc Reſponſionem refutat verbum illud, Apud Deum. *Ergo Catholicorum veſtrorum, etiam modernorum gloſſa Pelagiana extitit. Hac de diſpoſitionibus extra gratiam, de quibus Ieſuitæ pie & orthodoxè ſenſerunt. Nunc de diſpoſitionibus, quæ ex gratia proficiſcuntur, quas vltimatas vocant. In hac parte Pelagianiſmum ſuum egregiè prodiderunt. Aduerſarius.* [f] Quæſtio eſt vtrum Diſpoſitionibus, quibus ad gratiam juſtificantem adducimur, meritum ex congruo rectè tribuatur? Reſpondeo has meritorias eſſe

apud

apud Deum. [f] Roffenſis non abhorret ab hac ſententia. [g] Huic Scotus aſſentitur. *Quid Ieſuita tandem?* [h] NOS certè non videmus, cur diſpoſitionibus ad Iuſtificationem, quæ ex gratia fiunt, non tribuatur nomen MERITI, cum additione EX CONGRVO. *Nullus ex Schola veſtra prodit, cui huius doctrinæ Pelagianiſmus penitus ſuboleat? Adnocatus.* [i] Cum tantum Gratia tunc detur, cum ſemel eæ actiones, quibus VLTIMO ad gratiam diſponimur, Ex ipſa GRATIA & libero arbitrio fluunt, ſequitur hominem neque ex iuſtitia, NEQVE EX CONGRVITATE gratiam propriè per illas PROMERERI. ILLVD protectò PROBABILIVS dicitur, per opera moralia, quibus aliquis ANTE GRATIAM faceret, quod moraliter poſſet, ea-tenus gratiam primam promereri, quatenus congruum eſt, & conueniens, vt cum talis facit, quantum in ILLO STATV moraliter poſſit, Deus præſtet id, quod ſuarum eſt partium: hoc eſt, auxilia augeat, quibus adjutus facilius gratiam conſequatur. *Aſſumo. at,* [k] Pelagius dicit eum, qui benè vtitur arbitrij ſui libertate, ex his præcedentibus meritis, a Deo gratiam conſequi, vt cor ejus ad bonum inclinet. [l] Quod etſi vel de merito ex congruo intelligatur, eſt hæreticum, & cum gratia pugnat. *Ergo (in promptu enim erit cuiuis concludere) opinio Pelagiana eſt probabilior, quam ea (de qua dicis,* Nos dicimus) *veſtra.*

[f] *Vega ibid.*
[g] *Stapl. lib. 10. de Iuſtif. cap. 2.*
[h] *Bell. lib. 1. de Iuſtif. cap. 21. §. Iam verò. Schola moderna etiam Ieſ. pelagianiſmus.*
[i] *Greg. Valent. Ieſ. Tract. de Gratia diuina. part 4. cap. vlt. in fine. hic Tractatus vnà cum Analyſi ſua compingitur.*
[k] *Vega quo ſup. q. 74. pag 814.*
[l] *Bell. & Vega iam ſupra.*

Hereſis. 2. Eſt Eutychianorum.

Aduerſarius. Dicere corpus Chriſti eſſe poſſe vbique ſimul eſt Eutychianorum, & Vbiquitiſtarum Hæreſis *Bell.* Nos dicimus Chriſti corpus SIMVL eſſe in pluribus. *Bellarminus.* Quod ſi autem in pluribus, tum in Infinitis. *Aquinas. Ergo opinio veſtra, opinioni Eutychianæ patrocinatur. De his ſingulis* ſupra.

* *Supra cap. 45*

CAPVT.

CAPVT. LXVII.

[a] *Bell. lib. 1. de Beat. Sanct. ca. 15. in principio.*

Hæreſis. 3. [a] *Error Collyridiorum fuit: quæ docuit B. Mariam non ſecus inuocari, ac inuocatur Deus. Quos Epiphanius refert, & refellit hæreſ. 78. perge.*

[b] *Bell. in Præf. in lib. de Eccleſ. triumph. & in lib. 1. cap. 16. §. Quintò ibidem.*

Aduerſarius. [b] Papiſtæ, inquit Lutherus, B. Mariam Deum conſtituunt, omnipotentiam ei tribuunt, omnes ſe ad eam conferunt, & plus gratiæ ab ea expectant, quam à Chriſto Ieſu. Horrenda eſt hæc ejus impoſtura. Quis Catholicorum vnquam vni Deo B. Mariam æquauit? Quis (*id enim ſignificas*) *Pontificiorum queris? vtinam de hoc quærendum, aut dubitandum nobis eſſet, & non iure conquerendum, ac cum execratione dolendum. Equidem mallem Lutherum in hac parte falſum nuncium, quam vos veros Hæreticos deprehendi: licebit igitur vobis Luthero non credere, ſed ea lege, vt his teſtibus veſtris oculatiſſimis credere nobis liceat. Aduocatus.* [c] Multi ſunt, qui non minus fidunt, ac tribuunt Diuis quam Deo: quia [d] HVNC quam illos MINVS PLACABILEM putant, & exorabilem. *Et.* [d] Eo ventum eſt vt Chriſtus etiam iam in cœlo regnans MATRI SVBIICIATVR. *Non hic miſeris populis veſtri ſtuporem perſtringimus, tantum doctores veſtros proferemus, qui Eccleſiæ veſtræ, quaſi columnæ, extiterunt.*

[c] *Epiſ. Eſpen. Com. in 2. Tim. 3.*

[d] *Caſſander lib. Conſult. art. 21. Blaſphemia in Confeſſo habetur.*

Doctorum Pontificiorum de veriſſimè B. Maria, *& ſanctiſſimæ Virgine, laus ac Prædicatio non attentione, ſed execratione digna: in qua B. Maria Saluatori ſuo, nomine, autoritate, gratia, dignitate non adæquatur modo, verum interdum etiam anteponitur.*

[e] *Vega Ieſ Com. in Apoc 12. ſect. 1. num. 9.*

[f] *Sixtus Senenſ Biblioth.*

[g] *Vega Ieſ. quo ſupra ſect. 1. num. 1. & ſect. 20. alia ſatis pueriliter multa. 1.*

Primo de nomine. [e] Tetragrammaton ([f] Quod eſt Deo proprium apud Hebræos) eſt nomen ſacerrimæ virginis, nec hoc ſolum, ſed etiam ſuo modo ineffabile, non ſolum hominibus, verum & ipſis Angelis. [g] Nec prætermittendum

dum eſt illud doctiſsimi Idiotæ (*quolibet vel Idiota indignum*) illuſtre (*nimis*) encomium, Dedit tibi Maria, tota Trinitas nomen; quod, poſt nomen filij tui, eſt ſuper omne nomen: vt IN NOMINE TVO FLECTATVR omne genu, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum; nomen tantæ virtutis, vt ad eius inuocationem cœlum rideat, Infernus conturbetur; eſt illa ſpiraculum hominis, quia ſublato eius patrocinio, peccator diutius viuere non poſsit. *Secundo, de gratia, & autoritate eius querimus.* [h] Non defuerunt viri celebres, qui dixerunt, Deum regni ſui (quod ex iuſtitia & miſericordia conſtat) DIMIDIVM, hoc eſt, MISERICORDIAM, IN MARIAM tranſtuliſſe. *Quid ergo?* [i] Poſſumus igitur prouocare à foro iuſtitiæ Dei, ad CVRIAM B. Mariæ. *Quid illic.?* [k] Ibi, ſi quis à filio, qui ad Patris dextram ſedit, terreatur, quia Iudex eſt, MATREM ADEAT, quia MEDICINA eſt. *Ita vt,* [l] In nonnullis Eccleſijs, canatur. [m] Quod ſumitur ex Ritualibus.

Nominis dignitas.

[h] *Caſſander lib. conſula. art. 21.*

Gratiæ eius immenſitas.

[i] *Bernardinus in Mariali.*

[k] *Holcotus Theologus com. in li. Sap. lect. 36. in editione. vet.*

[l] *Caſſander quo ſupra.*

[m] *Durand. Ieſ. lib. aduerſus Whitakerum fol. 352.*

IVBE FILIO, fœlix Puerpera,
Iure matris IMPERA
Redemptori.

Tales olim non defuerunt, inquitis, quales (o curuas hominum mentes!) nec iam deſunt Ieſuitæ. [a] Merito virgo Domina dicta eſt, cuius typus, eam ob cauſam, fuit Sarah: quæ cum antea diceretur Sarai id eſt, Domina, & PRINCEPS MEA, poſtea, Deo iubente, dicta eſt Sarah; quod nomen ſonat Principem, ſiue DOMINAM ABSOLVTE: eſt enim virgo Domina per excellentiam, & princeps omnium Creaturarum, vt egregiè (*ineptus*) expendit Arnoldus Carm. ſic ſcribens: Maria lingua Syriaca Domina dicitur, Chriſtus Dominus; & licet ipſa ſe profiteatur Chriſti ancillam, hoc ſeruitutis genus omni regno (*piè*) ſublimius eſſe intelligit: Conſtituta QVIPPE (*argutè ſcilicet*) eſt ſuper omnem creaturam, & quicunque Ieſu curuat genu, Matri quoque pronus ſupplicat: & filij gloriam cum Ma-

[a] *Vega Ieſ. com. in Apoc. 12. ſect. 2. num. 3. Autoritas eius.*

tre non tam COMMVNEM *(impiè)* iudico, quam *(blasphemè.)* EANDEM. *quomodò?* [a] Aduertendum est, quod Maria sua bonitate vicit omnem mundi malitiam, quæ summa est, & DEVM IN MVNDVM ADDVCIT, remissis omnium hominum peccatis, quæ separauit inter nos & Deum, & nobis impedimento sunt, ne ILLE ad nos VENIRET; sed tantam iniquitatem *(inique)* vicit Mariæ bonitas, maxima sane ea futura erat, & quæ omnem mensuram excederet. *quid igitur?* Nunc igitur [b] Maria ait, *(dictum Spiritui sancto, qui est æterna Dei sapientia, proprium)* Dominus possidet me in INITIO viarum suarum.] Ante Adamum in intentione Dei. [c] Quæ Ignatius ([d] Societatis *(o socios)* nostræ Pater primus) religionis nostræ, & Pœnitentiæ Magistram vocat. In qua (vt Rupertus ait) Spiritus sanctus habitabat, & loquebatur dum primo Concilio præfuit, & veritatem illam definiebat Act. 15. vbi propter Mariæ autoritatem, dicunt Apostoli, visum est nobis, *(Scriptura tantum de spiritu sancto loquens)* & Spiritui Sancto.] [e] Sine qua decreuit Deus nihil dare. Caput est Christus, Maria collum: quia omnis influxus à capite per collum deriuatur. [f] Vt omnes intelligant se, quicquid ab æterno illo augusto bonorum omnium fonte in terras profluat, sumere per Mariam. Ergo quæ regio, quæ gens, quæ natio est, vbi non illustratum miraculis B. Mariæ patrocinium existat? *De gratia satis superque: quin insuper eius meritum ostenditis?* [g] Obedientia Mariæ similis facta est Obedientiæ Christi, magna ergo in hoc laus Mariæ, magna ejus gloria, quod Imitatio ejus gloriæ EXEQVATVR *(audiat Terra & obstupescat.)* Obedientiæ Christi, quam imitatur illa. *Tertio loco* B. Mariæ *gloriam & majestatem saltem adumbrate.* [h] Matrē suam præpotens ille Deus Diuinæ majestatis potestatisque SOCIAM, quatenùs licuit, adsciuit. *Quatenus verò?* [i] Huic olim Cœlestium Mortaliumque principatum detulit: ad huius arbitrium (quoad hominum tutela postulat) terras, mare, cœlum, naturamque totam moderatur:

[a] *Ozorius Iesuita Hom. Tom. 3. Concio. 1. in Annunciat. B. Mariæ §. Qua in re gratia.*

[b] *Idem Tom. 3. Conc. 3. Concep. §. Nunc igitur.*

[c] *Idem Iesuita ibid. Conc. 2. de Assumpt. Mariæ.*

[d] *Gretzerus Iesuita in Apolog.*

[e] *Ozorius quo supra ibid. Tom. 4. Conc. de Deuotione Mar. virg. §. Assimulatur & deinceps.*

[f] *Tursellinus Iesuita Epist. dedicat. hist. Lauretanæ.*

[g] *Delrius Iesuita Com. in Cant. cap. 1. Sect. 2. in hæc verba.* Et collum tuum. *Maria meritum obedientiæ.*

[h] *Tursellin. Iesuita quo supra.*

[i] *Ibidem. Maria maiestas.*

deratur : hac annuente, & per hanc diuinos theſauros mortalibus, & cæleſtia dona largitur. [7] Dubitant aliqui an Maria ADEO bona mater Chriſti dici debeat, ac bonus eſt Pater æternus. *De quo ſi vel dubitare impium, tum profectò dicere blaſphemum erit, verum tamen.* [8] Certè diuerſa eſt admodum generatio, quia diuerſa natura, hac in re excedit æternus Pater matrem Mariã. At verò ſi duntaxat filium ab vtroque genitum attendamus, in nihilo pater excedit matrem, idem enim filius eſt ab vtroque genitus, & hac ratione mater ADEÒ BONA (*Peſſimè vox* Adeò bona) Maria eſt, ac æternus Pater. [9] Cui igitur B. Mariam comparemus? Non Euæ, quia &c. Non Saræ, quia &c. Nec Rachaëli, nec Heſter, nec Lunæ, nec Soli, cui igitur? (*erubeſcat ſol audiens*) PLANE DEO, bona omnia continenti. *Nihil iam reſtat, niſi vt Deam veſtram in doxologijs veſtris laude aliqua diuina proſequamini, quod etiam praſtitiſtis egregiè.* [b] Gloria Deo, & B. Virgini Mariæ Dominæ noſtræ, Item Ieſu Chriſto. [c] De qua Maria quicquid dicatur tam longè abeſt ab ejus eximia dignitate, vt ſilentium, & taciturnitas laus omnis appellanda videatur. *Laus verò, quam vos Ieſuitæ, Eccleſiæ Romanæ lumina, affertis, tanta; vt ſilentio lethali obruenda videatur. quid enim eſt, ſi hoc non eſt, virgini omnipotentiam aſcribere? & ſemper Beatam, & ſanctiſſimam Virginem (quia Idololatricis) fucis adulterinis dedecorare? quod ſi (ô Babylon!)* [d] Lux ipſa, quæ eſt in te, tenebræ ſunt, ô quantæ ſunt iſtæ tenebræ? *His ſatis eſt erit teſtimonium vnum opponere.* [e] Idololatriæ eſt omnis generis oratio, quæ laudes continet diuiuitatis proprias. *Enimuero hæc, ſi eſſet tantũmodo (vt ille de Collyridianis loquitur)* [f] Muliebris opinio, *ludibrio non ratione profligandæ eſſet. cum verò viri, opinione ſua, Catholici, eandem anſint inter venalia ſua monſtra protrudere, virilem animum nos induere oportet, & ad hoc portentum expugnandum armatis viribus prodire.*

[7] *Ozorius Ieſ. Tom. 3. Conc. in aſſumpt.*
[8] *S. Bartolomæi. §. Quid ergo.*
[9] *Ibidem.*
[a] *Ozorius Ieſ. Tom. 5 Dom. 4. Epiph. §. Voluit autem. Doxologia ſacrilega:*
[b] *Greg. Valent. Ieſ. in fine tract. ſuorum. de ſatisfact. de Idololat. de differ. nom. legis. de Indulg. & alia tanta.*
[c] *Vegas Ieſ. Com. in Apoc. 12. Sect. 1. §. Elegans.*
[d] *Matth. 6.*
[e] *Valent. Ieſ. lib. de Idololat.*
[f] *Epiphanius. hæreſ. 78.*

Ratio contra Invocationem Pontificiam.

Omnes omnium hominum actiones, cogitationes, vel diuerſiſſimas, & ſimul oblatas, eodem temporis momento, vel vno intelligendi actu comprehendere, vno animi diſcurſu expendere, iiſque vna denique vocis expreſſione ſupplicando ſatisfacere, propria eſt omnipotentiæ virtus infinita: at ex doctrina Invocationis, hæc ſingula Sanctis ſingulis neceſſariò ſunt concedenda, quæ B. Mariæ vos ſatis prodigè prodigioſeque tribuiſtis. [a] Eius, *inquitis*, arbitrio Deus terras, mare, cælum, naturamque totam moderatur, precibus omnium attendit, & ſolent omnia dona cæleſtia, ſicut ex Chriſto Capite, Ita ex Maria collo ad mortales dimanare. *Ergo profectò Sanctis omnipotentiam aſcribitis. Huius Controuerſiæ diſputationem fuſiorem loco ac tempori ſuo tractandam relinquamus. Hæreſin alteram aggrediar.*

[a] *Supra.*

Caput LXVIII.

Hæreſis Quarta, propriè Pontificiorum.

quorum prærogatiua non errandi, errorum hydram alit.

Duerſar. Romanus Epiſcopus eſt ſummus Eccleſiæ Iudex: Cuius Interpretatio eſt ſenſus Spiritus Sancti. [b] Qui alios docere hæreſin nequit. [c] Ita vt non Quid, ſed Quis loquatur, fidelis populus debeat attendere; quia iubemur magis de doctoribus falſis cauere, quam de doctrina; Ordinarius paſtor Eccleſiæ audiendus eſt non examinandus. [d] magis eim iam noſtris Prælatis conuenit illud [Quod dicunt facite. *Hæc non errandi prærogatiua, quam ſoli Pontificij ſibi vendicant, eos germanè Pontificios, ſeu Papiſtas, denominat, in qua hæreſeon Hydram quaſi latentem Sanctus Athanaſius erudite obſeruauit. Adnocatus.* [e] Scripſit Athanaſius ad Euſtathium contra

[b] *Bell. lib. 3. de verbo Dei cap. 4. & 5.*
[b] *Coſterus Ieſ. Enchirid. cap. de pontif. §.* Fatemur.
[c] *Stapl. lib. 1. de doct. princ. ca. 5.*
[d] *Bell. lib. 3. de pont. Rom. cap. 5. §.* Tertium teſtimonium.
[e] *Franc. Turrian. Ieſ. in Ep. ante Greg. Valent. contra vbiquiſtas Arrianiſtas.*

eos

eos qui IVBENT CREDERE, quæ ipſi dicunt, & NON PROSPICERE deceat an non deceat. Iſtorum hæreſin, ait, CVNCTAS HAERESES renouare, & CVNCTAS ſuperare. Iubent iſti, inquit, accipere ſimpliciter quæ dicuntur, vt NEMO EXQVIRAT, quid in ijs, aut decens, aut indecens ſit. non expendam quid vtile, quid propoſito conſentaneum, quid myſterio dignum, quid cum veritate concordans? Hæc Athanaſius. *& his Athanaſij dictis bellua iſta multorum capitum, caput veſtrum* [f] Papa non poſſit errare, *plane proſternitur. præſertim cum* [g] Quilibet homo etiam papa, vt papa, & paſtor Eccleſiæ, hæreticus eſſe poſſit. [h] Et deuiabilis a fide. *de quo in Tomo proximo, Deo propitio, dicetur.* *Huic affinis eſt qua ſequitur hæreſis vltima.*

[f] *Ieſ. ſupra.*
[g] *Alph. de Caſtro. hæreſ. ca. 4.*
[h] *Gerſon. in Apolog.*

Hæreſis Quinta, Anabaptiſtarum.

Anabaptiſtæ, veritatem ab hæreſi diiudicandi, medio omni abiecto, Enthuſiaſmo quodam, ceu Spiritus Sancti reuelatione immediata, nituntur. aſſumo. veſtro nomine ex verbis Ieſuitæ. [i] Tenemus quod ſiue Pontifex in iudicando diligentiam adhibuerit, ſiue non adhibuerit, infallibiliter tamē definiet. *proinde papiſmus eſt germanus Anabaptiſmus. taceo hæreſes alias.* * Meſſilianorum *, Donatiſtarum *, Vadianorum, * Carpocratianorum, * Receptaculanorum, * Manichæorum, *quibus ſatis fuit iam digitos intendiſſe.*

[i] *Greg. Valent. Ieſ. lib. 8. Anaſ. fidei cap. 3.*
* *Supra ca. 28. 1.*
* *Cap. 31. d.*
* *Cap. 4. 7.*
* *Cap. 46.*
* *Cap. 32. & 63. in fine.*
* *Cap. 30.*

CAPVT. LXIX.

Notæ ſextæ pars ſecunda, In qua, Exploſis veteribus Hæreſibus, de antiqua veritate diſſerendum eſt ex Hypotheſi duplici, Prima Proteſtantes vrget, altera Pontificios.

Status Controuerſiæ.

[a] VEra Eccleſia dicitur etiam Apoſtolica, quia doctrinam retinet, quam Apoſtoli tradiderunt: certum autem

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. militante. ca. 9. in princip.*

autem eſt antiquam Eccleſiam primis quingentis annis veram Eccleſſam fuiſſe, & proinde doctrinam Apoſtolicam retinuiſſe. [b] Lutherus, Caluinus, Melanćthon, primos tantum quingentos annos veritati concedunt, aut, ad ſummum ſexcentos. Ex hac nota oſtendam ex confeſsione Aduerſariorum, noſtra dogmata eſſe doctrinam OMNIVM veterum. *ain'? veſtram? & omnium veterum? Duram profectò proninciam ſuſcepiſti, ego contra in duobus inſiſtam: Primum. nequaquam ex confeſſione Proteſtantium eunci dogmata veſtra, omnium veterum doctrinam fuiſſe. Secundum doctrinam Proteſtantium planè antiquiſſimam eſſe ex Pontificiorum quoq; confeſſione comprobari: in vtroq; ego tantum Pontificios Doctores Aduocatos mihi pro inſtituti mei ratione vendico. De Hypotheſi prima tua age, & Spartam, quam nactus es, orna.*

[b] *Stapl. prompt. Peria 4. §. 2.*

Prima Hypotheſis. eiusq; Doctrina prima. de lib. Arbitrio quoad { *Vocabulum, Dogma.*

Aduerſarius. [a] Caluinus in Inſtitutione cum noſtra oppugnat, paſsim fatetur ſe repugnare toti antiquitati; ex quo ſequitur noſtra eſſe omnino antiquitati conſentanea. primò queritur ſemper apud Latinos nomen liberi arbitrij, apud Græcos nomen αὐτεξούσιος vocabulum arrogantius vſurpari; à qua abſtinendum eſſe monet. *Caluinus, vt noſti, nomen liberi Arbitrij non reſpuit, quod non bene dicitur, ſed quod non bene intelligitur. Aduocatus.* [a] Caluinus dicit vocabulum hoc ambiguum eſſe, ſignificans libertatem à neceſsitate, & à Coactione, in altero BONVM, in altero pernitioſum. *Eodem planè ingenio, quo Auguſtinus à nomine fati abhorruit, vocabulo nec antiquo minus, nec multo magis pernitioſo.* [b] Fati nomen abhorremus, præcipue propter vocabulum, quod reuera NON CONSVEVIT INTELLIGI. *Nullus-ne verò vir Pontificius Caluini iudicio adſtipulatur?* [c] Laurentius Valla optabat, vt tollatur è medio nomen liberi arbitrij. *Ecqua tandem cauſa eſſe poſſit, cur nomen illud interdum orthodoxo animo ſupprimatur?*

[a] *Bell. quo ſupra §. Ac primum. Vocabulum liberi arbitrij.*

[a] *Bell. lib. 4. de Grat. & lib. arbit. cap. 5. Fatum.*

[b] *Auguſt. de Ciuitate Dei.*

[c] *Bell. ibid.*

ſupprimatur? [f] Auguſtinus propter inſidias Pelagianorum qui ex libertate naturæ colligebant libertatem à peccato, VIX VNQAVM AVDET LIBERVM ARBITRIVM ASSERERE. *Optimè. quod Auguſtino licuit propter inſidias Pelagianorum, idem propter inſidias Pontificiorum Caluino licuiſſe; controverſia ipſa (Deo adiuuante) apertiſſime demonſtrabit. ad Dogma, quod attinet.*

[f] *Bell. quo ſupra cap. 30.*

Dogma.

Aduerſarius. [g] Dicit Caluinus omnes veteres, excepto Auguſtino, humani arbitrij vires plus æquo extuliſſe. [h] Centuriatores etiam clamant Clementem & omnes veteres in ijſdem tenebris fuiſſe: Notandum autem eſt Proteſtantes habere liberum arbitrium pro fundamento ſuæ Doctrinæ. [i] Caluinus dicit, Chryſoſtomum hic repudiari neceſſe eſt. [k] Petrus Martyr dicit eum fuiſſe immodicum liberi Arbitrij Patronum. [l] Caluinus, viſus eſt mihi, inquit, Chryſoſtomus, nimius in liberi Arbitrij viribus prædicandis. *Quid ex his?* [m] Caluinus inſcitiam ſuam prodit. [n] Iſtis hæreticis nihil non immodicum videtur. *Nos igitur, ſi placet, ex vno Chryſoſtomo patres pleroſq; alios æſtimemus: quid ni vero placeat? Aduocatus.* [o] Quid enim docet Chryſoſtomus, quod non ante illum Græci Patres docuerunt? *Eſto. at.* [p] Chryſoſtomus impetu dicendi cum Manichæis, qui fati neceſsitatem defendebant, naturæ vires PLVS ÆQVO attollit. [q] Chryſoſtomi doctrina hæc eſt, hominem PER LIBERVM ARBITRIVM ſeipſum DIGNVM facere GRATIA: eadem eſt doctrina Cyrilli: nec iſtorum tantum, ſed aliorum Doctorum maxime Græcorum. [r] Etiam Theophylactus, Euthymius, Arnobius ita loquuntur, ac-ſi homo antequam per gratiam ad gratiam trahatur, poſsit gratiam mereri. [s] Photius etiam, & Ambroſius eodem modo de propoſito Dei ſtatuunt. [t] Similiter Theodoretus, Oecumenius, eadem fuit Hieronymi ſententia. *Patrum iſtorum omnium doctri-*

[g] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. milit. cap. 9. §. Ac primum.*
[h] *Ibid. §. Inſecunda.*
[i] *Bell. lib. 6. de lib. Arbit. c. 12.*
[k] *Campianus Ieſ. Rat. 5.*
[l] *Bell. quo iam ſupra lib. 5. c. 26. hoc idem Caniſius Ieſuita exagitat, præf. in lib. Vega.*
[m] *Ibid.*
[n] *Campianus quo ſupra.*
[o] *Bell. ibid.*
[p] *Sixtus Senen. Bibl. lib. 5. in præfat.*
[q] *Toſtatus Ieſ. Com. in Ioh. 6.*
[r] *Maldon. Ieſ. Com. in Ioh. 6.*
[s] *Tolet. Ieſ. Com. in Rom. 9.*
[t] *Petr. Ieſ. Com. in Rom. 9. num. 33.*

na

[a] Maldonat. Ioſ. Com. in Ioh. 6.

[a] me conſpirationem perſpicimus. & tamen. [a] Hæc doctrina eorum nimis affinis eſt Pelagianorum errori: Caueat lector, ſi Chryſoſtomum in hunc locum legat, né in Pelagianorum hæreſin incidat.

[a] Tolletus Ioſ. Com. in Ioh. 6.

[a] Auguſtinus multo aliter quam iſti, docet enim à Deo nobis dari non modo gratiam, vt credere poſsimus, verum etiam vt velimus: In hoc igitur prædicti Doctores Non probantur.

[y] Idem Com in Rom 9. annot. 19.

[y] Eorum inquam doctrinam in hac parte Non probo. *Licuit itaque Caluino vnum Auguſtinum, ſeu potius in Auguſtino doctore nouo, verè antiquam, & Apoſtolicam doctrinam amplecti.*

[z] Perer. Ioſ. in Rom. 9. num. 33.

[z] Profecto illa doctrina contraria videtur ijs, quæ in hoc loco diſputat Apoſtolus; Sententia Auguſtini eſt Doctrinæ Pauli conuenientior. *Tres Ieſuitæ Caluini iudicium contra totidem alios ſuffragijs ſuis comprobarunt: ex quo ſequitur interdum in antiquis Patribus antiquam, id eſt, vere Apoſtolicam veritatem deſiderari: & perſonis neglectis tutiſſimum eſſe primæuam antiquitatem ex Apoſtolicis ſcripturis petere, quæ eſt prora & puppis defenſionis Proteſtantium. quo vno exemplo, ceu ſpongia, obiectiones aliæ omnes facilè deleantur.*

Caput. LXX.

De alijs tribus. Secunda doctrina de ſubjectione ſilij.

[a] Bell. quo ſupra §. Ita.

Aduerſarius. [a] Docet Caluinus filium ſubjectum Patri ratione diuinitatis, & quia veteres omnes contrarium docent, ipſe ait omnes erraſſe. *Tu bis erras. Primò, quia non dixit Caluinus veteres omnes erraſſe, ſed eos omnes, qui ſenſum loci germanum non perceperint. Caluinum enim ſententiæ ſuæ Patres plurimos Patronos habuiſſe Ieſuita Tolletus teſtis locupletiſſimus eſſe poſſit. Aduocatus.*

[b] Tolletus & Maldonat. Ioſ. ſupra.

[b] Quidam cenſent Patrem maiorem eſſe filio ratione diuinitatis, non quoad ſubſtantiam naturæ, ſed reſpectu originis, quia filius à Patre. quam expoſitionem Doctores illuſtres Sequuntur, inter quos Athanaſius, &c. *Vbi alios vndecim refert nominatim.*

Secundò

*Secundò insigniter erras, quod hanc Patrum fere omnium sententiam, in hæreseon catalogo tuo recensendam esse censuisti. De his * supra. Vnum subjungam. Patres Satisfactiones imposuerunt publicas, quibus non Dei iudicio infinito, sed, ex Dei præcepto, Ecclesiæ offensæ satisfacerent.*

* Supra cap. 32.

Doctrina Tertia, de Limbo.

Aduersarius. [c] Fabula, inquit Caluinus, de loco subterraneo, qui dicitur limbus, tametsi magnos Autores habet, tamen nihil est aliud quam fabula. *Fabulam vocauit vestram de Limbo sententiam: hanc nobis exponite.* [d] Animæ piorum defunctorum, ante Christi ascensionem, non erant in cœlo. [e] Infernum est locus subterraneus, cujus pars profundissima est Infernus Damnatorum, Purgatorium est illi vicinum, Limbus puerorum est in altiore loco Inferni, quàm est Purgatorium, denique Limbus Patrum est in parte Inferni suprema. *In quibus vos operam dedistis, vt populo placerent* quas FECISTIS (*verè cum poeta loquor*) fabulas. *De Limbo hoc * supra demonstrauimus. de Purgatorio paulo post. Hic Caluinus Limbum vestrum subterraneum oppugnat: qui locus non vsque adeo de fide est, vt non licuerit Augustino aliquando de eo dubitare.* [f] Augustinus sentire videtur Inferos NON esse SUB TERRA. *Sic ille, vbi addit:* sed verba sua retractauit. *Esto, sed non tantum fidei contraria: Augustinum consulamus.* [g] Augustinus sentire videtur locum in quo erant sancti illi Patriarchæ ante Christi aduentum, NON FVISSE IN INFERNO. *Huic sic occurrit tandem Iesuita. Aduersarius.* [h] Hoc Augustino tunc dubium fuisse, quia nondum assecutus erat veritatem: alijs tamen locis expresse dicit. Sinum Abrahæ fuisse apud Inferos. lib. 2. de ciuitat. Dei. cap, 15. *Locus ipse te refutat.* * Si enim non absurdè credi videtur, antiquos sanctos apud Inferos fuisse; *Hoccine est expresse dicere, quod non Categoricè posuit, sed hypothetice supposuit? nec tamen vt Catholicè, sed tantum non absurdè dicis? Aduocatus.* [i] Vbi hic locus,

[c] *Bell. lib. de motu Eccles. ca. 9.*
[d] *Bell. lib. 4. de Christo. cap. 11. in principio.*
[e] *Idem. lib. 2. de purgat. ca. 6.*
* *Supra ca. 62.*
[f] *Sixtus Senens. Biblioth. lib. 5. annot. 42.*
[g] *Suarez Iesuita in Thom. part. 3. qu. 52. art. 1. disp. 42. §. 1.*
[h] *Ibid. qu. 52. art. 1. disp. 52. §. 2.*
* *Augustinus.*
[i] *Ludouic. Viues in eum locum Augustini.*

aut quomodo intelligatur neſcire ſe Auguſtinus libro ſupra Geneſin 8. fatetur. Occulta ſunt omnia hæc, quia (*en dogma Catholicum ſcilicet*) NEC SCIRI ATTINET, nec vt ſciamus digni ſumus. *Nunc porro dogma veſtrum eruditio aliquo artificio ſuffulciatis. Aduerſarius.* [b] In [a] Luc. 16. Diues, in Inferno cum eſſet, vidit à longè animam Lazari in ſinu Abrahæ, & audiuit inter loca ipſorum magnum χάσμα, hiatum eſſe interiectum: Animæ Piorum in hoc ſinu Abrahæ fuerunt. [l] Et hoc probo contra Impium Caluinum, Sinum Abrahæ non in cœlo, ſed in loco ſubterraneo, & Inferis eſſe. *probabis, ſed heri. nam. Aduocatus.* [m] Hæc pars de Epulone non hiſtoria, ſed parabola videtur; quia qui in Inferno ſunt nondum corporibus puniuntur, at hic ſit digiti Epulonis, & linguæ mentio: vbi ſinus Abrahæ eſſet Auguſtinus PRVDENTER dubitabat, & ex hoc quod dicitur magnum χάσμα, valde ſuſpicor PER SINVM Abrahæ SVMMVM COELVM deſignari. *Hic Ieſuita tam libere commentum veſtrum exploſit, ac-ſi in Proteſtantium ſcholis edoctus fuiſſet: & ſane nonnullum argumentum fabulæ eſſe poſſit, hæc veſtra illius fabuloſa probatio.*

[b] *Bell. lib. 4. de Chriſto cap. 11. in princip.*
[a] *Luc. 16.*
[l] *Staplet. in Prompt. in Feria 5. hebdom. 2. & Coſterus Ieſ. Enchirid. cap. 12.*
[m] *Maldonatus Ieſ. Comm. in Luc. 16.*
Auguſtini prudentia, in Caluino impietas cenſetur.

CAPVT. LXXI.

Doctrina Quarta, de Concupiſcentia an in regeneratis, vbi deeſt conſenſus, ſit ne proprie peccatum. de qua [n] *ſupra diximus.*

[n] *Supra cap. 28.*

Doctrina Quinta, de Satisfactione pœnali.

[a] *Bell. lib. 4. de Notis Eccleſ. cap. 9.*
Aduerſarius Caluini teſtimonium detruncat.
[b] *In loco quem Bellarminus delumbauit.*

Aduerſarius. [a] Omnes ferè veteres, inquit Caluinus, quorum libri extant, aut hac in parte lapſi ſunt, vbi de Satisfactione agitur, aut nimis aſpere & dure loquuti ſunt. *Procul-dubio, hæc ſcribenti tibi malitia calamum ſubtraxit, nè Caluini verba immediate ſequētia exprimeres. Reus.* [b] Sed non concedam eos ipſos adeo fuiſſe rudes, & imperi-

tos,

tos, vt eo sensu illa scripserint, quo à NOVIS ipsis satisfactionarijs leguntur. * Chrysostomus enim ita scribit, vbi misericordia efflagitatur, ira cessat; vbi misericordia petitur, pœnæ locus non est. quæ verba, vt-cumque torqueantur, cum Scholasticis conciliari nunquam poterunt. Et * Augustinus, Pœnitentiæ satisfactio est causas peccatorum excidere, nec ipsorum suggestionibus aditum indulgere; quo apparet ILLIS QVOQVE SECVLIS, irrisam passim fuisse satisfactionis doctrinam, quæ pro admissis delictis rependi dicitur, cum omnem satisfactionem referant ad cautionem sein posterum à peccatis abstinendi. *Caluinus igitur non dogmata, sed verba duriuscula in veteribus taxauit, imo Satisfactionem, quam Schola noua excogitauit, a veteribus irrisam, & explosam esse contendit. Quin & insuper (tu Bellarmine) verborum temperantiam in Patribus desideras.* * Satisfactio non offertur pro culpa, sed pro pœna. Quod si veteres Patres interdum actionibus humanis tribuere id videntur, vt pro expianda culpa satisfaciant: interpretandi sunt de satisfactione ex congruo, non ex condigno. *Itaq; sine distinctione noua vetus Petrum erratum excusare non possis, distinctionem nouam dixi? Aduocatus.*

* *Hom. in Psal. 50.*

* *Eccles. dogm. cap. 54.*

* *Bell. lib. 4. de Pœnitent. ca. 1. §. Iam igitur. Insite respondet aduers.*

† Catholicos quosdam viros doctissimos, & pientissimos adhuc video eo propendere, vt Ecclesia meritum de Congruo repellat, vt CONTRA AVTORITATEM Patrum RECENS inuentum. Reuera hãc distinctionem Congrui, & Condigni PATRES NVSQVAM habent. *Egregius tu quidem Patrum expositor, quorum verba (ne quid durius dicam) duriuscula, per distinctionem (quæ est contra eorum sensum, & autoritatem) interpretando, lenire voluisti. postremo, vt huic quæstioni de satisfactione paucis ipse vobis satisfaciam: Scholasticum dogma recolite.* ‡ Satisfactio (*scholastica*) imposita est à Confessario, fit per opera pœnitentialia. ‖ Est vtilissima Peccatori, quia coercet a peccando. Secundo, conducit ad habitus vitiorum eradicandos. Tertio, ad Dei iram placandam, quia propter vnius peccatum non punitum vt oportuit, Dei furor, in totum populum accenditur,

† *Vega li. 1. c. 8. pag 188. & in opusc. de merito qu. 7. pag. 816. & pag. 195.*

Volletus Iesuit. l. 3. de Institut. Sacerd. cap. 11.

‡ *Bell. lib. 4. de Pœnit. cap. 5. §. 4. Ratio.*

‖ *Indulgentia papalis sententiam Caluini nimis confirmat.*

ditur. [1] Indulgentia est remissio harum actionum, quæ sunt à Confessario iniunctæ Peccatori. *Si Satisfactiones tam (vt dicitis) vtiles sunt, indulgentiæ pernitiosæ sunt: aut igitur Helena vestra Indulgentiarum doctrina iugulanda est, aut Satisfactionis Scholasticæ opinio abroganda, quia non sumitur in cautelam, sed ad medelam proponitur. De his* [*] *supra.*

[1] *Tolletur quo supra lib. 6. cap. 22 & 23. Dilemma.*

[*] *Supra cap. 62. & 63.*

Doctrina sexta. De oratione pro defunctis.

Aduersarius. [1] Ante mille, & trecentos annos vsu receptum fuit (inquit [*] Caluinus) vt precationes fierent pro defunctis, sed veteres, omnes, fateor, in errorem abrepti sunt. *Siccine Caluinum tractas? Reus.* [*] Quum mihi obijciunt Aduersarij, ante mille annos vsu receptum fuisse, vt precationes fierent pro defunctis. *Sententiam, quam ille proponit sibi refutandam obiectionem vestram, eam tu, tanquam ipsius assertionem nobis obtrudis. pergit enim Caluinus.* Atqui ipsi veteres, qui preces fundebant pro defunctis: *Quibus verbis tu, ex tua insidiosa liberalitate, addis,* Omnes, *deinde Caluinus, inquis,* fateor, inquit, Omnes in errorem abrepti fuerunt. *à qua confessione Caluinus tam fuit prorsus alienus, vt verbis subsequentibus subjungat.* [*] Verum nè glorientur Aduersarij nostri, quasi veterem Ecclesiam erroris sui sociam habeant: dico esse longum discrimen. Agebant illi memorias defunctorum, de statu eorum dubitantes, de purgatorio nihil asserebant, isti (Papistæ) quod de Purgatorio somniant, pro fidei dogmate haberi postulant. quinetiam NON-NVLLA VETERVM TESTIMONIA proferre NOBIS haud difficile esset, quæ totas illas pro mortuis preces manifestè euertunt. *Praclara est hæc Caluini sententia, quâ non obscurè docet, antiquam consuetudinem, quam cæcus affectu humanus inuenit, esse ex diuina iudicij norma doctrina antiqua, corrigendam. Doctrina, inquam, Antiqua. Aduocatus.* [2] Vsque ad hodiernum diem, nunquam in Ecclesia veteri statutum fuit, quomodò Defunctorum animis preces nostræ prodesse possint: Sed

[1] *Bell. quo supra.*

[*] *Cal. Instit. lib. 3. cap. 5. §. 10.*

[*] *In loco obiecto. Sententia Caluini misere detorquetur.*

[*] *In eodem capite.*

Caluinus ad antiquitatem prouocat.

[2] *Cassander lib. Consult. art. 24.*

Sed fuiſſe MERVM TESTIMONIVM CHARITATIS noſtræ erga Defunctos, & immortalitatis animæ, & corporum reſurrectionis futuræ. *Ex huius eruditiſſimi hominis confeſſione, dogma veſtrum, quod importuna prædicatione, tanquam omnino neceſſarium, vrgetis ſtrenuè, exſtruſſum euanuit. En verò fraudes pias ſcil. veſtras!* Mittas diplomata à Pontifice max. vt aræ maximæ huius collegij facultas detur VNIVS animæ ex Purgatorio liberandæ, quotics ad eum ſacrum fiat pro mortuo. *Somnium planè Pagānicum.* Nam [2] Bonzij, qui ſunt Sacerdotes Ethnici apud Indos, dicunt eos, qui fortè ad Inferos relegati ſunt, è medijs flammis vindicaturos, præſertim verò SI BONZII DEPRECATORES acceſſerint. *Quin etiam hunc mihi quaſo ſcrupulum eximite, Ieſuita petit à Pontifice facultatem in miſſis ſingulis animam vnam duntaxat ex Purgatorij ſupplicijs maximis, multoq; tempore luendis, liberandi. Noſter ſummus animarum Paſtor, 99. oues ſaluas relinquens, errantem vnam quarit, vt ſaluet: Paſtor verò hic veſter animas milliet 99. in Purgatorij flammis miſerè toſtas relinquens, exorandus eſt vt redimat vel vnam. Dominus eos benedictos eſſe pronunciat, qui incarceratis ſanctis ſuis etiam minimis vel minimum ſolatij præbuerint. Seruus verò ſanctas animas infinitas in Infernali Carcere miſerè cruciari credit, quibus nihil indulgentiarum impertiet. Si poteſt, non eſt verus Paſtor, ſi non poteſt, eſt verus Impoſtor.*

[1] *Xauerius Ieſ. lib. 1. 10. ad Ignatium Loiolam.*

[2] *Ibid. lib. 4. Epiſt. 1.*

Orthodoxa Reſponſio.

Quam apte Pontificijs ſacerdotibus, cum Ethnicis conuenit?

Dilemma.

CAPVT. LXXII.

Doctrina ſeptima. De merito.

Aduerſarius. [1] Vſi ſunt, fateor (inquit [2] Caluinus) paſsim vetuſti Doctores nomine Meriti; & infra addit: peſsimè conſuluiſſe fidei ſynceritati, qui hoc nomen inuenit. *Aliud Caluinus queritur, aliud fatetur, hoc, §. 2. Patres veteres* meriti *vocabulo vti, illud, Poſteros verò eodem abuti conſueuiſſe: quorum alterum Caluini modeſtiam,*

[1] *Bell. quo ſupr.*

[2] *Caluini lib. 3. Inſtit. cap. 15.*

alterum ſapientiam, vtrumque candorem animi eius, pietatemque illuſtrat. modeſtiam. vſiſunt, inquit, nomine meriti: *Potuit de multis,* abuſi, *dicere, cum præſertim. Aduocatus.*

[a] *Vega lib. 8. de Iuſtif. cap. 8. pag. 189.* [b] Non me fugit VSVRPARI apud Patres nomen meriti, vbi NVLLA EST RATIO MERITI, neq; de congruo, neque de Condigno. *Non ita tamen vſi ſunt Patres eo nomine, quemadmodum nunc Poſteri.* [c] Quod ſi Aliquis veterum vocabulo promerendi vſus eſt, non aliter intellexit, quam Conſecutionem de facto. *Recte. Veteres per*

Meriti vox apud patres quid ſibi vult.

[c] *Staplaton in prompt. Fer. 5. poſt paſſ. Dom.* mereri *nihil aliud quam conſequi ſignificarunt, poſteri verò contendunt ex dignitate operum, tanquam ſibi debitam beatitudinem vendicari. Doctrina fidei antiquitati, ſynceritatique inimiciſſima, quia (in quo etiam Caluini ſapientia elucet.)*

[d] *Vega Opuſc. de meritis q. 4. pag. 782.* [d] Thomas Waldenſis ſic ſcribit. Ille (*Theologo veſtro celeberrimo attendite*) eſt SENIOR Theologus, FIDELIOR Catholicus, & ſacris Scripturis magis conſentiens; qui merita SIMPLICITER ABNEGAT: & cum modificatione Apoſtoli, & Scripturarum agnoſcit, quod ſimplicitèr nemo meretur regnum cælorum, ſed ex gratia Dei, & voluntate largitoris. Loquitur Waldenſis de operibus Iuſtificatorum.

Scholaſtici abhorrent a voce meriti.

[e] *Bell. lib. 2. de Iuſtif. cap. 2. §. In eandem, &c.* [e] In quam Sententiam Albertus Pighius incidit. *Quam ſententiam verè ſacram, & antiquam eſſe, in Tractatu noſtro de* Iuſtificatione *(ſi Deus dederit eum lucem videre) ex Autoribus veſtris abundè demonſtrabitur.*

CAPVT. LXXIII.

Doctrina Octaua, de Cœlibatu Sacerdotum.

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. militt. cap. 9.* ADuerſarius. [a] Peccauit Antiquitas (inquit Caluinus) immodica ſeueritate, quod plus requireret in Epiſcopo, quam Paulus requirat, ac præſertim ſucceſſu temporis cœlibatum. *Tu genuinam Caluini mentem aſtute diſſimulas. Caluinus antiquitatem Apoſtolicam vendicat, taxat vero Eccleſiaſticam, nec tamen primitiuam illam, ſed quam* Succeſſus temporis

temporis *inuexit nouam. Aduo.* [b] Caluinus in [*] Inſtit. non eſt veritus aſſirmare OMNES veteres PATRES APPROBASSE coniugium in Sacerdotibus, & intelligit etiam quoad VSVM: quod ſi verum eſt, ſequitur legem cœlibatus eſſe antiquam. quod idem Proteſtantes. *Hec quæſtio integra diſcucienda eſt, vt teneamus quenam ſit*

[b] *Greg Valent. Ieſ. Tom. 4. diſp. 9. qu. 5. punct. 5. ſect. 2.*
[*] *Ieſt. lib. 4. cap. 12. §. 25.*
[*] *Bell. lib. 1. de Clericis ca. 19. §. Contra hos.*

Lex Cœlibatus, {*ante* / *poſt*} *Ordinationem.*

Aduerſarius. [c] Votum cœlibatus annexum eſt ordinibus iure antiquiſsimo, ita vt, nec vxores ducere, nec ductis vti liceat. *quo iure?* [d] Diuino. [e] Theologus quidam cœlibatum ſacris ordinibus *ex hoc*, hoc eſt ſubſtantialiter, & lege diuina adiunctum eſſe contendit, nec eſſe in poteſtate Eccleſiæ, vt coniugij vſum magis, quam latrocinij Sacerdotibus permittat. [f] Eadem eſt ſententia Medinæ. *Aduocatus.* [g] Vſus coniugalis interdicitur Sacerdotibus TANTVM IVRE HVMANO. [h] Et hoc multis argumentis probatur. [i] Accedat autoritas Concilij [*] Tridentini, in quo dicitur LEX ECCLESIASTICA. [k] Non eſt igitur audiendus [*] NOVVS ille Dogmatiſtes, qui matrimonium vult Sacerdotibus iure diuino prohiberi. *Legem igitur Eccleſiaſticam obtenditis, qualem vero tandem, & quam antiquam? Aduerſarius.* [l] Cœlibatus iure Apoſtolico annexus eſt Sacerdotibus. [m] Lege planè Apoſtolica. *Aduocatus.* [n] Antiquiſsimus Eccleſiæ temporibus viuentibus adhuc Apoſtolis, & POST APOSTOLOS aliquot adhuc annos, admiſsi fuerunt ad ſacros ordines VIRI CONIVGATI, non quidem promiſcuè, ſed electi, qui vnicam tantum vuxiſſent vxorem, eamque virginem. [o] MVLTIS annorum CENTENARIIS poſt Apoſtolos Eccleſia primitiua defectu cœlibum SACERDOTES habuit MARITOS. *Addunt Ieſuita* 1. *Aduerſarius.* [p] Maritos illos Sacerdotes non vſos eſſe copula matrimonij, poſt ordi-

[c] *Aduerſarij inter ſe litigant.*
[d] *Ioann. Maior in diſt. 24.*
[e] *Caſſander lib. conſult. art. 23. intelligit Turrian. Ieſ. in l. 2. de dogmaticis characteribus vt eſt in margine apud Caſſandrum.*
[f] *Valent. lib. de Cœlibatu c. 2.*
[g] *Aquinas 2. 2. qu. 88. art. 1.*
[h] *Bell. lib. 1. de Clericis ca. 19.*
[i] *Valent. Ieſ. quo ſupra.*
[k] *Seſſ. 24. Can.*
[l] *Caſſander ibi ſupra.*
[m] *Turrianus Ieſ.*
[n] *Bell. quo ſupra cap. 19.*
[o] *Valent. Ieſ. quo ſupra ca. 3.*
[p] *Coſterus Ieſ. Enchir. tract.*

de Cœlibatu. [*] *Epiſc. Eſpenſæus comm. in Tit. cap. 1.* [p] *Valent. quo ſupr.* [q] *Coſterus quo ſupra. Inſtat Aduerſ.*

nationem

nationem. 2. [a] Nunquam licuit Sacerdoti iam ſacris ordinibus initiato vxorem ducere, neque vllus eſt antiquorum Patrum qui aliter ſcripſiſſe, vel ſenſiſſe legitur. [f] Nullum probati viri exemplum afferre poſsint. *In vtroque vobis ſatisfaciendum eſt:* 1. *Licuiſſe maritis vti vxoribus ſuis, quas ante ordinationem duxiſſent,* 2. *Licuiſſe etiam poſt ordinationem vxores ducere.* 1. *Adnocat.* [f] De maritis ad Eccleſiæ miniſterium eligendis non tantoperè quidam reluctantur, cum ea res exemplum habeat PRISCAE ECCLESIAE, & ab orientalibus OMNIBVS Eccleſijs HVCVSQVE ſeruetur: cum res in pleriſque ita comparatæ ſint, vt coniugum piarum Conſortio, non modo ad functiones eccleſiaſticas non impediantur, ſed etiam ad earum procurationem ADIVVENTVR ab ijs, quemadmodum de Patre ſuo Gregorio, & matre NOMIA Gregorius Nazianzenus teſtatur. *De Hilario ſic cecinit Poeta veſter.*

[a] *Bell. quo ſup.* [f] *Caſſander lib. Conſult. art. 23. Solutio.*

[f] *Baptiſta Mantuanus.*

[f] Non nocuit tibi progenies, non obſtitit vxor
Legitima coniuncta thoro—— *& de Nazianzeno ſuanius.* Præſule Patre ſatus, nam TVNC id iura ſinebant,
paſtorale pedum geſsit poſt funera Patris.

Paulo poſt. ——Non horruit ILLA
TEMPESTATE Deus thalamos, cunabula, tedas. *Concludit.* Tutius eſſe volunt, qua lex diuina ſinebat,
Iſſe via, VETERVMQVE ſequi veſtigia Patrum.

Deinde quod in confeſſo eſt apud omnes. [a] Fuerunt ex noſtris pontificibus aliqui in matrimonio. *Quid multa?* [x] Copula Sacerdotalis nec legali, nec Euangelica, NEC APOSTOLICA autoritate prohibetur. [y] Ecce hac autoritate (*loquitur de decreto Pelagij Pontificis*) electus in Epiſcopum NON PROHIBETVR habere vxorem, & filios. [z] Sacerdotibus ante ptohibitionem VBIQVE licita ERANT, & in Orientali eccleſia VSQVE HODIE licere probatur. *Accedat Pontificis iudicium.* [a] Is Epiſcopus ordinetur, quem vnius vxoris virum eſſe conſtiterit. *Paulo poſt.* Vt virginem vxorem ACCIPIAT, & alterius

[a] *Aeneas Syluius de geſtis Conc. Baſil. Platina exemplor. copia ſuppeditat hiſt. de vit. Pont.* [x] *Gratianus diſt. 26. Can. Sors.* [y] *Diſt. 28. Can. de Syracuſana, &c.* [z] *Diſt. 56. Can. Cenomanſis.* [a] *Leo Papa Epiſt. 87. Poſt ordinationem.*

THORVM

THORVM nesciat coniugis, quæ futura est vxor Pontificis. *Post ordinationem verò.* [b] LICVIT in Ecclesia Orientali matrimonium etiam POST ORDINATIONEM contrahere. [c] Matrimonij contractio POST ordinationem SOLO STATVTO prohibita fuit, & exempla PRISCA extant, quæ testantur huiusmodi statuta non tam anxiè obseruata fuisse, quin ob Ecclesiæ necessitatem aliquandò relaxata fuerunt. Epiphanius ait etiam [*] SVA AETATE quibusdam in locis Presbyteros matrimonio vti, & LIBEROS GIGNERE, quamuis id fiat contra Canones Ecclesiasticos, idque fieri propter inopiam Ministrorum. [d] Ante sextam Synodum, quæ fuit in Trullo, LICEBAT EPISCOPIS HABERE VXORES, etiam POST Episcopalem dignitatem, quemadmodum qui post matrimonium ordinantur Sacerdotes. *Iam nouitatis faciem contemplemur.* [e] Gregorius Papa celebrata Synodo vxoratos Sacerdotes à diuino officio remouit, & Laicis missas eorum audire interdixit, NOVO EXEMPLO, &, vt multis visum est, INCONSIDERATO, CONTRA Sanctorum Patrum sententiam. [f] Contra hoc decretum, quo statuitur, nè quisquam ad sacros ordines admittatur, qui non perpetuam continentiam, vitamque cœlebem profiteatur, tota Clericorum factio vehementer insremuit, hominem esse Hæreticum clamitans, qui oblitus sermonis Dominici, [Non omnes capiunt.] & Apostoli, [Qui non continet nubat] violenta coactione hominibus vitam Angelicam imponeret. [g] Hoc decretum à Syritio Papa primum editum fuit, nec ab Orientali Ecclesia vnquam receptum. [h] Ante Syritium coniugium Sacerdotibus permittebatur. [i] Syritius circitèr annum salutis 363. sedere cœpit, Sacerdotibus coniugio interdixit, nec ante Gregorium 7. anno Domini 1074. coniugium Occidentalibus Sacerdotibus adimi potuit. *Quid ergo?* [k] Restat vt in posterum ordinandis, hoc statutum relaxetur, & MORE VETERIS Ecclesiæ, & HVC-VSQVE Orientalium ecclesiarũ, honesti quoq; mariti ad Ecclesiæ ministeriũ admittantur,

[b] *Caietan. lib. 1. opusc. tract. 17.*
[c] *Testis Valens. Iesu Tom. 4. disp. 9. q. 5.*
[*] *Cassander art. 23.*
[d] *Anno 390. & Clemens Alexand. lib. 7. pag. 112. Exempla habemus Apostolos.*
[e] *Balsamon in Can. Apost. 5.*
[f] *Sigebertus Anno Domini 1074.*
[g] *Scafn. burgensis anno Domini 1074.*
[h] *Cliftou. lib. de continent. Sacerd. cap. 4.*
[i] *Gloss. dist. 82.*
[k] *Polydor. Virg. Invent. lib. 5. cap. 4. Nouitas se prodit.*
[l] *Cassander lib. Consult. art. 23.*

& extra tempus ministerij familiaritate quoque suarum coniugum VT I permittantur, iuxta Canonem sextæ Synodi generalis. *In his duplex occurrit vestra nenitas.* 1. *Non licere Sacerdotibus, ante ordinationem duc̃is vxoribus vti.* 2. *nec alias post Ordinationem ducere.*

Caput. LXXIIII.

Doctrina 9. de veteris Ecclesiæ severiori pœnitentia.

[a] *Bell. quo supr.* [b] *Cal. lib. 4. de Instit. cap. 12. §. 8.*

Aduersarius. [a] Excusari nullo modo potest (inquit [b] Caluinus) immodica veterum austeritas, quæ prorsus à Domini præscripto disidebat, & erat mirum in modum periculosa, cum Peccatori pœnitentiam solennem, nunc in tres annos, nunc in quatuor, nunc in septem, nunc in totam vitam indicerent. *Quo in loco Caluinus veterem morem deprauatum merito reprehendit, vt tamen veterum ipsorum iudicium rectum efflagitet. Primum, tu in Caluino, & quidem atro quasi carbone notandum profers. alterum, inuidiose dissimulas. ipsius loquatur Reus.* [a] Quanquam publicum hic potius morem improbo, quam eos omnes accuso, qui eo vti sunt: quorum nonnullis displicuisse certum est, sed ideo ferebant, quia non poterant corrigere: certe Cyprianus declarat, quam non sponte fuerat tam rigidus: Chrysostomus aliquanto durior lenitatem præcipit. Scimus præterea qua facilitate Augustinus vsus est. *Deinde ad antiquitatem Apostolicam prouocat.* [b] Talis seueritas docet Ecclesiam, quæ cum spiritu Mansuetudinis coniuncta est: semper enim diligenter cauendum est, quemadmodum præcepit Apostolus 2. Cor. 2. ne absorbeatur tristitia is in quem animaduertitur], sic enim ex remedio fieret exitium. ergo vbi pœnitentiæ suæ testimonium Ecclesiæ dat peccator, quo scandalum, quod excitauerat, quantum in se est, obliterat, nequaquam vltra vrgendus est, ne vel magna hypocrisis sequatur, vel maxima desperatio. *Hanc esse sententiam*

[a] *Idem Calu. Caluinus patres excusat.*

[b] *Idem ibid.*

tentiam vere Apostolicam, adeoq; Antiquissimam Commentarij vestrorum Autorum in locum Apostoli vniuersi contestantur. pro omnibus vnum proferam, sed vnius, qui est instar omnium. [a] Apostolus dicit : [b] Sufficit illi qui eiusmodi est. Incestuosus erat excommunicatus, & traditus Satanæ, grauiter dolet, Sufficiens igitur erat pœna, non quantum ad iudicium Dei, sed quantum expediebat personæ, melius enim est seruare lenitatis spiritum, vt correctionis fructus sequatur, quam si durius corrigatur, desperet peccans, & maioribus peccatis immergatur. ratio NE FORTE tristitia ABSORBEATVR. inducit eos ad misericordiam vt ad Ephes. 4. DONANTES inuicem sicut Deus in Christo donauit vobis, nec condemnationem modo, sed etiam Consolationem præcepit : VT CONFIRMETIS IN ILLIS CHARITATEM : addit. Vt non circumueniamur à SATANA : Diabolus enim multos decepit, quosdam trahendo ad perpetrationem peccatorum, quosdam vero ad NIMIAM RIGIDITATEM cõtra peccantes. *Inter iudicium Caluini, & Aquinatis, præter styli elegantiã, nihil interest: erat igitur hæc Caluini Immodicæ rigiditatis, nõ immodica, nec immodesta taxatio : vos vero priscam illam seueritatem admittetis ? nihil minus.* [d] Antiquitus remissiones aliquot pœnarum factas legimus, licet non tam AMPLAS, vt MODO fiunt. [e] Antiquitus vsus erat seuerioris disciplinæ, antequam Indulgentiarum Vsus increbuit. *Quamobrem obsecro ?* [f] Quia tunc illi homines seruentiores erant, in bonisop eribus, & minus indigebant indulgentijs, quam nos. *Confessio vera: quæ ostendit vos antiquam seueritatem excussisse penitus, lesuitæ ratio inepta : quasi laxius, & petulantius peccantibus Remissio maior, faciliorq; debeatur. non est igitur quod quis miretur, quod tales vestras remissiones* Indulgentias *nominatis. De quarum nouitate paulo post.*

[a] *Aquinas in hunc locum.*
[b] *2. Cor. 2.*
Ratio apostolica.
Eccl. Rom. antiquam Austeritatem antiquauit.
[d] *Tolletus Instruct. lib. 6.*
[e] *Valent. Ies. lib. de Indulg. cap. 2.*

CAPVT. LXXV.

Doctrina 10. de Quadrageſima

Duerſarius. [a] Veteres, inquit [*] Caluinus, Superſtitionis quædam ſemina iecerunt, & occaſionem præbuerunt tyrannidis, quæ poſtea exorta eſt, rurſus paſſim inualuerat ſuperſtitioſa Quadrageſimæ obſeruatio: fuit enim mera κενοζηλία, & ſuperſtitionis plena, quod colore imitationis Chriſti ieiunium ordinabant. *Superſtitionis ſemina in veteribus notauit, ſed tantum ſemina: in vobis autem fructum ipſum, ſuperſtitionem reprehendit. ſemina vero Caluinus deſcripſit.* [*] Immodicis laudibus ieiunium inter præcipuas virtutes extollunt, cum ſit res per ſe media, nec quicquam habet in ſe momenti, niſi propter fines, in quos reſpicere debet. *Noluit Caluinus medium virtutis cum ipſa virtute, ſeu Ancillam cum Domina adequare: de quo nos* [*] *ſupra. nec tamen hunc tantillum errorem omnibus, nec Authoribus ipſis in omnibus tribuit. addit enim:* [*] Occurrunt quidem interdum ſanæ, & prudentes de ieiunio ſententiæ. *Nunc de κενοζηλία paucis. hoc eſt in omni Theologia triſtiſſimum, miracula ad admirationem, non ad imitationem facta eſſe, vt apud homines ex admiratione fidem conciliarent, non vt ex imitatione illorum homines ſuum aliquod officium exprimerent.* [b] Chriſtum autem, tot diebus ſine omni cibo atque eſurie ieiunantem, quis imitari poſſit? *Ergo nec velle debetis. quia* [c] In rebus diuinis quædam ſunt credenda, vt Trinitas. &c. quædam admiratione honoranda, vt Chriſti Domini, & Sanctorum hominum miracula: quædam imitanda, vt manſuetudo, & charitas Chriſti: de quibus Apoſtolus, [Imitatores mei eſtote, ſicut ego Chriſti.] VELLE autem in illis prodigioſis affectibus animi, eſt STVLTI, atque SVPERBI. *Attamen.* [d] Pro modulo noſtro, *inquitis.* [e] Et quantum poſſumus Chriſtum caput noſtrum imitamur. *Imo, ſi ad Chriſti ieiunantis cauſam, vel modum, aut etiam finem ſpectemus,*

[a] *Bell. quo ſupr.*
[*] *Calu. Inſt. lib. 4. ca. 2. §. 20.*
[*] *Calu. ibid.*
[*] *Supra cap. 35.*
[*] *Calu. loco iam poſito.*
[b] *Ianſenius concord.*
[c] *Delrius Ieſ. part. 1. diſq. Magic. lib. 2. q. 4. §. Sed.*
[d] *Ianſenius quo ſupra.*
[e] *Bell. lib. 2. de bonis operibus cap. 16.*

ſpectemus, nullus homo poſſit, ita ieiunium inſtituere. at quantum, *inquitis*, poſſumus *tamen: ne id quidem.* [f] Non ieiunamus eo tempore, quo Chriſtus Dominus ieiunauit, maluit enim Eccleſia poſt Chriſtum Dominum, quam cum Chriſto ieiunare, vt vere eius veſtigia ſequeretur, itaque ieiunauit Dominus a ſexta die Ianuarij, vſque ad 14. Februarij: nos autem ibi (vt plurimum) incipimus, vbi ipſe deſijt: *ridiculum. in quo non poſſitis modum ieiunij, ſaltem pro modulo imitari vultis; in quo poſſitis, tempus ieiunij obſeruare negligitis. ſed vbi Chriſtus deſijt vos incipitis, nimirum ita imitando, ne imitemini. o Imitatores! Nos hic rurſus ad Antiquitatem ipſam, Chriſtum confugimus.* [g] Quamuis Chriſtus potiſſimum ieiunauit, vt per tentationes probatus procederet ad proferendum diuinum Euangelium; ſtatutum eſt ab Eccleſia, vt ante Paſcham omnes ieiunium Quadrageſimæ obſeruarent. *Non igitur Apoſtolicum hoc, ſed Eccleſiaſticum ſtatutum fuit. Statutum ſicut non neceſſario imponendum Eccleſiæ, quia non eſt Apoſtolicum: ita quatenus antiquum ſtatutum εἰς παράδοσιν, id eſt ad præparationem ad Euchariſtiam in Paſchate celebrandam retinendum, ita tamen vt nouo ſuo, & planè Phariſaico fermento, quod ex opinione meriti, περιζηλίας ſtudio, & præſcriptorum Papalium tyrannide conflatum eſt, omnino careat. de Quadrag. antiquitate paulo poſt.*

[f] *Ibid. cap. 17. §. Quærunt.*

[g] *Ianſenius concord.*

11. *Doctrina. Baptiſmus Laicorum.*

Aduerſar. [h] Quod multis abhinc ſeculis, adeoque ab ipſo fere Eccleſiæ exordio, vſu receptum video, vt in periculo mortis Laici baptizarent, ſi Miniſter abeſſet, non video (*inquit* * *Caluinus*) quam firma ratione poſsit defendi. *Caluini dicta ſatis ſeipſum defendent. Primo, quia antiquam Concilij autoritatem pro ſe opponit.* De mulieribus, citra vllam exceptionem, ſancitum fuit in Concilio * Carthag. 4. cap. Ne baptizare omnino præſumant. *Alibi vero* * *Tertullianum, &* * *Epiphanium allegat, qui hanc in Marcione hæreſin damnãt.* Permittet Mulieribus baptizare. *Secundo ratio eius*

[h] *Bell. quæſt. p.*

* *Calu. Inſtit. lib. 4. 15. §. 22.*
* *Cap. 100.*
* *Lib. de Virgland. virg. & li. de Baptiſm.*
* *Hæreſ. 42.*

Cal. quo ſupra. * Math. Docete baptizantes. Baptiſmi adminiſtratio eſt pars Eccleſiaſtici miniſterij, at nè ipſis quidem veteribus, qui hunc morem vel tenebant, vel patiebantur, conſtabat an rectè id fieret vt præ ſe fert * Auguſtinus cum ſic ait. Etſi Laicus, neceſsitate compulſus, baptiſma dederit, NESCIO an piè quiſquam dixerit eſſe repetendum: nulla enim cogente neceſsitate ſi fiat, alieni muneris eſt occupatio: ſi autem NECESSITAS vrgeat, aut nullum, aut VENIALE delictum eſt. *Dubitatio manifeſtior eſt, quam vt eludi poſſit. Caluini rationem, cum Auguſtini dubitatione comparemus, & Inſtitutio Chriſti, vt vera antiquitas, obtinere debet. Denique vos quidem.* [1] In caſu neceſsitatis ſiue Iudæus ſit, ſiue Paganus, ſiue quiuis Infidelis, poſsit baptizare. *Ecqua Antiquitas figmento huic faueat?* [2] Veteres de hoc dubij fuiſſe videntur. *Poſtremo, quam ſolam cauſam obtenditis, Caſum neceſſitatis, eam iam * ſupra non neceſſarium eſſe probauimus.*

Auguſt. Tom. 7. lib. 2. contra Epiſt. Parm. cap. 13.

[1] *Bell. lib. 1. Baptiſ. cap. 7. Cæterum. & Toll. Inſtruct. Sacer. l. 2. c. 20.*

[2] *Bell. quo iam ſupra. §. Quinto docent.*

Supra ca. 41.

12. *Doctrina de Euchariſtiæ ritu.*

[1] *Bell. lib. 4. de Eccl. Milit. c. 9.*

Aduerſarius. [1] Excuſari non arbitror poſſe veteres (inquit * Caluinus) quin aliquid in actionis modo peccauerint, imitati ſunt enim Iudaicum ſacrificandi morem magis, quam aut ordinauerit Chriſtus, aut Euangelij ratio ſinebat. *Hac ſententia nec cauſæ noſtræ præiudicio eſſe poſſit, nec præſidio veſtræ. 1. quia tantum præpoſteram & vmbratilem quandam Anagogen taxat: ita tamen, vt hic Patrum iudicium de Euchariſtiæ myſterio non modo non refugiat, verum etiam approbet, & prorſus efflagitet.* * Equidem cum pium atque ORTHODOXVM SENSVM de toto hoc myſterio retinuiſſe PATRES videam, Excuſari tamen, &c. *Quod ad cauſam veſtram.* * Si de approbando Sacrificij commento, quale eſt in Miſſa, confinxerunt Papiſtæ, agitur, vtuntur quidem Patres ſacrificij vocabulo, verum exponunt ſe aliud nihil intelligere, quam memoriam veri illius, & vnici ſacrificij, quod in cruce peregit Chriſtus, vnicus

Lib. 4. Inſtit. cap. 18. §. 21. Aduerſ. depraua mentem Caluini.

Ibid.

Calu. ibid. §. 20. Sacrificij ratio.

vnicus (vt ipſi paſsim prædicant,) noſter Sacerdos. *Atque etiam (ne fortè ignores.) Aduocatus.* ᵐ Lutherani non penitus ſacrificium negant: ſed in eo perſtant, qui hoſtiam pro peccatis admittunt, eos injuriam ponere Chriſti Sacrificio perfectiſsimo, quo vno cuncta ſunt remiſſa peccata: itaque Gratiarum actionem ſacrificium in Eccleſia eſſe quidem, quod Euchariſtiam iſti vocant. ſed pro peccatis nullum eſſe, quod Propitiatorium appellant. * Id eſt quod Tertullianus vult, ni fallor, cum dicit ſacrificia offerri pro Martyribus, ſignificans pro commemoratione eorum, nam id prioris loci mox citati verba apertè continent: vt ex Auguſtino conſtat lib. de virg. vbi ait Martyres ad ſacramenta altaris recitari, fuiſſe preces gratulatorias, quibus gratias agebant, de eo quod Martyribus eam gratiam contuliſſet. *De quo fuſius* * *infra. Hæc ſunt omnia illa dogmata, de quibus arrogantius, quam verius in initio dixti.* Oſtendam ex confeſsione Aduerſariorum noſtra dogmata eſſe doctrinam omnium veterum. &. Caluinus, cum noſtra oppugnat, fatetur ſe repugnare toti Antiquitati. Noſtra eſſe omnino antiquitati conſentanea. 1. Paſsim, *inquis, quaſi in omnibus Controuerſiis Antiquitatem auerſetur Caluinus.* 2. Omnium veterum, *inquis, quaſi is etiam nullius Patrocinio vtatur.* 3. Toti, *inquis*, Antiquitati; *ac ſi non antiquitatem primæuam vendicet in omnibus.* 4. Dogmata noſtra. *inquis*; *quaſi concedat eandem fuiſſe Patrum & Papiſtarum ſententiam. Hæc quatuor inſignitèr falſa eſſe hæc Synopſis oſtendet.*

ᵐ *Melchior Canus loc. Theog. lib. 12. cap. 12. §. Atque.*

Vera Proteſtantium ſententia vere enarrata.

* *Infra.*

Synopſis Contradictionum ſuperiorum

Quaſcunque Confeſſiones de dogmatibus quibuſcunque potuiſti ex Proteſtantium libris corradere, vel te Autore, duodecim dogmata concernunt: & tamen, Cum noſtra dogmata oppugnat Caluinus, *inquis*, paſsim fatetur, &c. *Atque etiam ex his quædam ſunt minoris momenti: quale* 3. De quo Auguſtinus dubitabat. * *Suarez. Ieſuita.* Nec ſcire attinet. * *Viues. & quamuis Stapletonus Caluinum* Impium *vocat, quod* 3. Sinum Abrahami. *Negauerat eſſe in inferno, hoc tamen*

* *Hæc indoctrina 3. ſupra.*

tamen tam non est ex fide. Vt Valae suspicet Sinũ Abrahæ esse in Cœlo. [4] *Maldonatus Iesuita, hunc vox* [5] *meriti & superstitionis referri possint. Secundum patet in 2. non dixit Caluinus (vt tu ais) Patres* Omnes *errasse, tantum abest, vt id dicere potuerit, vt, si in hoc dogmate Caluinus fortè errauerit,* Patres ferè omnes errauerunt. [7] *Tolletus Iesuita. deinde in altero,* Non omnes, aliter enim Augustinus. * *Caluinus.* Ex patribus probo. * *Caluinus.* Priores Patres non. * *Caluinus.* Non Patres accuso, sed morem. * *Caluinus.* Ad concilium Carthaginense prouoco, & ad Augustinum, & alios. * *Caluinus. Et tamen,* fatetur, *inquis,* se omnes veteres oppugnare. *Tertium examinemus.* Reprehendit Caluinus veteres omnes, præter Augustinum. [8] *Bellarminus.* Et meritò quidem reprehendendos, quia contra Apostolum. [9] *Tolletus, Pererius, Maldonatus, tres inclyti Iesuitæ.* Reprehendit Caluinus vocabuli meriti vsum. [10] *Bellarminus.* Quo Patres sæpe sine ratione vsi sunt. [11] *Vega. et.* Est fidelior Catholicus, & sacris Scripturis magis consentiens, qui illud vocabulum abrogat. [12] *Waldens. & Pighius.* Successu temporis peccauit antiquitas. * *Caluinus. Loquitur de posteriore antiquitate, & verè.* Nam Cœlibatus multis seculis post erat impositus Sacerdotibus. *Cassander.* Et disciplina lenior est ex præcepto Apostoli. *Aquinas. in quibus omnibus Caluinus iuxta cum Doctoribus vestris, relicta posteriore antiquitate, ad antiquitatem primam, & Apostolicam prouocat, & tamen* fatetur, *inquis,* se toti antiquitati repugnare. *Ad vltimum deueniamus.* Non concedam Patres hoc eo sensu scripsisse, quo à nostris Satisfactionarijs leguntur. * *Caluinus.* Longum est discrimen inter Patrum iudicium, & Papistarum. * *Caluinus.* Patres superstitionis semina, Papistæ superstitionem ipsam inuexerunt. * *Caluinus.* Cum Patres pium & orthodoxum sensum habent, Papistæ Idololatricum confingunt. * *Caluinus. Hec Caluinus. Et tamen* fatetur, *inquis,* nostra dogmata, esse doctrinam omnium veterum. *Ex quibus ars tua calumniandi vetus & veteratoria appareat.*

[4] *Supra doctr. 7.*
[5] *Doctrin. 10.*
[7] *Supra doct. 2.*
* *Supr. doctr. 1.*
* *Doctr. 5.*
* *Doctr. 8.*
* *Doctr. 9.*
* *Doctr. 11.*
[8] *Supr. doct. 1.*
[9] *Ibid.*
[10] *Supr. doct. 7.*
[11] *Ibidem.*
[12] *Supr. doct. 9.*
* *Supr. doct. 8.*
* *Calu. supr. doctr. 5.*
* *Doct. 6.*
* *Doctr. 10.*
* *Doctr. 12.*

Caput

Caput. LXXVI.

Hypotheſis Secunda, in qua, ex Pontificiorum confeſſione patet, Romanam Eccleſiam, in dogmatibus controuerſis, veræ antiquitati iamdiu repugnaſſe.

Aduerſarius. [a] Proteſtantes religionem noſtram mutatam eſſe conqueruntur, cum non poſſunt eius mutationis autorem, locum, tempus vllum aſsignare: ergo Eccleſia Romana non à vera religione deflexit: *Quaſi homini peſte vexato liceret morbum ſuum negare eſſe peſtem, niſi demonſtrari poſſit autor, locus, tempus, cauſa, vnde iſtam contraxerit. iam vero multas notas mutationis explicabimus, in omnibus, ex ipſorum confeſſione conſtet, Eccleſiam ſuam iam nimis eſſe mutam.*

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. milit. ca. 5. §. In omnibus. & lib. 3. Enchir. cap. 8. §. Ac primum.*

Quæſtio Prima, Religionis totius baſin, Sacram Scripturam, reſpicit. circa hanc mutationes quatuor notantur.

Aduerſarius. [b] Numerus ſacrorum librorum qui ad Eccleſiam pertinet, ante annos 1200. in Conc. Carthag. 3. traditus erat. *quis tandem?* [c] Si quis librum Heſter, Danielis, Baruch, Eccleſ. Sapient. Iudith, Tobiæ, duorum Machabæorum, cum omnibus ſuis partibus, prout in vulgata Editione habentur, pro Canonicis non receperit, Anathema ſit. *Veræ Antiquitati aſſentiemur. Aduocatus.* [d] Hi libri non erant in Canone Hebræorum. [e] Quæ Eccleſia erat fidelis cuſtos Eloquiorum Dei. [f] Nec ante Chriſti aduentum deficiebat. Secundo, [g] Concilium Laodicæum eos non recipiebat. *Quos Patres Antiqui Hebræos*

[b] *Coſterus Enchirid. tract. de Scriptura. §. Nullus.* [c] *Concil. Trid. Seſſ. 4.* [d] *Canonum ipſum infringit.* [e] *Bell. præfat. in lib. 1. de Verbo Dei.* [f] *Tolletus Ieſ. com. in Rom. 3.* [g] *Bell. lib. 3. de Eccleſ. Milit. cap. 16. §. Ad tertium.* [h] *Ederus Oecon. Bibl. lib 1. pag. 36.*

secuti non Canonicos esse censuerunt. [b] Epiphanius, Hilarius, [i] Etiam Hieronymus, [k] Etiam Melito, Origenes, Eusebius. *Deinde post Concilium Carthaginense.* [l] Augustinus, [m] Damascenus, [n] Gregorius Theologus, & Isiodorus. Item [o] Lyranus: [p] & Dionysius Carthusianus, & alij. [q] Hugo de Sancto victore, Caietanus, [r] Abulensis. *Post Concilij Tridentini Anathema de aliquibus partibus dubitarunt* [s] *Senensis, Iansenius,* [t] *Estensaus,* [u] *Erasmus. at* [x] Ipsis Patribus, qui primitiuæ Ecclesiæ præsidebant, incumbebat, catalogum Scripturarum tradere. *Secunda. Aduersarius.* [y] Volunt Lutherani controuersias omnes ex solis Scripturis definiri conditio iniqua. *Aduocatus.* [z] Primitiua Ecclesia nullam regulam aliam nouit, vtinam hæc nunc obtineret. *Quia.* [a] Quæcumque sunt omnibus ad salutem necessaria scripta sunt omnia. [b] Hoc affirmat Chrysostomus. [c] Hoc est veræ eruditionis. [d] Hoc fieri debet. [e] Hoc, *Deniq;*, Constantinus magnus exigebat. [f] Quem Imperatorem Deus quasi communem quendam Episcopum Ecclesiæ, ad pacem Ecclesiæ constituendam ordinabat. *Tertia. Aduersarius.* [1] Protestantes sequuntur Hebræam & Græcam, quos fontes purissimos falsò appellant. [2] nam codices Hebræi, & Græci erant Rabinorum, & aliorum Ecclesiæ hostium fraude corrupti. *Aduocatus.* [3] Iudæi nec per religionem voluerunt, nec propter Catholicorum diligentiam potuerunt hæbræum textum corrumpere, vt Patres docent. *Aduersarius.* [4] Cum Patres citant Græcum textum non hunc Græcum intelligunt, non fuit ille ab Hæreticis multum corruptus. *Aduocatus.* [5] Sic quidem

[b] *Bell. lib. 1. de verbo Dei, cap. 20. & Canus locis Theolog. lib. 2. cap. 10.*
[i] *Bell. quo supr. cap. 10.*
[k] *Canus lib. 2. cap. 10.*
[l] *Caietanus.*
[m] *Ederus Oeconom. Bibl. lib. 1. pag. 22.*
[n] *Senens. lib. 1. pag. 5. & 9.*
[o] *Perer. præfat. in lib. 16. com. in Dan.*
[p] *Bell. lib. 1. de verbo Dei cap. 10.*
[q] *Canus locis theolog. li. 2. cap. 10.*
[r] *Bell. quo supra cap. 7. in princ.*
[s] *Com. in Tim. part. 1.*
[t] *Annot. in 1. Tim. 1.*
[u] *Waldensis vt citat. Staplet.*

doct. prin. l. de Script. c. vlt. [y] *Bell. l. 1. de verbo Dei c. 21.* [z] *Scripturarum sufficientiam oppugnat.* [a] *Faber Stapulens. præfat. in Euang.* [b] *Bell. lib. 4. de verbo Dei cap. 11. §. Primum*
[c] *Ederus Oeconom. Bibl. lib. 1. pag. 44.* [d] *Greg. magnus lib. 18. Moral. cap. 4.* [e] *Bell. lib. 4. de verbo Dei. cap. 11.* [f] *Epist. Estensaus. comm. in Tim 3. Tertia in Scripturarum edit.* [1] *Bell. lib. 1. de verb. Dei cap. 2.* [2] *Greg. Valent. Iesuita Analys. lib. 8. cap. 8. cap. 5.* [3] *Bell. lib. 2. de verbo Dei cap. 2. & Senens. lib. 3. & lib. 8. pag. 63. Hebræa editio.* [4] *Colleg. Anglo-Rhemense annot. nou. Testam. in præfat. & Bell. li. 2. de verbo Dei c. 7. Græca editio.* [5] *Sixt. Senens. Bibli. 5. l. 7. p. 576.*

Heluidius

Heluidius vetus hæreticus sensit, quem Hieronymus refellit, & execrabiles Anabaptistæ hodie in eodem errore implicantur. *En apertam hæresin.* [6] Esse autem eundem verum Græcum textum, quo vsque ad tempora Apostolorum vsa est Ecclesia PATRES ANTIQVI contestantur. *Secundo, de vulgata latina, an antiqua. Aduersarius.* [7] Est & vera tota Hieronymiana. [8] Imo tota præter quosdam veteris Testamenti, & Apocalypsin. *Aduocatus.* [9] Existimo nouum Testamentum, ab Hieronymo versum non fuisse. [10] Nec sanè credibile est Ecclesiam ante annos mille quingentos hac versione vsos fuisse. *Quid refert modo sincera fuit, nam quicquid verum est, antiquum est satis. Aduersarius.* [11] Qui vulgatam hanc cum omnibus partibus non susceperit, Anathema sit: hæc si errat, Ecclesia errat. [12] Ex hac Græci codices sunt examinandi. *Aduocatus.* [13] Hoc quod de Concilio Tridentino obiectant alij, ridiculum est, nam etiam post concilium Tridentinum Theologi Louanenses illam taxarunt. [14] Multiplici vitio scatet, græcæ fidei reddenda. [15] Credendum ei quatenus cum græcis consentit. [16] Hoc Augustinus sensit, Hieronymus clamat, ratio docet, nec vllus sanioris iudicij repugnat, sed NVNC rigidus stupor opponitur. *Ec-qua tandem apud Protestantes integra latina translatio? Aduersarius.* [17] Protestantes in translationibus suis omnia adulterarunt. *Aduocatus.* [18] In nouum Testamentum Syriacè, & Græcè, atq; LATINE editum, cum versione ex Syriaco per Immanuelem Tremellium, quod opus ipsum alijs VTILE esse videatur, hæc quæ subiecimus expurganda sunt. *Hæc? quæ obsecro? locos examinet Lector, in annotationibus aliqua delenda esse statuunt, in translatione ne verbum quidem. Quarta. nullane vernacularum, & vulgarium translatio antiquitati necessarie videbatur? Aduersarius.* Non per quadringentos annos, quod dico ad Nouatorum audaciam comprimendam. *Aduocat.*

Hæresis Heluidiana.
[6] *Pag. 580.*
Latina Pontificia translatio.
[7] *Eugubius Episcopus vt refert Bell. lib. 2. de verbo Dei cap. 9.*
[8] *Bill. ibid.*
[9] *Maldonat. Iesuita in Luc. 16.*
[10] *Lindanus li. 3. de opt. genere Interp. idem Senensis Bibl. lib. 4. tit. Sanctos & Eras. in Epist. ad M. Dorpium.*
[11] *Canus refert locis theolog. li. 2. cap. 13.*
[12] *Valent. Iesuita Analys. lib. 8. cap. 5.*
[13] *Franc. Lucas in præfat. annot. in Bibl.*
[14] *Stapulens. in præf. in annot. nouu Test.*
[15] *Theor. Marus in Epist. ad Marc. Dorpium.*
[16] *Viues scholast. in Aug. de Ciuit. Dei lib. 15. cap. 13.*

[17] *Colleg. Anglo-Rhem. præfat. in nouum Testament. Latina Protestantium.* [18] *Censores librorum ex decret. Concil. Trid. in Indice expurg. quem lumus edidit Quarta vsum Scripturarum publicum Christianis abstulit.* [19] *Bell. l. 2. de verb. Dei c. 15.*

[20] Concilium Nicænum erat circiter annũ trecenteſimũ. [21]. In quo decretum erat, vt Chriſtianus nullus careret Biblijs. [22] Chryſoſtomus floruit anno 380. [23] Qui vertebat partes Scripturæ in linguam Armenicam, & Gothicam. *Aduerſ.* [24] Non eſt exiſtimandum ſacra Biblia opificum manibus conteri. [25] Nunquam indifferenter ab omnibus LEGEBATVR. *Aduocatus.* [26] Contrarium manifeſtum eſt ex Epiſtola ad Coloſſ. & ex COMMVNI ECCLESIAE PRAXI: hanc Euſebius, vſque ad ſuam ætatem Chriſtianos ſeruaſſe ſcribit, nec hæc noua, aut mea, ſed PATRVM ANTIQVORVM doctrina *antiqua admodum. nam.* [27] Euangeliſta Lucas ſuum euangelium, & Apoſtolus Paulus multas epiſtolas ad homines ſeculares, & priuatos ſcripſerunt. [28] Iohannes vnam epiſtolam ad Gaium hoſpitem ſuum. [29] Secundam ad Electam dominam, ea erat matrona Babylonica, dedicauit.

[20] *Bell. l. 2. de Euch. c. 10.*
[21] *Agrippa lib. de vanit. ſcient. cap. 100.*
[22] *Coſter Ieſ. Enchirid.*
[23] *Colleg. Anglo-Rhem. præf. in nouam Teſt.*
[24] *Ibid.*
[25] *Bell. lib. 2. de verb. Dei. c. 15.*
[26] *Epiſc. Eſpenſeus com. in Titum cap. 2. & com. in 2.*
[27] *Mald. Ieſ. Com. in Luc. 1. Lyranus com. in Rom 16.*
[28] *Aquinas in 2. Ioh.*

CAPVT LXXVII.

Quæſtio 2. circa Sacramenta verſatur, in hac pontificij duplici laborant vitio.

1. *Sacramenta falſa pro veris obtrudunt eccleſiæ.*
2. *Sacramenta vera cum falſis ritibus deturpant.*

In falſis Sacramentis excudendis, mutationes.

[a] *Bell. lib. de Sacrament.*
[b] *Lindanus Panopl. Tab. 5.*
[c] *Caſſander lib. Conſult. art. 13.*
[1] *I. in numero. In natura.*
[1] *Matrimonij.*
[d] *Bell. lib. 1. de Sacram Matrimon cap. 5. §. Quæ etiam*

Aduerſar. [a]. [1] Sunt ſeptem propriè dicta Sacramenta. [b] Caluinus tantum duo propriè à veteribus. nobile mendacium. *Aduocatus.* [c] Apud Autores paulo VETVSTIORES inter Sacramenta PROPRIE dicta nunc DVO ponuntur, nunc tria, Baptiſmus, Euchariſtia, confirmatio. Non temerè quenquam reperies, ante Petrum Lombardum, qui certum aliquem, ac definitum numerum Sacramentorum ſtatuerat: & de his ſeptem non omnes quidem Scholaſtici æque propriè Sacramenta vocabant. *Nunc in particulari de quibuſdam 1. de Matrimonio. Aduerſarius.* [d] Matrimonium in ſtatu Innocentiæ inſtitutum

tum fuit in officium naturæ, in ſtatu hominis lapſi in remedium, in ſtatu legis nouæ in Sacramentum. Ex noſtris Catholicis vnus eſt * Durandus, qui matrimonium Sacramentum, NON NISI AEQVIVOCE dici poſſe. Diſputat. at contra huiuſmodi Conc. * Tridentinum Anathema ijs dixit, qui negant Matrimonium eſſe propriè dictum Sacramentum, aut à Chriſto inſtitutum, aut gratiam conferre. *Enimuero non debemus nos in hac cauſa Conc. Tridentinum, tanquam ſummum Iudicem veſtrũ, nec vos Durandum tanquam teſtem noſtrum ſolum & vnicum agnoſcere: nam & Paulus Pontificis veſtri iudicio aduerſatur, & Durando (iam noſtro) Pontificij alij aſtipulantur. Vt hæc clariùs eluceſcant. Aduocatus.* * De Matrimonio non modò Lumbardus NEGAVIT in eo CONFERRI GRATIAM, ſed etiam poſt eum Durandus. Etiam Bernardinus, Canoniſtæ, cum alijs, NEGANT Matrimonium eſſe propriè dictum Sacramentum, ſicut alia, aut conferre gratiam. *Nunc Apoſtolum Iudicem conſulamus. Aduerſarius.* † Matrimonium eſſe ſignum rei ſacræ, & proinde myſterium quoddam, & Sacramentum, probamus ex cap. 5. Epiſt. ad * Eph. 5. Sacramentum hoc magnum eſt, Ego dico de Chriſto & Eccleſia. ‖ *Ex quo loco enimuero: myſterium hoc & Sacramentum non debere propriè ad nouam legem reſtringi, quia Allegoria Apoſtolica maximè de matrimonio Adami & Euæ, non pariter de aliorum coniugijs, inſtituntur. hiſtoriam cum myſterio conferamus. Hiſtoria Gen. 2.* Dixit Adam Euæ: Tũ nunc es os Ex oſsibus meis, & caro Ex carne mea. *Iam myſterium rimemur: hunc enim alludit Apoſtolus.* Eph. 5. Nos ſumus membra corporis eius *(Chriſti)* Ex carne eius.] &c. *Secundo hiſtoria Gen. 2.* Propter hoc relinquet homo Patrem & matrem, & ADHAEREBIT vxori, & duo erunt caro vna.] *Hæc Paulus repetens.* Propter hoc ‖ *&c. adiungit,* Magnum eſt hoc myſterium, dico de Chriſto & Eccleſia.] *Videtur igitur myſterij huius ratio abſoluta in duobus membris conſiſtere, in ortu coniugum, & in vinculo coniugij. Origo. Aduocatus.* ‡ Quemadmodum (vt Scholaſtici defi-

* *In 4. d. 26. q. 3.*
* *Seſſ. 24. can. 1.*
* *Caſſander lib. conſult. art. 13. ex Durando quo iam ſupra. ex Lumbard. diſt. 40.*
† *Valent. Ieſ. li. de num. Sacr. cap. 7. pag. 343. in eodem volumine cum Analyſi.*
* *Epheſ. 5.*
‡ *Terrenus Ieſ. com. in Gen. 2.*

niunt) Ex Adami dormientis latere, formata est Eua: ita Ex latere Christi morientis profluxit sanguis & aqua: vnde condita est Ecclesia. ideo voluit Deus Mulierem Ex viro etiam propter figuram. Etenim CONIVNCTIO ADAM ET EVAE CONTINEBAT SACRAMENTVM ILLVD MAGNVM DE QVO Paulus dicit Eph. 5. EGO DICO DE CHRISTO ET ECCLESIA. [*Quod ad vinculum coniugij.*

[a] *Idem ibid.* [a] CVM præmisisset Dominus Math. 19. Deum in initio fecisse Masculum, & Fœminam. & quidem Deus fœminam fecit Ex masculo, eosque coniunxit & bene dixit. Ex his recte infertur [Propter hoc] id est, hanc rectissimam coniunctionem, & intimam societatem. [Relinquet homo Patrem & matrem, & adhærebit vxori, & duo erunt caro vna: mysterium hoc magnum (inquit Apostolus) Ego autem dico de Christo, & Ecclesia.] *Vult igitur Apostolus mysticam & ineffabilem Christi & Ecclesiæ vnionem admirabrare, non solum rei ex ea coniunctionis, quatenus Ecclesia cum Christo vna sit,* Erunt vna caro.] *Verum etiam quatenus ab vno Christo ortum habet,* Os Ex ossibus, [b] *Pererius in cap. quo supra.* ([b] Pluraliter pro singulari) & caro ex carne mea.] *Nulla autem anima cum Christo Capite cohæret, qui non* Ex *Christi latere, eiusq; Redemptionis merito iustificata exijt, aliter vero fit in coniugijs alijs, vbi Mulier non ex viro traxit originē suam, quocunq; tamen Coniugium contraxit. Ex Augustino concludam teste Beda.* [*] Quantum mysterium de Christo continet quod memorat Apostolus dicens, Et erunt duo in carne vna: Sacramentum hoc magnum est.] Et ne quis istam magnitudinem Sacramenti in singulis quibusq; hominibus, vxores habentibus, intelligeret. [EGO AVTEM, inquit, DICO IN CHRISTO & in Ecclesia. *Sicigitur propriam significationem vocis velimus, mysterium vt arcanum dicitur, non vt Sacramentum: si analogiam vrgetis, respondemus illam tantum in exemplo Adami perfectam consistere.* [*] *Ibidem.* *quia.* [*] Dormit Adam, vt fiat Eua, Moritur Christus vt fiat Ecclesia: dormienti Adam fit Eua ex latere: mortuo Christo latus percutitur, vt profluant Sacramenta, quibus formetur

[*] *Beda in Eph. 5. ex August. tract. in Ioh.*

formetur Ecclesia, hæc in Adam figurata, Quandoquidem dicit Apostolus ipsum Adam formam futuri esse. [Qui est, *inquit*, forma futuri.] *De Sacramento Ordinis (extra ordinem agere res ipsa postulat) infrà: vbi de ministris verbi agetur. Tertia.* [h] Alexander Alensis iam asserit Confirmationem, non a Christo, sed ab Ecclesia institutam fuisse. [i] Confirmationē Holcottus negat esse proprie Sacramentum. *nec mirum.* [m] Confirmationis defectus non impedit ab alijs Sacramentis. *Aduersarius.* [n] Chrisma esse materiam consecrationis, ex Scripturis probamus. *Imo hæc est etiam alia mutatio. Aduocatus.* [o] In vnctione (*loquitur de Confirmatione*) APOSTOLI oleo NON sunt vsi, sed ex diuina dispensatione, sola manuum impositione, confirmabant. Quæstio est vtrum Balsamum necessarium sit in confirmatione, ex necessitate Sacramentorum; communis opinio ait, ALII NEGANT. [p] Neutra opinio est de fide. 4. *de Sacramento Pœnitentiæ, in confessione cernitur. Aduer.* [q] Confessio auricularis instituta erat à Christo. [r] Antiquissima. *Aduocatus.* [s] Nondum hoc persuasum est. [t] Melius dicitur ab Ecclesiæ traditione profectum, [u] Quam Patres multi non necessarium esse censuerunt. [x] De qua Tertullianus nihil habet, sed multis seculis post, hæc DEVTEROSIS nata est. *Quibus hoc adiungendum duximus.* [y] Non est vere & propriè potestas remittendi peccata, sed facultas tantum pronunciandi, declarandi, testificandi à Deo ea esse remissa: necaliud est absolutio, quam si dixero En tibi certifico, remissa tibi esse peccata. *Mutatio, 5. Vbi miraculum in mysterium transmutatur. Aduersarius.* [z] Dicendum est Extremam Vnctionem esse verum Sacramentum, à Christi immediate institutum (Sacramentum autem est ceremonia, a Christo instituta, tanquam ordinarium remedium salutis animæ) vnumque ex septem nouæ legis. Assertio est de fide. *Aduocatus.* [a] Inter Catholicos NON-NVLLI NEGARVNT Christum Dominum instituisse hoc Sacramentum, ex quo consequebatur (ipsi vero Consequens non admittunt) non esse verum Sacramentum

[*] *Rom. 5.*

[h] *In confirmatione in duobus.*

[i] *Greg. Valent. Iesuit. lib. de num. Sacr. cap. 3. pag. 337.*

[l] *Cassander lib. consult. art. 13.*

[m] *Tolletus Iesuit. Instr. Sacerd.*

[n] *Bell. lib. 2. de Confirm. cap. 8.*

[o] *§. Prima Propositio.*

[p] *Tolletus quo supra li. 2. c. 24.*

[q] *Bell. quo supr. cap. 8.*

[r] *In confessione auriculari.*

[s] *De his supra cap. 64.*

[t] *Ferus Com. in Matth. lib. 2.*

[u] *in*

[x] *Suarez Iesuit. Tom. 4. disp. 39. sect. 1. num. 2. & sect. 2. num. 2.*

[y] *Vasquez extrema.*

[z] *Idem ibid.*

tum. *Hoc ex vi Conſequutionis, nunc ex ingenua Confeſſione.*

[1] *Caſſander. lib. Conſult. art. 2.*

[1] OLIM cum Æger oleo, quod infirmorum, ſeu energumenorum dicebatur, vngebatur, hæc verborum forma adhiberi ſolebat: Vngo te oleo ſancto, In nomine Patris, Filij, & S. Sancti, obſecrans vt per hanc Sancti olei vnctionem, & noſtram deprecationem, SANITATEM RECVPERES per Dominum noſtrum. Quapropter hæc vnctio OLIM, NON VT HODIE fit ad extremum vitæ periculum, & valetudinem iam deploratam, differrebatur. *Veſtrum Sacramentum, miror, qua ſit ex Scriptura de promptum. Loca duntaxat duo opponi ſolent. Aduerſarius.*

[a] *Maldonatus Ieſ. com. in* [b] *Marc. 6. 13.*

[a] Lutherus & Caluinus docent in loco Marc. 6. [Vngebant multos oleo, & ſanabantur.] non agi de Sacramento Extremæ vnctionis: quo nunc Eccleſia vtitur: neque iam oleum ad ſanandos ANIMOS adhibitum fuiſſe. vbi ergo eſt, ſi ſic non eſt? *quaſi dixeris, nuſquam. at Antecedens Scholaſtici tui vetuſtiores recentioreſq; nobis largiuntur. Aduocatus.*

[a] *Idem ibid.*

[a] Idem quod Caluinus, idem NON-NVLLI (mitto VETVSTIORES, quos prohibet reuerentia nominare) NVPER Catholici docuerunt. *An non etiam Catholicè? Aduocatus.*

[7] *Bell. lib. 1. de vnct. Extr. cap. 3. & Suarez Ieſ. Tom. 4. diſp. 39. ſect. 1. num. 4.*

[7] Illud oleum, apud Marc. 6. NON erat hoc Sacramentum Extremæ vnctionis: quia Apoſtoli vtebantur illa vnctione SOLVM, aut præcipue ad curationem morbi corporalis. *Locus ſecundus. Aduerſarius.*

[8] *Conc. Trident. Seſſ. 14.* [9] *Iac. 5.* [a] *Caietanus com. in Iac. 5.*

[8] Si quis dixerit Extremam vnctionem non eſſe proprié Sacramentum à Chriſto inſtitutum, & a B. Iacobo promulgatũ, Anathema ſit. *Vexat cenſura Columbos ſuos. Aduo.* [9] Ex hoc loco, nec ex verbis nec ab affectibus colligitur Extrema vnctio; ſed vnctio illa miraculoſa, quam Chriſtus inſtituerat ſanandis ægrotis in initio Euangelij. nam textus promittit alleuationem infirmi, & de remiſſione peccatorum non niſi conditionaliter loquitur. at vnctio extrema, non niſi in extremo mortis articulo, adhibetur, & directe tendit ad remiſſionem peccatorum. illa multos Presbyteros vexabat, quod ea ab Extrema vnctione alienum. ſequitur enim in textu [Confitemini inuicem.] ad quod in extrema

vnctione

vnctione fit, non fit inuicem, sed tantum a Sacerdotibus. *Huius itaq; Scripturæ voces fere singulæ Concilij vestri Commentum refellunt. nam vester Ægrotus ita fere comparatus est, vt nec alleuiationem corporis sperare debeat, nec Confessionem aliquam mussare, aut mutire possit. hoc vos concediti's, illud vero cum textus ipse probat, tum etiam Ecclesiæ praxis confirmat.*

[b] Effectus huius olei erat, vt a morbis CORPORIS SANARENTVR: quod in initio nascentis Ecclesiæ frequens accidisse legitur. in [*] Tertull. in curatione Imperatoris: in [*] Hieron. A serpentibus percussos Agricolas ad sanitatem restitutos fuisse, & S. Clemens Pontifex R. inter sacras Constitutiones refert hanc formam bene-dictionis sacri olei, Deus Creator sanctifica per Christum hoc oleum, & tribue illi vim SANANDI, & DEPELLENDI morbos. *Recte, quando vero tandē cœpit ad sanandas animas vsurpari? forte tunc cum.* Felix Romanus pont. iussit infirmos ante transitum vngi. *quia,* [d] NON OLIM VT NVNC ad extremum vitæ periculum, & valetudinem iam deploratam deferrebatur. *Aut igitur sanandi virtutem præstetis oportet, aut desinatis vngendi necessitatem prætexere.*

[b] *Feuardentius com. in Iar. 5.*

[*] *Tert. ad Scap.*
[*] *In vita Hilar.*

[c] *Fasc. Tempor.*
[d] *Cassander quo supra. Dilemma.*

CAPVT. LXXVIII.

Quæstio tertia circa Sacramenti Eucharistiæ falsos & nouos ritus: in quibus multiplex itas cernitur. quoad materiam, vsum, modum, atq; ipsum effectum.

[a] *Bell. lib. 4. Eucharistia cap. 7. Materia duplex multat.*

A *Duersarius.* [a] Ex instituto Christi in Eucharistia Azymo vtimur. *Quod si certum est esse Christianis omnibus Azymus adhibendus. at. Aduocatus.* [b] Panis Azymus debet esse in Ecclesia Latina, in Græco vero cum FERMENTATO, adeo vt peccaret Latinus mortaliter non consecrans in Azymo, quisq; consuetudinem Ecclesiæ suæ tenetur obseruare. *Vnde verò Azymus?* [c] Alexander 1. Pontifex Romanus oblationem ex Azymo, non autem VT

[b] *Tolet. Inst. lib. 2. de Instruct. sacerd. cap. 25. §. Quinto debet.*

[c] *Prima necessitas Azymi. uti*
[*] *Platina in vita Alexand. & Polydor. Virgilius lib. 5. Inuent. cap. 9.*

ANTEA, fieri mandauit. *quoad alteram ſpeciem. Aduerſarius.* [d] Non ſolum ex Scripturis, ſed etiam ex traditione hic ritus miſcendi aquam cum vino ad nos vſque dimanauit. *Nihil minus. Aduocatus.* [e] Vt aqua vino admiſceatur, neque exemplum habet in cœna dominica, neque ex traditione. *Quid ſi aqua deſit?* [f] Conſecratio valida eſt cum ſolo vino. *Quid ni verò deeſſe debeat? neque enim aqua mixtio paſſionem Chriſti (quod eſt ex natura ſacramenti) verè repræſentare poſſit. quia.* [g] Dicendum ſine dubio eſt in paſſione Chriſti ſanguinem & aquam exiuiſſe IMPERMIXTA & loco ſeperata, tum quia hæc ſignificant verba Ioannis: [fluxit ſanguis & aqua] tum etiam, quia non alias potuiſſet aqua à ſanguine diſcerni. *Itaque Auguſtinus.* [h] Ex latere Chriſti duo effluxerunt Sacramenta, Euchariſtia, & Baptiſmus. *Non ſunt in vno igitur confundenda: ſed hæc mixtio vnde primum ortum habuit?* [i] Alexander Pontifex voluit aquam vino admiſceri in conſecratione ſanguinis. *iccirco prima Antiquitas repetenda eſt.* [k] Vt nullus in oblationibus ſacri calicis, niſi quod ex fructu ſacræ vineæ ſperatur, & hoc SINE AQVA mixtum, præſumet offerre: quia ſacrilegium iudicatur aliud offerre, quam quod in mandatis ſacratiſsimis Saluator inſtituit. *Materijs explicatis, eorum vſum exploremus. Aduerſarius.* Lutherus in Euchariſtia exigit vtriuſque ſpeciei panis, & vini communionem, idque ex Scripturis conatur efficere, at vbi Scripturæ deſunt, illic rationem, aut ſanctam conſuetudinem attuliſſe ſufficiet. *Fortaſſe, ſed Antiquam ai. Aduocatus.* [l] In primitiua Eccleſia in vtraq; forma communicabant. [m] Satis conſtat Occidentalem, ſeu Romanam Eccleſiam MILLE à Chriſto ANNIS in ſolenni ordinaria huius Sacramenti diſpenſatione, VTRAMQVE panis & vini ſpeciem OMNIBVS Eccleſiæ membris exhibuiſſe, id quod EX INNVMERIS VETERIBVS, tam Græcorum, quam Latinorum, teſtimonijs manifeſtum eſt, atque vt ita facerent inductos fuiſſe EXEMPLO CHRISTI, atque hic mos etiam ADHVC per Græciam, & Armeniam obtinet,

[d] *Roſſenſ. Epiſt. contra Capt. Babyl. c. 3. part. 24. & 25. 2. mixtio aquæ.*
[e] *Henricus rex in diſp. ſua aduerſ. Luther. vt habet Roſſe. ibid. part. 1. fol. 2. regem ſuum refutans.*
[f] *Tol. Ieſ. lib. 2. de Inſtruct. Sacerdot. cap. 25. §. Rurſus.*
[g] *Suarez Ieſ. in Thom. part. 3. qu. 51. art. 3. diſp. 41. §. 2.*
[h] *Auguſtinus.*
[i] *Platina in vita Alexand.*
[k] *Conc. Aurel. Can. 4. Con. 2. pag. 133.*
[l] *Epiſt. Roſſen. contra cap. Babyl. cap. 3. part. 1. fol. 2. De vſu vtriuſque ſpeciei.*
Lyranus com. in 1. Cor. 11.
[m] *Caſſander lib. conſult. art. 22. Contra omnia antiquitatis veſtigia altera ſpecies Euchariſtia populo ſubtrahitur.*

net,

net, quarè haud temerè est, quod optimi quique Catholici, & in Ecclesiasticorum Scriptorum lectione versati summo desiderio potiundi calicis incenduntur vt Sacramentum Domini ad consuetudinem VETEREM, & MVLTIS SECVLIS PERPETVATAM vniuersalis Ecclesia reducatur. *Quando primum Ecclesia enixa est, hunc suum catulum?* [m] Non ante Concilium Constantiense, in quo tandem pro lege habendam esse decretum est. *quomodo?* [n] Est diligenter notandum hanc consuetudinem non tam Episcoporum mandato, quam populi vsu, & facto, connitentibus tamen præsulibus, IRREPSISSE, quam abstinentiam Episcopi propter quædam pericula comprobabant. *Pronidos ne igitur istos Episcopos dixeris, an potius perfidos?* [o] OLIM sanctissimi viri VTRIVSQVE speciei Sacramentum NECESSARIVM ESSE VI PRAECEPTI CHRISTI; VERBO ET OPERE astruxerunt. *Sic fuit remedium vestrum morbo ipso grauius. Proxima, celeuis nouus & ridiculus, vbi missa publica in priuatam transijt. hunc intueamur. Aduersarius.* [p] Missam priuatam sine communione probamus ex consuetudine veterum. *Aiu'? veterum? Aduocatus.* [q] Sunt qui communionem requirunt; sic, fateor, fuit à CHRISTO INSTITVTVM, & ita OLIM consueuit obseruari: verum id, quo minùs nunc fiat, non stat per Laicos, quibus nimium refrixit charitas. [r] TEMPORE APOSTOLORVM Christiani quotidiè communicabant: paulò post creuit Christianorum negligentia, vt solis Dominicis communicarent: postmodum, facti remissiores, ter in anno. *Nunc autem.* [s] Semel in anno. *Quid multa?* [t] Quod de priuatis missis conqueruntur Protestantes, non est absque ratione, vbi priuatarum missarum nomine eas intelligimus, vbi solus Sacerdos confecta Sacramenta participat. Nec vlla mysteriorum distributio, quæ apertiore nomine Solitariæ missæ vocantur, quæ VETERIBVS IMPROBATAE fuisse videntur: absurdum enim est vt solus Sacerdos dicat Dominus VOBISCVM, aut Gratias AGAMVS Deo,

[m] *Greg. Valent. Iesuit. lib. de legit. vsu Sacram. cap. 10.*
[n] *Costerus Iesuit. Enchir. cap. 10.*
[o] *Cardinal. Cusanus. in Epist. 2. ad Bohemos.*
[p] *Bell. lib. 2 de Missa. cap. 9. §. Tertio probatur.*
[q] *Eras. Epist. de concord. Eccles.*
[r] *Maldonat. Iesuit. in Summula. qu. 24.*
[s] *Idem supra cap. 64.*
[t] *Cassander lib. consult. art. 24.*

aut ſurſum CORDA ATTOLLIMVS. De his ſcribit Oddo Camerenſis (in Canonem ANTIQVITVS) in vſu Eccleſiæ eas NON FVISSE. *Quid enim?* [a] RIDICVLVM eſt parietibus inſuſurrare, quæ ad populum pertinent. *Ad effectum deuenimus. Aduerſarius.* [b] Dogma tranſubſtantiationis eſt de fide tenendum. *De antiqua fide quærimus. Aduocatus.* [c] Tranſubſtantiationem Eccleſia SERO definiuit. *Diem eius natalem deſignate.* [d] Ante annos trecentos in Concilio Lateranenſi ad rei iſtius admirabilis clariorem explicationem vſurpatum eſt NOMEN Tranſubſtantiationis, vt intelligerent Chriſtiani Subſtantiam vini, & ſubſtantiam panis in ſubſtantiam ſanguinis, & corporis Chriſti VI verborum transterri. *De nomine vero minime laboramus, dogma examinemus: an ſit Antiquitati repugnans.* 1. [e] Scotus, & Cameracenſis docent non extare locum in Scripturis tam expreſſum, vt ſine Eccleſiæ determinatione, euidenter cogat Tranſubſtantiationem admittere, atque id non eſt omnino improbabile. *addis.* Nam etiamſi Scriptura adeo clara eſt, vt cogere poſsit hominem non proteruum. Tamen an ita ſit (*inquis*) meritò dubitari poſsit, cum homines doctiſsimi & acutiſsimi, qualis imprimis Scotus fuit, contrarium ſentiant. ἀνάγκλητον. *Si doctiſſimus & acutiſſimus myſterium veſtrum Tranſubſtantiationis videre nequibat, profectò proteruus non eſt cenſendus qui ſe id videre poſſe negat. ſed pergis.* Vnum addit Scotus ante Concilium Lateranenſe (*non nomen modo, ſed & dogma nouum eſt*) non fuiſſe DOGMA Tranſubſtantiationis. *Reſponde.* Hoc dixit Scotus cum non adhuc legerat conſenſum Patrum, quem duximus. *Subolet ſentio, id enim voluiſti dicere.* Scotus (*Lector*) erat vir doctiſsimus, & acutiſsimus, *Sed minus verſatus in Patribus quam ego, ego doctiſſimo Doctior. quæſtionem hanc ex Patribus diſcutere eſt a propoſito noſtro alienum, vnum tamen Patrum patrem (id enim nomen Papæ ſibi vult) antiquiſſimum proferam.* [f] Gelaſius Papa dixit Subſtantiam panis & vini in Euchariſtia naturam ſuam non amittere. *Reſponde.* Hoc dixit tanquam priuatus

[a] *Rhegius ex Con. Nanitenſi* [b] *Bell. lib. 3. Euchariſt. cap. 23.* [c] *Eraſ. annot. in 1. Cor. 7.* [d] *Coſterus Inſt. Euchirid. ca. 8. Effectus conſecrationis nouus & commentitius.*

[e] *Bell. lib. 3. de Euchar. cap. 23.*

[f] *Greg. Valent. Inſt. lib. 2. de Idol. cap. 5.*

priuatus Doctor. *Quod tu reſpondes tanquam ne doctus quidem, vt locus proprius in Tomo. 2. docebit, illud interim eſt in confeſſo.* [a] Tranſubſtantiatio tum nomine tum EFFECTV NOVA eſt. *Quod nonnim dogma alia dogmata plurima, in Remp. Chriſtianam noua ac plane portentoſa, innexit.*

[a] *Caſſander lib Conſult. art. de hoc ſupr. 117.*

CAPVT. LXXIX.

Quæſtio 4. De Eccleſia Romana, eiuſque Hierarchia inſtitutis, & (vt olim ἐν ἀρχῇ ἀρχὴ) ſic in principio de Principe omnium Romano Pontifice agendum. 1. In genere.

De Eccleſiæ, huius opinio. 1. noua eſt,

ADuerſarius. [a] Eccleſia Romana eſt mater omnium Eccleſiarum. [b] Laus, quam Apoſtolus tribuit Eccleſiæ Romanæ. Rom. 1. & 16. eſt etiam atque etiam à nobis conſideranda. *Quaſi aut illa antiqua, & Sancta Roma Mater omnium, aut hæc illius filia fuerit. de vtroque nota proxima nobis ſatis abunde faciet. Vbi quoad primum. Aduocatus.* [c] Eccleſia apoſtolica poſsit à Romana transferri. *Hic vero ad locum Scripturæ, quem nobis importunè obtrudis.* [d] Vt aliquem fructum habeam ex vobis, inquit Apoſtolus, SICVT in CAETERIS gentibus. Perpende *(perpendite Rhemenſes.)* Euangelij indifferentiam; quamuis enim Romani inter cæteras gentes eminerent, & primatum tenerent, tamen in prædicatione Euangelij, & ſalutis NEGOTIO *(etiam atque etiam attendite)* PARES EOS facit. *Deſicere poſſe videt; non poſſe etiam non deſicere ſubſequens Nota explicabit. progrediamur.*

[a] *Bell. lib. 1. de notis Eccleſ.*
[b] *Colleg. Anglo-Rhem. in arg. ante Epiſt. ad Romanos in fine.*
Romana Eccleſia noua prærogatiua.
[c] *Cardinalis Cuſanus & alij infra. Nota 7.*
[d] *Tolet. Inſt. comm. in* *Rom. 1. 13.*

CAPVT. LXXX.

Quæstio quinta, de Pontifice Romano, quoad duplicem eius potestatem: Ordinis & Iurisdictionis: in priore Protestantes factam Mutationem triplicem, in Electione, Dignitate, Munere præcipuo, conqueruntur.

Prima.

[a] *Bell. lib. 1. de Clericis cap. 16. § Est autem. Electionis Pontificiæ nouitas.*
[b] *Francis. de vict. Relect. 2. 2. prop. 11. & 12.*
[c] *Bell. quo supr.*

Aduersarius. [a] Officium quod Cardinales exercent in eligendo Pontifice, est officium antiquissmum, & ab ipso tempore Apostolorum inchoatum: & hic ordo eligendi omnium optimus. *Sic tu dixti, tunc spe, nunc re Cardinalis, sed quo iure? Aduocatus.* [b] Ratio hæc eligendi Pontificem est ex constitutione Ecclesiæ, & minorum Pontificum: NON ex IVRE DIVINO. [c] NON est Iure diuino. *Iccirco numeris eorum autoritas, hac Confessione labefactata, corruat, necesse est. nunc Antiquitatem rimemur.*

Secunda.

[d] *Polyd. Virg. Inuent. lib. 4. cap. 9. Ordinis Cardinalatus, qui nunc Dominatur, nouitas.*
[e] *Ibidem.*

[d] Marcellinus Pontifex quinq; diocœseis Romæ constituit, ad vsum Baptismi, & Sepulturæ; eisdem totidem Presbyteros præfecerat, vt baptizandi Infantes, & humandi mortuos curam sustinerent: & HAEC VERA CARDINALIVM ORIGO fuit. *Eheu! curam tam vilem? non honos, sed onus: quod homines delicati iamdiu excusserunt. quid peæterea?* [e] Verum cum Bonifacius tertius ab Imperotore Phoca impetrasset, vt in omnes Episcopos prærogatiuam haberet, omniumque Caput perpetuo foret; IAM TVM R. Pontifex, cum suo vrbano senatu, multo quam ante, cunctis autoritate præstare cœpit; & simul isti Presbyteri, quibus Christianorum animas curandi munus delatum

latum fuerat, in adminiſtranda Rep. Chriſtiana Pontifici præſto aderant, & paulatim inter contentiones Imperatorum, & cleri Romani de Pontifice elegendo ortas, prærogatiuam, iuſque creandi Pontificem nacti ſunt. *nec hæc Confeſſio à veritate quicquam abhorruit. nam.* [1]Olim fateor Epiſcopos quoſcunque prælatos fuiſſe non Epiſcopis, POSTEA tamen MVTATVS eſt ordo POSTEAQVAM enim ad Cardinales deuoluta eſt Summi Pontificis electio, cœpit Cardinalium dignitas pluris fieri, quam antea: nam primis OCTINGENTIS ANNIS Cardinales vel ſoli, vel primarij Pontificis Conſiliarij non erant, his POSTREMIS annis SEXCENTIS vel Septuagintis cœperunt omitti Concilia Epiſcopalia, & res tota redigi ad ſenatum Cardinalium. [2] Qui ordo non eſt ex iure diuino. *Hæc quid aliud demonſtrant, quam Pontificis electionem nouam, adeoq; Pontificatum nouum eſſe introductum? Ordo tamen, opinione tua,* [3]Optimus. *Ne tu præclarus es Antiquitatis aſſertor, cui ordo nouiſſimus optimus videtur? optimus ſcz. de quo Theologus veſter non potuit non queri.* [4] Non equidem video quonam conſilio nunc apud noſtros hoc fiat. faxit Deus vt Theologi grauiſſimo tribunali adiungantur. *In quorum numerum aſcribi Epiſcopus celeberrimus plane horruit.* [5] Paulus Quartus Pontifex maximus cum de me in Sacerdotum ſuorum collegium cooptando, ſe cogitare ſerio dixerat, (nihil hic fingo) Immortali Deo gratias immortales egi, quod mihi tantum mali non permiſit Chriſtus. Quid facerem Romæ; mentiri neſcio? *Deinde honor qui nunc tribuitur Pontifici qui quidem duplex eſt: tituli & perſonæ.*

[1] *Bell. lib. 1. de Clericis cap. 16.*

[2] *Franciſc. de Vitt. relect. 2. concluſ. 7.*

[3] *Supra. Cardinalatus ordinis eminentiam.*

[4] *Canus loc. Theolog. lib. 8. cap. 7.*

[5] *Epiſt. Reſponſ. in Epiſt. ante ſeu. tract. ad Cardinalem Caſtilionæum pag. 12. Pontificia dignitatis nouitas duplex.*

Tertia.

Aduerſarius. [6] Mortuis Apoſtolis ſumma poteſtas in ſola ſucceſſione Petri Romano Pontifice remanſit. [7] Qui eſt Chriſti vicarius & totius Eccleſiæ paſtor vniuerſalis: & caput. *Atqui certum eſt, hanc Prærogatiuam nec a Maioribus agnitam antiquitus fuiſſe, nec a Poſteris vnquam exco-*

[6] *Bell. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 9.*

[7] *Suapl. de doct. prim. li. 10. ca. 11. & Bel. vniuerſ.*

aut ſurſum CORDA ATTOLLIMVS. De his ſcribit Oddo Camerenſis (in Canonem ANTIQVITVS) in vſu Eccleſiæ eas NON FVISSE. *Quid enim?* [a] RIDICVLVM eſt parietibus inſuſurrare, quæ ad populum pertinent. *Ad effectum deuenimus. Aduerſarius.* [b] Dogma tranſubſtantiationis eſt de fide tenendum. *De antiqua fide quærimus. Aduocatus.* [c] Tranſubſtantiationem Eccleſia SERO definiuit. *Diem eius natalem deſignate.* [d] Ante annos trecentos in Concilio Lateranenſi ad rei iſtius admirabilis clariorem explicationem vſurpatum eſt NOMEN Tranſubſtantiationis, vt intelligerent Chriſtiani Subſtantiam vini, & ſubſtantiam panis in ſubſtantiam ſanguinis, & corporis Chriſti VI verborum transferri. *De nomine vero minime laboramus, dogma examinemus: an ſit Antiquitati repugnans.* 1. [e] Scotus, & Cameracenſis docent non extare locum in Scripturis tam expreſſum, vt ſine Eccleſiæ determinatione, euidenter cogat Tranſubſtantiationem admittere, atque id non eſt omnino improbabile. *addis.* Nam etiamſi Scriptura adeo clara eſt, vt cogere poſsit hominem non proteruum. Tamen an ita ſit (*inquis*) meritò dubitari poſsit, cum homines doctiſsimi & acutiſsimi, qualis imprimis Scotus fuit, contrarium ſentiant. ἀσύστατον. *Si doctiſſimus & acutiſſimus myſterium veſtrum Tranſubſtantiationis videre nequibat, profectò proteruus non eſt cenſendus qui ſe id videre poſſe negat. ſed pergis.* Vnum addit Scotus ante Concilium Lateranenſe (*non nomen modo, ſed & dogma nouum eſt*) non fuiſſe DOGMA Tranſubſtantiationis. *Reſponde.* Hoc dixit Scotus cum non adhuc legerat concenſum Patrum, quem duximus. *Subolet ſentio, id enim voluiſti dicere.* Scotus (*Lector*) erat vir doctiſsimus, & acutiſsimus, *Sed minus verſatus in Patribus quam ego, ego doctiſſimo Doctior. quæſtionem hanc ex Patribus diſcutere eſt a propoſito noſtro alienum, vnum tamen Patrum patrem (id enim nomen Papæ ſibi vult) antiquiſſimum proferam.* [f] Gelaſius Papa dixit Subſtantiam panis & vini in Euchariſtia naturam ſuam non amittere. *Reſponde.* Hoc dixit tanquam priuatus

[a] *Rhegius ex Con. Nanitenſi*
[b] *Bell. lib. 3. Euchariſt. cap. 23.*
[c] *Eraſ. annot. in 1. Cor. 7.*
[d] *Coſterus Inſ. Euchirid. ca. 8.*
Effectus conſecrationis nouus & commentitius.
[e] *Bell. lib. 3. de Euchar. cap. 23.*
[f] *Greg. Valent. Inſ. lib. 2. de Idol. cap. 5.*

priuatus Doctor. *Quod tu respondes tanquam ne doctus quidem, vt locus proprius in Tomo. 2. docebit, illud interim est in confesso.* [a] Transubstantiatio tum nomine tum EFFECTV NOVA est. *Quod nouum dogma alia dogmata plurima, in Remp. Christianam noua ac plane portentosa, innexit.*

[a] *Cassander lib Consult. art. de hoc supr. 117.*

CAPVT. LXXIX.

Quæstio 4. De Ecclesia Romana, eiusque Hierarchia institutitur, & (vt olim ἐν ἀρχῇ ἀρχὴ) sic in principio de Principe omnium Romano Pontifice agendum. 1. In genere.

De Ecclesiæ, huius opinio. 1. noua est,

ADuersarius. [a] Ecclesia Romana est mater omnium Ecclesiarum. [b] Laus, quam Apostolus tribuit Ecclesiæ Romanæ. Rom. 1. & 16. est etiam atque etiam à nobis consideranda. *Quasi aut illa antiqua, & Sancta Roma Mater omnium, aut hæc illius filia fuerit. de vtroque nota proxima nobis satis abundè faciet. Vbi quoad primum. Aduocatus.* [c] Ecclesia apostolica posit à Romana transferri. *Hic vero ad locum Scripturæ, quem nobis importunè obtrudis.* [d] Vt aliquem fructum habeam ex vobis, inquit Apostolus, SICVT in CAETERIS gentibus.]Perpende *(perpendite Rhemenses.)* Euangelij indifferentiam; quamuis enim Romani inter cæteras gentes eminerent, & primatum tenerent, tamen in prædicatione Euangelij, & salutis NEGOTIO *(etiam atque etiam attendite)* PARES EOS facit. *Deficere posse vides; non posse etiam non deficere subsequens Nota explicabit. progrediamur.*

[a] *Bell. lib. 1. de notis Eccles.*
[b] *Colleg. Anglo-Rhem. in art. ante Epist. ad Romanos in fine.*
[c] *Romana Ecclesia nouæ prærogatiua.*
[d] *Cardinalis Cusanus & alij infra, Nota 7.*
[d] *Tolet. Iesuit. comm. in* Rom. 1. 13.

Caput. LXXX.

Quæstio quinta, de Pontifice Romano, quoad duplicem eius potestatem: Ordinis & Iurisdictionis: in priore Protestantes factam Mutationem triplicem, in Electione, Dignitate, Munere præcipuo, conqueruntur.

Prima.

[a] *Bell. lib. 1. de Clericis cap. 16. § Est autem. Electionis Pontificiæ novitas.*
[b] *Francis. de vict. Relect. 2. 2. prop. 11. & 12.*
[c] *Bell. quo supr.*

Aduersarius. [a] Officium quod Cardinales exercent in eligendo Pontifice, est officium antiquissmum, & ab ipso tempore Apostolorum inchoatum: & hic ordo eligendi omnium optimus. *Sic tu dixti, tunc spe, nunc re Cardinalis, sed quo iure? Aduocatus.* [b] Ratio hæc eligendi Pontificem est ex constitutione Ecclesiæ, & minorum Pontificum: Non ex Ivre divino. [c] Non est Iure diuino. *Iccirco numeris eorum autoritas, hac Confessione labefactata, corruat, necesse est. nunc Antiquitatem rimemur.*

Secunda.

[d] *Polyd. Virg. Innoc. lib. 4. cap. 9. Ordinis Cardinalatus, qui nunc Dominatur, nouitas.*
[e] *Ibidem.*

[d] Marcellinus Pontifex quinq; diocœseis Romæ constituit, ad vsum Baptismi, & Sepulturæ; eisdem totidem Presbyteros præfecerat, vt baptizandi Infantes, & humandi mortuos curam sustinerent: & Haec vera Cardinalivm origo fuit. *Eheu! curam tam vilem? non honos, sed onus: quod homines delicati iamdiu excusserunt. quid peæterea?* [e] Verum cum Bonifacius tertius ab Imperatore Phoca impetrasset, vt in omnes Episcopos prærogatiuam haberet, omniumque Caput perpetuo foret; Iam tvm R. Pontifex, cum suo vrbano senatu, multo quam ante, cunctis autoritate præstare cœpit; & simul isti Presbyteri, quibus Christianorum animas curandi munus delatum

latum fuerat, in administranda Rep. Christiana Pontifici præsto aderant, & paulatim inter contentiones Imperatorum, & cleri Romani de Pontifice elegendo ortas, prærogatiuam, iusque creandi Pontificem nacti sunt. *nec hac Confessio à veritate quicquam abhorruit. nam.* [f] Olim fateor Episcopos quoscunque prælatos fuisse non Episcopis, POSTEA tamen MVTATVS est ordo POSTEAQVAM enim ad Cardinales deuoluta est Summi Pontificis electio, cœpit Cardinalium dignitas pluris fieri, quam antea: nam primis OCTINGENTIS ANNIS Cardinales vel soli, vel primarij Pontificis Consiliarij non erant, his POSTREMIS annis SEXCENTIS vel Septuagintis cœperunt omitti Concilia Episcopalia, & res tota redigi ad senatum Cardinalium. [g] Qui ordo non est ex iure diuino. *Hæc quid aliud demonstrant, quam Pontificis electionem nouam, adeoq; Pontificatum nouum esse introductum? Ordo tamen, opinione tua,* [*] Optimus. *Ne tu præclarus es Antiquitatis assertor, cui ordo nouissimus optimus videtur? optimus scz. de quo Tiro-logus vester non potuit non queri.* [h] Non equidem video quonam consilio nunc apud nostros hoc fiat. faxit Deus vt Theologi grauissimo tribunali adiungantur. *In quorum numerum ascribi Episcopus celiberrimus plane horruit.* [i] Paulus Quartus Pontifex maximus cum de me in Sacerdotum suorum collegium cooptando, se cogitare serio dixerat, (nihil hic fingo) Immortali Deo gratias immortales egi, quod mihi tantum mali non permisit Christus. Quid facerem Romæ; mentiri nescio? *Deinde honor qui nunc tribuitur Pontifici qui quidem duplex est: tituli & persona.*

[f] *Bell. lib. 1. de Clericis cap. 16.*

[g] *Francis. de Vict. relect. 2. conclus. 7.*

[*] *Supra. Cardinalatus ordinis encomium.*

[h] *Canus loc. Theolog. li. 8. cap. 7.*

[i] *Epist. Espens. in Epist. ante sex. tract. ad Cardinalem Castiliensem pag. 12. Pontificia dignitatis nouitas duplex.*

Tertia.

Aduersarius. [k] Mortuis Apostolis summa potestas in sola successione Petri Romano Pontifice remansit. [l] Qui est Christi vicarius & totius Ecclesiæ pastor vniuersalis: & caput. *Aiqui certum est, hanc Prærogatiuam nec a Maioribus agnitam antiquitus fuisse, nec a Posteris vnquam excogitari*

[k] *Bell. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 9.*

[l] *Stapl. de doct. prine. li. 10. ca. 11. & lib. vniuers.*

ri debuisse. primum. *Aduocatus.* [m] Nemo prædicessorum meorum hoc profano vocabulo vniuersalis Episcopi vsus est vnquam. *Sic quidem Gregorius Pontifex palam testatur.* [n] Hoc inquit Gregorius, temerarium nomen Episcopi vniuersalis nullus Romanus Pontifex sibi arripuit. De quo titulo in Concilio Africano cautum est. [o] Vniuersalis autem Episcopus nec Romanus Episcopus dicatur. *Quid ni possit?* [p] Ecclesia, quæ eadem est, formam eandem omni tempore tenere debet. *At.* [q] In primordijs Ecclesiæ potestas summa OMNIBVS APOSTOLIS concedebatur. [r] Omnes vtramque potestatem eandem ordinis & Iurisdictionis exercebant per TOTVM Terrarum orbem, ad OMNES actus quos Petrus habuit, vt ex actis Apostolorum patet. [s] Eadem potestate PASTORALI instructi &. [t] Eodem tempore Apostoli omnes clauos Ecclesiæ acceperunt. *Ergo Episcopi Successores Apostolorum traditi sunt pari consortio ordinis, & Iurisdictionis. libet tandem huius splendidi tituli Infantiam perlustrare.* [u] Bonifacius tertius Pontifex Romanus qui fuit secundus à Gregorio, magna contentione à Phoca obtinuit vt Roma caput Ecclesiarum diceretur. quem locum Iohannes Constantinopolitanus sibi vendicabat. *Hæc de nominis titulo: Persona vero eius reuerentiam vix quidem humanam homines præstant.*

Quarta.

Aduersarius. [x] Prophetia Esaiæ 61. In faciem terræ adorabunt, & puluerem pedum tuorum lingent: Vbi hoc nisi in deosculatione pedum Episcopi Romani, vt iam exitus probat? *Aduocatus.* [y] In [z] Act. 10. Cecidit Cornelius osculaturus pedes Petri: tum dixit Petrus, Surge, &c. ô vocem memorabilem. Surge ô homo! ô si imperiosissimi nostri Domini Sacerdotes, ita se homines esse perpenderent: Vt Pontificum pedes exosculemur a Romanis Pontificibus institutum esse dixerim. [a] Masculus senior nunquam ad pedum suorum osculationem quenquam

[m] *Greg. pont. in lib. 4. epist. 26. & 34. Tituli nouitas.*
[n] *Card. Cusan. li. 2. de concord. Ecclesia ca. 34.*
[o] *Gratian. disc. de Greg.*
[p] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 12. rat. 2.*
[q] *Bell. ibid. li. 1. cap. 9.*
[r] *Francisc. de Victoria relect. 2. qu. 2. concl. 3.*
[s] *Toll. Iesu. com. in Ioh. 21.*
[t] *Feuu in Matth. 16. & glossa Ord.*
[u] *Platina in vita Bonifacij. 3. Idem testatur Cuspinianus Polydorus, Carion, sed Index expurgatorius integras sententias hac sua lima erasit* Delea-tur. *Index pag. 1069. & 1073.*
[x] *Turrian. Iesu. lib. contra Sadaelem pag. 14. Persona in osculo pedum.*
[y] *Polyd. Virg. Inuent. l. 4. c. 12*
[z] *Act. 10. 15.*
[a] *Eras. Apoth. lib. 6.*

quam admisit. Absit, inquam vt quisquam pedibus meis oscula figat. Vbi sunt igitur, qui non modo ingenuos, verum etiam summos Monarchas ad oscula, non pedum, SED CALCEORVM, non dico admittunt, sed inuitant & quodammodo cogunt? *Vt noua, sic nobilitata est haec istorum superbia, qui vtinam tam à Deo sibi impositi oneris, quam humani honoris studiosi fuissent. in munere enim inualuit profana mutatio.* *Aduocatus.* [a] DIV est quod desierint Pontifices concionari. [b] At fuerunt ante hæc tempora Sanctissimi Patres qui singulis Dominicis ad populum homilias declamitarunt. *De hac perfidia* (nam[c] fidelis, & prudens dispensator est &c.) [d] *supra.*

[a] *Bell. supra.*
[b] *Epis. Rossens. art. 33.*
[c] *Luc. 12. 42.*
[d] *Vide supra cap. 20.*

CAPVT. LXXXI.

Iurisdictionis potestas duplex Pontifici tribui solet, Spiritualis vna, altera Ciuilis. Spiritualis Capita varia assignantur. Primum, super Episcopos vniuersos supremum dominium.

Mutatio Prima.

Aduersarius. [a] Pontifex R. habet in omnes Pastores potestatem supremam. *Aduocatus.* [b] Quia ab illa potestate ligandi & soluendi, quæ est immediate a Christo, est diuinæ Iurisdictionis potestas, patet omnes Episcopos, & forte etiam Presbyteros ÆQVALIS POTESTATIS quoad Iurisdictionem esse. [c] Vsque ad tempora Constantini nemo Episcoporum in alios Iurisdictionem exercuit. *De hoc* [d] *infra.*

[a] *Bell. Tract. de Pontifice.*
[b] *Card. Cusanus lib. 2. de Concord. Eccles. cap. 13. & 14. Dominium nouum 2.*
[c] *Marsilius Tom. 2. ca. 16.*
[d] *Vide vota. 7.*

Secunda est Appellationis.

Aduersarius. [a] Ad potestatem Papæ omnes veteres Patres confugiebant, potestas Papæ igitur ex appellatio-

[a] *Bell. lib. 2. de Rom. Pontif. ca. 21. & li. de notis Eccles. c. 10.*

nibus probatur. *Aduocatus.* [a] Ex Epistola Augustini ad Gloriam, & ex antiquorum Pontificum confessionibus contrarium ostenditur. [f] Non aliter Romanam sedem in dubijs consuluerunt, quam sicut Episcopus Aurelienſis olim vniuersitatem Parisiensem. Cui tamen non erat aliqua Iurisdictione subiecta. [g] Ante Concilium Nicænum ad Romanam Ecclesiam non magnus respectus habebatur. [h] Quod Appellationis ius Concil. Africani Patres Romano Pontifici denegarunt.

[a] *Cusanus quo supra cap. 17. Appellationis ius nouum.*
[f] *Marsilius quo supra cap. 16.*
[g] *Aeneas Syluius de gest. Concil. Basil. de Conc. Affric.*
[h] *Lib Concilior.*

Tertium, Concilijs congregandis præpotens Autoritas.

[i] *Bell. lib. 1. de Concil. cap. 1.*
[k] *Canus loc. Theolog. Concilij congregandi ius nouum.*

Aduersarius. [i] Est proprium Pontificis munus Concilium generale conuocare & hoc est Christi nomine congregari. [k] Sine cuius consensu Concilium non est: sed conciliabulum erroris. *atqui. Aduocatus.* [l] Per trecentos annos Concilium generale nullum fuit. [m] Et ex illo tempore quo Imperatores Christiani esse cœperant, ex illorum nutu pendere visa sunt negotia Ecclesiæ, atque adeo maxima Concilia ex eorum sententia conuocabantur. vt ex [n] Eusebio, [o] Socrate, [p] Sozom. [q] Nicephoro patet. [r] Octo prima Concilia, generalia ab Imperatoribus erant collecta, & Pontifex Romanus adinstar aliorum Patriarcharum diuales sacras iussiones pro veniendo, aut mittendo ad Cõcilia recepit. [s] Concilium Constantiense, & Meluitanum à nullo Romano Pontifice congregata erant, & tamen illud Martinus, hoc Cœlestinus, & Innocentius approbant. *Aduersarius.* [t] Concilium legitimum non est, in quo non præsidet Pontifex, aut alius eius nomine.

[l] *Bell. lib. 1. de Concil. cap. 10.*
[m] *Cusanus lib. 2. Concord Eccles. cap. 25.*
[n] *Lib. 3 hist. & 4.*
[o] *Lib. 4. in Præm.*
[p] *Lib. 1. cap 16.*
[q] *Lib. 8. cap. 14.*
[r] *Card. Cusanus quo supra.*
[s] *Canus loc. theolog. l. 5. c. 3.*
[t] *Bell. lib. 1. de concil. cap. 4. Ius præsidendi in Concilio nouum.*
[u] *Idem ibid. cap. 5.*
[x] *Card. Turrecremata li. 3. de Eccles. cap. 11.*
[y] *Bell. lib. 1. de Concil. cap. 19.*

Quarta, in Præsidendo.

Aduocatus. [u] In secundo Concilio generali non omnino interfuit Pontifex, nec per se nec per alium. [x] In octo Concilijs prioribus Papa nullus præfuit. [y] In nullis Concilijs

cilijs Orientalibus interfuit. [1] In Calcedonenſi ne per Legatos quidem.

[1] *Idem lib 2. de Rom Pontif. cap. 17.*

Quinta, in Suffragatoribus.

Aduerſarius. [2] In Concilijs ſoli Epiſcopi vocem deciſiuam habent. *quando. Aduocat.* [3] Quid prohibet exemplum Apoſtolicum imitari? in Concilio Nicæno primo Athanaſius PRESBYTER, vel ſolus argumẽtationes Arianorũ diſturbabat, & Conſtantienſi Synodo, vidi Presbyteros ad deciſionem rerum admitti arduarum, idem obſeruari in Piſano & Lateranenſi nemini ambiguum eſt. [7] Vt ſoli Epiſcopi Iudices ſint, factum eſt his POSTREMIS Seculis. [8] In PRAETERITIS temporibus aliter factitatum vidimus. *Poſtquam vero Epiſcoporum calculis aliquid Decretum fuerit, ecqua autoritas id poſſit diſſoluere?*

[2] *Bell. Staplet. de Cont.*
[3] *Card. Arelatenſ. vt refert Aeneas Sylu. in geſt. Conc. Baſil.*
In Conc. ſuffragijs nouimus.
[7] *Epiſc. Eſtenſes Comm. in 7. im.*
[8] *Card. Turrecremata in claſſe huic cauſa propria.*

Sexta, in Concilijs moderandis.

Aduerſarius. [4] Pontifex eſt abſolute ſupra Concilium. [5] Qui contrarium ſentiunt pugnant reuera cum primatu Pontificis. [6] Quod minime tolerandum cenſuimus.

[4] *Bell lib 2. de Conc. cap. 17.*
[5] *Valent. Ieſ. Analyſ. lib. 8. cap. 7.*
[6] *Index Expurgator. pag. 165. Nouitatum omnium monſtrum nouiſſimum.*

Aduocatus. [9] Papam non eſſe ſupra Eccleſiam ex Auguſtino, Cypriano, & Gregorio Papa: etiam ex Ambroſio, & confeſsione Pontificum conſtat. [10] Papam eſſe infra Concilium, Cardinalis Cameracenſis, Almain, Gerſon, Nicol. Campanus, Panormitanus Cardinalis, Florentinus, & Patres in Concilio Baſilienſi cenſuerunt. [11] Et qui Papæ autoritatem autoritati Concilij anteponeret, hæreticum eſſe ſtatuerunt. [12] Poſſe quoque congregari Concilium contra voluntatem Papæ expreſſe tenet Cardinalis Turrecremata, & Syluester idem, & eſt vera ſententia. [13] TEMPORE ANTIQVORVM Conciliorum Pontifices Conciliorum acta, tanquam diuina oracula obſeruabant, & Papa Damaſus negabat ſui muneris eſſe in cauſis à Concilio definitis manum ſuam apponere. [14] Si

[9] *Aeneas Sylu. quo ſupra.*
[10] *Franc. de Vit. Relect. 4.*
[11] *Vict. Relect. 4. prop. 23.*
[12] *Aeneas Sylu. de geſtis Conc. Baſil.*
[13] *Franciſcus de*
[14] *Aeneas Sylu. quo ſupra.*

bene reuoluantur hiſtoriæ tempora ANTIQVORVM CONCILIORVM, reperiemus Pontifices ſimiles fuiſſe Conciliorum Patribus, nec præſumpſiſſe decreta Conciliorum TAM facile diſpenſare, ſed tanquam diuina Oracula obſeruare. IAM verò nec mala noſtra, nec remedia ferre poſſumus. [b] In Act. 15. Cum magna inquiſitio eſſet: vide quam prudenter Apoſtoli agunt, non præcipitant ſententiam in rebus fidei, non ſatis eſt dicere VOLVMVS, & MANDAMVS. quid mirum, ſi in hoc Concilio fuerit Spiritus Sanctus. NOS AVTEM aliter conuenimus cum magna pompa, pollicemur nobis quiduis licere de plenitudine poteſtatis. quomodo Spiritus Sanctus huiuſmodi conuentus probare poſſit? *Praterea in condonandis peccatoribus, atque etiam canonizandis Sanctis ius ſingulare ſibi vendicat.*

[b] *Iohan. Ferus com. in Act. 15. Bulla pontif. vanitatem iuxta & nouitatem ebullit.*

Septima.

Aduerſarius. [1] Sufficit ad Indulgentias, & Bullas defendendas Eccleſiæ autoritas, quæ non tam conſtanter indulgentias prædicaret, & in Concil. Oecumenicis approbaret, niſi diuinitus ſibi traditam eſſe huiuſmodi poteſtatem non ignoraret. *Inertis eſt Poeta (inquit Comicus) cum argumenti exitum inuenire non poſſit, confugere ad Deos. tu cum certum principium harum fraudum inſcienter ignoras, aut potius callide diſſimulas, eas diuinitus traditas eſſe ſomnias, at aliquam ſaltem antiquitatis vmbram ſectari videamini, ſed ne vmbram quidem.* [m] Indulgentiarum origo eruitur ex Cypriani ætate, more apud Catholicos Eccleſias peruulgato. [n] Veteres Remiſſas vocarunt, quas nos Indulgentias, nemini igitur harum origo poſſit eſſe incognita. *Lindanus ait neminem ignorare indulgentiarum originem, Bellarminus verò neminem non ignorare. Satis nobis eſſe debet, quod Indulgentiis iſtas ignoranit vera Antiquitas. Aduocatus.* [o] Quis iam mirari poteſt, quod in PRINCIPIO naſcentis Eccleſiæ, NVLLVS fuit INDVLGENTIARVM

[1] *Bell. lib. 2. de Indulg. & Iubileo cap. 10. Indulgentiarum profana nouitas.*

[m] *Lindanus Panopl. lib. 3. cap. 7. lit.*

[n] *Ibid. lib. 4. cap. 37.*

[o] *Epiſ. Roffenſ. art. 18. contra Lutb.*

VSVS.

vsvs. [7] De Indulgentijs nihil habemus, nec in Scripturis, nec ex dictis antiquorum Doctorum. *Imo etiam tam noua, vt vix eam ipsa nouitas viderit.* [8] Obijci posit, Gratianum & Lombardum, qui ante annos 400. vixerunt, de Indulgentijs nihil meminisse. Respondeo, TVNC CVM VIXERVNT VSVS ERAT SEVERIORIS pœnitentiæ, qua POST deferuescente, Indulgentiarum vsus increbuit. [9] ERANT CATAOLICI quidam ANTE LVTHERVM, quorum opinionem [*] Thomas refert, qui Indulgentias pias fraudes esse duxerunt. *Verùs eas impias & omnis impietatis matres indulgentissimas & plane lenocinia dicerent. De hoc mox* [*] *infra.*

[7] *Antonius 4. part Summe. tit. 11. cap. 7.*

[8] *Greg. Valent. Iesuit. li. de Indul. cap. 2.*

[9] *Greg. Valent. Iesuit lib. 5. de Indulgent.*

[*] *Part. 3. qu. 25. art. 5.*

[*] *Infra nota 8.*

[1] *Toll. Iesuit. lib. 6. Instruct. Sacerd. cap. 24. Iubilæi nouitas nihilo.*

Octaua.

Aduoc. [1] Bonifacius 8. Primus fuit qui concessit plenarias Indulgentias, & Iubilæũ Romam visitantibus ob cœrentiã sedis. [2] Hic primus *(en antiquitatem!)* ann. Dom. 1300. Iubilæum ordinauit, atque hoc solenne repeti voluit anno quoque centesimo. Clemens 6. sanxiuit eum celebrari anno quinquagesimo. Sixtus Quintus eum ad vigesimum quintum, quemque annum reduxit. [3] Bonifacius 8. primus instituit Iubilæum, & Indulgentiarum nundinas, primus in purgatorium extendit indulgentias. *Quosque verò?* [4] Clemens Papa in Bulla, quæ hodiæ Viennæ, & alibi in priuilegiorum scrinijs seruata est, præcepit Angelis de cœlo, vt animam peregrinantis Romam, & morientis, à purgatorio absolutam ad gaudia perpetua introducant: Inquiens. Nolumus vt pœna Interni sibi aliquatenus infligatur. quam intolerabilem temeritatem (ne dicam hæresin) Schola Parisiensis palam detestata est. *De hoc plura* [*] *infra. Ad Sanctos venio. Aduersarius.* [5] Canonizatio Sanctorũ ad iudicium Pontificis pertinet. *Hæc nouitas 9. est.*

[1] *Polyd. Virg. lib. 8. historiæ. ca 1 quam partim sententia Censorũ Pont. in Indice expurg. expunctis reliquũ approbarunt. idem quoque Platina narrat in vitis horum Pont.*

[2] *Agrippa de vanit. Scient. cap 61.*

[3] *Indulgentias ad purgatorium extendere noua præsumptio.*

[4] *Ibid. cap 92.*

[*] *Infra nota 8.*

[5] *Bell. lib. 1. de Beat Sanctor. cap. 8.*

Nona.

Aduocatus. [1] Primus Pontifex (ni fortè fallor) qui Sanctos legitur canonizasse, fuit Leo 3. ([*] Id est, anno 786.) forsan alij ante eum id fuerunt, sed hoc mihi non

[1] *Bell. ibid.*

[*] *Cosserus Iesuit. in Indice ante Enchirid. Canonizatio Sanctorum noua, & non nisi Sedis facultate.*

constat. *Ex quo tamen satis nobis constat Antiquitatis de hoc mutum altumque silentium: quamuis hæc monstra omnia, quæ fraus cudit, superbia obtrudit, & stupor ipse approbat, tanta sunt, vt mortalis nullus sufficere tanto oneri possit. Duo tamen alia restant, quorum, alterum in Rep. Christiana incredibile, alterum intolerabile videtur. Primum est, Papam, quicquid tandem vt Papa decreuerit non posse errare. Alterũ, si forte errauerit, non posse vlla autoritate iudicari aut condemnari. in priore.*

Decima.

De iudicio Papa præiudicium nouum atque hæreticum.

Aduersarius. [b] Papa, vt papa, id est quoad publicam personam, hæreticus esse nequit. *Aduocatus.* Fallum etiamsi Novitii Scriptores ausi sunt oppositum defendere. [d] Legimus multos Pontifices apostatâsse à fide. [e] Honorium Concilijs duobus & tribus Papam damnatum. [f] Cœlestinum & alios. [g] Quam sententiam tenuerunt Doctores Parisienses, vt Gerson, Almain, nec non Papa Adrianus sextus. *Sic viri Sanctissimi, & antiquitatis studiosissimi, non Pontificij modo sed & summi Pontifices de Pontificis arbitrio iudicarunt. Quid si forte papa hæreticus euaserit? erumpat nunc vox nona, & omnium non admiratione solum verum & execratione dignissima.*

[b] *Greg. Valent. 1ef. Analyſ. l. 8. cap. 2.*
[c] *Catharinus comm. in Galat. 2.*
[d] *Lyranus in Matth 16.*
[e] *Canus loc. theolog. l. 6. c. 8.*
[f] *Alphonſus de Caſtro lib. 1. hæreſ. fol. 7.*
[g] *Bell. lib. 4. de Rom. pont. c. 2. §. 2. Opinio. Immunitas ſedis Apoſtolicæ.*

Vndecima.

Aduersarius. [h] Pontifex Romanus non potest ab vllo Principe seculari, siue Ecclesiastico iudicari in terris neque ab omnibus simul in Concilio congregatis. *Aduocatus.* [i] [*] In Act 11. Cur cum Incircumcisis comedisti? Petrus respondebat, & omnia narrabat: posset igitur Ecclesia a Ministris non modo exigere rationem, sed etiam deponere, & repudiare posset: impij autem nostri Pontifices, quasi Domini sint non Ministri, ab Ecclesia quidem argui, & in ordinem cogi nolunt. *Exemplis antiquis antiquitas illustratur.*

[h] *Bell. lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 26.*
[i] *Iohannes Ferus in hunc locum.*
[*] *Act. 11. 5.*

Iustratur. [b] Celebratum erat Concilium Synuſsianum in causa Pontificis [c] Marcellini, ad eum deponendum, ſi hæreticus inueniretur. [d] Eccleſia Romana ex ſuſpicione hæreſeos [e] Liberio Pontifici Pontificatum abrogabat. Conſtantinopolitana Synodus Sexta, item Septima depoſuit Iulium. *De huius æquitate & neceſſitate* [f] *infra plenius.*

[b] *Bell. lib. 1. de Conc. cap. 9. §. 4 Cauſa.*
[c] *Anno Chriſti 296.*
[d] *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 9. §. Poſt biennium.*
[e] *Anno Dom. 351.*
[f] *Nota 7.*

CAPVT. LXXXII.

Quæſtio quinta de Iuriſdictione eius Ciuili: plane nouum eſſe Spiritualis cum Ciuili coniugium.

Aduerſarius. [a] Non pugnat cum verbo Dei, vt vnus homo ſit Princeps Eccleſiaſticus, & Politicus ſimul: poſsit vnus homo regere Epiſcopatum & principatum. [b] Etſi abſolute forte præſtaret, Pontifices tractare ſolum ſpiritualia, Reges temporalia, tamen, propter malitiam temporis, experientia clamat vtiliter temporales aliquos principatus Pontifici eſſe donatos. *His verbis non obſcure fateris poteſtatis ſpiritualis & ciuilis conſortium a priſtina, & abſoluta integritate ſua plurimum deflexiſſe: at* vtiliter, *inquis.* vt experientia docet. *Experientia Stultorum magiſtra prudens appellatur, hanc nos minime aſpernabimur. Aduocatus.*

[a] *Bell. lib. 5. de Rom. Pont. cap. 9.*
[b] *Ibid. §. Denique.*

[c] NOS (PROH DOLOR!) ex Pacificis in litigioſos DEGENERAVIMVS, eaque eſt HODIERNA Eccleſiæ praxis, vt quæri SERIO ſolcat, Theologusne, an Canoniſta ſit ad Epiſcopum aptior. &c. Dicunt quidam PRISCIS quidem Epiſcopis magis Theologiam conueniſſe, cuius gladio Catholicis contra hæreticos procedere opus ſit, HODIE VERO CONTRA, Iuriſperitiam magis congruere, quia plures accidunt quæſtiones ad ius, quam ad fidem ſpectantes. SED longe aberrant, quia Epiſcopi non minus hodie, quam antea, prædicare tenentur, qui non MINVS NVNC, QVAM TVNC, in conſecratione prædicandi

[c] *Epiſ. Eſpenſæus in 1. Tim. digreſſ. lib. 2. cap. 9.*

dicandi officium imponitur, prædicationis autem materia est diuina Scriptura, hanc igitur docere magis tenetur quam Canones, quos non immediate Dominus, sed Sancti Dei homines ediderunt. [d] MVLTA (*o tempora, o mores!*) quidem TEMPVS secum affert, & immutat; vtinam in melius. [e] Quam non expediat homines Episcopos Cancellariatu fungi? *Quò facit illa similitudo.* [f] Si cætera membra corporis ad multa officia conueniant, vt lingua ad gustum, & loquutionem; OCVLVS tamen VNICVM OFFICIVM habet. [g] Regimen animarum est ars artium: ergo NON possit VNVS & idem VTRVMQVE MVNVS implere, administrandi secularem, & Ecclesiasticam POTESTATEM. *Pugnat itaq; cum verbo Dei Pontificum mos inueteratus. (de quo* [a] *supra) sed in hac quæstione illud,* Quatenus, *etiam atq; etiam explorandum est.* [b] Tempore Augustini (vt [a] ipse docet) Episcopi litibus Christianorum vacare solebant: non ita tamen litibus vacabant discernendis; vt interim a prædicatione, & Episcopi munere vacarent. Quod NVNC Episcopi causis incumbunt ciuilibus, CONSVETVDINE Ecclesiæ intro-ductum est: *(addit, vtinam vere omnino!)* vt peccata cauerentur. *Ex his patet, vt temporum ita sæpe morum mutationem inualuisse.*

[d] *Ibid. cap. 10.*
[e] *Ibid. cap. 11.*
[f] *Peraldus Epist. Tom. 2. tract. de Auaritia.*
[g] *Franciscus de Vict. Relect. 1. qu. 1.*
[a] *Supra.*
[b] *Salmeron Iof. tract. 18. in Parab. Hominis diuitis. Luc. 16. num. 1.*
[a] *Lib. de oper. Monach. cap. 29. Tom 3.*

CAPVT. LXXXIII.

Quæstio sexta, de Ciuili Pontificis Dominio.

Cuius quæstionis tria sunt membra. Primum, An iurisdictionem habeat in vniuersum orbem terrarum.

Aduersarius. [a] Clementi Octauo Pontifici Opt. Maximo. Franciscus Bozius. &c.

[a] *Bozius in Epist. nuncup. ante lib. de Temp. Eccles. Monarch.*

DIcendum est, Petrum Christi vices susce pisse, non solum in Sacerdotio, sed etiam in regno, (Beatissime Pontifex) cui operæ pretium est, vt hæc dicantur, tanquam

Supremo

Supremo Paſtori totius Eccleſiæ : cuius honoris gratia hi libri conſcripti ſunt. *Opera, inquis, pretium erit. ne dubites (mi Bozi) quin tibi, præſertim iam Pontifici Monarchiam promittenti : non enim tibi viam magis facilem ad Cardinalatum, aut compendiariam munire potuiſti. age vere & Spartam quam nactus es, orna.* [b] Etiam Ethnici, quoad temporalia, Eccleſiæ, adeoque eius Paſtori vniuerſali, Romano Pontifici ſubijciuntur, vt docent Innocentius, Ioh. Andræas, Hoſtienſis, Sylueſter, S. Antonius, & cæteri Doctores Canoniſtæ ; eoſque puniri poſſe affirmant, ſi delinquunt contra lumen rationis, non quidem pœna ſpirituali, ſed tamen corporali & pecuniaria. *In hac quæſtione hic Bozius libros quinque conſumpſit, in quibus, ab initio vſque ad finem, inuenies ſolum vnum miſellum argumentum, a fine deſumptum, quod tamen verbis ſane locupletiſſimis perſequitur. at hos multos ſophiſtas duo doctiſſimi Theologi teſtimonijs ſuis inguiant.*

[b] *Ibid.*

Aduocatus. Hoc quod iſti dicunt, ego puto MERVM eſſe COMMENTVM, in aſſentationem Pontificum. Quod Cordatiores ſentiunt eſſe ludibrio dignum. *Inter Cordatiores iſtos iure Bellarminum ponimus. quia.* [c] Tria probabimus : primum, Papam NON eſſe Dominum totius orbis terrarum : quia de Infidelibus dicit Apoſtolus, [d] Quid ad me de his, qui foris ſunt, iudicare?]

[c] *Franciſcus de vitl Releſt. 1. §. 6 Prop. 2.*

[d] *Bell. lib. 5. de Rom. Pont. cap. 2.*

[d] *1. Cor. 5.*

Secundum Membrum. An Pontifex ſit Monarcha orbis Chriſtiani.

Aduerſarius. [e] Affirmant hoc Aluarez, Hoſtienſis, Sylueſter, & alij multi. *Ex multis, Bozium, a Bellarmino prætermiſſum eſſe, miror : præſertim cum hic iam Romæ viguit, & In quinque ſuis libris recens editis, non tam multum, quam multa, de hoc argumento : hoc vnum agens ſtrenuè, ſcripſit,* [f] Pontificem eſſe caput totius Eccleſiæ, & poteſtatem habere circa omnia temporalia, quæ cadunt in vſum humanum, oſtendam ex Patribus, Theologis, Canoniſtis.

[e] *Bell. quo ſupr.*

[f] *Bozius quo ſupra.*

Aduocatus. [g] Papam NON eſſe Dominum totius orbis

[g] *Bell. quo ſupra cap. 3.*

Christiani, probatur : primum quia si res ita se haberet, & quidem iure diuino, vt volunt, deberet id constare, ex Scripturis, aut certe ex Apostolorum traditione; ex istis *(en nostros Aduersarios aduersarius noster suos habet)* Aduersarij testimonia multa proferunt.

Caput LXXXIIII.

Tertium Membrum. An habeat Potestatem temporalem vel indirecte.

[a] *Bell. lib. 5. de Rom. Pont. cap. 2. & 6.*

Aduersarius. [a] Altera sententia in altero extremo posita est, Pontificem non habere potestatem aliquam temporalem iure diuino; nec posse vllo modo imperare *(temporaliter)* Principibus secularibus, nedum eos regno & principatu priuare; etiamsi illi priuari alioqui mereantur. non habet summam hanc potestatem directe, sed tamen indirecte in ordine ad bonum spirituale hoc modo potest Reges deponere, Regna transferre, & vni auferre, alteri conferre, tanquam summus Pontifex spiritualis. *Hæc est hodierna Iesuitarum omnium nouissima & pestilentissima defensio. Aduocatus.* [b] Christus Nvnqvam hanc potestatem Petro delegabat, vt traderet Gentem in Gentem. [Pone Gladivm in Vaginam.] Christus Petro præcipit. [c] A Christo passo per interuallum ducentorum annorum Nvsqvam legitur Christianos contra Imperatores, iam sæuientes in eos, & plurimos necantes, contra rempublicam quicquam fuisse, molitos *Aduersarius.* [d] Id fuerat quia deerant vires temporales Christianis. *Minimè vero. Aduocatus.* [e] Etiam cum Christiani Patres viribus & numero fuerunt, imò in hoc religionem suam anteferri alijs omnibus, seque ab eo Christianos dixerunt appellari, cuius sit hoc pijssimum dogma, vt Magistratibvs pareant. [f] Apostolus docet credentes omnes mundi potestatibus debere esse subiectos: sed Turbulenti quidam, mota inter regnum & Sacerdotium

[b] *Libellus Collegij Wisbich. in in Resp. ad Ord. Iesuit. Patronum generosum pag. 15.*

[c] *Tolosanus li. 26. de rep. cap. 7. §. 10.*

[d] *Bell. li. 5. Rom. pont. cap. 7. §. Quod si.*

[e] *Tolosanus quo sam supra.*

[f] *Episc. Espensæus Com. in Titum 3. dig. ress. 10.*

tium controuerſiâ, mirum eſt, quot, quantaſque turbas dederint. Tot, ANTE hanc Camerinam annorum centurijs, Chryſoſtomus nihil tale vnquam futurum ſuſpicans ex Apoſtolo. [Omnis anima poteſtatibus ſubdita ſit] omnis, inquit, ſiue Apoſtolus, ſiue Propheta, ſiue Euangeliſta, ſiue Epiſcopus SVBDITVS ſit. Sequuntur Chryſoſtomum, Theod. Oecum. Theophylact. & qui non Græci? idem [a] Gregorius magnus ingenuè agnoſcebat. Imperatoribus, inquit, conceſſum eſſe SACERDOTIBVS DOMINARI. Et [b] Bernardus idem colligit. Si OMNIS anima *(inquit)* tum veſtra, quis vos excipit ex vniuerſitate? ſi quis tentat excipere, tentat decipere. [c] Pontifices ipſi in ſuis decretis fatentur ſe Imperatoribus ſubiectos eſſe. *Hæc omnia de Epiſcopis veſtris veſter Epiſcopus liberè & conſtanter docuit.* [d] Gregorius 7. Pontifex, cui nomen erat Hildebrandus, exemplo ſuo NOVO, & omnis bibliothecæ veteris inuento nouello ſchiſmate regnum, & ſacerdotium ſcindens, [e] primus Sacerdotalem lancem contra Imperij diadema eleuans, ſe ſuoque exemplo Pontifices alios contra Principes, & excommunicatos, gladio accinxit; belloque, quaſi hæreditario, inſurrexit, vt iuxta Propheram. [[f] Dentibus mordentes pacem prædicarent.] Vtinam Petrum in feriendo imitati, Petrum in RECONDENDO GLADIO imitarentur. [g] Lego, & relego Regum, & Imperatorum res geſtas, & NVSQVAM inuenio quenquam eorum, [h] ANTE HVNC Henricum Imperatorem, quem Hildebrandus depoſuit, à ſummo Pontifice regno priuatum. [i] Angliæ Rex Henricus 8. minis & fulminibus Clementis 7. factus irritatior, ad VETVS illius regni exemplum, vt regnum a iure Pontificis Rom. aſſereret, & vtriuſque ſtatus ſupremam poteſtatem ſibi vendicaret. *Aduerſarius.* [k] Ratio hæc eſſe poteſt: non licet Chriſtianis tolerare regem Infidelem, aut hæreticum, aut conantem Catholicos ad ſuam falſam religionem pertrahere. *Poſſum ego hanc proditionis Laruam argumentis firmiſſimis vultu veſtro detrahere, ſi eſſet hoc in loco de huius*

[a] *Epiſt. 42.*

[b] *Ad Archiepiſc. Senoſenſem.*

[c] *Gratianus diſt. 63. can.* in Synod. *& can.* Si competenter.

[d] *Iſpenſeus com. in Tim. lib. 2. digreſſ. & pag. 275.*

[e] *Anno Dom. 1013.*

[f] *Mich. 2.*

[g] *Otto Frigenſ. Chron. lib. 6. cap. 35. vt refert Toloſanus lib. 26. de Rep. cap. 5.*

[h] *Id eſt ante ann. 1013.*

[i] *Cyprianus Nucerinus de morte Tho. Mori & Epiſc. Roffenſ.*

[k] *Bell. lib. 5. de Rom. pont. ca. 7. §. Tertia ratio.*

rei æquitate, & non tantum de antiquitate, disputandum: in præsentia satis erit clauum vestrum vestro clauo depellere; demus igitur hanc, quam finxistis, veram esse rationem. [m] Quid si ipse Pontifex Romanus leges, canones, iura Regum negligat? *Respondeo!* Respondeo, Pontificem à nullo nisi à Deo iudicari posse. *Aut concessit mortalibus Deus potestatem se ex omni tyrannide redimendi, aut non: si hoc, cur Regem inuaditis? sin illud, cur Papam defenditis? aut igitur impij Pontificis tyrannis tollenda est, aut impij Principis toleranda. Quanquam à Principibus pijs Pontifices impios deponi, non autem à Pontificibus pijs Principes impios deponi iure posse, ex omnis Antiquitatis confessione liquidissima constare possit: Primum, paulo post Nota septima, secundum etiam octaua demonstrat. Hic, quandoquidem de antiquitate disseritur, duo proferam pro Principum priuilegio, duplex Antiquitatis patrocinium. Patronus.* [*] Cum Nicome diæ proponeretur edictum Maximiliani, & Diocletiani crudele contra Christianos, vt Scripturæ comburerentur, & eorum delubra solo æquarentur, ac Christiani cruciarentur: vnus Christianus, huius rei indignitate motus, ausus est edictum discerpere; in quem cum extremo supplicio fuisset animaduersum, tamen reliqui Christiani eum IVRE CAESVM esse pronunciarunt. *Qualem illi viri post hominum memoriam Christianissimi, licet bonâ (quod dicitur) conscientiâ, Tyrannorum iura violantem, læsa maiestatis reum meritò damnarunt: tales (proh!) multos non modò dilacerantes Principum chartas, sed eorum corpora & corda dilaniantes iam vestri Pontifices legitimos martyres Sanctorum canone, quasi cœlesti ciuitate, donarunt. Hoc quidem exemplum illustre admodum est, sed quod sequitur longè appositissimum ex Ambrosio.* [*] Iuliano Imperatori SERVIEBANT milites CHRISTIANI: quando dicebat ducite ACIEM contra illam gentem, obtemperabant; sed cum iubebat IDOLA colere, NON agnoscebant autoritatem. *Antiqui Christiani cum Imperatore Apostata nequissimo arma sumpserunt: nostri Neocatholici subditis, ad Principes confodiendos arma porrigunt,*

[m] *Azorius Inst. lib. 5. ca. 14.*

Dilemma.

[*] *Eusebius lib. 7 hist. cap. 6.*

[*] *Ambrosius cum in Psal. 124.*

gunt, & necem Regibus, quam manibus aliorum non possunt, sæpè suis machinari conantur.

Caput. LXXXV.

Quæstio 7. de reliquis Ecclesiæ Pontificiæ membris, tum secularibus, quam Regularibus in priore genere nouitas. 1. in voto Cœlibatus.

Aduersarius. * Cœlibatus Sacerdotalis ex traditione antiquissima manauit. *Aduocatus.* * Non est ex jure diuino. * Cuius consuetudo contraria Diu post Apostolos obtinuit. * Centenarijs multis. * vt In exemplo priscæ Ecclesiæ. * Exempla prisca multa ostendunt.

* *Debiù supra cap. 73.*

Secunda in iure Electionis.

Aduersarius. * Contendit Caluinus ius eligendi Episcopum partim ad populum pertinere, in qua electione, si quæ sunt incommoda, cur veteres (inquit) patiebantur? Respondeo. Hæc ratio eligendi Episcopum per suffragia populi paulatim irrepsit, Apostolicis temporibus insciente populo eligebantur. *Quod quam non verisimile sit, patet: quia. Aduocatus.* [b] Vt Clerus, & Populus Episcopum eligeret, hic modus fuit in vsu tempore Chrysostomi, Ambrosij, Augustini, Leonis, Gregorij.

* *Bell. lib. 1. de Clericis cap. 7. §. At inquit. Populi ius in eligendis episcopis.*

[b] *Idem ibid. ca. 9. §. Tertius modus.*

Tertia in munere Diaconatus.

Aduersarius. [c] Diaconos oblationibus colligendis, & opibus Ecclesiæ administrandis præpositos fuisse inter Catholicos, & Protestantes constat: Sed præter hoc officium Diaconorum, erat officium Sacerdoti sacrificanti assistere, & ministrare, & populo distribuere eucharistiam, quod munus Protestantes non agnoscunt. [d] Tota antiqui-

[c] *Bell. lib. 1. de Clericis cap. 13. §. 6. Ordo idem habet Collegii. Munus Diaconatus.*

[d] *Coller. Anglo-Rhem. annot. in Act. 6. 3.*

tas probat principale officium Diaconorum fuiſſe conſumptum circa altare. *Aduocatus.* [a] Diaconi non fuerunt Miniſtri ſacri altaris. *At huic Cardinali forte obeſt tota Antiquitas.* [b] Ego quidem rem diligentius perſcrutatus inuenio omnes ferè Græcos PATRES pro Caietano facere. Apoſtoli Diaconos creabant, NON iuxta gradum, qui NVNC eſt in Eccleſia, ſed διάκονος. id eſt, Miniſtros qui bona diſtribuerunt viduis, ſimul & Orphanis, ea quæ ad alimentum repoſita erant, latini Patres autem putant Diaconorum munus eſſe inſeruire altari. *Quidni Græcis, id eſt, antiquioribus aſſentiamur? cum præſertim iſti ſacris Scripturis, id eſt ipſi antiquitati aperte ſuffragati ſunt? quarta.* [c] Ad minores ordines quod attinet, qui olim quinque ſe ordine conſequentes memorare cõſueuerunt, hi ſane PRAESENTE TEMPESTATE, neglecta omni diſciplina, & politia Eccleſiaſtica, prorſus confuſi ſunt, & eorum officia prope-modum ceſſarunt. *Hæc in re, licet non magni momenti, tamen magna eſt nouitas.*

[a] *Caietanus com. in Act. 6.*
[b] *Sixtus Seneſ. Bibl. lib. 6. annot. 225.*
[c] *Caſſander lib. Conſult. art. 14. Minorum ordinum.*

CAPVT. LXXXVI.

De Regularibus.

Aduerſarius. [a] Nunc de Religioſis: Religio eſt ſtatus hominis ad perfectionem Chriſtianam per paupertatis, continentiæ, & obedientiæ vota tendentium. [b] Monachi dicuntur, quorum duo ſunt genera, Eremitæ, & cœnobitæ. [c] Proteſtantes de horum origine tria docent: Primum, Religiones incepiſſe demum 4. ſeculo, id eſt, poſt annum Chriſti 300. primoſque Autores fuiſſe Antonium, & Macharium, & ſimiles. Secundum, Eremitas alios caſu factos, propter perſecutiones. Tertium fuiſſe apud veteres, quarti & quinti ſeculi aliquos Monachos, ſed eos qui nunc ſunt nihil cum ijs commune habere: ideoque Monachatum, vt nunc eſt, rem eſſe nouam. [d] Dicunt tempore Auguſtini Monaſteria fuiſſe libera collegia, non aſtricta vllis votis

[a] *Bell. libr. 2. de Monachis cap. 2. in princ.*
[b] *Ibid. cap. 3. §. Quod autem.*
[c] *Ibid. cap. 5. in princip.*
[d] *Ibid. cap. 20. §. Philippus.*

votis obedientiæ, continentiæ paupertatis. *Duo hoc in loco expedienda ſunt: primum ordinem Monaſticum vera antiquitate carere. Secundum ipſos Monachos, quos antiquitas probauit, a Pontificijs Monachis, vt ſeculis, ita regulis & moribus diſſentire. Primum. Aduocatus.* [a] Sunt adhuc in Eccleſia diuerſarum Sectarum populi, MONACHI, & fratres Anachoritæ, quibus vetus lex omnino caruit. caruit etiam Eccleſia, eo tempore quo fuit optima, nec tot ceremoniarum ritibus implicita. [b] Antonius vere princeps Eremitarum fuit, quippe qui, nec ab alio didicit, & ipſe docuit omnes: & Athanaſius docet ante Antonium non fuiſſe Eremitas. Qui floruit initio QVARTI ſeculi. [c] Quidam altius repetentes, Eliam, & Ioannem Baptiſtam eius rei autores faciunt: ſed vt is pluſquam Propheta, ita ille pluſquam Monachus cenſeri debet: alij Antonio aſsignant; alij cuidam Paulo Thebæo. ſed Antonio huius rei initium iure optimo acceptum referri debet, qui, etſi non ante omnes fuit, primus tamen Monachorum dogma inſtituit: is vixit anno ſalutis humanæ 361. *nec caret hoc ordo periculo inconſtantiæ:* [d] Dæmon meridianus eſt, quoties (verbi cauſa) maioris boni imaginem tentans ad malum, bene proficiſcentibus in cœnobijs inuidens obtentu quaſi maioris puritatis, EREMVM petere perſuaſit: & cognouerunt miſeri tandem quam verus ſit ſermo, quem fruſtra legerant: VAE SOLI. Eccleſ. 4. quoniam ſi ceciderit, non habet Subleuantem] *Deinde.* [e] Si Abbates, qui tamen ordines NON erant, à Chriſto inſtituti. &c. *Vota Monaſtica quam non neceſſaria fuerint* [f] *ſupra diximus: nunc eorum originis rationem rimemur.* [g] Vota tria Monaſtica OLIM non valebant. [h] Baſilius circiter annum Domini 385. primus omnium Monachos nouis legibus obligauit, vt vouerent, multæ familiæ quæ Hieronymi, Auguſtini, Benedicti, & quorumlibet diuorum regulas (ſicut perhibent) profitentur, quas tamen tantum abfuit vt ipſi inſtituiſſent, vt etiam ne tale quidquam vnquam cogitaſſent futurum. *Aduerſarius.* [i] Dicunt Proteſtantes præterea Monaſteria fuiſſe ſcholas ſacrarum literarum,

[a] *Cornel. Agrippa de Vanit. Scient. cap. 62. Eremitarum ortus non vere antiquus.*

[b] *Bell. quo iam ſupra cap. 5. §. Veniamus, & §. Nunc quod.*

[c] *Polyd. Virg. lib. 7. Inuent. cap. 1.*

[d] *Bernard. in Cant. ſerm. 33.*

Abbates.

[e] *Card. Arelatenſ. vt refert Aeneas Syluius de geſtis Conc. Baſil.*

[f] *Supra cap. 48.*

[g] *Eraſmus vt patet Ind. Expurg. pag. 49.*

[h] *Polyd. Virg. lib. 7. Inuent. cap. 2. Monachiſmus Pontificius nouus.*

rarum, & aliarum diſciplinarum; at Baſilius, Hieronymus, Auguſtinus, aliique veteres, dum deſcribunt inſtituta Monachorum, meminerunt orationis, ieiunij, pſalmodiæ, de ſcholis literarum ne verbum quidem. Cum ergo dicunt olim pios homines, qui Monachi fiebant, nihil aliud intendiſſe quam vt ſe per diſciplinam Monaſticam ad Eccleſiæ gubernationem præpararent, eſt mendacium contumelioſiſsimum in omnes ſanctos, qui ex Monaſterijs inuiti ad Epiſcopatus eligebantur. *Quamuis de Monachis ijs, qui tempore perſequutionis in Cryptis, & deſertis ſeſe abdiderunt verum ſit, quod* [m] Monachorum cœtus initio ex illiteratis tantum ferè conſtabat. *At poſtquam pax Chriſtianis affulſiſſet. Aduocatus.* [n] Mox cœperunt ſtudia non ſolum diuinarum literarum, ſed etiam liberalium artium exerceri, ſic vt ibi Adoleſcentes in liberalibus artibus, & potiſsimum pietatis ſtudijs imbuerentur: ac tandem ex ijs Eccleſiæ MINISTRI, & PASTORES aſſumerentur. Ita de Gelaſio 2. legimus eum in Monaſterio inſtitutm fuiſſe: & Seuerus in vita Martini teſtatur ex eius Monaſterio EPISCOPOS & SACERDOTES accitos fuiſſe, & PELAGIVS Pontifex optat, vt qui in monaſterijs nutriuntur, vt prouecta ætate, & vita probata AD SACERDOTIVM valeant promoueri. [o] Erant OLIM cœnobia, COLLEGIA, & ἀσκητήρια, Id eſt, exercitationes in quibus orationi lectio, lectioni ſuccedebat oratio, vt eſt apud Hieronymum, ac proinde EPISCOPORVM SEMINARIA vindicauimus Monachiſmum VETEREM ab Imperitiæ nota, quem vtinam propius ſequatur RECENTIOR: vix nunc viceſsimum quodque cœnobium literatorium inuenies; hodierno tempore malunt hæc euerſa penitus quam ad ORIGINEM reuerſa. [p] Hos enim, qui ventri obedientes ſunt, animalium loco numeremus an hominum? Imò quoſdam nè animalium quidem, ſed mortuorũ, viuit enim qui ſe vtitur, & multis vſui eſt, qui vero latiant, & torpent, ſic in cellula ſunt, quomodo in conditiuo, otium enim ſine literis, mors eſt, & viui

[m] *Caſſander lib. Conſult. art. 25.*

[n] *Ibid.*

[o] *Epiſc. Eſpenſæus com. in Tim digreſſ. lib. 3. cap. 12.*

[p] *Ibid. ad finem capitis.*

viui hominis ſepultura. [1] Oportebat Ioannem antequam ad populum docendum accederet, vt ipſe ſeſe in ſolitudine, veluti in monaſterio doceret. Notum enim eſt illud apud Auguſtinum prouerbium, qui non eſt bonus MONACHVS, non erit bonus CLERICVS. [2] Tempore Hilarionis, & Baſilij nullo adhuc certo viuendi ritu Monachi vtebantur, ſed ID TEMPORIS vitæ genus ſimplex, ac LIBERVM erat, & illis ceremonijs minimè obſtrictum, quas hodiè Monachi obſeruant; nullũ votorum vinculũ, ita vt ſi quem huiuſmodi inſtituti pœnituiſſet, etiam poteſtas eſſet ad priſtinam redeundi viam, non abſque tamen inconſtantiæ nota. Quod ſi deinceps per NOVAS hominum leges inuiolatum permanere licuiſſet: longè ſanctiſsimos omni tempore Monachos habuiſſemus. In principio Monachi precibus, vigilijs iciunijs, LITERARVM ſtudijs dediti fuerunt. *Quare verò hoc in Sanctos contumelioſum videri poſſit? Aduerſarius.* [3] Qui conſtat eos omnes inuitos ex Monachis Epiſcopos factos, vehementer epiſcoparum fugiſſe, vt perpetuo in Monaſterio viuerent. *Auguſtinus, Chryſoſtomus, Baſilius, qui ſinguli tamen Epiſcopi fuerunt; Primus Hipponenſis, ſecundus Conſtantinopolitanus, Cæſarienſis tertius, ſed fatĕ illos tam vehementer epiſcopatum refugiſſe, quam in Cardinalatum (ordinem extraordinem ab hominibus recens inuentum) ardenter expetiuiſſe, Illorum, quod alios ſibi proponendos cenſuerint, modeſtiam, quod nulla fraude ad tantum honorem obrepſerint, probitatem laudamus, ita tamen ne fidem eorum & induſtriam obliuiſcamur. Hanc quâ in Monaſterijs (omni genere literarum excultiſſimi) ad verbi miniſterium ſuſcipiendum habiles, alteram, qua ad illud obeundum faciles, & conſtantes euaſerint, tam in diſcendo Concha, quã in docendo Cavales, nam oblatum ſibi à Chriſto talentum non accepiſſe, obſtinati, & impudentis animi fuiſſet, acceptum non in vſuram Domini expoſuiſſe perfidi, & impotentis: quo nihil aut in Sanctos magis contumelioſum aut Chriſto minus ioſum, aut Eccleſiæ denique pernicioſum eſſe poſſit. probo. Aduocatus.* [4] Qui Prædicatoris officio idonei

[1] *Maldonat. Ioſ. comm. in Matth. 3. 3.*

[2] *Polyd. Virg. quo ſupra.*

[3] *Bell. quo ſupr.*

[4] *Peraldus Epiſt. ſum. Virt. cap. 12.*

idonei esse possunt, & eligunt sibi solum viuere, licet bona intentione faciunt, vt scilicet cum puriori conscientia Deo seruiant: tamen multum timendum videtur, eo quod seruus is, qui talentum abscondidit in Sudario, vocatur à Domino Seruus nequam: &, vt Gregorius dicit, qui scientia, & virtute præditi, secessum speculationis appetunt, tot animarum rei sunt, quot animabus prædicando prodesse potuerunt. [a] Frumentum periclitatur, dum fossis subterraneis absconditur, quod Dæmones præstare solent, dum perfectis hominibus persuadent, vt in Eremum, aut quendam secretum locum se abdant: vt populum verbo Dei, aut vitæ exemplo non pascant. *Huius Iesuitæ testimonio tam liquido contenti esse possimus. Quin etiam cœlibatus lex vestra dignissimos ab hoc munere deterret.* [x] Thomas Morus ad pietatem totum animum appulit, vigilijs, ieiunijs, precationibus Sacerdotum meditans, neque quicquam obstabat, quo minus sese huic vitæ generi addiceret, Nisi quod vxoris desiderium non posset excutere: Malvit itaque esse maritus castus, quam Sacerdos impurus. [y] Quam longe Monachatus Hodie à prima sua origene Degeneravit, & quantis abusibus contaminatus, & deformatus sit, satis per se manifestum. nam paulatim religio vera, & solida, in superstitionem & inanem speciem religionis conuersa est, & accrescentibus opibus decreuit pietas, & in eius locum laruæ ceremoniarum successerunt, in quibus, veræ pietatis operibus neglectis, summa totius religionis constituta sit. Si Monachatus in eâ forma perstitisset, quæ describitur ab Athanasio, & Patribus, nunquam tam graues reprehensiones incurrisset. Manent adhuc vestigia communis, & Canonicæ vitæ, sed in ædificijs ac nominibus tantum. Alij absurdo & monstroso nomine Canonici Seculares dicuntur, hoc est, regulares irregulares dici cœperunt: quare haud iniuria Albertus Cranzius, Canonicum Secularem vocat Monstrvm sine exemplo, regularem Sine regvla, Canonicum Sine Canone. [b] Sunt quos vel

[a] *Salmeron Iesuit. tract. 7 in parab. Seminis iacti, &c. Marc. 4.*

[x] *Erasmus de Thoma Mori vita.*

[y] *Cassander lib. Consult. art. 25.*

Monachatus hodiernus tam nouus quam nequam.

[b] *Epist. Espensæum quo supra.*

vel desperatio, vel certè magna animi anxietas, ex regibus, Cæsaribus, nedum ex Episcopis Monachos effecit. Duo olim Monachismum glorioſum reddiderunt, vitæ meritū, & Erudtio Scripturarum: Verum Monachomastix Monacho imperitiorē prouerbialitèr dixit, vtinam hoc in loco vanus, & mentitus. Nec scio qua ratione isti Monachi, qui vulgo mendicantes vocirantur, qui solum precarium quæstum faciunt, vnde sese sustinent, debeant semper in mendicando Haerere, quando satis constat Apostolos non ociosos expectasse ab alijs victum. Monachi in Ægypto, teste Chrysostomo, exercuerunt se manibus operando. [a] Concionator celebris Franciscani instituti, hac nostrâ ætate scriptum reliquit: hoc inquit, cauendum est nè ponatur iustitia, id est, salus in huiusmodi obseruationibus, id est, nè quis putet se promereri iustitiam, & remissionem peccatorum. *Cui accedit alia nona superstitio à nobis explodenda.* [b] Sic deuotioni vacandum est, vt quæ sunt officij non negligas, vt qui filios habet educat, atque prospiciat, nec omnia in templis extruendis insumat; hoc voluntatis est, illud necessitatis: hoc Consilij, illud præcepti: hoc est fundamentum vitæ, nè opera iustitiæ, propter ea quæ sunt gratiæ, omittamus. Sic Scriptura: melior est obedientia, quam victima: illud officium vocat, ad quod præceptis obligati sumus, hoc victimam, quicquid ex deuotione, & voluntate proficiscitur: sed homines plerumque in contrariam sententiam Praecipites sunt, vt quæ ipsi excogitarunt, quæque proprio animi motu assumunt magis curent, quam quæ sunt illis imposita. [c] Dominus Luc. 9. sic præcipit: Tolle: crucem Tvam. at multæ coniugatæ omittentes curam domus suæ, obsequium, quod viris suis debent (quæ est cura ipsorum) abijciunt, & suscipiunt monialium crucem. *Dum igitur horum ordinem quærimus, ordo Monachorum nouus, Anachoritarum seu Eremitarum nouus, Abbatum nouus, Canonicorum omnium nouus esse deprehenditur, dum institutum, examinamus, quantum ocij domicilia a literarum gymnasijs, quantum*

[a] *Cassander lib. Consult. art. 25.*

[b] *Granatens. de Communione. part. 4. cap. 9. Regulæ ad cauendam superstitionem a primi necessaria.*

[c] *Stella in Luc. 9. Errores superstitiosi.*

tum à votorum laqueis libertas Christiana: quantum in Ministro Dei fides à perfidia. 4. quantum à pietate superstitio. 5. quantum à merito gratia. quantum denique voluntatis humanæ consilium a præcepto diuino, tantum hæc monastica nouitas ab illa Antiquitate, deflexit.

Caput. LXXXVII.

Quæstio Octaua, instituitur de ijs quæ ad externum Dei cultum proprius spectare videntur: vtpote de Sanctis beatis per quos, *de Sanctis miseris in Purgatorio* pro quibus *de Imaginibus* coram quibus, *de Ceremonijs* cum quibus *Deum inuocare & colere, solctis.*

Prima.

[a] *Bell. lib. 1. de Eccles triumph.*
[b] *Bell. ibid. ca. 6.*
[c] *Ecchius Enchirid. sub finem loci de* Venerat. Sanctorum. *Inuocat Sanctorum.*
[d] *Supr cap. 38.*
[e] *Bell. lib 2. de Purgatorio.*
[f] *Ibid. l. 2. c. 15.*
[g] *Ibid. li. 1. c. 11.*
[h] *Lib 1. cap 6.*
[i] *Lindanus panopl. lib. 4 pag. 314.*
[k] *Epist. Roffens art. 18 aduersus Lutherum. Purgatorium antiquitas ignorauit.*

Aduersarius. [a] Inuocationem Sanctorum defunctorum vniuersa antiquitas docuit. *Aduocatus.* Sanctos veteris Testamenti inuocare Populus non solebat. [b] Nec hoc licuit in primordio Ecclesiæ in nouo Testamento, ne Gentiles recens conuersi, se iterum ad Idololatriam induci paterentur. *De hoc* [c] *supra.*

Secunda, Pro quibus.

Aduersarius. [d] Orationem pro defunctis omnis antiquitas probauit. [e] Suffragia viuorum prosunt defunctis, qui sunt in purgatorio. [f] Confessio autem Purgatorij ad fidem Catholicam pertinet. [g] Purgatorium esse Patres Græci, & Latini asseruerunt. [h] Purgatorium esse, veteres Patres vno ore statuunt. *Aduocatus.* [i] Legat qui velit Græcorum Patrum commentarios, & Nullam, quantum opinor, aut rarissimam Purgatorij mentionem inueniet: sed neque Latini simul omnes huius rei veritatem conceperunt, neque tam necessaria fuit Primitiuae Ecclesiæ Purgatorij fides, *(addit)* atque nunc est: ex qua pendet omnis

omnis Indulgentiarum existimatio, his enim, si nullum fuerit Purgatorium, nihil indigebimus. Contemplantes igitur ALIQVANDIV Purgatorium INCOGNITVM fuisse, deinde quibusdam pedetentim, partim ex reuelationibus, partim ex Scripturis creditum fuisse, & tam SERO cognitum, & receptum Ecclesiæ vniuersæ. Quis &c. *Tu aliud quæris, ego vero, Quis tam excors est, qui Confessionem Purgatorij ad finem Catholicum pertinere, possit credere? cum præsertim.* [a] Vsque ad hodiernum diem NVNCQVAM in Ecclesia statutum fuit, quomodo nostræ preces defunctorum animis prodesse possint: sed fuisse MERVM testimonium charitatis nostræ erga Defunctos, & articuli immortalitatis animæ, & corporum resurrectionis futuræ. *Huius luculentum testimonium esse possit illud Augustini orantis pro Matre sua Monacha defuncta:* [b] Credo quod IAM feceris quæ rogo, sed voluntaria oris mei approba Domine. *Magis affectionis, quam rationis oratio.*

[a] *Cassander lib. Consult. in art. de Missa.*

[b] *Confess. lib. 9. cap. 13.*

Tertia. coram quibus.

Aduersarius. [1] Quod ad veterem Ecclesiam pertinet, certum est imagines Christi, & Sanctorum non sine cultu, & veneratione, in vsu fuisse. *Non iam igitur de historico vsu imaginum, sed religioso, id est de ipso cultu disputamus. atq; hac in parte. Aduocatus.* [m] Certum est initio prædicati Euangelij, & aliquanto tempore post, Imaginum vsum NON fuisse, vt ex Clemente Alexandrino, & Arnobio patet, [n] VSQVE ad TEMPORA HIERONYMI probatæ religionis viri fuerunt, qui nullam facibeant imaginem, ne ipsius quidem Christi. [o] Quæ fuerit mens Romanæ Ecclesiæ TEMPORE GREGORII ex eius scriptis colligitur, haberi nimirum picturas NON VT COLERENTVR, sed vt per eas Imperiti rerum gestarum admonerentur: [p] Iudæi, qui erant Dei populus, nihil magis horrebant, inquit Iosephus, quam symulachra. Ipsi Ethnici cum ad Christi religionem conuersi erant, in Ecclesiam nostram symula-

[1] *Costerus Enchirid. de Imaginibus §. Quod ad. Cultus Imaginum.*

[m] *Cassander lib. Consult. art. 21. Cultus Imaginum*

[n] *Eras. in Catechesi lib. 2.*

[o] *Cassander quo supra.*

[p] *Agrippa lib. de vanit. Scient. cap. 57.*

chra, & multas ſteriles ceremonias introducebant, quarum omnino NIHIL eſt APVD PRIMOS illos, & VERE CHRISTIANOS. [q] OMNES veteres Patres, teſte Hieronymo, ſimulachrorum cultum damnabant. *Hic videtis quàm non antiquus hic cultus ſit: quàm ſit inſuper iniquus, & impius* [*] *ſuperior Tractatus demonſtrauit.*

[q] Polyd. Virgil. lib. 6. Inuent. cap. 13.
[*] Supra cap. 47.

Quarto, Ritus, cum quibus *in Romana Eccleſia Deum coli ſolet, in iis quæ ſenſus humanos demulcere aliqua ratione poſſint. Primo Tactum.*

Aduerſarius. [r] Aqua luſtralis, qua populo bene-dicimus, merito dicitur Apoſtolica traditio. [s] Hac venialia peccata delentur, ex opere operato, hac etiam dæmones fugantur. *Aduocatus.* [t] Eſt tantum ex iure poſitiuo. *Quando primum hanc lucem aſpexit?* [u] Alexander. 1. Romanus Pontifex inſtituit vt aquam, quam Sanctam appellamus, interpoſitis ſacris Orationibus, ſale admixto, in templis, atq; cubiculis ad fugandos Dæmones, retinerent. *Secundò, guſtum. Aduocatus.* [x] Mihi purioris Chriſtianiſmi videtur, magiſq; conſentaneum Euangelicæ, & apoſtolicæ doctrinæ, ſi nullum certũ cibi genus, in ieiunio, præſcribat. *de hoc* [*] *ſupra. Tertiò, auditum veſtrum duo præcipuè delinire ſolent, orationis ignota, & inſtrumenti muſici ſonus. de priore. Aduerſarius.* [y] Populus Chriſtianus antiquæ ſuæ conſuetudini parere debet, & latinis precibus vti, potius quam vulgatis. [z] Doctrina Lutheri, quæ linguam cognitam in precibus exigit, Diaboli calliditatem ſapit. *Imo potius Apoſtolicam prudentiam. Aduocatus.* [a] Tempore Apoſtolorum omnes Chriſtiani ſimul pſallebant, in diuinis officijs, & preces intelligebant. [b] Omnia in Eccleſia primitiua lingua vulgari fiebant. *Aduerſarius.* [c] Sic quidem tempore Apoſtolorum, ſed Creſcente populo Chriſtiano, vſus ille ceſſabat. *Siccine? imo Aduocatus.* [d] LONGO tempore poſt in Occidente, & in Oriente, vt ex Chryſoſtomo, & Cypriano conſtat, populus in

[r] Bell. lib. 4. de verbo Dei ca. 3.
[s] Azorius Inſ. Inſtit. li. 4. c. 11.
[t] Franciſcus de Vict. relect. 11. quæſt. 1.
[u] Platina de vita Alexandri 1. & Polydorus Virg. lib. 5. Inuent. cap. 8. *Aqua benedicta.*
[x] Eraſm. in 1. Cor. 8.
[*] Supra cap. 35. *Preces Ignota.*
[y] Colleg. Anglo-Rhem. annot. in 1. Cor. 14. pag. 462.
[z] Ambroſ. Compſa Epiſc. vt refert Sanctus. Bell. lib. 2. de verb. Dei ca. 16.
[a] Lyran. com. in 1. Cor. 14.
[b] Bell. quo ſupra §. At obijcies.
[c] Bell. ibid. §. Idem etiam.

in diuinis reſpondebat, Amen. [1] Hac in re mirum eſt quomodo MVTATA eſt Eccleſiæ conſuetudo. *Ergo.* [2] Optandum videtur, vt, iuxta Apoſtolicum mandatum, & PRISCVM Eccleſiæ morem in lingua vulgari preces peragerentur. *At mandatum recens Pontificale præualuit.* [3] Vitalianus primus omnia in Latino ſermone in Eccleſijs fieri imperauit. *Aduungam huic nouitatem aliam ſuperſtitionis plenam.* [4] Eſt modus orandi poſtremò inuentus per calculos, quos vulgo preculas vocant, modo Pater-noſtros: ij numero quinquaginta quinque ita ordine diſtinguũtur, vt per denos ſinguli maiuſculi affigantur filo, ſunt enim perforati: hoc circiter ANNVM ſalutis 1090. inuentum. Hodie tantus honor huiuſmodi calculis acceſsit, vt non modo ex ligno, ſuccino, corallo, ſed EX ARGENTO, & auro fiant. *De muſica: nec tamen ipſam muſicam ſed eius modum depranatum notamus. Aduocatus.* [5] Fatemur vſum inſtrumentorum non ita conuenire perfectis, atque imperfectis: & ideo in Eccleſiam SERO admitti cœpiſſe, circa annum Domini 660. Si Platinæ credimus. Sin fidem habere Ainomio volumus, ducentos annos poſt. [6] Quis HVIVS AETATIS muſicam cum illla PRISCA componat? quæ nunc cantantur omnia non tam ad populi intelligentiam erudiendam, quod PRISCOS vbique ſpectâſſe indubitatum eſt. *Quid tandem?* [7] Poſsit illud modulatæ muſicæ genus citra pietatis iacturam omitti, ſi placet: curandum eſt vt illa muſica ſit templo Dei neceſſaria, &c. *5. Quæ oculos oblectare videntur, præter alia. & ferè præ aliis, ſunt duo, Miſſæ ſacrificium, & feſtorum dierum ſolennitas. De priore. Aduerſarius.* [8] Si quis dixerit miſſæ ſacrificium eſſe nudam commemorationem Sacrificij in cruce peracti, non eſſe propitiatorium, Anathema ſit. *Hoc anathema omnes antiquos Patres neceſſariò perſtringit. Aduocatus.* [9] Hoc breuiter dici poteſt: illud quod offertur, & conſecratur a Sacerdote vocari ſacrificium, & oblationem, quia eſt MEMORIA veri Sacrificij, & ſanctæ immolationis in ara crucis. In Sacramento eſt RECORDATIO illius quod factum eſt

[1] *Eraſ. in 1. Cor. 14.*
[2] *Defenſor libelli contra Caluinum.*
[3] *Platina de vita Vitaliani.*
[4] *Polyd. Virg. li. 5. Inuent. ca. 9. Oratio per calculos.*
[5] *Bell. lib. de bonis operib. c. 17. Genus Muſices.*
[6] *Lindanus panopl. li. 4. ca. 78.*
[7] *Eraſ. de Amab. concord. Eccl.*
[8] *Concil. Trid. Seſſ. vltim. 31.*
[9] *Magiſter ſententiarum lib. 4. diſt. 12. f. Miſſæ Sacrificij ratio vna & Idolom. nutrix.*

est semel, vt docet Augustinus, & Ambrosius. *Nec mirum.*

[7] *Cassander lib. consult. art. 24. Tacita murmuratio.*

[7] Oblatio Christi semel facta sufficit ad delenda omnia peccata: quorsum igitur Sacramentum altaris quotidiè offertur in Ecclesia? Dicendum, quod non est ibi sacrificij crucis renouatio, sed illius quotidiana commemoratio, propter quod dicit. Matth. 26. hoc facite in meam COMMEMORATIONEM, atque hac ratione quatenus (*non sua virtute*) Sacerdotis pia supplicatione peragitur, non modo Eucharisticum, sed etiam propitiatorium dici potest, NON quidem vt EFFICIENS propitiationem, quod Sacrificio CRVCIS PROPRIVM est, sed vt eam iam factam imperãs, quomodo oratio cuius hoc sacrificium species propitiatoria dici potest. *Propriè igitur propitiatorium sacrificium esse nequit. Deinde in consecratione, nescio qua, murmuratione tamtacita vtimini, vt ausim dicere, Antiquos illam nunquam audire potuisse. Aduocatus.*

[8] *Durandus lib. 4. cap. 35.*

[8] Hoc CONTRARIVM est VETERI vsui orientalis, & occidentalis Ecclesiæ, in quibus verba consecrationis ALTA voce pronunciabantur. *Postremo adoratio hostiæ idolomaniam nefandam inuexit. Aduocatus.*

[9] *Eras. tract. de Amab. Eccles. concordia.*

[10] *Supra cap. 37.*

[9] Tempore VETERIS Ecclesiæ populus non cursitabat ad videndum id quod Sacerdos ostendit, &c. *Qua sequuntur* [10] *supra explicantur. Missam hoc in loco tantùm attingere libuit, quam crassissimarum nouitatum verè Cloacam iure dicere possimus. breuitati studeo.*

Quæstio. 9. De Liturgia Romana: quam ferè totam vel vnica sua nouitas damnat Canonizatio Sanctorum.

[1] *Bell. lib. de Beat. Sanct. ca. 10.*

[2] *Ibid. cap. 8. §. Secundo modo.*

[3] *Rossensis art. 37. §. Et licet.*

Qua & nouorum Sanctorum inuocatio, & pro defunctis oratio maximè nituntur. Aduersarius. [1] Canonizatio est publicum Ecclesiæ judicium de vera gloria hominis defuncti. [2] Quod munus est pontifici Romano proprium: in quo certum est Ecclesiam errare non posse. *Ita vt.* [3] Hæreticus sit habendus, qui Thomam Aquinatem Sanctum esse

eſſe pertinaciter negauerit. [a] Quod ſi enim Pontifex in hoc errat, certè non erit abſurdum. *(Conſequentia erudita)* Diuorum cultum omnem ab Eccleſia explodere: intelligo eos, qui poſt Clementem conſecrati ſunt. *At Adnocatus.* [y] Aliqui Catholici *(& tamen Catholici?)* probant NON eſſe CERTVM ſecundum fidem, Sanctos quos colimus, eſſe colendos, quia non eſt ex fide eos eſſe Sanctos. *En Sanctos Catholici veſtri ſine fide colunt, imo etiam contra fidem. quod ipſius Canonizationis veſtræ cum ortus nouus, ac fanaticus; tum exitus eius vanus & profanus oſtendet: illud, quia.* [z] Primus Pontifex qui legitur Sanctos canonizâſſe, fuit (ni fallor) Leo tertius. *Hoc, quia* [a] Boſſarius Cardinalis dixit, videre ſe Romæ inter Diuos referri quam-plurimos, quorum vitam improbarat. *Quod quam veriſimile ſit ex eo conſtat.* [b] Adrianus Papa, deceptus à Synodo, iudicabat Prædeceſſorem ſuum Honorium fuiſſe Hæreticum. [c] Anaſtaſius Papa Acatium in hæreſi defunctum, & excommunicatum abſoluit. *Diſputo. Papa Adrianus, Papam Honorium Hæreticum fuiſſe deſiniens, vel non erat, vel erat deceptus: ſi non, en Papam Honorium Hæreticum & ſin deceptus, ſequitur Papam in Sanctis damnandis fuiſſe, adeoque in Impijs canonizandis poſſe eſſe deceptum. ex quo illud Cani veſtri erit conſectarium.* [d] Abſurdum non erit omnem illum Diuorum cultum explodere, niſi fortè nihil refert vtrum quis hominem aliquem condemnatum colat.

[x] *Melchior Canus loc. Theolog. cap. 5. & 6. concluſ. 3.*
[y] *Vaſquez Ieſ. lib. 1. Ador. diſp. 5. cap. 3. num. 166.*
[z] *Bell. quo ſupra cap. 8. §. Dices.*
[a] *Rodinus Meth. hiſt. 4.*
[b] *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 11. §. Ad Quartum.*
[c] *Ibid. cap. 10. §. Decimus nonus. Dilemma.*
[d] *Canus quo ſupra.*

CAPVT. LXXXVIII.

Quæſtio 10. De temporibus Cultus, non nouis modò ſed & nobiliter fucatis.

Primum

[a] *Suarez Ieſ. in Thom. part. 3. qu. 27. art. 1. & 2. Feſtum concep. tionis B. Virg.*

FEſtum *Conceptionis B. Mariæ, in quo nouo feſto error nouus celebratur. Aduerſarius.* [a] Eſt hoc priuilegium B. Virginis ſpeciale, in prima ſua Conceptione immunem à

peccato fuiſſe. Antiqui Patres pauca de hoc priuilegio loquuti ſunt, tum quia Spiritus Sanctus Eccleſiam paulatim inſtruit, tum etiam quia illi in alijs grauioribus myſterijs explicandis diſtinebantur: POSTQVAM vero ante Quingentos annos veritas hæc COEPIT CLARIVS doceri, ita incendit fidelium animos, creuitque paulatim eius fides, vt iam ferè omnium consensione recepta ſit, & præſertim ABHINC DVCENTIS ANNIS Eccleſiaſtici Scriptores omnes, vniuerſæ Academiæ, huic ſententiæ ſubſcripſerunt, adeò vt in Academijs, nulli ad doctoratus gradum aditus patebat, qui prius, ſub iuramento, non promiſerit nunquam ſe veritatem hanc oppugnaturum; non eſt autem credibile Spiritum Sanctum permiſſurum fuiſſe vniuerſam Eccleſiam in re tanti momenti grauiter errare. Hùc accedit, quod ab Eccleſia feſtum conceptionis apud Græcos ante mille annos, ANTE QVINGENTOS apud Latinos ferè omnes celebrari COEPIT. dicetur forſaſſe non celebrari hoc feſtũ cõceptionis quod illa ſancta eſt, ſed quia eſt magnũ Dei beneficiũ, initiumq; maiorum. Sed hoc nulla ratione probandum eſt, quia Eccleſia non celebrat hoc feſtum tantum in gratiarum actione, reſpectu Dei; ſed etiam in honorẽ virginis: non eſt autẽ virgo digna honore propter conceptionem, niſi illa Sancta fuiſſet: tertium fundamentum huius ex *Patrum autoritate petendum eſt. *Hoc in loco non agitur de B. Maria Conceptione, qua Dominũ Ieſum concepit, ſed qua ipſa a Matre concepta fuit: illam omni modo immaculatam fuiſſe nemo niſi Infidelis negat: hanc vero non fuiſſe Originalis vitio impuram, nemo niſi ſuperſtitioſus affirmat. quia. Aduocatus.* B. Virginem fuiſſe a peccato liberam, è ſacris literis, iuxta germanum literæ ſenſum, nuſquam habetur: quinimo lex generalis in ijs traditur quæ ex Adæ carnali ſciz: propagatione creatos, ſine vlla exceptione cõplectitur: Nec vero dici poteſt, Apoſtolorum tempore id in Eccleſiam deſcendiſſe, nam conſtat PRISCOS Scriptores non id a maioribus ſuis accepiſſe. Imo Sancti OMNES, qui in huius rei mentionem inciderunt.

Nouus articulus fidei.

Conceptio Sanctiſſ. Virg.
Damaſcenus, Auguſt. Bernard. Cyprianus, Hieron. Origines, Anſelmus, Theodorus, Cyrillus, Irenæus, Greg. Nyſſen. Greg. Nazianzenus.
Melchior Canus loco Theolog. lib. 7. cap. 1. primaria Cathedra in Academia Salmanticenſi olim præfecti.

VNO

VNO ORE aſſeuerarunt beatam virginem IN PECCATO ORIGINALI CONCEPTAM FVISSE. *Nec tamen Ieſuitam puduit omnium Patrum autoritate deſtitutum, autoritatem Patrum omnium nobis obtrudere: at ego opponam ipſum ſibi, aſt enim* Patres antiquos pauca *de hoc priuilegio loquutos: imo paucos quoq; illud tenuiſſe, quia* Paulatim *inquit, creuit huius fides*, præſertim, *inquit*, abhinc ducentis annis, *id eſt, non ante annos mille quadringentos obtinuit in Eccleſia: & ſane per iſtos 200 vix centeſimus quiſque id defendebat. nunc autem hunc ſenſum, quaſi fides oraculum, ipſa nouitas cudit, quid multa?* [c] Feſtum conceptionis celebrandum non eſt, ſicut in multis locis: & ratio eſt, quia B. virgo peccatis concepta fuit, vt cæteri.

[c] *Gratian. diſt. 3. cap.* Promanandum.

Secundum, feſtum Aſſumptionis.

Aduerſarius. [d] Beatæ Mariæ corpus aſſumptum fuiſſe in cœlum ex antiqua hiſtoria veriſsimum eſſe conſtat. *Aduocatus.* [e] Nihil huiuſmodi (inquit Auguſtinus) inuenitur apud Latinos Patres: eſt hoc Apocryphum dogma, inquit Hieronymus, & iſtam hiſtoriam Beda refellit, vt Euangeliſtæ contradicentem.

[d] *Collen. Anglo-Rhem. Annot. in Act. 1. 14.*
[e] *Sixtus Senenſis Bibl. lib. 2 Tit.* Mariæ tranſitus.

Tertium, eſt feſtum Corporis Chriſti.

Aduocatus. [f] Conſuetudo qua panis Euchariſtiæ in publicâ pompa circumfertur, præter veterem morem, ac mentem, haud longo tempore inducta, ac recepta videtur. illi enim tanta veneratione habuerunt iſtud Sacramentum, vt non modo ad eius perceptionem, ſed ne ad ſuſpectionem admitterent, niſi fideles, quos tanti myſterij perceptione dignos exiſtimarunt. quare hic CIRCVMGESTATIONIS VSVS cum Eccleſiæ lucro omitti poſsit. tum quia RECENS eſt, & DIV ſine eâ ſuus Euchariſtiæ honos conſtiterit. *Quando vero hoc Monſtrum primum lucem aſpexit?* [g] VRBANVS quartus Pontifex inſtituit quidem feſtum

[f] *Feſtum Aſſumptionis beatæ Virginis.*
[f] *Caſſander lib. Conſult. art. 22. Feſtum corporis Chriſti. Proceſſionum abominanda nouitas.*
[g] *Pol. lib. 4. Euchariſt. cap. 11.*

festum corporis Dominici, & sublimen illam PROCESSIONEM. *At quamdiu luce dignum?* [b] Albertus Cranzius Nicolaum Cusanum Legatum per Germaniam laudat, quod abusum Eucharistiæ in Circum-gestatione, nimis frequenti SVSTVLERIT: quia (inquit Cranzius) eius Sacramenti vsus a cœlesti Magistro ad VSVM, NON AD OSTENTATIONEM institutus est.

[b] *Cassander quo supra.*

Quadragessima stricta Observatio.

Vnam aliam de Quadragessima attexam: quia de huius Antiquitate nondum forte esse vobis satisfecimus. Huc incübo. Aduersarius. [1] Ieiunium Quadragenarium, quod proxime ante pascha obseruatur, & colitur, quidam Iuniores censent esse iure diuino sancitum, quia Ecclesiæ Patres aliqui sic videntur docuisse. [n] Ambrosius vocans illud indictum a Christo Ieiunium rursus in hoc legem Dei homo prandendo rescindit. similiter Augustinus & alij. *Aduocatus.* [b] At Communis Theologorum opinio est Ieiunium Quadragesimum non iure diuino institutum fuisse. *Aduers.* [l] Sed tamen traditione Apostolica, & iure Canonico, & generali Ecclesiæ consuetudine celebratur. *Si Ieiunium ante Paschа vultis, non inficiamur, sin integrum Quadragenarium, Consuetudinis Ecclesiæ multiplex diuersitas vobis reclamabit. Aduocatus.* [m] De Ieiunij Quadragenarij numero magna fuit olim apud Christianos varietas. quam etiam Irenæus significat, Quidam[n] inquit, se vnum diem ieiunare existimant, alij duos, non pauci plures, multi quadraginta, atque diurnis, ac nocturnis horis diem suum metiuntur: quæ varietas ac discrepàtia non nostra modo ætate, cœpta est, verum etiam longe ante Maiores nostros &c. *si* quæras quomodo tempus Ieiunij Quadragesimam vocauerint, cum alij octo, alij septem, alij sex, alij tres, alij duas, alij vnam duntaxat hebdomadam ante pascha ieiunio consecrauerint, vt Sozomenes, & Nicephorus tradiderunt;

[1] *Azorius. Inst. Mor. lib. 7. cap. 23.*

[n] *Serm. 2 & 2 Serm. 26.*

[b] *Azorius quo supra.*

[l] *Idem ibid. & Maldonatus in sum.*

[m] *Azorius quo iam supra.*

[n] *Irenæus lib. 5. cap. 25.*

runt; Respondeo. *Respondes tuum fundens Oraculum.* [a] Apostolos quadraginta dies proxime ante paschа ieiunio deputasse: deinde varias consuetudines introductas esse, cum alij pleno, alij semipleno Ieiunio dies istos celebrabant. *Aduocatus.* [b] Græci in tempore Quadragesimæ, in honorem Resurrectionis, nefas esse dixerunt in Sabbato Ieiunare. Latini contra, in memoriam luctus Apostolorum Ieiunium in Sabbato obseruarunt. *Vtrique opinione vestra,* bene. *aut Apostolos igitur legis Quadragessimalis Ieiunij non autores, aut Catholicos iamdiu eius Violatores fuisse.*

[a] Idem Ies. quo supra cap. 26.

[b] Ibidem.

Caput LXXXIX.

Quæstio vltima circa Ceremoniarum farraginem versatur, nam Ecclesiæ Romanæ multæ istæ Ceremoniæ Antiquitati repugnant, non modo quia istæ, sed quia multæ: multitudo enim ipsa -- & copia nocet.

Aduocatus. [a] Ætas Hieronymi, præter diem Dominicum, pauca numerat festa, NVNC feriarum neque finis, NEQVE MODVS EST. [b] Quarum ANTIQVITVS mira paucitas. [c] Turbam festorum dierum quos vel Episcopi multitudinis indulgentes affectibus, vel Romani Pontifices CAVSIS NON NECESSARIIS instituebant, facile paterentur abrogari, quale est illud Conceptionis, & Natiuitatis Virginis. [d] Nobis Christianis diuersis temporibus, Pontifices diuersi, diuersos mores præscripserunt, circa ceremonias, cultum, cibos, ieiunium, vestitum, Pompas, mitras, & huiusmodi, sed VNVM admirabilium VINCIT ADMIRATIONEM, quod illi his ambitiosis moribus se cœlum ascendere posse putant: & tamen istæ religionum leges nullo alio fundamento nituntur, præterquam suis placitis, nec aliam iusuper regulã, præter credulitatẽ habent. *Hoccine verum est? exemplum vnum exhibebo.* [e] Non possum non stomachari eos, qui vt suum institutum laudent, non verentur coram populo iactare, & dicere eum,

[a] Erasm. annot. in Matt. 11. Ceremoniarum onera noua & importabilia.

[b] B. Rhenanus in arg. in Tert. de Corona militis.

[c] Erasmus de Amab. Eccl. concord.

[d] Agrippa de Vanit. Scient. cap. 56. Stupenda superstitio.

[e] Alphonsus de Castro lib. 1. Hæres. cap. 9.

eum, qui ſemel habitum iſtius ordinis ſuſceperit, non poſſe in fide errare, aut deficere: nonne hæc aperta eſt BLASPHEMIA? eſt ne forte potentior panis, quam Dei gratia, aut fides? *De aliis.* [f] Fatendum eſt NOVELLAS eſſe TRADITIONES in quibus ab æquitate, & mente Eccleſiæ, ab Imperitis, & ſuperſtitioſis Eccleſiarum præfectis RECESSVM eſt, vt de nimis ſeuera exactione ieiuniorum, & ciborum delectu, item cœlibatu eorum quo nimis temerè ſeſe ad cœlibatum aſtrixerunt, de votis Monachorum, & reliquis id genus. Aſſentimur Auguſtanæ (*Proſtantium*) Confeſsioni cum ait: Si Epiſcopi hos abuſus præcipuè, qui miſſam, & alias partes diuini cultus inuaſerunt, correxiſſent, minùs nunc eſſet diſſentionum: neque tantùm monendos, & rogandos putamus, vt abuſus corrigant; verum etiam vt antiquos aliquot Eccleſiæ RITVS, & mores per progreſsionem & inclinationem temporis OBSOLETOS, & IMMVTATOS reuocari ſtudeant. *Imò quod magis dolendum eſt,* [g] Bona pars Ceremoniarum, teſte Euſebio, ab Ethnicis in noſtram Religionem migrauit; plus HODIE onerantur Chriſtiani, quam olim Iudæi, creſcentibus Ceremoniarum legibus. *Nec hoc ſolum, ſed* [h] Sylua quædam Iudaicarum, & Gentilium ceremoniarum agrum Domini occupauit. *qualia?* [i] Onera, quæ Miniſtri imponunt humeris hominum ſunt importabilia, NON onus Chriſti. *Hactenus de Ceremonijs veſtris, quæ, dum earum numerum ſpectamus, nimij; dum vſum, nullius ſunt ponderis. Ad exitum iam perducta eſt quæſtio.*

[f] *Caſſand. lib. Conſult. art. 25.*

[g] *Agrippa quo ſupra. cap. 6.*

[h] *Polyd. Virg. Inuent. lib. 4.*

[i] *Caietan. com. in Matth. 11.*

CAPVT. LXXXX.

Concluſio tres difficultates expedit.

Prima difficultas.

QVod ſi forte *Maiores noſtri, in antiquis erroribus implicati,* Caput autem Chriſtum tenentes, *fatis conceſſerint,*

rint nec veritatis lucem aſpicere potuerunt; vel ſi qui in vitia fuerint qui explora:os errores nolunt deponere: quid eſt nobis de vtroq; genere ſentiendum? Hunc nodum Sanctus Cyprianus Patronus noſter piè iamdudum ſcitéque diſſoluit. [a] Ideò frater ſi quis de Anteceſſoribus noſtris, vel ignoranter, vel ſimplicitèr hoc non obſeruauit, quod nos facere Dominus exemplo, & magiſterio ſuo docuit; poteſt ſimplicitati eius, de indulgentia Domini, venia concedi: NOBIS verò NON poterit IGNOSCI, qui nunc à Domino admoniti, & inſtructi ſumus. *Quia Conſuetudinem veritati præfracte anteponere, quid eſt aliud, quam Ethnicus ille ſtupor? Aduocatus.* [b] Hæc Indos odioſiſsima cogitatio, vel maximè à Dei cultu reuocabat, quod ex noſtra doctrina didicerant Majores ſuos, ſalutaris veritatis huius cognitione deſtitutos, *(abſit tamen hæc à nobis impietas, vt ita de Majoribus noſtris ſtatuamus)* ad interitum ruiſſe ſempiternum.

[a] *Cyprian. epiſt. 3. ad Cæcilium.*

[b] *Xauerius. Ieſ. lib. 4. Epiſt. 3.*

Secunda.

Quinam profeſſores, Pontificij nè an Proteſtantes, antiquitatem magis venerentur? procul-dubio ij, qui Antiquitatis Teſtimonijs libentius acquieſcunt: hoc punctatim iam ſupra præſtiti, nunc exemplo vnico illuſtrabo. Aduerſarius. [b] Priſtinam Eccleſiæ faciem hiſtoria priſca detegit: huc prouoco; antiquiores Hiſtorici ſunt Euſebius, Damaſus, Hieronymus, Ruffinus, Socrates, Sozomenes, Theodoretus, Marianus Scotus, Sigebertus, Nicephorus; quid narrant? Noſtrorum laudes, progreſſus, hoſtes. *De omni genere teſtium vah quam confidenter Hic Rhetor? ſed Rhetoricè omnino (per hyperbolen) nè dicam poëticè: nam hos Autores Proteſtantes ſtudiosè peruoluunt, ex his Antiquitatis lucem eliciunt, horum ſuffragia ſibi vendicant; quæ teſtimonia, quoties Pontificij ſuæ nouitati aduerſari perſentiſcunt, non modo non approbant, verum etiam in teſtes ipſos ſæpè procaciter inuehuntur. verbi cauſa.* [c] Sic quidem Euſebius, ſed erat hæreticis addictus. *Rurſus.* Non multùm me mouet Pontificalis Damaſi. [d] Erat Hieronymus

[b] *Campianus Ieſ. Rat. 7.*

[a] *Bellar. lib. de Rom. Pontif.*

[c] *Canus loc. 7 theol. lib. 2. cap. 10.*

festum corporis Dominici, & sublimen illam PROCESSIONEM. *At quamdiu luce dignum?* [k] Albertus Cranzius Nicolaum Cusanum Legatum per Germaniam laudat, quod abusum Eucharistiæ in Circum-gestatione, nimis frequenti SVSTVLERIT: quia (inquit Cranzius) eius Sacramenti vsus a cœlesti Magistro ad VSVM, NON AD OSTENTATIONEM institutus est.

[k] *Cassander quo supra.*

Quadragessimæ stricta Observatio.

Vnam aliam de Quadragessima attexam: quia de huius Antiquitate nondum forte esse vobis satisfecimus. Huc incubo. Aduersarius. [l] Ieiunium Quadragenarium, quod proxime ante pascha obseruatur, & colitur, quidam Iuniores censent esse iure diuino sancitum, quia Ecclesiæ Patres aliqui sic videntur docuisse. [m] Ambrosius vocans illud indictum a Christo Ieiunium rursus in hoc legem Dei homo prandendo rescindit. similiter Augustinus & alij. *Aduocatus.* [n] At Communis Theologorum opinio est Ieiunium Quadragesimum non iure diuino institutum fuisse. *Aduers.* [o] Sed tamen traditione Apostolica, & iure Canonico, & generali Ecclesiæ consuetudine celebratur. *Si Ieiunium ante Paschа vultis, non inficiamur, sin integrum Quadragenarium, Consuetudinis Ecclesiæ multiplex diuersitas vobis reclamabit. Aduocatus.* [p] De Ieiunij Quadragenarij numero magna fuit olim apud Christianos varietas. quam etiam Irenæus significat, Quidam* inquit, se vnum diem ieiunare existimant, alij duos, non pauci plures, multi quadraginta, atque diurnis, ac nocturnis horis diem suum metiuntur: quæ varietas ac discrepàtia non nostra modo ætate, cœpta est, verum etiam longe ante Maiores nostros &c. si quæras quomodo tempus Ieiunij Quadragesimam vocauerint, cum alij octo, alij septem, alij sex, alij tres, alij duas, alij vnam duntaxat hebdomadam ante pascha ieiunio consecrauerint, vt Sozomenes, & Nicephorus tradiderunt;

[l] *Azorius. Inst. Mor. lib. 7. cap. 23.*

[m] *Serm. 2 & 2 Serm. 26.*

[n] *Azorius quo supra.*

[o] *Idem Ibid. & Maldonatus in sum.*

[p] *Azorius quo iam supra.*

* *Irenæus lib. 5. cap. 25.*

runt; Respondeo. *Respondes tuum fundere Oraculum.* [a] Apostolos quadraginta dies proxime ante paschа ieiunio deputasse: deinde varias consuetudines introductas esse, cum alij pleno, alij semipleno Ieiunio dies istos celebrabant. *Aduocatus.* [b] Græci in tempore Quadragesimæ, in honorem Resurrectionis, nefas esse dixerunt in Sabbato Ieiunare. Latini contra, in memoriam luctus Apostolorum Ieiunium in Sabbato obseruarunt. *Vtrique opinione vestra*, bene. *aut Apostolos igitur legis Quadragessimalis Ieiunij non autores, aut Catholicos iamdiu eius Violatores fuisse.*

[a] Idem Ioſ. quo ſupra cap. 26.

[b] Ibidem.

Caput LXXXIX.

Quæstio vltima circa Ceremoniarum farraginem versatur, nam Ecclesiæ Romanæ multæ istæ Ceremoniæ Antiquitati repugnant, non modo quia istæ, sed quia multæ: multitudo enim ipsa -- & copia nocet.

Aduocatus. [a] Ætas Hieronymi, præter diem Dominicum, pauca numerat festa, Nvnc feriarum neque finis, NEQVE MODVS EST. [b] Quarum ANTIQVITVS mira paucitas. [c] Turbam festorum dierum quos vel Episcopi multitudinis indulgentes affectibus, vel Romani Pontifices CAVSIS NON NECESSARIIS instituebant, facile paterentur abrogari, quale est illud Conceptionis, & Natiuitatis Virginis. [d] Nobis Christianis diuersis temporibus, Pontifices diuersi, diuersos mores præscripserunt, circa ceremonias, cultum, cibos, ieiunium, vestitum, Pompas, mitras, & huiusmodi, sed VNVM admirabilium VINCIT ADMIRATIONEM, quod illi his ambitiosis moribus se cœlum ascendere posse putant: & tamen istæ religionum leges nullo alio fundamento nituntur, præterquam suis placitis, nec aliam iuper regulã, præter credulitatẽ habent. *Hoccine verum est? exemplum vnum exhibebo.* [e] Non possum non stomachari eos, qui vt suum institutum laudent, non verentur coram populo iactare, & dicere eum,

[a] Eraſm. annot. in Matt. 11.

[b] Ceremoniarum onera noua & importabilia.

[c] B. Rhenanus in arg. in Tert. de Corona militu.

[d] Eraſmus de Amab. Eccl. concord.

[e] Agrippa de Vanit. Scient. cap. 56. Stupenda ſuperſtitio.

[e] Alphonſus de Caſtro lib. 1. Hæreſ. cap. 9.

eum, qui ſemel habitum iſtius ordinis ſuſceperit, non poſſe in fide errare, aut deficere: nonne hæc aperta eſt BLASPHEMIA? eſt ne forte potentior panis, quam Dei gratia, aut fides? *De aliis.* [f] Fatendum eſt NOVELLAS eſſe TRADITIONES in quibus ab æquitate, & mente Eccleſiæ, ab Imperitis, & ſuperſtitioſis Eccleſiarum præfectis RECESSVM eſt, vt de nimis ſeuera exactione ieiuniorum, & ciborum delectu, item cœlibatu eorum quo nimis temerè ſeſe ad cœlibatum aſtrixerunt, de votis Monachorum, & reliquis id genus. Aſſentimur Auguſtanæ (*Proſtantium*) Confeſsioni cum ait: Si Epiſcopi hos abuſus præcipuè, qui miſſam, & alias partes diuini cultus inuaſerunt, correxiſſent, minùs nunc eſſet diſſentionum: neque tantùm monendos, & rogandos putamus, vt abuſus corrigant; verum etiam vt antiquos aliquot Eccleſiæ RITVS, & mores per progreſsionem & inclinationem temporis OBSOLETOS, & IMMVTATOS reuocari ſtudeant. *Imò quod magis dolendum eſt,* [g] Bona pars Ceremoniarum, teſte Euſebio, ab Ethnicis in noſtram Religionem migrauit; plus HODIE onerantur Chriſtiani, quam olim Iudæi, creſcentibus Ceremoniarum legibus. *Nec hoc ſolum, ſed* [h] Sylua quædam Iudaicarum, & Gentilium cæremoniarum agrum Domini occupauit. *qualia?* [i] Onera, quæ Miniſtri imponunt humeris hominum ſunt importabilia, NON onus Chriſti. *Hactenus de Ceremonijs veſtris, quæ, dum earum numerum ſpectamus, nimij; dum vſum, nullius ſunt ponderis. Ad exitum iam perducta eſt quæſtio.*

[f] *Caſſand. lib. Conſult. art. 25.*

[g] *Agrippa quo ſupra, cap. 6.*

[h] *Polyd. Virg. Inuent. lib. 4.*

[i] *Caietan. com. in Matth. 11.*

CAPVT. LXXXX.

Concluſio tres difficultates expedit.

Prima difficultas.

QVod ſi forte *Maiores noſtri, in antiquis erroribus implicati,* Caput autem Chriſtum tenentes, *fatis conceſſerint,*

rint nec veritatis lucem aspicere potuerunt; vel si qui in vitiis fuerint qui exploratos errores nolunt deponere: quid est nobis de vtroq; genere sentiendum? Hunc nodum Sanctus Cyprianus Patronus noster piè iamdudum scitéque dissoluit. * Ideò frater si quis de Antecessoribus nostris, vel ignoranter, vel simplicitèr hoc non obseruauit, quod nos facere Dominus exemplo, & magisterio suo docuit; potest simplicitati eius, de indulgentia Domini, venia concedi: NOBIS verò NON poterit IGNOSCI, qui nunc à Domino admoniti, & instructi sumus. *Quia Consuetudinem veritati præfracte anteponere, quid est aliud, quam Ethnicus ille stupor? Aduocatus.* ᵃ Hæc Indos odiosissima cogitatio, vel maximè à Dei cultu reuocabat, quod ex nostra doctrina didicerant Majores suos, salutaris veritatis huius cognitione destitutos, *(absit tamen hæc à nobis impietas, vt ita de Majoribus nostris statuamus)* ad interitum ruisse sempiternum.

* *Cyprian. epist. 3. ad Cæcilium.*

ᵃ *Xauerius. Ies. lib. 4. Epist. 1.*

Secunda.

Quinam professores, Pontificij nè an Protestantes, antiquitatem magis venerentur? procul-dubio ij, qui Antiquitatis Testimonijs libentius acquiescunt: hoc punctatim iam supra præstiti, nunc exemplo vnico illustrabo. Aduersarius. ᵇ Pristinam Ecclesiæ faciem historia prisca detegit: huc prouoco; antiquiores Historici sunt Eusebius, Damasus, Hieronymus, Ruffinus, Socrates, Sozomenes, Theodoretus, Marianus Scotus, Sigebertus, Nicephorus; quid narrant? Nostrorum laudes, progressus, hostes. *De omni genere testium vah quam confidenter Hic Rhetor? sed Rhetoricè omnino (per hyperbolen) nè dicam poëticè: nam hos Autores Protestantes studiosè pervoluunt, ex his Antiquitatis lucem eliciunt, horum suffragia sibi vendicant; quæ testimonia, quoties Pontificij suæ nouitati aduersari persentiscunt, non modo non approbant, verum etiam in testes ipsos sæpè procaciter inuehuntur. verbi causa.* ᵃSic quidem Eusebius, sed erat hæreticis addictus. *Rursus.* Non multùm me mouet Pontificalis Damasi. ᵃ Erat Hieronymus

ᵇ *Campianus Ies. Rat. 7.*

ᵃ *Bellar. lib. de Rom. Pontif.*

ᵃ *Canus loc. Theol. lib. 2. cap. 10.*

ronymus in ea ſententia, non eſt autem Hieronymus regula fidei noſtræ. [f] Idem habet Ruffinus, ſed Ruffinus, pace Lectoris dixerim, traditionem Patrum ignorabat. [g] Socrates Hæreticus fuit Nouatianus: ergo judicium eius in dogmatibus ſtabiliendis nullius eſt momenti. [h] Non ignoramus Sozomenem multa alioqui mentitum eſſe. [i] Theodoretus de alio errore damnatus eſt. [k] Nicephorus mihi ſemper audacior eſt viſus. [l] Marianum Scotum contemnimus. [m] Sigebertus in hoc eſt fide indignus. [n] Nihil de Beato Rhenano laboramus, apud nos minimè Beato. *Inſtantiam vnam addam, quæ vos vehementèr exercuit: Eccleſiaſtici Scriptores referunt Nectarium Conſtantinopolitanum Epiſcopum Confeſſionis ritum ſuſtuliſſe. Aduerſ.* [o] Duo ſimul falſa Caluinus ſcribit, cum addit: Nectarius vir eruditione clarus confitendi ritum abrogauit. nam non eſt credibile Epiſcopum Nectarium iam ſenem, & nondũ baptizatum, clarũ eruditione fuiſſe. *Aduoc.* [p] Non ſatisfaciet, qui dixerit Nectarium in rebus Eccleſiaſticis non admodum eruditum fuiſſe, vtpotè nuper baptizatum, & vrbis factum Patriarcham: at CREDIBILE NON eſt, rem adeò grauem abſque conſilio Sapientum attentaſſe, tum etiam quia ILLVM IMITATATI ſunt alij EPISCOPI Orientales. *Aduerſarius.* Reſpondent alij non eſſe fidem adhibendam huic hiſtoriæ, quia Sozomenes multa mentitur, & Socrates hæreticus Nouatianus fuit. [q] Nectarium fuiſſe à Nouatianis hæreticis deceptum affirmare OPORTET. Sed eſto, non fuerit deceptus, at mendaciſsimè Socrates, &c. *Aduoc.* [r] Sic quidem reſpondet Baronius: at non facilè potuiſſet mendacium confingi in re tam publica, & manifeſta, ſi non fuiſſet in re aliqua fundamentum. [s] Non facilè adduci poſſum, vt credam hiſtoriam confictam fuiſſe. *Nec putandum Nectarium factum ſenem vſque-adeò deliraſſe, vt Nouatianorum Hæreticorum conſilio eſſet ſeductus. quia.* [t] Chryſoſtomus Nectarij Succeſſor EANDEM conſuetudinem retinuit. *Quinetiam vos nihilo humanis aut verecundius Patres ipſos tractare ſoletis, quoties veſtris*

[a] *Ibidem.*
[b] *Bell. lib. 3. de cultu Sanct. ca. 10.*
[c] *Valent. Ieſ. lib. de cœlibatu. Cap. 6. pag. 869.*
[d] *Idem lib. de Euchariſt.*
[e] *Mald. Ieſ. in præf. in Luc.*
[f] *Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 5. §. Quo circa.*
[g] *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 13. §. Habemus.*
[h] *Greg. Valent. Ieſ. lib. de Euchariſt.*
[i] *Bell. lib. 3. de Pœnit. cap. 14.*
[k] *Suarez Ieſ. Tom. 4. diſp. 17. Sect. 2. num. 30.*
[l] *Suarez quo ſuprà.*
[m] *Baronius Tom. 1. Anno Chriſti. 56. pag. 440. Baronius Ieſ. Cardinalis oſtentatiæ notatur & præiudicij.*
[n] *Suarez quo ſup. §. De hac.*
[o] *Bell. quo ſup. cap. 14. in fine.*
[p] *Suarez ibid.*

vestris placitis reluctari, ac refragari videntur. Hoc (Deo his cœptis fauente) tot vestris testimonijs, tamq, luculentis efficiam, atq, præstabo, vt nemo sit ex Schola vestra tam effrons, qui posthac audeat Antiquorum Patrum contemptum Prosfatibus obijcere. Interea vestrum erit, post hominum memoriam nefandam, sed styli non gladij lanienam vobis ob oculos proponere. [a] Tu Beatissime Pontifex expurgari fecisti omnium Autorum Catholicorum, & præcipuè VETERVM PATRVM Scripta. *Verbi gratiâ.* [b] Vbicunque hæc verba in Patribus reperiuntur, SCRIPTVRAE SVNT OMNIBVS NECESSARIAE, deleantur. *Philosophus, vbi fortè aspexerat filium Parentum suorum agrum sepulchralem aratro proscindentem, Hoc est verè, inquit, colere monumenta Majorum. De facto vestrorum non dissimili, similiter dixerim, hoc est verè scripta Patrum conterere, atquè euoluere.*

[a] *Sixtus Senensis in Epist. nuncup. ad Pium. 5. Pontificem.*

[b] *Index Expurg. ex Autorit. Conc. Trident. Pag. 27.*

Tertia Difficultatis Solutio.

Quoties de Antiquitate certatur, & pars altera longeuam quidem, sed minime primeuam Antiquitatem ostentat; altera verò primæ, sed iam hominis vitio antiquatam, vendicat: toties (exemplo Christi) primeuam succedenti, tanquam Meretricis fucato splendori natiuam Matronæ faciem; aut tanquam filium legitimum spurio, anteponere debemus. Christus taxat & corrigit diuortij consuetudinem, bis mille annorum tritam. Aduocatus. [y] In *Matth. 19. | Non sic fuit ab initio. | Cum Pharisæi proposuissent constitutionem Mosis, qua, ob duritiem cordium ipsorum, nitebatur diuortij consuetudo: Christus antiquiorem Dei, circa propositam quæstionem, constitutionem: cui tum ob antiquitatem, tum quod Dei esset, non Mosis, constitutio meritò cedere deberet. *Ne igitur Ecclesia Ceremoniarum multitudine grauetur.* [z] Augustinus scribit NIMIAM illam consuetudinem, oblata occasione, RESECANDAM ESSE, etiam-si fidei non videntur aduersari; quia Religionem, quam Christus libe-

[y] *Iansenius Concord in* *Matth. 19.* 3

[z] *Cassander lib. Consult. Art. 7.*

ram esse voluit, seruilibus oneribus premunt. *Ne insuper superstitione corrumpatur.* [a] Quisquis, ait [a] Augustinus, verus Christianus est, in sacris SVPERSTITIOSA REPVDIAT; nec VLLA ratione placet, (inquit [b] Bernardus) contra Ecclesiæ & Patrum ritum NOVITAS, temeritatis mater, soror Superstitionis, filia leuitatis. *Quid multa?* Apostolus in [c] Rom. 16. [Obsecro vos fratres, vt obseruetis eos, qui diuisiones faciunt, PRAETER doctrinam, quam à nobis didicistis, & declinetis ab ijs, qui per BENEDICTIONEM fallunt corda simplicium.] [b] Sic hortatur Apostolus Romanos, & in Romanis nos: vide autem nè HAC TEMPESTATE sint NONNVLLI stultã opinionem populo, præter Christi doctrinam, inducentes, magis fortasis superstitiosam quam Religiosam. Hæreamus igitur SOLI CHRISTO, & APOSTOLICAE DOCTRINAE. *Et rursus* [c] *Apostolus.* [ô Timothee profanas vocum NOVITATES deuita.] [d] Vocum, id est, Dogmatum; si vitanda nouitas, tum sacrata & tenenda est Antiquitas: quas nouitates sectari nunquam Catholicorum, semper verò HAERETICORVM fuit. *Qua Antiquitatis nota diligenter pensitata, nemini dubium esse possit, vtrum Protestantium an Pontificiorum Religioni potius adhæreat; cum præsertim hi veritatem cuiuscunque Consuetudinis, illi Consuetudinem solius veritatis affectant, & consectantur.*

[a] *Epist. Espens. in 2. Tim. 4.*
[b] *Lib. 2. de Doctr. Christi cap. 18.*
[c] *Epist. 174.*
[a] *Rom. 16.*
[b] *Faber Stapulensis in eum locum.*
[c] *1 Tim. 6.*
[d] *Epist. Espensæus Comm. in hunc locum.*

Gloria trino Deo in secula,
Amen.

Apologiæ Catholicæ Liber Secundus Notas alias suo quasq; ordine pertractans.

CAPVT. I.

Nota septima Vnitas obijcitur, in species duas dissoluitur, quarum

1. [a] Est vnio membrorum cum capite. [a] *Bell. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 10.*
2. Membrorum inter se. Hæ duæ vnitates faciunt Ecclesiam vnam.

Quæstio prima, quæ est vnionis Membrorum cum Capite, ex Thesi & Hypothesi breuiter, dilucideq; pro instituti nostri ratione, euentilanda est.

THESIS.

Duersarius. [b] Hæc vnio cum capite Pontifice Romano fuit semper Nota Ecclesiæ Catholicæ. [c] Per quam excluduntur Schismatici omnes qui habent fidem, & Sacramenta; sed non subduntur Romano Pontifici. [d] Qui, licet fidem Catholicam profitentur, non sunt tamen Catholici, quia non profitentur in Ecclesia Catholica. [e] Catholica enim non est, nisi quatenus cum Romano Pontifice coniuncta est: Extra quam Ecclesiam non est salus. [f] Subesse enim Romano Pontifici definimus esse de necessitate

[b] *Idem ibidem.*
[c] *Bell. ibid. lib. 3. cap. 2. §. Atque hoc.*
[d] *Bell ibid. cap. 5. §. At obijciunt.*
[e] *Lindanus Panopl. lib. 4. cap. 84.*
[f] *Greg. de Valent. Iesuit. Analys. lib. 6. cap. 5. & Vasquez. Iesuit. Tom. 1. d. sp. 21. Num. 2.*

[g] *Tolletus Inſtr. Sacerd. lib. 1. cap. 19.*

ſitate ſalutis. [g] Schiſma autem eſt rebellis ſeparatio a Romano Pontifice. *Quid ad hæc Proteſtantes? Aduocatus.* [h] Axioma noſtrum eſt, inquit * Caluinus, non audiendos eſſe qui ab Eccleſia diſceſsionem faciunt, & abrumpunt fidei vnitatem; hoc Papiſtis libenter concedimus: ſed quod diſcutiendum erat, mille locis dilucidè expoſuimus, Papam cum ſua caterua nihil minus quam Eccleſiam eſſe. *Et ſane hæc Capitis prærogatiua iam-diù corpori ſuo, viz. Concilio Baſilienſi, hæretica eſſe videbatur. Aduocatus.* [i] Quæ maior ſuperbia eſt, inquit Bernardus, quam quod vnus homo toti Eccleſiæ ſuum præferat iudicium, quaſi ſolus Spiritum Sanctum habeat?

[h] *Stapl. Promp. Fer. 4. Hebd. 4. Quadrageſſ.*

* *Com. in Ioh. 9.*

[i] *Conc. Baſilien. Patres vt refert Aeneas Syluius de geſtis Conc. Baſil.*

Theſis Ieſuitarum. Primò, Argumentis; Secundò, Exemplis Antiquitatis refellitur. Argumenta duo perſequemur.

Primum.

[k] *Bell. lib. 1. de Rom. Pont. ca. 23.*

[l] *Franciſcus de Vict. Relect. 2. qu. 2.*

[m] *Greg. Valent. Ieſuit. lib. 7. Analyſ. cap. 2. pag. 52.*

[n] *Idem lib. 2. de Euchariſt. pag. 82.*

Aduocatus. [k] Niſi Petrus alios Apoſtolos vel per ſe vel per alios Epiſcopos ordinâſſet, nulla ratio eſt, cur Romam Eccleſiarum omnium Matrem eſſe dicamus. *At.* [l] Vtrum Petrus eos ordinâſſet eſt incertum. Sententia, quæ NEGAT Petrum alios ordinâſſe, magis eſt COMMVNIS. *Imò.* [m] Apoſtoli à CHRISTO IESV in tempore cœnæ Sacerdotalem poteſtatem ACCEPERVNT. *Vis huius argumenti eſt huiuſmodi: Si Petrus non alios Apoſtolos, Epiſcopos ordinabat, tum (vt ait Ieſuita) Romana Eccleſiarum Mater dici non debet; at, ſecundùm communem Theologorum ſententiam Petrus (inquit Ieſuita) NON ordinabat Epiſcopos: Ergo, (ſic enim ex Ieſuitis contra Ieſuitas licet concludere) Romana Eccleſia Matris prærogatiuam non accepit, ſed arrogauit.*

Argumentum Secundum.

[o] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit.*

Aduerſarius. [o] Eccleſia Romana non poſsit deficere:

[p] Ego

[p] Ego prorſus exiſtimo Eccleſiam Romanam a Chriſto domino accepiſſe primatum, non ex Eccleſiæ autoritate. *Aduocatus.* [q] Alioqui intelligi nequit, quomodò deficere non poſsit. [r] NISI enim Papalis autoritas à CHRISTO immediata fuerit, à tota Eccleſia inſtituti non poterat. *At.* [s] Vt Epiſcopus Romanus potius Petro ſuccederet, quam Antiochenus, NON EX INSTITVTO CHRISTI FVIT. [t] Sed erat TANTVM EX IVRE ECCLESIASTICO. [u] Et SIC quidem putabant Concilij Baſilienſis Patres. *Etiam* [x] Rectè Driedo dicit, NEQVE TRADITIO NEQVE SCRIPTVRA habet, ſedem Apoſtolicam à Romana non poſſe transferri. [y] Imò (ſi Eccleſiæ viſum eſt ita ſtatuere) Treuerenſis Epiſcopus Epiſcopo Romano præeſſe poſsit. *Huius etiam Argumenti connexio (diſputantibus Ieſuitis) talis eſt: Si Eccleſia Romana non accepit autoritatem ſuam immediatè à Chriſto, tum poteſt a fide deficere: at nec Scriptura (inquiunt) nec Traditio antiqua docet Eccleſiam Romanam poteſtatem eam à Chriſto accepiſſe, vt transmutari non poſſit: Ergo antiquitus acceptum non eſt, eam eſſe Matrem illam* Extra quam nulla eſt ſalus. *His argumentis Cathedræ Romanæ fundamenta labefactata corruant neceſſe eſt. quod Exempla priſca conuincunt.*

[p] *Greg. Valent. Ieſ. lib. 7. Analyſ. cap. 12.*
[q] *Ibidem.*
[r] *Gerſon de Poteſt. Eccleſ.*
[s] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 12.*
[t] *Soto vt refert. Valent. Analyſ. li. 7. cap. 12.*
[u] *Staplet. de Doct. Prim. lib. 13. cap. 15.*
[x] *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 4.*
[y] *Card. Cuſanus lib. 2. de Concord. Cath. cap. 13. & 14.*

CAPVT. II.

2. *Theſis ſuperior Exemplis multis, nec occultis euertitur.*

A *Dueſarius.* [a] Hæc vnitas probatur, quia ad Cathedram Romanam omnes veteres Patres confugerunt. Quorum teſtimonia habemus, quibus hujus Cathedræ vnitas comprobatur: Irenæi, Tertulliani, Cypriani, Auguſtini, Hieronymi, Ambroſij. *Et nos ad horum Patrum teſtimonia in hac cauſa confugimus. Aduocatus.* [b] Majus eſt Teſtimonium quod factis, quam quod verbis confirma-

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 10.*
[b] *Gloriamur ll. de Schiſmate pag. 182.*

tur. *Recte: quid enim verba audiam, cum facta videam? primùm igitur in genere accipite de Capite veſtro ex veſtro Capite præclarum acroama.* [c] Ante Concilium Nicænum ad Romanam Eccleſiam NON MAGNVS RESPECTVS habebatur. *Nunc ſigillatim ſingulos Patres conſulamus.*

[c] *Æneas Sylvius poſtea pontifex Pius 2. in geſt. Conc. Baſil.*

1. *Irenæum.*

Aduocat. [a] A Victore PONTIFICE Romano, vt refert [b] Euſebius, OMNES Eccleſiæ Aſiæ EXCOMMVNICATAE erant. *Benè habet. Irenæum apud ipſum Euſebium loquentem audi.* [b] Fecit Victor (inquit Irenæus) abſcindi tantas Eccleſias, quæ morem ſibi antiquitùs traditum cuſtodiebant, quibuſcum Prædeceſſores communionem habuerant, NEC POTVIT Anacletus EPISCOPVS ROMANVS POLYCARPO PERSVADERE vt ſuum Paſcha obſeruandi MOREM AB Eccleſia ROMANA DIVERSVM deponeret. *Hæc Patronus noſter Pater Irenæus. porrò. Aduocatus.* [c] Victor PONTIFEX OMNES ſimul ORIENTALES, & AVSTRALES Eccleſias à COMMVNIONE AMPVTABAT: cui tunc, inter cæteros excellentiſsimos viros, reſtitit Polycrates Aſiæ Epiſcopus: & IRENAEVS Victorem PONTIFICEM, tanquam pacis TVRBATOREM acritèr OBIVRGABAT. *Hi Pontificis Aduerſarij Irenæus, Polycarpus, Polycrates, reliquique Aſiæ Epiſcopi qui quantique fuerunt?* [d] Irenæus, PRESBYTER Eccleſiæ Lugdunenſis, ad componendum illud diſsidium, Romam mittitur, MARTYRVM literis mirificè commendatus, qui MAGNA libertate Victorem REPREHENDEBAT. *Veteris Catholiciſmi libertatem agnoſcite.* Romanum Epiſcopum tanquam in Eccleſia (*Ieſuitæ dixiſſent Monarcham, & moderatorem*) pacis Turbatorem liberè acritérque objurgabat. *Cuius Excommunicationis fulmen plumbeum Sancti Chriſti Martyres prorſus contempſerunt. Aut igitur vnionis veſtræ dogma deſerendum eſt, aut de Sanctorum Martyrum, & majoris partis Eccleſiæ*

[a] *Bell. lib. 3 de verbo Dei, ca. 6. § Secundo ſeculo.*
[b] *Hiſt. lib. 5. cap. 23.*
[b] *Euſebius ibid.*
[c] *Agrippa lib. de Vanit. Scient. ca. 59.*
[d] *Eraſm præf. ante lib. Irenæi.*
Irenæus noſter eſt.
Dilemma.

eccleſiæ tum Orientalis, quam Auſtralis ſalute penitùs deſperandum.

2. *Tertullianum.*

Aduerſarius. [a] Tertullianus, Euoluant, [*] inquit, Hæretici origines Eccleſiarum ſuarum, &c. Hoc enim modo Clementem in Eccleſia Romana à Petro ordinatum refert. *Aduocatus.* [b] Docet quidem Tertullianus in Præſcript. Vnam eſſe aliquam Eccleſiam, ex qua reliquæ; hanc autem NVLLI LOCO AFFIGIT; quanquam honorifico laudis elogio Romanam exornat Eccleſiam, NON tamen TANTAM illam facit, QVANTAM HODIE fieri videmus: nam inter Apoſtolicas Eccleſias illam enumerat, NON SOLVM FACIT APOSTOLICAM, hoc eſt, ſummatim eam facit, NON SVMMAM, vt patet ex 4. ejus libro aduerſus Marcionem: Videamus, inquit, quod lac à Paulo Corinthij hauſerint, &c. Porrò, SI HODIE ſupereſſet Tertullianus non iſtud impunè diceret, nam quas tragœdias vidimus excitatas ob ſimilem causam? *Sic de ſuo tempore Rhenanus veſter grauiter queritur: quanto grauiùs ſi hodiernum papiſmum cerneret? quinetiam in libro præſcrip.* [i] Non ex perſonis fides probanda eſt, ſed potius ex fide perſona, inquit Tertullianus. *Hanc præſcriptionem Tertulliani agnoſcite, & de Pontificis veſtri perſona publica, veſtrum dogma mera eſt profectò circumſcriptio.*

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Triumph. cap. 8.*
[*] *In Præſcript.*
[b] *B. Rhenanus arg. in Tert. de præſcript.*
Tertullianus noſter eſt.
[i] *Rhenanus quo ſupra.*

3. *Athanaſium.*

Ad quem Anathematizandum Pontifex Romanus cum Arianis Hæreticis nequiter conſpirauit. Nam. [*] Cum Arianus quidam cum Liberio Romano Pontifice contra Athanaſium diſputabat dicens, Quis tu es qui pacem orbis diſſoluis? *Hæreticum cum Athanaſio diſputantem audimus, Pontificem Athanaſium damnantem audiamus. Aduoc.* [b] Liberius Pontifex interpretatiue conſenſit in damnationem Athanaſij,

[*] *Theod. lib. 2. hiſt. cap. 16.*
[b] *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 9. §. Dicet aliquis.*

Athanasij, eumque damnari permisit, quem sciebat causa fidei persecutionem pati. *Quid audio? Damnationem Athanasij?* [1] Erat Athanasius sanctitatis & eruditionis eximiæ, acerrimus Catholicæ fidei Propugnator, pro cuius defensione multas Hæreticorum perpessus est insidias. [m] Qui fuit tanquam columna Ecclesiæ, aduersus omnes Hæreticos. [n] Qui fere solus Hæreticorum argumentationes disturbabat. *Et tamen Liberius Papa, etiam cum hoc sensit (ô caput!) cum Hæreticis* consensit in damnationem Athanasij. *Hoc exemplum in ipsius causæ visceribus altissimè inhæret: neq; enim iam facti, sed fidei quæstio instituebatur: causam totam illustris Cardinalis vester scitè delineauit.* [o] Liberius sententiæ, ADVERSVS ATHANASIVM latæ, subscripsit, & decreta FIDEI in Sirmiensi Synodo scripta suscepit. Epistola ipsius Liberij idem significat, est autem huiusmodi: Dilectissimis Fratribus & Episcopis Orientalibus. S. Ego Athanasium NON defendo. *paulò post.* Itaque, amoto Athanasio, dico me cum omnibus vobis, & cum vniuersis Orientalibus vnitatem habere: FIDEM ego Sirmij expositam atque susceptam lubenti animo susscepi, in nullo contradicens. Hucusque Liberij literæ ad Orientales Episcopos, qui Sirmij ad Synodum ([p] Quæ erat conuenticulum Satanæ) cõuenere: Inter quos fuerunt *(viri Hæreticissimi)* Vrsacius & Valens, ad quos in alia epistola sic scribit Liberius. Cognoscat prudentia vestra Athanasium, ab Ecclesiæ Romanæ communione separatum esse; quicumque autem se separatum esse a nostra concordia senserit, sciat se separatum esse a nostra communione, prævaricatori Anathema vna cum Arianis a me dictum. [q] Iustè Liberius defendi non possit, quod injustè contra S. Athanasium subscripserat. Tanti enim momenti existimabatur Athanasij causa, vt qui in eum subscriberent, in Nicænam pariter fidem ferre calculum viderentur. *Hactenus Historiographus, apud vos fere ἀυτόπτης, Cardinalis vester Baronius. Nunc ad oppositum, Athanasium iam a Pontifice Romano, ceu Anathema, excommunicatum, vel necesse habuit communionem cum Pontifice*

[1] *Sixtus Senens. Biblioth. lib 4. Tit.* Athanasius *pag. 206.*

[m] *Possinus Ref. in Apparatu. Tit.* Athanasius.

[n] *Episcopus Arelaten. in Concil. Basil. vt refert Aeneas Sylvius.*

[o] *Baronius Ref. & Card. Annal. Tom. 3. anno Christi 357. pag. 709.*

[p] *Ibid. pa. 669.*

Athanasius noster est.

[q] *Pag. 71.*

tiſice conciliare, vel non: ſi ſic, tum fides Chriſti deſerenda ſunt: nam. [a] Athanaſius ob fidei Catholicæ defenſionem iniuſtè damnabatur: *ſi non, tum Communio cum Romano Pontifice non eſt de neceſſitate ſalutis. Et profectò hæc* Columna Eccleſiæ, *hoc* fidei Catholicæ propugnaculum, *hic* Hæreticorum malleus *Athanaſius, dum Chriſto adhæreat, Pontificis excommunicationem contemnit. hoc ſuo facto palam docet, ac profitetur, interdum a Miniſteriali Capite Pontifice Romano diſceſſionem neceſſariò faciendam eſſe, vt cum Principali Capite Chriſto Ieſu ſaluificam vnionem tueri, ac conſeruare poſſimus.*

Dilemma.

[a] *Ieſuita ſupra.*

CAPVT. III.

4. *Cyprianum.*

Aduerſarius. [b] Romanum Epiſcopum ſuccedere Petro in Monarchia Eccleſiæ probatur ex Cypriano, in lib. de vnitate Eccl. vbi docet omnes hæreſes inde naſci, quod hæretici non quærunt Caput Eccleſiæ, & quidem à Chriſto diuerſum; quod oſtendit fuiſſe Petrum; & docet Eccleſiam eſſe vnam in capite vno: quod idem conuenire Romano Pontifici docet in [c] Epiſt. ad Cornelium Pontificem. non aliunde hæreſes natas eſſe, quam quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, ne vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos & Iudex vice Chriſti cogitetur. Et ad plebem vniuerſam, Vna eſt, [d] *inquit*, Eccleſia ſuper Petrum voce Domini fundata; aliud altare conſtitui non poteſt. Et Rurſus Schiſmatici iſti, [e] inquit, Petri Cathedram atque Eccleſiam principalem, vnde vnitas Sacerdotalis exorta eſt, non reſpiciunt; nec cogitant eos eſſe Romanos, ad quos perfidia non poteſt habere acceſſum. *Hæc teſtimonia quoq;* [f] *Coſterus,* [g] *Turrianus,* [h] *Duræus, & Ieſuitæ plerique omnes lectorum animis paſſim ſatis importunè inculcant. Quibus Cypriani ſententijs nullius negotij erit ex ipſo Cypriano ſatisfacere. Primò, quia per vnum Epiſcopum, non vnicum, ſed, in eodem*

[b] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 12. & cap. 16. Prim.*

[c] *Cyprianus lib. 1. Epiſt. 3. & lib. 2. Epiſt. 10. ad Cornelium.*

[d] *Lib. 1. Epiſt. 8.*

[e] *Bell. lib. 4. de Eccl. Milit. cap. 10.*

[f] *Lib. 1. Epiſt. 4.*

[g] *In Enchiridio.*

[h] *In diſp. contra Sadeelem.*

[i] *Contra Whit-akerum.*

*Cypr. lib. 4. Epist. 9.

*Lib. de Vnit. Eccles.

*Lib. 4. Ep. 9.

*Epist. ad Quintum.

*Eras. præf. in lib. Cypriani.

*In Decret. dist. Can. S Romana.

*Bell. lib. 3. de verbo Dei a. 6. §. Tertia Seculo.

*Hist. lib. 7. cap. 2.

*Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 7. §. Tertia ratio.

*In Epist. ad Pompeium.

*Bell. lib. 2. de Conc. cap. 5.

Cyprianus noster est.

iure Episcopatus, Episcopum vnum quemque significat. OMNES Episcopi sunt VNVS EPISCOPATVS. QVILIBET Episcopus vice Christi ad tempus Iudex. *Ita vt nullus Episcopus sit alterius Episcopi imperio subiectus.* Episcopatus vnus est, cuius a SINGVLIS in solidum pars tenetur. *Secundo, per* vnum Episcopum *seipsum sæpe intelligit.* Episcopum vice Christi, &c. *Tertio primatum, quem Pontifex sibi arroganit, Cyprianus ex Concilij decreto profligauit.* Neq; quisquam nostrum se Episcopum Episcoporum esse constituit. &c. *Quæ omnia Cypriani iudicium orthodoxum satis explicant, vestrum præiudicium coarguunt: sed vt iam est is testimonijs vestris obruendi. Aduocatus.* Primas, inter Orthodoxos Patres, Cypriano tribuit Papa Gelasius. *Quid vero Cornelius?* Cornelius Pontifex Romæ Concilio habito decreuit, non esse baptizandos, qui ab hæreticis baptizati essent, vt refert Eusebius: idem postea Stephanus Papa præcepit. *Quid adhæc Cyprianus?* Cyprianus in Conc. 80. Episcoporũ decreuit hæreticos ESSE rebaptizandos, PVTAVIT enim PONTIFICEM PERNICIÔSE ERRASSE. & Stephano PAPAE seriò PRAECIPIENTI Cyprianus PARERE NOLVIT, sed verba contumelioſa protulit CONTRA PONTIFICEM, vocans eum superbum, imperitum, cæcæ & prauæ mentis. *Quid multa?* Cyprianus, qui semper est habitus in numero Catholicorum, ROMANO PONTIFICI, CONTRA errorem suum in CONCILIO particulari definienti, aduersabatur. *Bene habet. Gelasius Pontifex Cyprianum laudat: & tamen Cyprianus Cornelij Pontificis auctoritatem conculcat, etiam literas suas Episcopi Romani literis, Concilium Concilio, Cathedram Cathedræ, & Præsidi Pontifici, tanquam pernitiosè erranti, seipsum præsidem opposuit: & tamen ex Cypriano, inquit is, probamus eum non esse Ecclesiæ Catholicæ membrum, qui non subijcitur Romano Pontifici. Miror quenquam ἰδιαλμίᾳ adeò laborare, vt putet Cyprianum verbis patrocinari Pontificis primatui, cui factis acerrimè repugnabat: adeone Cyprianum delirâsse existimemus, vt confessionem ederet, in damnationem*

onem ſui? nam Adverſarius. [a] Subeſſe Romano Pontifici eſt de neceſsitate ſalutis. [b] Huic vni Eccleſia Catholica adhæret, extra quam non eſt ſalus. *Hoc etiam probari ex Cypriano contenditis, & tamen. Adnecatus.* [c] Cyprianus, cum Stephanus a ſua COMMVNIONE eum REPELLERET, & Epiſcopos ab illo ex Africa legatos, nec ad ſermonem communis colloquij admitteret, & præciperet vniuerſæ fraternitati, ne quis eos in domum ſuam reciperet, vt venientibus non ſolum pax, & COMMVNIO, ſed & tectum & hoſpitium NEGARETVR, Cyprianum quoque pſeudochriſtum, & doloſum operarium diceret. &c. *Viden'? Communionem cum Pontifice nihili fecit Cyprianus, & tamen* [d] Cyprianus in illo diſſidio, pacis & vnitatis vinculum conſtantiſsimè retinebat mente pacificus. *Eſſe igitur poteſt vnitas Catholica extra, imò contra Pontificis vnionem: ecquid habes, Cœſtere, quod opponas? Adverſarius.* [e] Non habet Deum Patrem, inquit Cyprianus, qui non habet Eccleſiam matrem. *Patronus.* [f] MVLTA Stephanus contra Eccleſiam Dei, aſſererc conatur, at quomodò habere poteſt Deum Patrem, qui non habet Eccleſiam matrem? *Quibus verbis Cyprianus in Pontificem, tanquam in ſchiſmaticum, invehitur: ea tu (quâ conſcientiâ ipſe videris) tanquam pro Pontificis vnione dicta obijcis: Cyprianus quantus fuit noſti:* [g] Cyprianus ſemper eſt habitus in numero Catholicorum. [h] Martyrio poſtea coronatus. [i] Nec retractatio eius vnquam invenitur. *Qui tamen certò credidit ſchiſma impium nullo poſſe Martyrij igne expiari.* [k] Etſi quis occiſus *(inquit)* propter nomen Chriſti, poſtmodum fuerit extra Eccleſiam conſtitutus, & ab vnitate & charitate diuiſus coronari in morte non poterit. *Non poteſtis igitur Pontificis primatum ex Cypriano aſſerere, niſi velitis etiam Cypriano Martyrij ſui coronam detrahere: neque profectò rectè a vobis definitur Eccleſiæ vnio, ſi Sanctus Cyprianus de Eccleſia vnus fuit.*

[a] *Valent. Ieſ. ſupra cap. 1. lit. f.*
[b] *Lindanus ſupra.*
[c] *Coſſander lib. Conſult. art. 7.*
[d] *Idem ibid.*
[e] *Coſterus Ieſ. Apolog. part. 3. ante præf.*
[f] *Cyprianus Epiſt. ad Pompeium.*
[g] *Bell. ſupr.*
[h] *Coſſander quo ſupra.*
[i] *Bell. quo ſupra.*
[k] *Cypr. lib. 4. Epiſt. 2. pag. 114.*

Caput. IIII.

5. *Augustinum, & Totam Ecclesiam Africanam.*

[a] *Bell.lib.4. de Eccl. Milit. cap.8.*
[*] *Contra Epist. Fund. cap.4.*
[b] *Bell.ibid. cap.10.*
[*] *In Psal. contra partem Donati.*
[c] *Possinus Iesuita in Apparatu sacro Tit. Carthag.*
[d] *Costerus Iesuita Enchirid. tract. de Sacra Scriptura.*
[e] *Lindanus Panopl. lib.4. cap.89.*

A Duersarius. [a] Etiam [*] Augustinus: Me (*inquit*) tenet in Ecclesia, in sede Petri, cui Christus oues suas commendauit, vsque ad præsentem Episcopatum succession Sacerdotum. [b] Rursus aduersus Donatistas. Venite fratres ([*] *inquit*) si vultis vt inseramini vite, numerate Sacerdotes ab ipsa sede Petri; ipsa est Petra, quam non vincent superbæ Inferorum portæ. *His Augustini testimonijs ex Augustini verbis sapè fuit ab alijs responsum: nunc ex Augustini factis Consequentiam vestram diluemus. Aduocatus.* [c] Erat Conc. Carthaginense Ann. Dom. 419. in causa Apiarij Presbyteri. [d] Huic Concilio Augustinus interfuit. [e] Sub quo Episcopo hæc causa Apiarij incidit, qui Episcopus Apiarius Concilij Africani decreto Episcopatu suo Siccensi dejectus, ad Episcopum Romanæ sedis appellat; Pontifex eum absoluendum & restituendum suæ Ecclesiæ judicat, quod factum suum (*vt Pontifex fingebat*) Canone Concilij Nicæni muniebatur: Africani ad Patriarchales sedes Alexandrinam, Constantinopolitanam, Antiochenam nuncios destinant, qui exemplaria ex illarum armarijs Africam deferunt, sed in quibus Non erat Canon ille de appellando ad Romanum Pontificem comprehensus. [f] Iltius Concilij Africani seu Carthaginensis ducenti tres tribus Papis Sozimo, Bonifacio, Cælestino restiterunt, Canonem Nicæni Cõcilij ab ipsis Pontificibus, in defensionem primatus sui, Falsvm esse deprehendunt. Cõcludunt tandem nemini licere ad Romanum Pontificem prouocare; nisi fortè (inquiunt) credat quispiam Vni cuilibet posse Deum examinis inspirare justitiam, & innumerabilibus in Concilio congregatis denegare. *Hac etiam causa vnionis vestræ iugulum petit. An igitur*

[f] *Liber Conciliorum de actis Conc. Africani.*

igitur tot Orthodoxorum Epiſcoporum decretum tam graue conſtanſque licebit admittere? Aduerſarius. [s] Non tenemur credere quicquid iſti Epiſcopi ſtatuerint. *Quamobrem verò?* [h] Quia erant ex ignorantia decepti. *Quatenus, obſecro, decepti?* [i] Diabolico ſpiritu inſtigati fuerunt, omneſque illi anteceſſores Eulalij priuilegia Romanæ ſedis conabantur infringere. *Quamdiu tandem à Romana ſede vi excommunicationis diſtracti permanſerint?* [k] Cum Deus poſt ANNOS circitèr CENTVM Africanæ Eccleſiæ benignus miſereri conſtituiſſet, & Eulalium donauit Archiepiſcopum, qui pœnitentiæ libellum Eccleſiæ Romanæ Epiſcopo Bonifacio. 2. ſolenni ex more conſcriptum offert, vt videre eſt ex Bonifacij 2. Epiſtola ad Eulalium Theſſalonicenſem Epiſcopum. [l] Poſtquam Afri per centum annos in ſchiſmate perſeuerâſſent, tandem excitauit Deus Eulalium qui eam Eccleſiam domum reduxit. *Hæc fortè non eſt genuina epiſtola Bonifacij Aduerſarius.* [m] Reſpondeo valdè mihi epiſtolas eas Bonifacij eſſe ſuſpectas. *Aduocatus.* [n] Cæterum hanc eſſe genuinam Bonifacij epiſtolam & minimè ſuppoſititiam, ſatis ſuperque arguit, quod ante annos 500. talis indubitatò credebatur, ex qua Gratianus capitulum citat non exiguum: & Antonius Florentinus, veterum rerum ſtudioſus perueſtigator, nobis atteſtatur, hanc rem longè veriſsimam: quam qui confictam ridet, quid, quæſo, relinquet nobis ſaluum ex omni antiquitatis hiſtoria, quo res in Eccleſiæ negotijs geſtas noſtri ſeculi Academicis probent, atque corroborent? *Hoc dato, quid erit indè Conſectarium?* [o] Sequitur falſum eſſe, quod dicimus de conjunctione Auguſtini, Eugenij, Fulgentij, & aliorum Africanorū cum Romana Eccleſia. *Si igitur Concilium Africanum conſulimus, Pontifices veſtri ius appellationis non diuino conſilio, ſed humano, ſed nè humano quidem, nec fide antiquitatis, ſed ambitionis fraude arripuerunt: ſin vobis credimus, B. Auguſtinus, Fulgentius, aliique celeberrimi Concilij iſtius ſanctiſſimi Patres vniuerſi (in illo Schiſmate mortui) nec tunc ſancti, nec nunc beati haberi*

[s] *Bell. lib. 4. de Conc. cap. 7.*
[h] *Idem lib. 2. de Rom. Pont. cap. 25. §. Alterum.*
[i] *Epiſtola Decretalis Bonifacij 2. ad Eulalium.*
[k] *Lindanus Panopl. lib. 4. cap. 89.*
[l] *Epiſtola ipſa Bonifacij.*
[m] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 25. §. Sed contra.*
[n] *Lindanus Panopl. lib. 4. cap. 89. ad finem capitis.*
[o] *Bell. quo ſupra. Auguſtinus noſter eſt. Dilemma.*

[f] Turrianus Ies. contra Sedaelem. pag. 256.

possint; etenim non isti, inquitis. [f] Sed Successores eorum peccatum illud correxerunt.

6. Hieronymum.

[g] Bell. lib. 4. de Eccl. Milit. cap. 10. & lib. 2. de Rom. Pont. cap. 16. etiam in lib. de Conciliis.

[h] Hieron. epist. ad Damasum.

Aduersarius. [g] Etiam [h] Hieronymus ad Damasum Pontificem: A te Pastore (inquit) præsidium quis peto, ego Cathedræ Petri communione consocior; super illam Petram ædificatam Ecclesiam scio, Quicunque extra hanc domum agnum comederit, profanus esto; Si quis in archa Noë non fuerit, peribit regnante diluuio: & de nomine hypostaseos ad eundem Damasum: Tu, inquit, si jusseris me dicere tres hypostases esse, dicam. *Primùm posteriori in duobus satisfaciam: vnum est, Hieronymum non de dogmatis alicuius sensu vero, sed de vocabuli vnius vsu idoneo dubitâsse.* *Aduocatus.* [i] Ab Arianis trium hypostasen (inquit [k] Hieronymus) NOVELLVM à me nomen exigitur: interrogamus quid per tres hypostases intelligant; Tres subsistentes personas, aiunt: respondemus nos ita credere: non sufficit sensus: NOMEN ipsum essflagitant, EGO QVIA, &c. Ex quibus verbis intelligimus Hieronymum nihil sibi in recta & sana intelligentia à crimine hæreseos timuisse, sed VOCIS venenum formidâsse.

[i] Melchior Canus lor. Theol. lib. 12. cap. 8. ad Art. 3.

[k] Greg. Valent. Ies. lib. 1. de Trinit. cap. 7. idem quoq; Ribera Ies. Comm. in Heb. 1.

Quomodo? [k] Nomen HYPOSTASIS, eò quod non pro persona, sed pro essentia soleret vsurpari, atque adeo periculòsum esset dicere, tres esse in Diuinitate hypostaseis, propterea IN ea VOCE aliquid veneni latere putauit Hieronymus; NEC tamen omninò RECVSAVIT DICERE tres Hypostaseis, imò vt ita liceret LOQVI à Damaso postulauit. *Cum in hac voce ea involuta est ambiguitas, vt ex ea, & ab Orthodoxis sensus verus, & falsus ab Hæreticis elici potuerit, nihil momenti affert ad primatum Pontificis stabiliendum, si vir Sanctus iussu Damasi eo nomine vti voluit, quod forsan sine alieno periculo, certe quidem sine errore suo vsurpare potuerat. Alterum est, cum in aliis, tum in hac causa etiam Damasius Pontifex Hieronymi ipsius*

sius iudicio exactissimo nitebatur. 1. *In aliys.* *Aduocatus.* [a] Ante annos plurimos, inquit [b] Hieronymus, cum in ea usis Ecclesiasticis IVVAREM DAMASVM Romanæ vrbis Episcopum, & Orientis atque Occidentis Synodicis Consultationibus responderem. *Deinde etiam in hac ipsa causa.* [c] HIERONYMVS Damasum Papam consuluit, IMO DAMASO CONSVLVIT, vocem hypostasis non esse recipiendam, quia sub melle venenum latebat. *Ita vt, si* Damasum consuluisse *Damasi iudicium infallibile innuit, tum* Consuluisse Damaso *eius inducy imbecillitatem pariter euincat. iam ad testimonium primum reuertor, & Patronum Hieronymum appello.* [d] Si autoritas quæratur, ORBIS maior est VRBE, vbicunque Episcopus est, siue Romæ, siue Tanais, siue Eugubini, eiusdem est meriti, eiusdem Sacerdotij: quid mihi profers *(significat Romanam)* VRBIS consuetudinem? quid mihi obijcis paucitatem, de qua ortum est supercilium? *Hoc testimonium Pontificiorum iudicium torsit maximè, causam Pontificiam planè iugulat: nam cum Pontificij vrbis, seu Ecclesiæ Romanæ autoritatem ostentant, Hieronymus maiorem* Orbis *opponit: Illi Iurisdictionem supremam vendicant, ille in hoc* arrogantiam *& supercilium taxat: Illi denique super Episcopos autoritatem, Ille inter Episcopos æqualitatem asserit. quod ne quis a me fingi putiu, quam ab Aduersarijs nostris affirmari arbitretur.* *Aduocatus.* [e] Hieronymus ÆQVALITATEM docuit. *Itaque non minus cuiuis liberum esse debet a Pontificibus hæreticis, & nimis imperiosis dominis dissentire, quam cum Orthodoxis consentire necessarium.*

[a] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 16.*
[b] *In Epist. ad Agentiam.*
[c] *Epist. Esseanus in fine Com. in 2. Tim. 4. Dilemma.*
[d] *Hieron. Hieronymus noster est.*
[e] *Medina lib. 1. Orig. cap. 5.*

7. *Ambrosium.*

[a] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap 16.*

Aduersarius. [a] Etiam [b] Ambrosius, In omnibus cupio, *inquit,* sequi Romanam Ecclesiam. *quid omnino in omnibus?* *Aduocatus.* [c] Cum Consuetudo Romanæ Ecclesiæ de non lauando pedes recèns Baptizatorum Ambrosio obijceretur, respondit, [d] Sed TAMEN, *(inquit)* Nos homines sensum

[b] *Lib. 3. de Sacr.*
[c] *Bell. quo loco supra.*
[d] *Ambrosius lib. 13. 10.*

sum habemus, id quod Alibi rectivs seruatur, & Nos recte custodimus. *Si Ecclesiam Romanam, tunc Sanctam & Orthodoxam Ambrosius non vt dominam, sed vt sociam venerabatur, & liberè ab ea discederet, quoties illam a veritate deflectere putabat, tantum igitur inter hodiernam, atque antiquam Romanam Iurisdictionem, quantum inter libertatem auream, & ferream tyrannidem interesse videatur.*

Ambrosius noster est.

8. Græcam Ecclesiam.

Aduersarius. [a] Romanos accepimus, & eorum Pontifices maximè longo tempore cum Græcis in Christianæ religionis articulis concertâsse. hæc verba Laonici Deleantur. *Sed & restituantur oportet: Aduocatus.* [d] Græci Episcopi maxime Semper Romano Pontifici hanc potestatem inuiderunt. [e] A Romana Ecclesia Iamdiu est quod recessit Græcia. Nec nunc patitur nostrum Pontificem apud se autoritatem aliquam exercere. *A Thesi iam ad Hypothesin transeamus.*

[a] *Censores Pontificij in Indice Expurg. p. 190. Tota antiqua Græcia nostra.*
[d] *Maldonatus Ies. Comm. in Matth. 16.*
[e] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 12.*

Caput. V.

Hypothesis prima de Ecclesia Romana. Probandum est vnionem cum Episcopo Romano non esse Ecclesiæ Romanæ notam. Quod ratione & Exemplo confirmatur.

Aduocatus. [a] Nota debet esse notior re quam notat. *At de Capite Ecclesiæ Romanæ certum est, quod* [b] Erant simul tres Papæ, Nec quis erat legitimus Constabat. [c] Schisma circa Pontifices per centum annos Ecclesiam Romanam vexabat. *Ergo hac nota nihil est ignotius. Ratio secunda, si ex Capite emergit aliquod Corporis indicium, cum* [d] Multi Pontifices olim Hæretici fuerunt; *Sequitur ex hac vnione Ecclesiam Romanam, vt Catholicam, ita interdum etiam Hæreticam esse demonstrari. Quod ad exempla attinet.*

[a] *Bell. supra.*
[b] *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 14.*
[c] *Stapletonus infra.*
[d] *Canus, Alphonsus, Gerson, Adrianus Papa, & alij testes complures supra.*

Sunt

Sunt nobis in promptu quam plurima Romanæ Ecclesiæ membra nobilissima, quæ ab isto Capite se, conscientiæ causa, separarunt. Aduersarius. [c] Ecclesia Romana particularis errare in fide non potsit. *Esto. at Aduocatus.* [d] Otho primus Imperator pius Pontificem Iohannem 12. depostuit. nec mirum, cum præsertim MVLTI doctiores ita sensetint. [e] Suadente CLERO ROMANO. [f] Imò per CONCILIVM ROMANVM erat depositus. [g] ROMANVS CLERVS, abrogata Liberij Pontificia dignitate, se contulit ad Felicem. [h] Anastasium Pontificem ROMANA ECCLESIA repudiabat. [i] Leoni. 8. CLERVS POPVLVSQVE ROMANVS pontificatum abrogabant. [m] Gregorium 7. SYNODVS Moguntina, SYNODVS Brixiensis, SYNODVS Woormatensis exautorabant. [n] Iohannem 23. SYNODVS Constantiensis è Pontificatu, Eugenium SYNODVS Basiliensis eiecit. *Denique* [o] Imperator dat Liberio potestatem reuertendi Romam, & vnà cum Fœlici sedem Apostolicam administrandi: apud Romanos existimatus est Liberius, ob manifestam excommunicationem suam, cum hæreticis à communione Catholicorum prorsus extorris, & ex eo ipso necessariò videbatur exclusus à communione Catholica, atque ob id etiam à Pontificatus communione penitùs alienus. Hinc magna Romæ turbatio facta est, & maxima persequutio in eos, qui Liberij restitutioni restiterunt, maximè in Clero, ita vt inter Ecclesiam Presbyteri, & Clerici plures necarentur, & MARTYRIO coronarentur. *Ex his facile erit hunc nodum constringere, quem vos nec digitis nec dentibus possitis vnquam dissoluere. Multi pij Imperatores Romani, multa Concilia, sæpe etiam Clerus populusque Romanus Pontifices multos vt rebelles & Hæreticos deposuerunt. Ergo aut vnio cum quouis Pontifice Romano Ecclesiæ Catholicæ nota non est, aut Ecclesia Romana multotiès non erat Catholica.*

[c] *Bell. lib. 4 de Rom. Pont. cap. 4. in prine.*
[d] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 29.*
[e] *Ecclesia Romana antiqua, in hac parte, planè nostra.*
[g] *Platina in vita Iohannis.*
[h] *Franciscus de victoria.*
[i] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 4.*
[m] *Alphonsus de Castro. Tit. Pontifex.*
[n] *Platina in vita Leonis.*
[o] *Antheninus.*
[a] *Aeneas Sylvius de gest. Conc Basil.*
[*] *Baronius Ies. Cardinalis Annal. Tom. 3. ad Ann. Dom. 357. pa. 713. Dilemma.*

Hypotheſis ſecunda in qua video à Pontificijs notam Schiſmatis Proteſtantibus eſſe inuſtam, quam multiplici Reſponſo facile poſſimus exculpere. Primum, Fieri poteſt vt Excommunicatus à Pontifice veram vnionem cum Chriſto colat atque conſeruet.

Aduerſarius. [r] Proteſtantes à Romano Pontifice excommunicantur. *Sit tamen iniuſtè. Aduocatus.* [q] Aduerte ſententiam excommunicationis injuſtam nullam, nec quoad Deum, nec quoad Eccleſiam ligare. *Rectè. Nam verè Excommunicatum (ſicut martyrem) non pœna, ſed cauſa facit.* [r] Qui illicitè alium excommunicat, SEIPSVM, non alium, condemnat. *Aduerſarius.* [s] At non eſt quod Proteſtantes dicant ſe cum Chriſto capite, adeóque cum Eccleſia triumphante communicare, nam Chriſtus eſt Caput per internum influxum, Papa vero per exteriorem; nec quis Chriſto ſubeſt, qui non ſubeſt Pontifici. *Eſt hoc ingeniòſum, ſed & inſidiòſum figmentum, ab vtriuſque Teſtamenti autoritate diſertè reiectum.* 1. *Veteris.* [t] Ioh. 9. [Cæcum, quem Ieſus curabat, EIICIEBANT foras.] [u] Eum EXCOMMVNICANT, & à Synagoga, & conſortio Iudæorum, qui TVNC FIDELES habebantur, ſeparant; at FOELIX Cæcus, qui pro nomine Chriſti ABSQVE SYNAGOGIS factus eſt: maluit eijci è Synagoga, quam à Chriſti Confeſsione recedere. [x] Phariſæi omnes credentes in Chriſtum Seductos, & HAERETICOS iudicabant. [y] Chriſtus autem cum dixit, [EGO SVM OSTIVM] docet Phariſæos potius EXTRA VERAM SYNAGOGAM & Eccleſiam fuiſſe. *Ergo Pontifices iniuſtè excommunicando ipſe excommunicantur.* 2. *Superius deliramentum ex nouo Teſtamento refellitur.* [z] In [a] Ioh. 9. [Et cognoſcent me (inquit Chriſtus) oues meæ] Oues quidem Chriſti cognoſcere Chriſtum, hæc nota eſt vnius illius Paſtoris. NEMO enim hominum, etiam eorum qui boni Paſtores ſunt, HOC HABET; fieri enim poteſt vt Oues

[r] *Bell. lib. 4. de Notis Eccleſ.* [q] *Tolletus Inſt. l. 1. de Inſtruct. Sacerd. cap. 10.* [r] *Rubric. C. 24. qu. 3. cap.* Comperimus. [s] *Bell. lib. 3. de Eccl. Milit. cap. 5. vbi in obiectione miſerè implicatur. §.* Ad Confirmationem. [t] *Tolletus Inſt. Comm. in* [u] *Ioh. 9.*

[x] *Idem Comm. in Ioh. 10. Annot. 1.* [y] *Ibid. annot. 8.*

[z] *Tolletus Inſt. Comm. in* [a] *Ioh. 9.*

Oues NON COGNOSCANT eos, non enim neceſſarium eſt ad ſalutem HVNC aut ILLVM cognoſcere; CHRISTVM AVTEM cognoſcere eſt neceſſarium. *Quo teſtimonio Ieſuita, & Cardinalis te Bellarmine Ieſuitam & Cardinalem in duobus diſertè refutauit. Tu vnionem cum hoc aut illo Pontifice notam hominis Catholici propriam facis; Ille,* Nemo, vel bonus Paſtor hoc habet: *tu,* neceſſarium eſſe ad ſalutem eum vt externum Caput agnoſcere, vt Chriſti capitis quis particeps eſſe queat. *Ille,* NON eſt NECESSARIVM HVNC aut ILLVM *externum* Paſtorem cognoſcere, agnoſcere autem Chriſtum eſt neceſſarium. *Quamquam addit.* [a] Etſi quis non hunc Pontificem, tamen ejus Succeſſorem aliquem agnoſcere tenetur. *Inſcitè omninò, quia prædeceſſoris Pontificis, & Succeſſoris, præſertim apud Pontificios, eadem eſt ratio.*

[a] *Idem ibid.*

2. *Reſponſum. Licebit etiam vobis (quoties cauſa fert) Capiti veſtro reſiſtere.*

Aduocatus. [a] Licet reſiſtere Papæ inuadenti corpus, vel (*audiant hoc Principes Papo-maſtiges, & de hoc ius ſuum ſibi gratulentur*) turbanti remp. ita multò magis ſi Eccleſiam deſtruere conetur: licet (inquam) reſiſtere ei, NON faciendo quod jubet, & VOLVNTATEM ejus IMPEDIENDO. *Viden' (Bellarmine) quantum tu capiti veſtro plagam inflixeris? corporalem Papa tyrannidem licet nobis excutere, Spiritualem non licebit?* [b] Imo neceſſarium eſt, vt docet Hieronymus, cum loquitur de Prælato fatuo, Sal, inquit, infatuatus nulli vſui inſeruit, niſi vt mittatur foras. *Huc etiam exempla ſuperioria faciunt, vt Irenæi.* [c] Qui Victorem Pontificem Romanum, tanquam pacis Chriſtianæ PERTVRBATOREM liberè objurgabat.

[a] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 29. §. Reſpondeo negando.*

[b] *Concil. Baſil. Patres vt refert Æneas Syluius de geſt. eius Conc.*

[c] *Agrippa ſupra cap. 2.*

3. *Responsum. Protestantes in hoc cum Pontifice dissidio, non intulisse schisma, sed pertulisse videri.*

[a] *Tolletus Instr. supra ca. 1. lit. g.* [b] *Cassander lib. consult. art 7.*

Aduersarius. [a] Schisma est rebellis separatio à Romano Pontifice. *Aduocatus.* [b] Etiamsi Protestantes seclusi ab Ecclesia viderentur, & in aliquo per tempus errore versarentur, NON putarem tamen AB INTERNA illa, quam animo & voluntate colerent, alienos esse habendos. non negarem multos initio pio studio ad acriorem reprehensionem quorundam manifestorum abusuum impulsos fuisse, & præcipuam CAVSAM huius calamitatis, & distractionis Ecclesiæ ILLIS ASSIGNANDAM, qui, inani quodam FASTV Ecclesiasticæ potestatis inflati, rectè & modestè admonentes, superbè & superstitiosè contempserunt, & repulerunt. quare nullam Ecclesiæ firmam pacem sperandam puto, nisi ab ijs initium fiat, QVI distractionis CAVSAM DEDERVNT, hoc est, vtij, QVI Ecclesiasticæ gubernationi PRÆSVNT, de nimio illo rigore aliquid remittant, & Ecclesiæ paci aliquid concedant, & multorum piorum votis, ac monitis obsequentes, manifestos abusus ad regulam diuinarum literarum, & veteris Ecclesiæ, à qua deflexerunt, corrigant. [c] NEQVE VNQVAM, credo, CONTROVERSIA apud nos DE VNITATE externa EXTITISSET, NISI PONTIFICES ROMANI hac autoritate, ad dominationis quandam speciem, ABVSI fuissent, eamque EXTRA FINES à Christo & Ecclesia veteri præscriptos ambitionis & cupiditatis causâ extulissent. *Ex quo discere quis possit, aliud esse pati Schisma, aliud verò facere, & hoc* [d] *Donatistis, ac Pontificibus, illud Protestantibus conuenire.*

Ibidem.

[d] *Supra.*

CAPVT.

Caput. VI.

4. *Reſponſum. Pontifex ipſe in Concilio generali nefandi Schiſmatis reus eſſe convincitur.*

Aduerſarius. [a] Reſpondeo, Baſilienſe Concilium initio quidem fuiſſe legitimum, nam Legatus Pontificis aderat, at, quo tempore Eugenium Papam depoſuit, non fuit Concilium, ſed conciliabulum Schiſmaticum. *Huius Concilij autoritatem à ſchiſmatis ſententiam quoque ab hæreſis ſuſpicione facile vindicabimus. illud, quia Aduocatus.*

[b] Conc. Baſil. quàm celebre fuit, quàm ſanctum, quàm in Ieſu Chriſto congregatum, qui ignorat, totius Academiæ Pariſienſis nunquam ſatis laudatæ, Contra Leonem decimum, appellationem legat, is procul-dubio ſentiet, quanti illud fecerint doctiſsimi illius Vniuerſitatis viri: vel ſi etiam legeris Iuliani Cardinalis Legati Pontificis literas ad Eugenium quartum. *Alterum verò, quia* [c] Concilium Baſilienſe Eccleſiam liberabat à peſtifera doctrina, quæ ſtatuebat *(quod ſtatutum Ieſuitæ omnes hodiè gnauiter affectant)* Papam eſſe ſupra Concilium, aut Concilio parem. *At verò* [d] Neceſſe eſt, vt Pontifex Concilio ſubijciatur: In Hieronymi ſententia, tanquam in agro fertiliſsimo verſor, vbi dicit, Autoritas Orbis maior eſt vrbe: magna Papæ autoritas, qui Romanæ præeſt Eccleſiæ; maior eſt autoritas vniuerſalis Eccleſiæ, quæ ſi Mater eſt omnium, filium habet Romanum Pontificem; aliàs verò, vt ait Auguſtinus, non habet Deum Patrem, qui non habet Eccleſiam Matrem. *Quinetiam.* [e] Concilium Conſtantienſe ſolenni decreto declarauit, omnes homines cuiuſcunque conditionis, Etiamsi Papatvs exiſterent, ſtatutis, & ordinationibus Concilij generalis Obedire teneri. *Horum duorum Conciliorum hæc vna fuit, ex vnanimi omnium conſenſu profecta, ſententia:* Pontifex, niſi ſubijciatur autoritati

[a] *Bell. lib. 3. de Eccl. Milit. ca. 16. §. Ad ſextum.*

[b] *Othuinus Graius in epiſt. qua affigitur volumini de faſciculo rerum expetendarum.*

[c] *Gerſon. tract. de poteſt. Eccleſ.*

[d] *Æneas Syl. lib. 1. de geſt. Conc. Baſil. fol. 5.*

[e] *Ibid. lib. 2. cap. 27.*

toritati Concilij, non eſt filius *Matris Eccleſiæ: at* [f] Nos *(inquis)* defendimus, Summum Pontificem ſimplicitèr & abſolutè ESSE SVPRA Eccleſiam vniuerſam, & ſupra Concilium generale; ita vt nullum in terris ſupra ſe Iudicem agnoſcat. *Vos itaque Pontificem Patrem talem Eccleſiæ præficiendo, veram Matrem, Eccleſiam ipſam, iamdiù non deſeruiſtis modò, ſed & prodidiſtis: ita vt illa fictitij Capitis veſtri vnio nobis neceſſariò derelinquenda ſit, vt Chriſti Corporis myſtici communionem veram participare poſſimus, cum præſertim* [g] Papa poſsit eſſe hæreticus, & tum vnuſquiſq; Laicus tenetur SE AB ILLO ſeparare, & per ipſam ſeparationē illi dicit Anathema. *Sic pro Concordia Cardinalis veſter contendit, cuius ſententiæ etiam veſter Pontifex iam olim patrocinatus eſt.* [h] Pontificem vt Pontificem hæreticum eſſe poſſe, tenent Alphonſus de Caſtro. &c. Etiam Adrianus ſextus PAPA tenuit. [i] Qui hoc dicunt pugnant reuera cum primatu Pontificis. *hæc etiam ſica* [k] Beſtiæ *ipſius Papiſmi penitus infixa inhæreſcit: nam cum hic ſit iam fidei Pontificiæ articulus ferè primarius, ac peculiaris,* Pontificem *(quamuis eſſe poſſit)* non poſſe eſſe Hæreticum, *veſtra cum Capite vnio eſt profectò quouis Schiſmate peſtilentior. Ex quo ſequitur*

[f] *Bell. lib. 2. Conc. cap. 17. in Princip.*

[g] *Card. Cuſanus lib. 2. de Concord. Cath. cap. 17.*

[h] *Bell. lib 4. de Rom. Pont. cap. 2. §. Secunda opinio.*

[i] *Greg Valent. Anal. ſ. lib. 8. cap. 7.*

[k] *Apoc. 3.*

Reſponſum vltimum. Leuiorem excommunicationem Pontificij inferunt, in grauiorem incurrunt; qui alios nominatim excommunicantes, ipſi re excommunicati ſunt.

Gal. 1. *Anuocatus.* *[Si vel nos vel Angelus de cœlo prædicauerit vobis, præter id quod accepiſtis, ANATHEMA eſto.]

[l] *Aquinas & Caietanus in hunc locum.* [l] Anathema, id eſt, Excommunicatus. Doctrinæ Euangelicæ autoritas habet, vt quicunque Doctor contra eam pugnet, reijciendus ſit: at par, inquies, habet autoritatem in parem, non in ſuperiorem; Reſpondebit Apoſtolus, ipſum Euangelium Chriſti hanc autoritatem diuinam habere. *Iam verò Proteſtantes in omni controuerſia veſtrum*

PRAETER

PRAETER ID *ex Scripturis oppugnant. cum itaque verbo autoritatis excommunicatis, ipſi autoritate verbi excommunicati eſtis.*

Concluſio.

Multæ Orthodoxæ Eccleſiæ, multorum Martyrum conſignatæ ſanguine, Carthaginenſis, *&* centum annos *poſt, tota* Africana, *etiam ſeculis multis* vniuerſa Græca, *nec non ipſa* Romana ſxpè *per Pontificũ* Victoris, Stephani, Bonifacij, Liberij, Eugenij *Excommuniones, ab ipſorum Pontificum externa communione ſeparatæ, an propterea ab interna Chriſti communione exciderunt? Multi etiam ſanctiſſimi Patres,* Athanaſius, Auguſtinus, Cyprianus, *cum alijs Martyribus nobiliſſimis multis* Polycarpo, Polycrate, Clero, Populoque Romano *in diſſidio cum Pontificibus maximo mortui ſunt: an proindè tot ſacratiſſima Chriſti membra, vt corporis, ita animæ vitam perdiderunt? hoc Chriſtiana pietas non vult, veritas non poſſit credere. Agite igitur vos cum iſt hoc Capite veſtro, cuius vnionis Communionem, dum ſolam neceſſariam facitis, proditis ferè vniuerſorum. Hactenus de Capitis vnione.*

CAPVT. VII.

Notæ ſeptimæ pars ſecunda eſt, vnio membrorum inter ſe: *qnæ quantum momenti habeat, ad deſignandam Eccleſiam, deſpiciamus.*

Aduerſarius. [a] Veniamus nunc ad Conſenſionem membrorum inter ſe. Certum eſt Concordiam eſſe ſignum regni Chriſti, diſcordiam Diaboli, quod in ſeipſum diuiſum tandem deſolabitur. Math. 12.

[a] Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 10. §. Veniamus.

Hæc

Hæc examinanti vnio duplex occurrit, prima eſt moralis & actionum; altera intellectualis & opinionum Concordia.

1. *De Actuali.*

Hæc nec cauſam Catholicam magnoperè illuſtrat, & Romanam prorſus dedecorat. Primum, quia Aduocatus. [b] PAGANI colentes multos Deos diuerſos, imò litigantes, atque inter ſe inuicem hoſtili odio ardeſcentes, tenent tamen in ijs colendis QVALEM-CVNQVE VNITATEM, cum paritèr eant ad eorum templa dijs ipſis iratis IPSI CONCORDES ſunt. [c] In omnibus gentibus major eſt nunc Concordia, quam inter nos Chriſtianos. *Alterum quoad Romanam Concordiam, facilè eluceſcet, ſiue ſpectamus diſſidia membrorum Eccleſiæ Romanæ cum Capite, ſiuè etiam ipſorum Capitum inter ſe. Primum. Aduocatus.* SCHISMA in Eccleſia Romana de Pontificum ſucceſsione ANNOS ferè QVADRAGINTA durabat, & omnium ſchiſmatum, quæ in Eccleſia Romana fuerunt, non plus confecit, quam ANNOS CENTVM VIGINTI QVATVOR. *Alterum quoque patet.* [d] Schiſma ambiguum orbem Chriſtianum grauitèr concuſsit, quandò alter Pontifex Romæ, alter Auennione creatur; vterque magno Cardinalium, Epiſcoporum, Sacerdotum, Principum ac populorum aſſenſione Pontificatu defungeretur: nam cum tres ſimul Pontifices inaugurati eſſent, Iohannes 23. Gregorius. 12. Benedictus. 13. tum quidem graui SCHISMATE eſt Eccleſia Chriſti dilacerata, & in partes diſſecta. *Denique.* [f] Tanta ſeditio in creando nouo Pontifice orta eſt, vt biennio ſedes vacaret. *Quid multa?* [g] Non ignoratis quas tragœdias in Eccleſia Imperatores excitârûnt, &, quaſi hæc parua fuiſſent, addidit Satan Romanos Pontifices contra Pontifices commouere. *Patres veſtros prætereamus: etiam*

[b] *Gleuianus lib. de Schiſmate in Epiſt. nuncup. ex Auguſtini ſermone de Ieiunio.*

[c] *Iohannes Ferus poſtill. de cœna Domini Serm. 3.*

[d] *Stapletonus lib. 14. de doctrin. Princ. cap. 15.*

[e] *Gleuianus de Schiſmate. pag. 181.*

[f] *Platina de vita Clement. 4. & Bell. in præf. in Contro. de Rom. Pont.*

etiam (*nam*- - Fratrum quoque gratia rara). [h] Eſt ampla nobis & frequens domus pluſquam ducentis fratribus; ſed, ex ducentis, pereo, ſi reperis duos. [i] In Math. 14. § Ecce hic Chriſtus. | His verbis excluditur Schiſma Hæreticorum, ſed idem nobis quoque cauendum eſt, qui nobis Orthodoxi videmur: audimus Monachos paſsim clamantes ſingulos de cellis ſuis, Ecce Chriſtus hic eſt. Apud alios non eſt. *Ad Extraneos tranſeo.* [k] In India diſsidia, acerbæque contentiones inter Epiſcopos, & Regulares ſunt, cum Indorum certè magno malo. *Ad Ieſuitas accedo.* [l] Incredibilis, vera tamen, fuit tragœdia inter Vniuerſitatem Pariſienſem, & Patres ſocietatis Ieſu, hos illa è Gallia expulſit. *Domum reuertar.* [m] In Wisbycenſi Diœceſi oritur in Anglia tumultus inter Ieſuitas, & Sacerdotes. *Hæc diſcordia nota adeo notabilem Eccleſiam veſtram reddidit, vt neceſſe habeat Ieſuita de actuali Concordia minimè laborare.* [n] Non agitur de actuali vnitate, nam omnes Sectarij inter ſe vnitatem hanc colunt.

[h] *Thom. Morus in Epiſt. ad Eraſmum in Epigramm.*
[i] *Eraſmus annot. in* [n] *Math. 14.*
[k] *Acoſta Ieſ. lib. 5. de procur. Ind. ſal. cap. 16.*
[l] *Gallo-Belgicus tom. 2. l. 10.*
[m] *Declaratio motuum & turbationum aduerſus Ieſ. ad Clementem 8. Pontificem.*
[n] *Greg. Valent. Ieſuita Analyſ. lib. 6. cap. 9.*

De Conſenſu in Dogmatibus.
1. *quoad Theſin.*

Aduerſarius. [o] Conſenſus in doctrinâ eſt nota Eccleſiæ. *Si doctrinam veram intelligis, tranſis in caſtra Proteſtantium. Nam. Aduocatus.* [p] Proteſtantes notam Eccleſiæ præcipuam eſſe ſtatuunt DOCTRINAE VERITATEM. *Sin conſenſum in qualibet doctrina velis, veteris Chriſtianiſmi patrocinium prodis, vt nouum Antichriſtianiſmũ aſtruas, quia. Aduocatus.* [q] Tradit Iſidorus, ante Conſtantini magni tempora, Eccleſiam Chriſti in diuerſas ſectas fuiſſe diuiſam. [r] Corinthiorum & Galatarum, ad quas ſcribebat Paulus, veræ erant Eccleſiæ, & tamen in Corinthiaca reprehenduntur, qui docebant non futuram eſſe reſurrectionem: & inter Galatas, qui docuerunt ſeruandam eſſe legem Moſis cum Euangelio. *Fuit hæc ſolennis Paganorum hominum excuſatio, nè ad Chriſtianiſmum adducerentur, vt eſt apud*

[o] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 10.*
[p] *Bell. ibid. ca. 2.*
[q] *Bell. lib. 1. de Conc. c. 10.*
[r] *Idem lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 2. §. Tertiò verè.*

Chryſoſtomum, Multa inter Chriſtianos Schiſmata. *De hoc* [a] *infra. Hec de Chriſtianiſmi iactura: reſtat vt de Antichriſtianiſmi ſtructura aliquid attexam.* [f] In Apoc. 13. [Et admirata eſt tota terra Beſtiam, & adorauerunt eam Omnes, qui inhabitant terram.] Significat Apoſtolus Infinitam multitvdinem eorum, qui Antichriſto Adhaerebvnt.

[a] *Infra.*

[f] *Ribera Ieſ. Comm. in hunc locum.*

Caput. VIII.

Ad Hypotheſin deueniamus. 1. *quantum hæc conſenſus nota pro Pontificijs.* 2. *Quantum aduerſus Proteſtantes faciat. Pontificiorum vnio ex ipſorum Pontificum diſcordia manifeſtè diſſoluitur.*

Aduerſarius. [a] Omnia Pontificum decreta etiam in omnibvs dogmatibus, inter ſe conueniunt, licet edita ſint à diuerſis hominibus, diuerſis temporibus: quod eſt apertum ſignum vnius & ejuſdem Spiritus Sancti, hanc Eccleſiam gubernantis. *Ridiculum commentum. Nam. Aduocatus.* [b] Vt taceam Formoſum, nonnè Papa Iohannes 22. & Nicolaus decretis toti inter ſe pugnant, idque in his, quæ videntur ad fidei negotium pertinere? Innocentius 3. & Cœleſtinus prorſus pugnantia de matrimonio definiuerunt: quorum [c] hic alteri parti ius facit iterandi Matrimonium, ſi pars altera fuerit in hæreſin prolapſa: Innocentius autem negat, non diſsimulans quendam Prædeceſſorem ſuum aliter ſtatuiſſe, indicans Cœleſtinum, vt Gloſſema aperit. Pelagius Papa conſtituerat, [d] vt Subdiaconi ab vxoribus ſuis abſtinerent, quas ante ordinationem legitimè duxerant: Id Decretum, veluti iniquum, & Euangelio pugnans, abrogat Gregorius primus. *Huius generis multa adduci poſſint, ſed non ſunt huius negoty. ad reliqua pergamus.*

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 10. §. Iam ex hac.*

[b] *Eraſmus annot. in 1. Cor. 7.*

[c] *Decret. 4. Tit. De Diuortijs.*

[d] *Decret. diſt 31 cap. Ante triennium.*

Secunda

Secunda Hypotheſis. in quarestum re, cauſa cum cauſa concertat. dum enim rem, id eſt, Conſenſionem ipſam inquirimus, Proteſtantes conſtantiùs, quam Pontificij ſua dogmata defendunt. Dum inſuper cauſam Conſenſionis intuemur, cautiùs atque prudentiùs.

Quoadrem.

Aduerſarius. [a] Proteſtantes ſe Hydram oſtendunt, nec vnius ſunt labij, vt Prophetæ verbis vtar. [d] Diſcipuli Lutheri de rebus grauiſsimis inter ſe vehementèr pugnant, in dogmatibus INNVMERIS: Non igitur Proteſtantium cœtus eſt vera Eccleſia, quia non vna. [e] At verò Catholici omnes vbiuis terrarum, ſub vno Pontifice Romano, cui OMNES parent, eandem fidem conſtantèr retinent, IDEM dicunt, IDEM ſentiunt, IDEM credunt PER OMNIA, & nè in MINIMÒ quidem Religionis negotio diſcrepant. [f] Eundem ducem ſequuntur OMNES per OMNIA, non præſentes modò, ſed Anteceſſores quoque totis mille quingentis annis. [g] OMNES in OMNIBVS fidei dogmatibus IDEM ſentiunt, & hæc eſt nota Eccleſiæ: ex qua patet Romanam Eccleſiam eſſe Catholicam. [h] Et illam Columbam vnam. Cant. 6. *Benè habet. Proteſtantes, ceu multiceps* Hydra, *in dogmatibus innumeris diſſentiunt: Papiſta verò veluti* vna Columba *ſint*, OMNES IN OMNIBVS fidei quæſtionibus per OMNIA OMNINÒ *conſpirant? digna hæc cauſa eſt, in qua vires noſtras periclitemur, vt ex Confeſſione veſtra Proteſtantium Conſenſio vnanimis, veſtra verò diſcors concordia appareat.*

[a] *Caniſius Ieſ. præf. in libro Vegæ de Iuſtificatione.*
[d] *Coſterus Ieſ. Enchirid. tract. de Eccleſia §. Diſcipuli.*
[e] *Ibid. §. At verò.*
[f] *Ibid. §. In Spiritualia.*
[g] *Bell. quo ſupra §. Denique iam.*
[h] *Coſterus Ieſ. quo ſupra.*

Caput. IX.

Ea Dogmata duntaxat attingemus quæ verſantur circa Fidei
1. *Principium,*
2. *Subiectum,*
3. *Obiectum,*
4. *Aduuctum,*

In principio fidei. 1. integritatem. 2. ſufficientiam, & vſum publicum requirimus. Integritatem ex vero Canone Scripturarum, & earum pura editione diiudicamus.

1. *Aduocatus.* [a] Omnes Proteſtantes ſex illos libros, quos Apochryphos vocant, vt Tobiæ, Iudith &c. negant pro Scripturis Canonicis eſſe habendos. *Quoad editionem.* Inter ſe Mirifice Conſentiunt, negantes vulgatum latinam tranſlationem habendam eſſe pro Authentica. [c] Igitur Omnes omnia ad textum Græcum & Hebræum examinari volunt. *Quoad ſufficientiam.* [d] Docent Omnes omnia ad ſalutem neceſſaria in Scripturis expreſſè contineri. *Quoad vſum publicum.* [e] Omnes in eo conueniunt, quod oportet ſacras Scripturas in linguis vernaculis omnibus legendas tradi. *Et vt attexamus, ſi non principium, attamen principem fidei veſtræ,* [f] Clamant Omnes Romanum Pontificem, vt Pontificem in hæreſin eſſe prolapſum. *Quid Proteſtantes ſenſerint, quantumque conſenſerint, oſtendiſti: quid verò vos de his ſingulis ſtatuatis, dicito.* [g] Nos Contra. *qui vos: obſecro, & quatenus? numquid* Omnes, omninò, in omnibus? *1. quoad Canonem.* [h] Catholici multi libros eos *(vt Proteſtantes)* Apochryphos eſſe cenſuerunt. *Quoad Editionem.* [i] Exiſtimo latinam noſtram vulgatam eſſe in hoc loco *(ſic Proteſtantes)* ex Græcis eſſe corrigendam. [k] Eſt vulgata multis vitijs conſpurcata. [l] Ridiculum eſt hoc quorundam reſponſum: vulgatam latinam Authenticam eſſe, nec eſſe ex Hebræis & Græcis corrigendam.

[a] *Bell. lib. 1. de Verb. Dei. cap. 10. in print.*
[b] *Ibid. lib. 2. de verb. Dei ca. 10.*
[c] *Ibid. cap. 2.*
[d] *Ibid. li. 4 ca. 3.*
[e] *Ibid. li. 1. c. 15.*
[f] *Bell. præfat. de Rom. Pontifice.*
[g] *Bell. in locis ſupra citatis.*
[h] *Teſtibus Petrio Ieſ. præf. in lib. 16. Comm. in Dan. pag. 742. Bell. lib. 1. de verbo Dei. cap. 10. Canus loc. Theol. lib. 2. cap. 10.*
[i] *Maldonatus Ieſ. Comm. in Matth. 8. 5.*
[k] *Caietanus.*
[l] *Franciſcus Luca præf. in Annot. in Bibl.*

rigendam. *De his accuratius ſuo loco. quod ad ſufficientiam.* [m] Non inficiamur præcipua illa fidei dogmata ad ſalutem omnibus neceſſaria *(purum putum dogma Proteſtantium)* perſpicuè ſatis comprehendi in Scripturis. *De hoc quoque fuſius in loco proprio. quod ad vſum publicum.* [n] Aliqui *(Pontificij)* exiſtimant Scripturas difficiliores eſſe quam vt debeant Laicorum manibus conteri. ſed aliter viſum eſt *(vt & Proteſtantibus)* Patribus veteris & noui Teſtamenti. *quod ad Principem veſtrum.* [o] Papam, vt Papam, hæreticum eſſe poſſe *(in hoc planè Proteſtantes)* Doctores Pariſienſes tenuerunt, nec-non Pontifex Adrianus Sextus.

[m] *Coſterus Ioſ. Enchirid. cap. 1.*

[n] *Epiſcopus Eſtenſanus Comm. in Tit. cap. 2. & 2. Tim. 3.*

[o] *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 2.*

2. *Subiectum fidei.*

[p] Docent Proteſtantes, omnes homines, excepto ſolo Chriſto, cum Originali peccato conceptos eſſe: nec B. Mariam excipiunt. *ſic illi. vos verò quid?* [q] Fateor Scholaſticos in hac quæſtione grauiſsimis concertationibus in diuerſas partes fuiſſe diſtractos: quæ quæſtio eſt de dogmatibus quæ ad fidem pertinent, ſed non ſunt dogmata fidei. *Quaſi verò non ſit fidei dogma, quod Spiritus Sanctus omnibus credendum propinauit.* Rom. 5. [Quia per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in OMNES homines MORS pertranſijt, in quo OMNES PECCAVERVNT.] *Id eſt, Cuicunque naturaliter contigit ex morte corruptio, ei prius obfuit ex peccato conceptio: proinde B. Mariæ exitus mors naturalis, ſatis prodit ortum eius originale peccatum, vt patres vniuerſi docent.*

[p] *Coſterus Ioſ. Apolog. part. 3. cap. 6.*

[q] *Idem ibid.*

3. *Obiectum Fidei.* { *Proteſtantes extra nos iuſtitiam & meritum Chriſti;* / *Pontificij verò Iuſtitiam, ex gratia inhærente, noſtram ſtatuunt.*

Aduocatus. [r] Proteſtantes inter ſe CONVENIVNT, cum dicunt nulla re alia iuſtificationem apprehendi, quam

[r] *Bell. lib. 1. de Iuſtif. cap. 12.*

[f] *Vega lib. 15. de Iuſtif. ca. 21. pag. 160.* [g] *Bell. lib. 2. de Iuſtif. cap. 2.* [h] *Stapl. lib. 7. de Iuſtif. cap. 9.* [i] *Vega lib. 15. Iuſtif. cap. 20. pag. 712.* [k] *Bell. lib. 5. de Iuſtif. cap. 10.* [l] *Vaſquez Ieſ. tom. 1. in Thō. diſp. 86. cap. 4.* [m] *Vega opuſc. de meritis qu. 5. & qu. 4.*

ſola fide. [f] Nimirum quatenus fides apprehendit miſericordiam, quæ nobis imputatur propter meritum Chriſti. *Quid vos?* [g] Negamus nos eſſe ſic imputatiuè iuſtos. *quid autem veſtri?* [h] Catholici aliqui ([i] Docti & pij viri) tenebant, nullum alium eſſe Iuſtitiæ conſeruandæ modum, quàm ſi iuſtitia Chriſti nobis imputetur. *De gratia inhærente.* [k] Nos in gratia conſtituti meremur æternam vitam de Condigno. [l] Vel minima opera bona in homine iuſto merentur gloriam æternam: Proteſtantes contra. *Et, iuxtà cum Proteſtantibus,* [m] CATHOLICI MVLTI meritum omne negarunt. *Hic quoque in quæſtione fidei, imò etiam de ipſa fide, Proteſtantes ὀιωψυχει Pontificij verò δἰψυχει deprehenduntur.*

4. *Adinnctum Fidei.*

Aduocatus. 1. [a] Negant Proteſtantes ferè OMNES, Confirmationem eſſe vniuoce Sacramentum. *Vox illa, fere quorſum faciat non video, niſi fortè innuere velis, id affirmari ab aliquibus Proteſtantibus, quod omnes negant.* 2. [b] Omnes negant Extremam vnctionem, & Matrimonium eſſe ſacramenta proprie dicta. 3. [c] Docent OMNES characterem ſacramentalem (quem nos effectum eſſe quorundam ſacramentorum defendimus) nulla Scriptura aut ratione probari. 4. [d] VEHEMENTER ijs OMNIBVS placet hic articulus, Euchariſtiam eſſe ſub vtràque ſpecie Laicis communicandam. 5. [e] Laborant totis viribus TVM Lutherani, TVM Caluiniſtæ, vt realem *(intelligunt corporalem)* in Euchariſtia Chriſti præſentiam tollant. *Quid ad hæc viri Pontificij?* [f] Nos Catholici contra. *Scio, ſed parùm Catholicè, quia in iſtis nec Orthodoxum ſenſum, nec inter vos vniuerſalem conſenſum tenetis: De ſenſu locis propriis, Deo adiuuante, dicemus. nunc de conſenſu veſtro ex veſtra Confeſſione expedimus. ad* 1. *&* 2. [g] Catholici alij negant Matrimonium, Confirmationem, alij Extremam vnctionem eſſe vniuoce ſacramentum. *ad.* 3. [h] Sacramenta imprimere aliquem

[a] *Bell. lib. de Confirm. cap. 1.* [b] *Idem lib. 1. de Vncti. Extr. & lib. 1. de Matrim. cap. 1.* [c] *Idem lib. 5. de Sacr. in Gen. cap. 2.* [d] *Idem lib. 5. de Euchar. cap. 10.* [e] *Idem in præf. in Controu. de Eccleſ. Triumph.* [f] *Bell. in locis ſupr. allegatis.* [g] *Valent. Ieſ. lib. de nouit. Sacram. cap. 3. & cap. 7. de his etiam nos ſupra lib. 1. cap. 77.* [h] *Caietanus de hac Quæſtione & Scotus diſt. 6. q. 9. aut multùm ab his diſſentit Durandus in 4. d. 4. q. 1.*

characterem in anima, ex ſacris Scripturis non habetur, ſed ex Eccleſiæ autoritate, & NON multum ANTIQVA. *ad* 4. [l] Nonnulli optimi Catholici antiquam Domini conſuetudinem vehementer deſiderant. *ad.* 5. [l] Tranſubſtantiationem dogma nouum eſſe, ſenſit Scotus vir doctiſsimus. *Hanc Helenam veſtram qui contemplari volit, Deus bone, quantum Contradictionum labyrinthum, quantum paradoxorũ barathrũ cernet: ex quibus iſtius dogmatis aſſertores nunquam ſe expedire, aut explicare poſſint! deniq;.* [m] Lutherani & Caluiniſtæ in Euchariſtia abſque aqua vino vtuntur, contrarium dicunt eſſe figmentum humanum. [n] Si roges an ſit aqua vino miſcenda ex præcepto Chriſti, aut ex Eccleſiæ inſtitutione, QVID AM noſtrum opinantur PRIMVM: SED alij probabilius ſecundum. *Multa alia dogmata occurrunt, quæ etſi de fide non eſſent, huiuſmodi ſunt tamen, quæ, ſi vera ſunt, nemo ſine fide debet: ſin falſa, nemo niſi contra fidem, poſſit publicè profiteri. huius generis nonnullis tantùm digitum intendam.* [o] Proteſtantes concordi ſententia tradunt, peccatum Originali eſſe hæreditariam prauitatem, quæ omnes damnationis reos conſtituit. *Sed vt vestiam mordeat, in hoc, veſtra diſſenſio.* Refutandæ ſunt duæ CATHOLICORVM ſententiæ circa peccatum Originis; quarum altera conſuenit ex parte cum ſententia LVTHERANORVM. 2. [r] Docent OMNES Lutherani, & Caluiniſtæ nullum eſſe peccatum veniale ex ſua natura. *Sic illi. vos verò.* NOS Catholici contra, SI EXCIPIAS Iohannem Gerſonem, Almarium, & Epiſcopum Roſſenſem. 3. [s] Etſi Proteſtantes alij vſum Imaginum publicum admittant, tamen cultum earum OMNES auerſantur. 4. [t] Satisfactionis noſtræ meritum ad redimenda peccata ab ijs OMNIBVS negatur. 5. [u] COMMVNIS eſt eorum ſententia, Concupiſcentiam ſuâ naturâ eſſe peccatum in renatis. [x] COMMVNITER docent Infantes ſine baptiſmo mortuos poſſe ſaluari. 6. [y] Voto Continentiæ ordinibus annexo repugnant OMNES. 7. [z] OMNES in vitam Monaſticam VNO ORE inuehuntur. 8. [a] Inuocationem Defunctorum OMNES reprehendunt.

[l] *Caſſander, & Cuſanus. vide ſupra lib. 1. cap 78.*
[l] *Bell. vide ſupra lib. 1. cap. 78.*
[m] *Bell. lib. 4. de Euchariſt. c. 10.*
[n] *Azorius Ieſ. Inſt. Moral. lib. 10. cap. 30. §. Altera Quæſtio.*
[o] *Valent. Ieſ. lib. de Orig. Pecc. in prin.*
[p] *Idem ibid.*
[r] *Bell. lib. 1. de Amiſſ. Grat. cap. 8. & 5.*
[s] *Idem in præf. de Eccleſ. Triumph.*
[t] *Vaſquez Ieſ. Tom. 4. diſp. 7. qu. 14. punct. 2.*
[u] *Bell. quæ ſupra lib. 5. cap. 5.*
[x] *Bell. lib. de Baptiſ.*
[y] *Idem lib. de Clericis cap. 19.*
[z] *Idem præf. in lib. de Monachis.*
[a] *Idem lib. 1. de Purg. cap. 2.*

dunt. 9. [a] OMNES COMMVNI CONSENSV negant purgatorium, Suffragia, & Indulgentias pro Defunctis. *In iſtis Articulis, de Proteſtantibus, præter* Omnes, vniuerſi, vnanimiter, vno ore, communi conſenſu, vehementer, mirificéque conueniunt *(vel vobis teſtibus) nihil audio: in quibus tamen* [*] *ſinguli, vt in omnibus Cõtrouerſiis, iſthoc* Eſt, & non eſt *quod Dominus Ieſus ſuis* [*] *interdixit) nihil profectò eſt in vobis frequentius. Rem ipſam, id eſt, admirabilem Proteſtantium harmoniam, Pontificiorúmque inter ſe Sophiſtas pinguem horridámque oſtendimus: quibus adiungi, hæc debet. Aduerſarius.* [b] Non ait Pontifex Innocentius 3. Chriſtum alijs verbis conſecraſſe, quàm his, [Hoceſt corpus meum.] vt Hæreticus Gummarus mentitur. *Falleris. Aduocatus.* [c] Docet nunc Eccleſia Chriſtum in his verbis conſecrâſſe, [Hoc eſt, &c.] at Innocentius 3. putabat Chriſtum SINE VLLIS verbis conſecrâſſe. *Alter Ieſuita Gummaro proteſtanti mendacij crimen impingit, alter retundit.*

[a] *Idem lib. 4. de Pœnit. cap. 4.*

[*] *3. 4. 5. & reliquas diſſenſiones Pontificias liber ſuperior expoſuit.*

[*] *Matth. 5.*

[b] *Coſterus Ieſ. Apolog. part. 3. cap. 6. §.* Chriſtum conſecrâſſe.

[c] *Azorius Ieſ. Inſt. lib. 2. cap. 9. §.* Prima præceptio.

Iam Cauſam vnionis dogmaticæ exploremus.

1. *Inter Pontificios.*

Aduerſarius. [d] Catholici omnes non poſſunt alitér ſentire, cum omnes ſubijciunt ſenſum ſuum ſenſui vnius & ejuſdem Pontificis. Reſpondeo. *Primò (vt hoc verum eſſe concedamus) ſi hoc vnionis veſtræ caput aliquo hæreſeos crimine capitali laborauerit: nihil aliud pariet hæc opinio conſenſus, niſi conſenſum erroris. Secundò falſum eſt quod prætexitis, & ludicrum veſtrum cõmentum. quia.* [e] Decreta Pontificũ inter ſe pugnant maximè: *Tum quia.* [f] Multi Pontifices hæretici fuerunt: *Tum etiam quia in omni ferè Cõtrouerſia vos eſtis in opiniones varias, diſſentientes diuulſi atque diſtracti. Cauſam vnionis Orthodoxæ expromite. Aduocatus.* [g] Proteſtantes ſolam Scripturam Controuerſiarum omnium Iudicem agnoſcunt, cui opinionesſuas ſubijciant. [h] Antiqua Eccleſia hanc vnam fidei regulam agnoſcebat, Scripturam ſacram.

[d] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 10. §.* Denique.

[e] *Supra cap. 8.*

[f] *Supra cap. 8.*

[g] *Bell. Controu. de Interpret. Scripe.*

[h] *Stapuleuſ. ſupra lib. 1.*

Fidei,

Fidei, inquam, non (vt vos) personæ. [k] Persona omnis iudicanda est ex fide. *Etenim ad vnius personæ iudicium omnium opiniones suspendi, vnam quidem regulam significat, sed* [l] Palliatam tyrannidem: *Quæ non pax existimanda est, sed pactio miserrimæ seruitutis. si igitur.* [m] Non minùs mirum est varias scholas, inter se discrepantes, in vnam eandemque sententiam concurrisse; quam septuaginta Interpretes, diuersis (vt ferunt) cellulis inclusos, in vnam eandemque interpretationem conuenisse. *Tum profectò multò magis, Protestantes qui non vnius personæ, sed solius Scripturæ regulam, tam disjunctis inter se Regionibus, animis tam consentientibus amplexati; non admirationem modo vnitatis, sed & imitationem meruisse videantur.*

[k] *Rivetum supra lib. 1.*
[l] *Erasmus annot. in 1. Cor. 12.*
[m] *Melchior Canus locis Theol. lib. 8. cap. 4.*

CAPVT. X.

Nè quis fortè Patrum suffragia in hac parte desideret, hûc pronocemus: vt constet nec dissensionem falsa, nec Consensum omnem vera Ecclesiæ notam certam Christianis antiquitùs præbuisse.

QVid enim si fortè dissidia Ecclesiam afflixerint? [n] Hoc aduersus nos adducunt IVDÆI, dicentes, non oportere credere propter dissensiones hæreseon; retardatur veritas, dum alij alia docent, ad quod dicimus, quòd apud vos Iudæos, & illos Græcos plurimæ fuerunt hæreses, NEC TAMEN dubitarunt alij Philosophicæ se tradere disciplinæ. Oportere esse hæreses prædictum est à Domino, & fieri non potest, vt non fiat, quod prædictum est esse futurum. huius causa est, quod quicquid est pulchrum sequitur MOMVS. *An igitur Ecclesia ipsa vera, propter grassantes hæreses, prorsus repudianda est? non magis quam ob lolium ager.* [o] Si appositus est fructus verus & maturus, alius fructus ex cera quam maximè similis; NON propter similitudinem ABSTINENDVM est ab vtraque: &

[n] *Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 7. fol. 855.*
[o] *Idem ibid.*

quomodo, ſi VNA eſt VIA REGIA, & aliæ multæ, ex quibus quædam etiam ferunt in præcipitium, aliæ in fluuium, aut in mare profundum, NON dubitabit quiſquam in viam ingredi OB DISSENSIONEM, ſed quærit REGIAM: ita NON EST PROPTER DISSENSIONES A VERITATE DISCEDENDVM, ſed exactiùs & diligentiùs inquirendum. *Quamuis diſſidia & ſchiſmata Eccleſiam falſam non deſignant, attamen pace & vnitate veram Eccleſiam demonſtrari, iure quis forſan ſuſpicetur: minimè, niſi qui & Antichriſtianam ipſam veram, & Catholicam aliquam, etiam Romanam, falſam eſſe conceſſerit.* 1.* SPECIOSVM nomen pacis, & pulchra opinio vnitatis (*iam enim Auxentius Arianus de Arianorum vnitate gloriabatur*) Sed quis ſolum ambigat EAM SOLVM ECCLESIAE, ET EVANGELIORVM VNITAM PACEM ESSE, quæ Chriſti eſt? *Paulo poſt.* Antichriſti Miniſtri de IMPIETATIS SVAE vnitate ſe jactare ſolent. 2.* Imperator Arianus ſic EPISCOPVM ROMANVM (*tum verè Catholicum*) *alloquitur.* Quis tu es, qui ORBIS TERRARVM PACEM DISSOLVIS? *Quæ fuit igitur Arianorum contra Eccleſiam Romanam, eadem nunc eſt Romanorum contra Orthodoxam de vnitate oſtentatio. At veram tandem vnitatem Chriſtianam noſcere velitis?* * Pietatis vnitas eſt rectè credere, vnitas Impietatis malè credere. *At enim ſæpe Orthodoxi, cum fidei cauſa ab Eccleſia ſeparantur, nihil aliud quam Schiſmatici, Haretici, pacis vniuerſæ nequiſſimi deſertores, & perfidiſſimi proditores audiunt. quid tum poſtea?* * Melius eſt diſſidium, pietatis causâ ortum, quam vitioſa concordia. *Sanè, ſiue hominem quemlibet, ſiue quamlibet Eccleſiam ſpectemus. Hominem.* * Si quis eum ſectatur, qui ſe à veritate abſciderit, non hæreditabit regnum Dei: & qui non abſcedit à mendace Concionatore, in Gehennam condemnabitur. *Quid ergo?* * Chriſtus eſt SOLVS, quem nemo deſerere debet. *Sin Eccleſiam cogitemus.* * Non ille de Eccleſia exit, qui corporalitèr exit, ſed qui ſpiritualitèr veritatis Eccleſiaſticæ fundamenta relinquit: Nos enim

* *Hilarius lib. contra Auxentium.*

* *Theodorus lib. 2. hiſt. c. 16.*

* *Ambroſius l. de* Spir. & Litera.

* *Greg. Nazianzenus Orat. 1. De pace.*

* *Ignatius ad Philadelphum Epiſt. 6.*

* *Ambroſ. comm. in Luc. 6. cap. 9.*

* *Chryſ. ſt in Matth. Hom. 46.*

enim ab illis (*Arianis*) eximus corpore, illi à nobis FIDE. *Deniq;*. *FIDES IMPRIMIS Eccleſiæ quærenda mãdatur: in qua ſi Chriſtus habitator ſit, procul dubio elegenda eſt, ſi verò populus perfidus, aut ſuſceptor hæreticus deformet habitaculũ, ſynagoga fugienda cenſetur: ſi qua eſt Eccleſia, QVAE FIDEM RESPVIT, DESERENDA EST. *Vera vnionis regulã veram, & tanquam in maximis diſſenſionum procellis, & fluctibus ſacram anchorã inquirimus?* * Gentilis mihi dicit, vellem fieri Chriſtianus, ſed tot ſunt inter vos pugnæ, vt, cui adhæream, neſciam: quilibet dicit, Ego verum dico, cui credam neſcio: hoc multùm pro nobis, nam omnes SCRIPTVRAS SVSCEPIMVS, quæ cum ſint ſimplices & apertæ, FACILE TIBI erit iudicare; Si quis illis conſentiat, verus eſt Chriſtianus, ſin contra pugnat, procul eſt ab hoc canone. *Germanum Proteſtantium omnium aſylum. Summa omnium hæc erit: Veritas vnionis cenſenda non eſt, vbi non obtinet vnio veritatis: Cauſas noſtræ à vobis ſeperationis iuſtas liber ſuperior docuit, & hic ſecundus in nota ſubſequente confirmat.*

* *Ambroſ. comm. in Luc. 6. cap. 9.*

* *Chryſoſt. hom. 33. in Act. A poſt.*

CAPVT. XI.

DE NOTA 8. *tum quoad* { *Theſin,* / *Hypotheſin.*

*NOTA 8. EST SANCTITAS DOCTRINAE: vera enim Eccleſia eſt Sancta, vt eſt in Symbolo. Sancta autem ea eſt, quæ nihil continet falſum, quoad doctrinam fidei; nihil iniuſtum, quoad doctrinam morum. vnde appellatur, *Lex Domini, Lex immaculata, teſtimonium fidele. *Theſis hæc (ſi tibi credimus) non per omnia conſtans eſt ſatis, neque enim eſt proprie nota Eccleſiæ veræ quæ eſt ei cum falſa cõmunis. Aduoc.* [b] Poteſt eſſe DOCTRINA PVRA ab omni errore IN FALSA ECCLESIA: nam ſunt Schiſmatici puri, qui non errant in fide, ſed deficiunt in charitate. *Sic domus male materiata ſua mole concidit. Nos verò, conceſſa Theſi, Hypotheſes vtraſque expendemus.*

* *Bell. lib. 4. de Eccleſia Milit. cap. 11. in prin.*

* *Pſal. 18.*

[b] *Bell. ibid. cap. 2. §. Sed dices.*

Hypothesis 1. in qua Calumnia triplex Proteſtantibus impingitur.

Prima.

1. *Aduerſarius.* [a] Sectarij noſtri temporis docent hominem iuſtificari ſola fide ſpeciali, quâ quiſque certò credit, ſe propter Chriſtum coram Deo eſſe iuſtum: quod cum quolibet paradoxo comparari poteſt: [d] Nos tantum certitudinem coniecturalem defendimus. *Infallibilem certitudinem remiſſionis peccatorum oppugnas? enimuerò Aduocatus.* [e] ALIQVI CATHOLICI docent quidem eam certitudinem, quæ nullam habeat de ſua ſalute formidinem. [f] Certitudinem eam docent, cui ſubeſſe falſum non poſſit. [g] Quidam Catholicus tanto affectu fidem coniecturalem oppugnabat, vt eam Lutherana opinione deteſtabiliorem diceret: quia, inquit, cum Lutherani multum FIDEI tribuant, HAEC OPINIO DEROGAT. [h] Guillandus certitudinem gratiæ defendit prorſus vt Lutherani. [i] Et talem certitudinem conſequentem fidem, MVLTI CATHOLICI ante Decretum Concilij Trident. PROBABILEM eſſe cenſebant, & eam compluribus argumentis ſuadere conabantur. *Etiam poſt Conc. Tridentinum.* [k] Catharinus inter Theologos huius temporis minimè incelebris, [l] Docuit certitudinem fidei, qua certò ſtatuunt ſibi peccata eſſe remiſſa. [m] Vniuerſi Patres hanc certitudinem conteſtantur. *Vides hoc tam inſigne Proteſtantium paradoxon, ſcilicet, non carere inſignium Autorum Pontificiorum patrocinio, veſtram autem coniecturalem certitudinem, vel potius planè Incertitudinem, cum in veteri Theologia paradoxon, tum etiam totius ſpei Chriſtianæ quaſi Charybdim immaniſſimam eſſe veſtrorum doctorum argumentis ſolidiſſimis facilè euincerem, niſi huic cauſa locum proprium & peculiarem deſtinâſſem. Tu pergis.*

[a] *Bell. ibid. §. Sectarij.*
[d] *Bell. lib. 3. de Iuſtif. cap. 1. & 2. Certitudo Iuſtificationis.*
[e] *Idem, lib. 3. de Iuſtif. cap. 2.*
[f] *Pererius Ieſ. comm. in Rom. 8. num. 27.*
[g] *Vega lib. 3. de Incert. Grat. cap. 46.*
[h] *Ibid. cap. 36.*
[i] *Ibid. cap. 7.*
[k] *Pererius Ieſ. comm. in Rom. 8. num. 27.*
[l] *Vega lib. 9. de Iuſtif. cap. 46.*
[m] *Idem Catharinus teſte Bell. lib. 3. de Iuſtif.*

Secunda.

Secunda.

Aduerſarius. [a] Lutherani habent quaſi proprium errorem, quod Infantes dum baptizantur, vtantur ratione, audiant verbum Dei, credant, diligant, quod in Synodo Wittenbergenſi anno 1536. publice definiuerunt, quod tamen repugnat veritati, nam apertè repugnant humanis ſenſibus (inquit [b] Auguſtinus) qui hoc dicunt, quomodo enim credibile eſt Infantes qui plorant, reluctantur, dum abluuntur, intelligere quid agatur? [c] Lutheranorum illud acumen eſt quod omnem ſenſum, & rationem excedit. [d] Durum. *Lutherum audiui aliàs Infantibus nonnullam vim fidei tribuere. ſed promiſſiones Euangelicas ab ijs audiri, mihi (& etiam vobis credo) hactenus inauditum. Aduocatus.* [e] Anno Domini 1536. Conuenerant Lutherani ad Concilium Wittenbergenſe, in quo hoc pronunciatum habetur: licet (inquiunt) NON ſit imaginandum, quod Infantes intelligant, tamen motus eorum ad credendum, & diligendum Deum SIMILES ſunt motibus fidei, & dilectionis, hanc mitigationem ſententiæ Lutheri ſequi videntur communiter Lutherani. *Bellarminum Bellarmino committamus.* Lutherani *(inquit)* in Concilio Wittenbergenſi definiuerunt, quod Infantes, dum baptizantur, audiant & intelligant verbum Dei: *Qui tamen* In Conc. Wittenbergenſi definiuerunt NON imaginandum eſſe, quod Infantes intelligant. *Verum adeſte, quaſo, boni viri, qui in ſacramento Fidei indicium ſenſuum depoſcitis: ſubeat vobis in mentem illud portentoſum paradoxon veſtrum.* [f] Poſt Conſecrationem panis tranſmutatur in ſubſtantiam corporis Chriſti, vinum etiam in ſubſtantiam ſanguinis. *Senſus Aduocatos adhibeamus: olfactum, guſtum, viſum, tactum: ſinguli vnanimi conſenſu panem & vinum remanere iurant, & conteſtantur. verene? faceſſat igitur figmentum veſtrũ omnium ſenſuum conſenſu exploſum: an falsò? falsò: inquitis, omninò. ſenſu itaquè caretis, dum in cauſa ſimili ſenſuum indicium vendicatis.*

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. c. 11. §. Lutherani habent. Infantium baptizatorum facultas.*

[b] *Epiſt. 57. ad Dardanum.*

[c] *Armachanus Ieſ. in Epiſt. ad Camerac.*

[d] *Campianus Ieſ. Rat 8.*

[e] *Bell. lib. 1. de Sacram. Baptiſ. cap. 10.*

[f] *Bell. lib. de Euchar. Tranſubſtantiatio. Dilemma.*

Præsertim cum quod illi de anima, seu spiritu invisibili disputant, vos de corpore sensibili affirmatis.

Tertia.

Aduersarius. [f] Caluinistæ habent tanquam propriam sententiam, pietati & rationi repugnantem, quòd omnia absoluta necessitate eueniant, quodque Deus sit autor peccati. *Necessitas absoluta duplex est, vna fatalis, quæ astrorum virtuti tribuitur: altera diuina, quæ Dei voluntati ascribitur. prioris error est Hæreticis Priscilianistis proprius, secundæ verò veritas Caluino cum Catholicis communis est. De priore. Aduocatus.* [t] Vitandus est error Priscilianistarum qui Christum astrorum constellationibus subiectum esse arbitrabantur, omniaque ex fatali necessitate operari putabant: quam cæci sunt isti, qui quod potestatis diuinæ est: secundum quod est Dominus cœlorum, & temporum, & quod prouidentiæ est, qua facere omnia ab æterno decreuit, id ad creaturas referrebant? *Ad alteram venio, voluntati Dei necessariæ illi quidem, sed tamen liberæ euentus omnes tribuendas esse, ratio, & religio docet. Aduocatus.* [u] Deus non necessariò vult quicquid vult, posito autem hoc, quod aliquid velit, EST NECESSARIVM, quia voluntas Dei est IMMVTABILIS, & tamen hæc æterna voluntas, quæ est immutabilis, non tollit à rebus volitis cõtingentiam; quia multa contingentia dicuntur propter causarum PROXIMARVM contingentiam, etiamsi causa (Prima) remota fuerit ABSOLVTA. *Huic attexam illud tuum.* [x] Peccatum ex causa proxima, quæ est Hominis voluntas, non ex remota, quæ est decretum Dei, definiendum est. *His positis, & necessitas absoluta necessario concedenda est, & tamen peccati causa propria solùm peccantis natura tribuenda. Instatis verò.*

2. *Aduersarius.* [y] Reprobationem certam esse illi non possunt statuere, qui Deum ante peccata hominem reprobare posse asserunt, vel quod in idem recidit, Reprobationis certitudinem explicare Wiclefus, & Caluinus non possunt qui

[f] *Bell. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 11.*

Fatum.

[t] *Tolletus Ies. Comm. in Ioh. 2. annot. 1.*

[u] *Aquinas li. 1. contra Gentes. cap. 83. & 85.*

Voluntas Dei immutabilis.

[x] *Bell. in quæst. de Repub.*

[y] *Greg. Valent. Ies. lib. de Prædest. cap. 8. §. Et præterea.*

Reprobatio.

qui ſine præſcientia peccatorum Deum reprobare hominem aſſerunt. *Quid ni poſſint? Aduocatus.* [a] Deum aliquos reprobare, & excludere à vita æterna non quidem propter eorum præuiſa opera, SED QVIA IPSE VVLT non dare illis vitam æternam, eſt [b] Auguſtini ſententia: Eſt etiam hæc ſententia Thomæ, quam alij quoque complures Theologi conſequuntur. [c] Si Deus hominem in puris naturalibus ſine peccato conſideratum reprobaret, nolens ei dare vitam æternã, non faceret illi iniuriam. *Deinde, quid ſi huius opinionis aſſertores ſe ſatis explicare aut libertatẽ Arbitrij, cum diuinæ prouidentiæ neceſſitate reconciliare nequeant? num Dei veritas aſſerenda nõ erit, nè prodenda ſit mẽtis humanæ infirmitas?* [d] Notabilis eſt Caietani ſententia: Si quis rogaret me, inquit, vt oſtenderem connexionẽ iſtorum inter ſe, equidem reſponderem, ſcire me, quod verum vero non eſt contrarium: ſed neſcire quemadmodũ iſta duo inter ſe ſocientur: ſicut neſcio myſterium Trinitatis, quod tamen credo: & ſicut credo alia fidei myſteria, ita & credo & hæc myſteria Prædeſtinationis, & reprobationis. Hactenus Caietanus: ſit quaſi clauſula, huius diſputationis, hoc Caietani adnotamentum. *Sit quoque clauſula noſtra in hac cauſa reſponſionis, quam* [e] *ſupra attigimus, & ſuo loco copioſè perſequemur. Dogmata igitur tria ſunt omnia in quibus quoties Proteſtantibus impietatem obijcis, toties Lectori imponis.*

[a] *Perrerius Ieſ. comm in Rom. 9. num. 31.*
[b] *Lib. 1. Quæſt. ad Simpliciannum qu. 2.*
[c] *Perrerius quo ſupra num. 60.*
[d] *Idem ibid. num. 79.*
Vbi optima ſolutio eſt, credo.
[e] *Supra vide lib. 1. cap. 25.*

CAPVT. XII.

Secunda Hypotheſis.

Aduerſarius. [a] At Eccleſia noſtra Romana nihil falſum, nihil turpe docet, nihil contra rationem, multa ſupra rationem; ergo ſola abſolutè ſancta eſt: eique conuenit quod in Symbolo dicimus: CREDO SANCTAM ECCLESIAM. *Vtinam verò hæc tua defenſio (ex animo precor) non pleniſſima oſtentationis, veritatis inaniſſima verè videatur. Nuſquam ferè in Scriptis veſtris veſtigium impono, quin*

[a] *Bell. lib. de Eccleſ. Milit. cap. 11. §. At Eccleſia.*

quin ſtatim (quod veſtra Africa alit) aliquid monſtri prodeat, tam omninò deforme, vt Autori pudorem, Lectori horrorem incutiat. Tu, ad [a] *ſuperiora Paradoxa, Lector, faciliùs reſpicere poſſis, quam ego illa repetere: noua quadam, ſat ſcio, in hoc loco expectas; accipe, ſed quædam, nam immenſum eſſet, quæ huc pertinent, omnia proſequi.*

[a] In lib. 1.

Paradoxa alia extra legem Decalogi, alia ex præceptis legis conſiderantur. prioris generis.

Primum.

Aduerſarius. [b] Gentiles poterant, ſeruatâ lege naturæ, omnium confeſsione ſalui eſſe. Lex autem naturæ ſatis illis erat ab ipſa natura prædicata. *Communis hæc, ſed impia, & abſurda ſententia. Aduocatus.* [c] VIX ſatis mirari poſsim, quid Præceptoribus quibuſdam Scholaſticis noſtri ſeculi in mentem venerit, vt NVNC quoque temporis, poſt tamdiu reuelatum Chriſtum, SINE CHRISTI notitia ſalutem cuiquam æternam contingere poſſe confirment; indigna Theologo ſententia, quæ (vt liberè, & verè dicam) nihil in ſacris literis, nihil in Sanctis Patribus firmitudinis habeat, tantum humana quadam ſuſpicione introducta, propter infinitam eorum multitudinem, qui in hoc NOVO ORBE tam longa ætate Euangelij luce CARVERE: quibus aditus in cœlum præcludi omnis videtur, ſi ad ſalutem fuerit Chriſti notitia neceſsaria. rigidum eſt, inquiunt, & à Dei (* Qui omnes vult ſaluos fieri) charitate alienum, vt ea exigat, quæ nec ipſe dat, & homines per ſe præſtare non poſſunt. vnde concludunt, SINE FIDE PER NATVRALEM TANTVM COGNITIONEM ISTOS SALVTEM CONSEQVI POSSE. Quorum SENTENTIA, tametſi ipſi Catholici ſint, eſt apertè HAERETICA, vt nihil magis repugnet fidei. quaſi verò fides ab Apoſtolis neceſsaria definiatur ad percipienda ea quæ à * Creatura cognoſci poſsint: & non potius

[b] *Maldonatus Ieſ. comm in Math. 11. 21.*

[c] *Acoſta Ieſ. li. 5. de procurand. Indorum ſalute cap. 3. & Toletus Ieſuita.* Hoc (*inquit*) non eſt Catholicum aſſertum. *com. in Rom.* *An aliquis extra Chriſtum ſaluus.*

* 1. *Tim. 2.*

* *Rom. 1.*

potius ad ea. * *Quæ in cor Hominis* NON ASCENDERVNT, *Nobis vero* REVELAVIT *Deus per* SPIRITVM. reuocat nos illud, quod * Ad Patrem NEMO venit NISI per CHRISTVM. nulla alia * VIA quà eatur: nullum aliud * OSTIVM quo intretur ad vitam. ac re quidem vera, si potest sine Christi notitia salus esse, aut justitia: ergo * Gratis Christus prædicatur. frustra Apostoli * MITTVNTVR in ORBEM. tam expresse docet hoc Apostolus ad Romanos: * FINIS LEGIS EST CHRISTVS AD SALVTEM OMNI CREDENTI. Non hic agitur vtrum durum hoc & seuerum sit, an benignum & liberale, sed vtrum verum, necne. * Augustinus docet nemini ex ijs, qui ex Gentibus ante tempus Euangelicum seruati sunt, Christi salutem contigisse, absque reuelatione vnius Mediatoris Dei & hominum Iesu Christi. *Attamen.* [d] Dignissimus profectò hodie Latinorum Gymnasiorum Doctor, & quem Colonienses mei Theologi etiam Diuis annumerarunt, librum sub prælo euulgatum edidit, cui titulum facerent, DE SALVTE ARISTOTELIS: in cujus calce concludunt, Aristotelem sic fuisse Christi præcursorem in naturalibus, quemadmodum Iohannes Baptista in gratuitis.

* 1. Cor. 2.
* Ioh. 6.
* Ioh. 14.
* Ioh. 10.
* 1. Cor. 15.
* Marc. 16.
* Rom. 10.
* Augustin. lib. 8. de Ciuit. ca. 47.
[d] Agrippa lib. de Vanit. Scient. cap. 54.

Secundum Paradoxon.

Aduersarius. * Objicitur, si applicatur nobis per opera nostra Christi Satisfactio, vel duæ sunt Satisfactiones simul conjunctæ, vel vna tantum; si duæ, tum his punitur eadem culpa; si vna, vel Christi est, vel nostra, si Christi, tunc nos non satisfacimus, si nostra tum aut Christum excludimus, aut cum Christo honorem diuidimus. Alij respondent, quod sint duæ, vna ab altera pendens: nam etiamsi vna sufficeret, tamen ad majorem Dei gloriam, cui satisfit, & majorem honorem Hominis satisfacientis, PLACVIT CHRITO CONIVNGERE NOSTRAM SATISFACTIONEM SVAE. Homo iustus sub duplici titulo

* Bell. lib. 1. de Purgatorio ca. 10. §. Secundus est.

ius habet ad eam gloriam: vno ex meritis Christi sibi communicatis per gratiam, ALTERO EX MERITIS PROPRIIS. Qui modus videtur, mihi non improbabilis. *Qui tamen sano Theologo planè sacrilegus, & execrabilis meritò videatur, vt Controuersia de Merito illustrabit: interim vnus sufficiet. Aduocatus.* [f] Thesaurus Indulgentiarum ex SOLIS meritis Christi constat, NON ex Satisfactionibus Sanctorum, quia meritum Christi est infiniti valoris.

[f] *Durandus in 4. dist. 2. q. 3.*

Tertium.

Aduersarius. [g] Pontifex Romanus siuè in Concilio, siuè solus sine Consilio aliquid definiat, infallibilitèr judicat. *Absurdum, quia. Aduocatus.* [h] Si hoc ita esset, quid opus esset Concilijs? quorsum tot Theologi accersuntur? Quorsum, &c.

[g] *Gretzerus Ies. in Colleg. Ratisb. Sess 1.*

[h] *Erasmus annot. in 1. Cor. 9.*

Quartum.

[i] Si conferretur ordo etiam ante vsum rationis, ordo teneret, & character imprimeretur. etiam presbyteratum posse conferri Infantibus, nondum rationis vsum habentibus, est communis Doctrina Theologorum, & Canonistarum. Si ad annum discretionis, nimirum septennium, Puer susceperit ordines, & tunc erat voti capax, nec contradixit voto cõtinentiæ, ordo tenet. [k] Nullus alius de numero Christianorum, præter fœminas, diuino iure excluditur à potestate Ecclesiastica siue ordinis, siue Iurisdictionis, non puer, non amens: quia potest peruenire ad eum statum, vt commodè exerceat: nec video cur non puer possit in Episcopum consecrari. *Hæc opinio vestra de Electione (quamuis non de exequutione) pueris, & Infantibus, communis est, inquis; quid refert, dummodo puerilis? Aduocatus.* [l] In Concilijs cautum est, ne quis ad Ministerium NEOPHYTVS ordinetur. [m] A promouendis pueris maximè abstinere debent Ecclesiarum rectores, nam Pueri nesciunt regere seipsos,

[i] *Tolet. Ies. lib. 2. Instruct. Sacerd. cap. 55.*

[k] *Franciscus de Vitt. Relect. 2. Episcopus puer & insanus.*

[l] *Episcopus Espensæus com. in 1. Tim. 4. dig. 2. lib. 2. cap. 12.*

[m] *Salmeron Ies. Tract. 20. in Parab.*

seipsos, nedum alios: nec satis est dicere (*audite Praxin vestram*) quod est nobilis & illustris familiæ, quia propter Ecclesiam est Minister, non propter Ministrum Ecclesia.

Quintum.

Aduersarius. * Idiota Catholicus cum pro Tribunali seculari steterit, de causa fidei examinandus, etsi tantum responderit se esse virum Catholicum, & Ecclesiam ipsam, quam profitetur, posse fidei rationem reddere, nec quicquam præterea aliud responderit, satis viri Catholici muneri faciet. *Quam vero hic pecudem (plebem dixissem) vestram nobis proponitis?* Quomodo (*vt Bernardi verbis vtar*) est vera simplicitas quam simplex ignorat veritas? *quod elegantèr* * *Augustinus.* Ignorantia in ijs qui noluerunt, peccatum est: in ijs qui non potuerunt, pœna peccati, in vtrisque non est iusta excusatio, sed iusta damnatio. *At, (proh dolor!) Aduocatus.* * Repurgatam hodie vnam opto Catechesin, nam hodie in primis fidei fundamentis instituũtur, sed non aliter quam LATINE. Noui equidem generosum, & veteranum equitem, qui, de Spiritu sancto, quid crederet, interrogatus, ingenuè confitebatur, quod * Ephesij olim, Nunquam se, an vllus esset Spiritus Sanctus, audiuisse: An sufficit decantata hodiè per Catholicos Carbonarij fides? Is interrogatus, quid crederit; respondit, se credere quod Ecclesia credit. *Vultum vestrum in aliorum oculis perlustrate:* † In quibusdam Neophytorum vicis Christiani. Indigenæ quidam sunt destituti Sacerdotibus, qui nihil aliud nôrunt, nisi se esse Christianos.

* *Coleg. Anglo-Rhem. annot. in Luc. 12. & 11. Ignorantia in Idiotis Pœnissima.*
* *Bern. de præcepto, & disp. cap. 17. & 18.*
* *Epist. ad Siricium Presbyterum.*
* *Claudius Espensæus com. in 2. Tim. 3.*
* *Act. 19.*
† *Xauerius Iesuita lib. 1. Epist.*

Sextum.

In Oratione preces vestras, non ignotas modò, sed & ignobiles, meritò auersamur.

* *Bell. lib. 1. de verb. Dei ca. 16.*
* *Coleg. Anglo-Rhem. annot. in 1. Cor. 14. pag. 461.*

1. *Aduersarius.* * Precibus ignotis Ecclesia vti iure possit. *Qua,* † Ad ædificationem, non minus ad deuotionem, sæpe magis valent quam cognitæ. *Etiam.* ‡ Consolationem

† *Cosserus Rel.*

plurimum ad juuant. *Cum tamen. Aduocatus.* [a] Quantum ad fructum deuotionis priuatur is, qui non in speciali intelligit ea quæ orat. *Et* [b] Melius est orare in mente distinctè intelligente ea quæ orat, quam confusè. [c] Quid enim proficit populus non intelligens ea quæ orat? *Preces alias ignobiles vocaui, quia.* [d] Lindanus proponit Episcopi Lugdunensis querelam de missalibus, & Antiphonarijs expurgandis, Antiphonarium, inquit, correximus, amputatis, quæ superflua, falsa, & blasphema videbantur: qui Episcopus nostra (ait Lindanus) si conspiceret Antiphonaria, aut missalia, Deum immortalem, quo ea pingeret nomine? vbi secretæ preces mendis spurcissimis conspurcatæ sunt. sed scelera nostra emendationem non ferunt, Episcoporum vitio. qui cessant. *Quæ scelera tandem?* [e] Hodie cum missæ ipsius Canone, obscœnæ cantiunculæ pares vices habent. *Quanquã hæc scelera pietas videri possint, si cum ipso Idololatriæ stupro comparentur, vtriusque Tabulæ præcepta singula attingamus.*

[a] *Aquinas com. in 1. Cor. 14.*
[b] *Caietanus com. in 1. Cor. 14.*
[c] *Lyranus in eundem locum.*
[d] *Epist. Espensæus comm. in 1. Tim. de digress. 1. pag. 225. ex Lindano lib. 3. opusc. de Interpret. Script. cap. 3.*
[e] *Agrippa de Vanit. Scient. cap. 18. de his quoque Lindanus conqueritur Panopl. lib. 4. cap. 78.*

Caput XIII.

Contra præcepta Decalogi Pontificiorum crassa & prodigiosa dogmata.

1. *In genere.*

Aduersarius. [a] Non tenemur sub præcepto Deum plus omnibus diligere: Hoc præceptum diligendi Deum ex tota mente, doctrinale est, non obligatorium. *En hominum stuporem!* Non tenemur sub præcepto, *inquiunt*, & Hoc præceptum; *Si verò est præceptum, tum tenemur sub præcepto. sed ad rem; Aduocatus.* [b] Absit vt primum & maximum præceptum tam hyperbolicè nobis traditum esse putemus. *Secundò de Charitate erga Proximum. Aduersarius.* [c] Pro ijs qui obstinato

[a] *Tolet. Ies. lib. 4. de Instruct. Sacerd. cap. 9.*
[b] *Staplet. li. 6. de Iustif. 6. a. 10. & Valent. Ies. lib. de Votu ca. 3. & Bellar. lib. 3. de Monach. cap. 13.*
[c] *Vega li. 11. de Iustif. cap. 16 pag. 378. & lib. 15. cap. 21.* [d] *Azorius Iesuita lib. 9. Instit. cap. 31. §. Sextò quæritur.*

ſtinato animo ſunt in malis orandum eſt: at pro Hæreticis & Schiſmaticis non eſt publicè orandum. *Hanc impietatem Oratio Dominica condemnat, quæ, quotidiè publicè acta, peccatores nullos excipit.*

De Præceptis vtriuſque Tabulæ in particulari.

Primum primæ. [Non habebis Deos alienos, &c.]

Aduocatus. [a] Multi in Interceſsionibus Sanctorum plus, quàm in Chriſti meritis, fiduciæ ponunt, Chriſtum Matri ſubſtituentes. [f] Magis fidentes Diuis, quam Deo. *Verbi gratiâ.* [g] Laus Deo & beatæ Virgini Mariæ, item Ieſu Chriſto. *Vel ſic.* [h] Laus Deo, Virginique Matri Mariæ, Deo item Ieſu Chriſto, æterno Dei filio. *Quantum hoc Ieſu-itarum quamque ſacrilegum ὕστερον πρότερον, quo Saluator, ſaluata, Deus æternus, Creatura, poſtponitur?*

[a] *Caſſander lib. Conſul. art. 21.*
[f] *Epiſcopus Eſpenſæus in 2. Tim. 3.*
[g] *Valent. Ieſ. fine lib. de Satisfact.*
[h] *Bell. lib. 3. de Cultu Sanctor. in fine impreſſo Lugduni.*

2. *Præceptum.* [Non facies tibi ſculptile.]

Aduerſarius. [a] Imagines ſunt propriè, & per ſe colendæ, nullâ ratione habitâ ad exemplar. *Aduocatus.* [b] Hoc ſuperſtitioſum & ſtultum eſt. [l] Sunt benè multi rudiores, qui Imagines colunt, non vt figuras, ſed vt ſenſum aliquem habentes. [m] Dici non poteſt, quanta Idololatria alatur apud rudem populum per Imaginum cultum. *Concludam paucis.* [n] Quomodò Eccleſiæ nomen tueri poteſt, quæ talem doctrinam in conſuetudinem recepit, qua Chriſti meritum obſcuretur; Deo proprius honor eripiatur; & Creaturis vendicetur? *Quod manifeſtiſſimum eſt in Artolatria Romana, quæ eſt Idololatria ſceleratiſſima.*

[a] *Bell. lib. 2. de Imag. cap. 21.*
[b] *Vaſquez Ieſ. lib. 2. de Adorat. diſp. 2. cap. 3. & 8.*
[l] *Polyd. Virgilius lib. 6. Inuent. cap. 13.*
[m] *Agrippa de Vanit. Scient. cap. 57.*
[n] *Caſſander li. Conſult. art. 21.*

Præceptum. 3. [Non aſſumes nomen Domini in vanum.]

Aduerſarius. [o] Tenetur homo aliquandò ſecundùm mentem

[o] *Tolletus Ieſ. lib. 4. de Inſtruct. Sacerd. cap. 21. & 22.*

mentem aliorum jurare, id eſt, vti verborum ſignificatione communi, quamuis non ſemper teneatur ad hoc, ſed aliquando licet vti æquiuocatione, & decipere audientem: non ſemper, ſed quandò Iudex contra juſtitiam petit juramentum, licet vti æquiuocatione, & jurare ſecundùm ſuam mentem, contra mentem Iudicis: vt puta, quærenti Iudici, feciſtinè illud? reſpondeat, non feci; intelligendo inter ſe: vt dicam tibi, vel hoc tempore, vel quid ſimile: Et ſi vir vxorem petat, an ſit adultera? iſta poteſt dicere, non ſum, quamuis verum fuerit, intelligendo, vt tibi reuelem: Sic qui cogitur jurare alteram in Sponſam accepturum, intelligendo, Si poſteà placuerit: Et à latronibus comprehenſus jurauerit ſe poſtea daturum centum aureos vt liberetur, & æquiuoce jurans, inter ſe dicens, ſi poſtea libuerit, tunc non tenetur ſoluere: Sic à cuſtode injuriosè detentus, vt dimittatur, jurans ſe redditurum poſteà, poteſt vti æquiuocatione, & nō tenetur reddere.[1] Hoc de Adultera occulta præter jus à viro rogata, & de promiſſo quod fit Latroni libenter concedimus. *Dogma tum profeſſione impium, tum verò etiam praxi permitioſum. Illud. Aduoc.*[2] Quiſquis fingendo altū fallere conatur, etiam ſi aliquid prætereà ſignificare velit (*id eſt, æquiuocatione vti*) haud dubiè mentitur, alioqui nullum eſſet mēdacium, quod non defendi poſſit. *Rectè. Enimuerò quo telo hanc belluam confodiam? en autem vnum, & quidem acerrimū, ex Dei armario depromptum.*[3] Homines quidem per majorem (*Deum*) jurant, Et juramentum eſt illis ad Confirmationem, omnis cōtentionis finis. *Verba ſingula huic monſtro plagam mortiferam inferunt.* Homo, ῥηλὰ τῶ μείζονος, per majorem, viz. *Deum, iurat: per Deum, inquam, non propter Deum, quia iuramentum, Græcè ὅρκος, quaſi ὅρκος, ſeptum, clauſtrum, vallū, quod tranſilire non licet:* αὐτοῖς, illis *hominibus factū, quorſum? εἰς βεβαίωσιν.* ad Confirmationem, cautionem, firmamentum, *vt ſit fidei iurantis cum fide audientis ſacrum quaſi coniugium. quatenus tandem? vt ſit* ἀντῶν Ipſis *hominibus*, πάσης ἀντιλογίας πέρας, omnis contentionis finis, *id eſt, vt animi eius, cui fidem meam obſtrinxi,*

[1] *Azorius Ieſ. in Inſtitut.*

[2] *Maldonatus Ieſ. comm. in Luc. 24.*

[3] *Heb. 6. 16.*

obſtrinxi, dubitationi omni occurratur. ſumma eſt: Finis *iuramenti inter homines eſt, vt ſit* contentionis omnis *apud homines* finis. *ad hunc, tanquam lydium lapidem nummum veſtrum exploremus, & reperiemus profectò eum δίκιμον: ſic enim vxorem adulteram veſtram inſtituiſtis,* Poteſt illa etiam per Iuſiurandum, *inquitis,* Marito ſuo negare ſe eſſe adulteram, tacite in animo addens, vt tibi confiteri debeam. *At cum poteſt, inquam, hic iurandi fucus Marito quoq; innoteſcere, nonne eam vrgebit acrius? vereor, inquiet, vt mente concipias (vulpem) aquiuocationem illam,* vt tibi reuelem: *reſpondebit vxor, rurſus nouo iuramento deuincta;* Non aliquid huiuſmodi intùs in animo complector, *(mi vir) tacitè tamen animo ſuo reuoluens illud,* Vt tibi ſignificem. *Inſtabit adhuc miſellus homo (namq; homo eſt, eris non cordis auditor)* Equidem fieri poſsit, mea vxor, vt illudas me nunc iam *interno iſthoc tuo commento,* Vt tibi reuelem. *Nullus itaque in hoc χαρὰξ ἔρκος, & ſeptum: nulla βαβαιωσις, aut firmamentum, ἀντλος ἀκατάφρακτος,* contentionis *& altercationis finis nullus eſſe poſſit. Itaque illa veſtra mulier bis adultera facta eſt, corporis ſtupro, & (nam* veritas eſt animi virginitas) *mentis mendacio; tam alieno dogmate, quam alieno ſemine corrupta. quis ſunt huius ſceleris doctores queritis? viz. qui eius etiam actores eſſe ſolent.*

* *Auguſt.*

[f] Ars eſt noſtrorum Ieſuitarum vt in iuramentis ſuis Magiſtratus illudant: cum à Magiſtratibus quæritur, Es ne Sacerdos? tum Sacerdoti licebit, inquiunt, reſpondere, Non ſum talis, (ſed addita hac intentione, intus in animo concepta, non ore prolata) qualem me eſſe cupitis; aut vt narrem tibi; aut aliquid ſimile. *Subterfugium Ieſuiticum timiditatis & perfidiæ pleniſſimum. ſed patrizant ſat bene, nam.* [g] Eugenius Pontifex, ob violatum Turcæ iuſiurandum, Chriſtianam remp. in tot funeſtiſſima bella coniecit: ac ſi non etiam eſſet hoſti fides ſeruanda. *Antiqua Hæreticorum ſpelunca.* [h] Priſcilianiſtæ ſentiebant, licere ſibi aliquando mentiri. [i] Canonicus quidam inuehitur in Pontificem Gregorium, quod tempore magni Schiſmatis, antequam Pontifex crearetur, iurauerat publicò & ſolenni ritu

[f] *Sacerdotes Wisbycenſes in epiſt. quam ad Catholicum Generoſum nuper inſcripſerunt.*
[g] *Agrippa lib. de Vanit. Scient. cap. 63.*
[h] *Sixtus Senenſ. Biblioth. lib. 3.*
[i] *Azorius Inſt. lib. 5. Inſtit. Moral. cap. 19. pag. 527. & pag. 528.*

ſeſe

ſeſe abdicaturum Pontificia poteſtate: poſteà verò Pontifex electus noluit Pontificatum deponere, at poſsit Romanus Pontifex SEIPSVM SOLVERE avoto, & IVRISIVRANDI religione, & lege, modò debita ſubſit cauſa.

[a] *Idem lib. 10. cap 9. §. Tertiò.* [a] Ita aliorum quoque juramenta poſſunt Pontificis autoritate relaxari. *Huius iuſtæ cauſæ quem ſupremum Iudicem facitis?* [y] Pontificem. *Nimirùm apud hos iuſiurandum iocus, teſtimonium ludus; quos iamdiù Ethnici Autores palam damnarunt.* [z] Fraus diſtringit, non diſſoluit perjurium.

[y] *Ieſuitæ omnes.*

[z] *Cicero in officijs.*

Præceptum. 4. [Sanctifices Sabbatum.]

[a] *Azorius Ieſ. Inſtit. lib. 7. cap. 7 §. Secundò quæritur.*

[b] *Ezech. 13. 18.*

[c] *Matth. 23. 14.*

Aduerſarius. [a] Mos non eſt improbandus, quo vidua pro dignitate perſonæ poſt obitum viri, causâ luctus, domi ſe continet AD ANNVM, nec miſſam audiat. *Multum, Azori, nobiliores fœminæ, pro iſthoc molli* [b] Puluillo *Tibi debent: ſiccinè vero* [c] Viduas *inſtituis? equidem conſilium hoc nobilem illum paraſitum Ariſtippum, quàm Theologum Azorium, decuſſet. Haud mirũ eſſe poſſit, vos, præſertim dum ſic nobili viduæ conſulitis, miſſam ipſam* priuatã *tanquam ignobilẽ viduam reddidiſſe. vos pergitis.*

[b] *Tolletus Ieſ. lib. 4. inſtruct. cap. 24.*

[b] Homo tenetur ſub mortali ad ſanctificandum feſtum, ſed non tenetur ad BENE ſanctificandum. *Quæ (malum.) Hæc ſanctitas eſt, quæ* benè *careat ſine quo, Deo (quem Aduerbijs magis quam Adiectiuis delectari ſchola docet) nulla actio grata eſſe poſſit? repete igitur Sanctificationem veſtram bonam ſcilicet.* [a] Licet iter facere (audito Sacro priùs) & venari: licet ſtudere ſuper lites, propter pecuniam. Licet carnes vendere, animalia occidere (*publicè*) ad victum propter pecuniam: licet in ſolennitatibus conſtruere loca pro ſpectaculis, quandò non poſſunt fieri niſi in feſto. Deniq; Pontificis aut Epiſcopi licentiâ licet in feſto operari. *Hùc huc adeſte Profani, nihil enim audiſtis vnquam licentioſius. At. Aduocatus,* [d] Hoc præcepto prohibemur, vt quæcunque diuinum cultum impedire poſſunt, omninò vitemus: facil. enim perſpici poteſt, omne ſeruilis operis genus prohiberi.

[a] *Idem cap. 25.*

[d] *Catechiſmus Trident. de hoc præcepto.*

Præceptum.

Præceptum. 5. [Honora Parentes.]

Aduerſarius. [a] Poſsit filius vxorem ducere ſe dignam, inuitis Parentibus, ſine peccato mortali. [f] Licebit filijs, inuitis Parentibus, ad Religionem (*Monaſticam*) tranſire, poſtquam ad annos pubertatis, id eſt, ætatis ſuæ 14. peruenerint: niſi Parentes in tali neceſsitate ſint, vt non poſſint, ſine auxilio filiorum, viuere. *Præpropera hæc & periculoſa libertatis aſſertio, nec profectò video quid dici, vel ad infringendam Parentum autoritatem, vel ad filiorum licentiam & inſolentiam alendam patrocinandamque, permitiòſius poſſit: quaſi Iuuentuti concedatur, priuſquam ex ephebis exceſſerint, ius paternum excutere, vt ſuo animi arbitrio obſequantur: quaſi maior hîc pubertatis quam prudentiæ ratio habeatur.*

Aduocatus. [g] Parentes honoramus, cum noſtras rationes ad eorum arbitrium voluntatemque conferrimus, conſilia eorum non modo exquirimus, verum etiam SEQVIMVR. *Sed illud paradoxon longè execrabilius eſt, quo Patrum autoritas nequiter labefactatur.*

Aduerſarius. [h] Præſunt Reges Chriſtiani hominibus Chriſtianis, non vt Chriſtiani, ſed vt homines politici; nam vt omnes Chriſtiani, ſunt Eccleſiaſticis ſubiecti. *Quatenus verò ſubiecti?* [i] Ita vt Pontifex Romanus ſuo iure poſsit Principes ſeculares excommunicare, & aliquando, ſi ita ei viſum eſt, regnis ſujs priuare. *Hac in parte quid Subditis incumbit?* [k] Qui tenebantur alijs obnoxij vinculo fidelitatis, vel iuramenti, liberabuntur tali vinculo, ſi is inciderit in excommunicationem; ea durante, etiam abſoluuntur Debitores ab obligatione ſoluendi debitum Creditori, non re, ſed verbis contractũ.

Ecquid preterea? [l] Volumus & mandamus vt aduerſus Reginam hæreticam & excommunicatam Subditi arma capeſſant. *Impium, quamuis Pij, decretum. hic hic eſt equus ille Troianus, ex quo tot armati paricidæ adprincipes ſuos necandos prodierunt. Ius hoc quàm non antiquum ſit, ſupra diximus: quàm inſuper iniquum paucis expediemus. Aduocatus.*

[a] *Tollet. Inſ. lib. 5. Inſtruct. Sacerd. cap. 1.*
[f] *Bell. lib. 2. de Monach. ca. 36.*
[g] *Catechiſmus Tridentinus in hoc præceptum.*
[h] *Bell. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 7. §. At inquies.*
[i] *Bell. lib. 5. de Rom. Pont. cap. 6. & 7.*
[k] *Tollet. Inſ. lib. 1. de Inſtruct. Sacerd. cap. 13.*
[l] *Bulla Pij 5. aduerſus Elizabetham Angliæ Reginam.*

[a] Principes aliqui sunt sui iuris, Rex Galliæ & Rex Hispaniæ, qui in temporalibus NVLLVM agnoscunt superiorem, nec possunt PRIVARI suo IMPERIO. [b] Rex Hispaniæ Philippus, iam-iam, moriturus, coronam manibus apprehendens, oculis in cœlum defixis, TIBI, inquit, Domine DEVS, coronam meam reddo, à quo eam accepi. *Iure igitur hæreditario immediatè à Deo Rex constitutus erat, quo is re etiam Rex Angliæ gaudet.* [c] Te, Rex, permagni omnes existimarunt, cuius potestas, maiestasq; est in terris SECVNDVM DEVM maxima. [d] Hic Rex Henricus Pontificis minis factus irritatior, (ad VETVS illius Regionis EXEMPLVM) Regnum a iure Pontificis asserebat, & VTRIVSQVE STATVS SVPREMAM potestatem sibi vendicabat. *Prodeat iam rebellionis omnis caput.* [e] Rodulphus Comes Reinfeldensis, Henrico Imperatore Anathematis fulmine percusso à GREGORIO 7. ROMANO PONTIFICE, à quibusdam Rex creatus est, contra Henricum Imperatorem bella gessit, tandem in prælio abscissa est eius dextra: domum rediens EPISCOPIS & Magistratibus truncum manus ostendens, hac inquit, FIDEM (*audite eo morsu*) Domino meo Henrico dedi, & turpitèr violaui; condignam igitur accepi PERIVRII mercedem, ecce in quo me loco, MONITA VESTRA sequentem, collocâstis? vtinam. &c. *Egregium sanè exemplum cùm Christiana conscientiæ tum etiam Antichristianæ, perfidiæ, huiusmodi seditionum bucinatores aliquos quæritis?* [f] Arnoldus ab Academia Parisiensi ad hoc munus designatus, litem IESVITIS intendit, accusationis articulus secundus fuit, eos votum susscipere obediendi suo Generali, qui si dixerit INTERFICE REGEM FRANCIAE, cundum est. In publicis concionibus LAVDARVNT factum Iacobi Clementis Regis Henrici 3. interfectoris. Autores erant mortis Regis Lusitaniæ Sebastiani. *Tam exploratum est hoc malum, vt hominibus tacentibus, saxum ipsum Parisiense loquatur.* [g] Iohannes Castellus nefandus Parricida Regem Henricum, 4. confodere voluit: pulso propterea, totâ Gallia

[a] *Tolossanus vtriusque iuris doctor. lib. 25. de Rep. cap. 5.*

[b] *Vir Hispanus in libro, quem de morte Philippi nuper edidit.*

[c] *Lodouicus Viues ad Henricum 8. Angliæ Regem, (tunc Lutheri Antagonistam acerrimum) epist. dedic. ante libros Aug. de Ciuit. Dei.*

[d] *Courtius Micerinus in epist. de morte T. Mori, & Episcopi Roffensis.*

[e] *Abbas Spurgensis anno Dom. 1080. Helmoldus, Cranzius, Bonfinius, & alij eandem historiam referunt.*

[f] *Gallo Belgicus tom. 2. li. 20.*

[g] *Saxum in Parisiis erectum, seu, monumentum Paricida Castelli, tum etiam factionis Iesuitica.*

Gallia hominum genere (*Iesuitas significat*) Novae & Malificae superstitionis, qui remp. turbabant, quorum instinctu piacularis Adolescens dirum facinus instituerat. *O quot huius generis faces infestissimas in nostri seculi miraculum, Reginam* Elizabetham, *injectas Anglia vidit, sed &, Dei beneficio, extinctas! Optandũ est vt idem tumulus, qui Reginæ corpus contexit horum hominum malitiam obruisset, sed (heu!) optandũ, nam iam nuper.* [a] Hispaniæ Legatus, regem Angliæ mitiorem aliquandò Iesuitis reddere studens, interrogat quid causæ Rex habuerit, quòd tam asperam in Catholicos sententiã tuliſſet; Rex igitur vt causam proscriptionis istius Legatus cognosceret, literas prælegi curauit, quibus de Conspiratione in Regis & regni pernitiem facta prolixè proscriptum erat: auditis his literis; Legatus obticuit, nihil ampliùs in causa Catholicorum agere expetens. *Longè senior fuit Ethnica disciplina, quia.* [b] Contra Tyrannos vult Liuius scutum, magis quam gladium sumendum: nimirùm, vt inimicos imbres & tempestates, & tonitrua, ita Principem luxu diffluentem ac tyrannidem exercentem, precibus emendare, aut (*patientiâ*) ferre debemus.

[a] *Gallo-Belgica t. Tom. 5. lib. 4. §. Sub initium.*

[b] *Toloſſanus lib. 25. de Rep. cap. 5. ex Liuio lib. 3.*

Capvt. XIIII.

Præceptum. 6. Non Occides.

Aduersarius. [a] Cum quis motu repentino correptus, adeò vt non sit rationis compos, alium occiderit, à peccato mortali liber est. [b] Hæc diximus de homicidio cum Intentione occidendi. [c] Cum homo profert verbum contumeliosum, non ex plena deliberatione, non est mortale peccatum; vel si adsit plena deliberatio, tamen sit inter personas parui momenti, vt inter Mulierculas. *Et quod magis stupeas.* [d] Cum homo irâ aliquâ, vel altâ animi passione, non aduertens verba, quæ proferebat, protulit Blasphemiam, non est peccatum mortale, nisi

[a] *Tolletus Inſt. Sacerd. lib. 5. de Inſtr. cap. 6. §. Tertia causa.*

[b] *Cap. 2. in initio.*

[c] *Idem cap. 9.*

[d] *Lib. 4. cap. 13. §. Circa.*

[a] Principes aliqui ſunt ſui iuris, Rex Galliæ & Rex Hiſpaniæ, qui in temporalibus NVLLVM agnoſcunt ſuperiorem, nec poſſunt PRIVARI ſuo IMPERIO. [b] Rex Hiſpaniæ Philippus, iam-iam, moriturus, coronam manibus apprehendens, oculis in cœlum defixis, TIBI, inquit, Domine DEVS, coronam meam reddo, à quo eam accepi. *Iure igitur hereditario immediatè à Deo Rex conſtitutus erat, quo iure etiam Rex Angliæ gaudet.* [c] Te, Rex, permagni omnes exiſtimarunt, cuius poteſtas, maieſtaſq; eſt in terris SECVNDVM DEVM maxima. [d] Hic Rex Henricus Pontificis minis factus irritator, (ad VETVS illius Regionis EXEMPLVM) Regnum a iure Pontificis aſſerebat, & VTRIVSQVE STATVS SVPREMAM poteſtatem ſibi vendicabat. *Prodeat iam rebellionis omnis caput.* [e] Rodulphus Comes Reinfeldenſis, Henrico Imperatore Anathematis fulmine percuſſo à GREGORIO 7. ROMANO PONTIFICE, à quibuſdam Rex creatus eſt, contra Henricum Imperatorem bella geſsit, tandem in prælio abſciſſa eſt eius dextra: domum rediens EPISCOPIS & Magiſtratibus truncum manus oſtendens, hac inquit, FIDEM (*audite ἀκροάσθαι*) Domino meo Henrico dedi, & turpitèr violaui; condignam igitur accepi PERIVRII mercedem, ecce in quo me loco, MONITA VESTRA ſequentem, collocaſtis: vtinam. &c. *Egregium ſanè exemplum cùm Chriſtianæ conſcientiæ tum etiam Antichriſtianæ, perfidiæ, huiuſmodi ſeditionum buccinatoret aliquos quæritis?* [f] Arnoldus ab Academia Pariſienſi ad hoc munus deſignatus, litem IESVITIS intendit, accuſationis articulus ſecundus fuit, eos votum ſuſcipere obediendi ſuo Generali, qui ſi dixerit INTERFICE REGEM FRANCIAE, eundum eſt. In publicis concionibus LAVDARVNT factum Iacobi Clementis Regis Henrici 3. interfectoris. Autores erant mortis Regis Luſitaniæ Sebaſtiani. *Tam exploratum eſt hoc malum, vt hominibus tacentibus, ſaxum ipſum Pariſienſe loquatur.* [g] Iohannes Caſtellus nefandus Parricida Regem Henricum, 4. confodere voluit: pulſo propterea, totâ Gallia

[a] *Toloſſanus triumſque iuris doctor. lib. 25. de Rep. cap. 5.*

[b] *Vir Hiſpanus in libro, quem de morte Philippi nuper edidit.*

[c] *Lodovicus Viues ad Henricum 8. Angliæ Regem, (tunc Lutheri Antagoniſtam acerrimum) epiſt. dedic. ante libros Aug. de Ciuit. Dei.*

[d] *Courius Micerinus in epiſt. de morte T. Mori, & Epiſcopi Roffenſis.*

[e] *Abbas Vſpurgenſis anno Dom. 1080. Helmoldus, Cranzius, Bonfinius, & alij eandem hiſtoriam referunt.*

[f] *Gallo Belgicus tom. 2. li. 20.*

[g] *Saxum in Pariſiis erectum, ſeu, monumentum Parricida Caſtella, tum etiam factionis Ieſuitica.*

Gallia hominum genere (*Ieſuitas ſignificat*) Novae & Malificae ſuperſtitionis, qui remp. turbabant, quorum inſtinctu piacularis Adoleſcens dirum facinus inſtituerat. *O quot huius generis faces infeſtiſſimas in noſtri ſeculi miraculum, Reginam* Elizabetham, *injectas Anglia vidit, ſed &, Dei beneficio, extinctas! Optandũ eſt vt idem tumulus, qui Reginæ corpus contexit horum hominum malitiam obruiſſet, ſed (heu!) optandũ, nam iam nuper.* [a] Hiſpaniæ Legatus, regem Angliæ mitiorem aliquandò Ieſuitis reddere ſtudens, interrogat quid cauſæ Rex habuerit, quòd tam aſperam in Catholicos ſententiã tuliſſet; Rex igitur vt cauſam proſcriptionis iſtius Legatus cognoſceret, literas prælegi curauit, quibus de Conſpiratione in Regis & regni pernitiem facta prolixè proſcriptum erat: auditis his literis; Legatus obticuit, nihil ampliùs in cauſa Catholicorum agere expetens. *Longè ſanior fuit Ethnica diſciplina, quia.* [b] Contra Tyrannos vult Liuius ſcutum, magis quam gladium ſumendum: nimirùm, vt inimicos imbres & tempeſtates, & tonitrua, ita Principem luxu diffluentem ac tyrannidem exercentem, precibus emendare, aut (*patientiâ*) ferre debemus.

[a] *Gallo-Belgicus Tom. 1. lib. 4. §. Sub initium.*

[b] *Toloſſanus lib. 25. de Rep. cap. 5. ex Liuij lib. 3.*

Caput. XIIII.

Præceptum. 6. Non Occides.

Aduerſarius. [a] Cum quis motu repentino correptus, adeò vt non ſit rationis compos, alium occiderit, à peccato mortali liber eſt. [b] Hæc diximus de homicidio cum Intentione occidendi. [c] Cum homo profert verbum contumelioſum, non ex plena deliberatione, non eſt mortale peccatum; vel ſi adſit plena deliberatio, tamen ſit inter perſonas parui momenti, vt inter Mulierculas. *Et quod magis ſtupeas.* [d] Cum homo irâ aliquâ, vel altâ animi paſſione, non aduertens verba, quæ proferebat, protulit Blasphemiam, non eſt peccatum mortale, niſi

[a] *Tolletus Ioſ. lib. 5. de Inſtr. Sacerd. cap. 6. §. Tertia cauſa.*

[b] *Cap. 2. in initio.*

[c] *Idem cap. 9.*

[d] *Lib. 4. cap. 13. §. Circa.*

homo aſſuetus ſit blaſphemare. *Hæc omnia Ieſuita quibus, mea ſententiâ, docet licere homini hominem quodammodò exuere, & induere ferinatem belluinam: quo nullus vnquam Ethnicus quicquam ſomniauit deformius. In hoc genere homicidij Scripturæ vox eſt.* * Sanguis ſanguinem exigit; *Non veniale dicitur, quod morte mulctatur. homicidij, imò & parricidij, praxin veſtram in ſuperiori præcepto expoſui.*

Præceptum. 7. [Non mæchaberis.] *De Adulterio quoad votum.*

* *Greg. Valent. Ieſ. lib. de Cœlibatu. cap. vlt. in fine.*

† *Coſterus Ieſ. Enchirid. tract. de Cœlibatu. cap. 15.*

* *Cor.*

‡ *Platina in vita Pij 2.*

§ *Caſſander lib. Conſult. art. 25.*

‖ *Caſſander lib. Conſult. art. 23.*

Aduerſarius. * Etiamſi lege cœlibatus ſublatâ, quædam etiam peccata, & ſacrilegia Miniſtrorum impedierentur; tollenda tamen ipſa lex non eſt, niſi velis eadem etiam ratione alias leges diuinas & humanas tolli. † Nullo modo permittendum eſt conjugium Sacerdotibus, quia non deſunt rationes aliæ ſeruandæ caſtitatis. *Sic Ieſuita præſcriptum nobis à Deo remedium.* [* Ad vitandum fornicationem habeat quiſque ſuam vxorem.] *Minime neceſſarium eſſe ſentiunt, ac ſi Deo noſtro immortali & ſuo mortali prudentiores velint videri ſuo, inquam. Aduocatus.* ‡ Sic dixit Pontifex Pius. 2. SACERDOTIBVS magna ratione ſublatæ ſunt NVPTIAE, MAIORI RESTITVENDAE videntur. *Etiam.* § His ſtatutis Eccleſiæ nemo obligatur, niſi quatenùs ſunt ad vitia corrigenda, & virtutem exercendam vtilia, viz. In quibus ratio legis ceſſat, ſolui & omitti poſſunt. *Deinde etiam Deo.* ‖ Fatendum eſt, grauiter à POSTERIS PECCATVM eſſe, qui cælibatus legem, pro tempore vtilem, multis in laqueum verterunt, cum Iuuenes, nondum ſibi exploratos, temerè ad miniſterium Eccleſiaſticum admiſerunt: & cum illi caſtitatis onus ſibi impar eſſe ſentirent, illi potius impuros quoſdam concubitus diſſimularunt, & quodammodò probarunt, quàm vt ſinerent HVMANAM conſtitutionē eorum gratiâ mutari, qui eam, ſine offenſione diuinæ legis, obſeruare non poterant, quarè NIMIS RIGIDA hujus conſtitutionis exactione

exactione abhominanda in Ecclesia scandala extitisse videmus: cum tamen legis illius causæ non solùm hodiè cessarunt, sed etiam in contrarium conuersæ sunt, cum iam omni flagitio fenestra aperta esse videatur: vndè debet Ecclesia facere sicut bonus medicus, vt si medicina, experiencià docente, magis obsit quam prosit, EAM TOLLAT; idque requirit Ecclesiæ status, cum plerique homines docti & pij ad continentiæ obseruationem astringere se nolunt, infirmitatis suæ conscij; quo fit, vt paucissimi Adolescentes, pietatis indole præditi, ad Theologiæ studium se adjungant. Quarè si vnquam tempus fuit antiquæ consuetudinis immutandæ, certè HAEC TEMPORA IMMVTATIONEM aliquam efflagitare videntur, vt summum castitatis gradum conscendere qui non possint, in secundo CASTI CONIVGII gradu consistere permittantur. *Occurrit subindè, cum in Thesi, tum etiam in praxi vestra, turpissimum scortationis lenocinium.*

Thesi.

Aduersarius. [1] Melius est scortari & vri, quam post vnam fornicationem, votum Cœlibatus violando, ad nuptias transire. [2] Sacerdos, si fornicetur, aut domi Concubinam foueat, etsi peccat, grauiùs tamen peccat, si contrahat Matrimonium. primò, quia voto Castitatis solenni iniuriam facit: secundò, quia Ecclesiam grauiùs vulnerat. tertiò, inuerecundiùs scortatur. quartò, obstinatâ voluntate magis in peccato perseuerat. [3] Cum dicit Apostolus, [Melius est nubere quàm vri.] VRI non idem significat quod flamma libidinis vri, hoc enim per se malum non est, imò materia potius victoriæ: sed significat flamma libidinis superari, & in peccatũ mortale labi. *O Iesuitas! quasi hoc a Deo præscriptum remedium huiusmodi sit, quo tantùm homini lapso succurratur, non occurratur etiam labenti: dogma lupanaribus dignum, quod ex eo refutatur, quòd Coniugatus, qui post votum suscipitur, minùs quam Concubinatus puniri debet.*

[1] *Bell. lib. de Monach. ca. 34.*
[2] *Cofterus Iesuit. Enchirid. tract. de Cœlibatu.*
[3] *Greg. Valent. Iesuit. lib. de Cœlibatu. cap. 6. §. Quartum argumentum. eodem modo Bell. lib. 2. de Monach. cap. 30. in prine.*

[a] *Cassander lib. Consult. art. 23.*
[b] *Cap. 1.*

Aduocatus. [a] In Conc. [b] Neocæsarienſi MAGIS punitur Sacerdos, qui FORNICATVR poſt votum QVAM QVI publicè CONTRAHIT: Idem ſtatuitur Can. 6. Conc. generalis. Iam eò res redijt, vt vix centiſimum inuenias, qui ab omni commercio fœminarum abſtineat: Populus verò ita affectus eſt, vt MARITVM Sacerdotem LEVIVS ferat, quam Scortatorem. *Secundum.* [c] Diuus Auguſtinus Baſilio æqualis permultis rationibus probauit CONNVBIA POST VOTVM contracta NON debere DIRIMI: veluti in Decret. 27. qu. 1. Cap. Nuptiarum, planè extat. [d] Vouens continentiam & poſtea vxorem ducens (quamuis mortaliter peccat) NON TENETVR ſeruare eam. [e] NOSTRA VERÒ Eccleſia iamdiù cohabitationem Sacerdotum cum fœminis tolerat, quod haud ſecùs atque ipſum Coniugium, Eccleſiæ ſtatutis prohibetur. [f] Si quis perpendat horum temporum ſtatum, quam innumeri ſunt Monachi publicè inceſti, & impudici, fortaſsis Iudicabit MAGIS EXPEDIRE, vt ijs, qui prorſus non continent, ius fiat publici Matrimonij: ſed etiam atque etiam vereor, nè cenſus Eccleſiaſtici caſtrent Clericos verius quam pietas. *Vos verò. Aduerſarius.* [g] Quicquid ſenſerint multi antiqui Autores, an ſit verum Matrimonium poſt votum, illud NVNC certum eſt, Matrimonium contractum ab ijs qui votum fecerunt ſolenne caſtitatis, non eſſe verum, quia in Conc. Tolletano, Virgines poſt votum nuptæ, non ſolùm adulteræ, ſed etiam inceſtæ dicuntur. *Quicquid contra antiquos Autores nouitij ſenſerint, certiſſimum eſt nunc quoque ex regulis veſtris votum Cœlibatus iure poſſe infringi. Aduocatus.* [h] Eſt regula generalis ex iure naturali & diuina collecta, vt VOTVM MINORIS BONI RELAXETVR PER VOTVM MAIORIS BONI: quarè cum poſsit occurrere huiuſmodi bonum multò MAIVS, quam eſt ſeruare caſtitatem, non dubium eſt quin tunc ipſa Eccleſia, aut nomine totius Eccleſiæ Papa poſsit declarare eum in hoc caſu non teneri ad obſeruationem; quod credendum eſt feciſſe Papas cum regibus Aragonum & Poloniæ. [i] Et poteſt

[c] *Polydorus Virg. lib. 7. Inuent. cap. 2. Matrimonium poſt votum.*
[d] *Toll. Ieſ. lib. 4. Inſtruct. Sacerd. cap. 16.*
[e] *Ibidem.*
[f] *Eraſ. annot. in 1. Tim. 3.*
[g] *Maldonatus Ieſ. Summ. q. 12. art. 5.*
[h] *Idem ibid. art. 7.*
[i] *Tiraquella praef. in lib. de Poenis. num. 48. & huius poſitionis Autores plurimos citat.*

poteſt Papa diſpenſare cum Monacho & Clerico conſtituto in ſacris, vt contrahat Matrimonium. [a] Hoc Pontifex poteſt. *Diſputo. Si nuptiæ, poſt votum ſolemne contractæ, ſunt ſuâ naturâ adulteræ & inceſtæ, quo iure Papa de illis diſpenſat? ſin ſanctæ & caſtæ, quo iure eas Papa in Concilio Tolletano, vt inceſtas, damnauit? Deinde argumentor à Minore: Si autoritas humana ex cauſa cum voto diſpenſare ſine impietate poſſit, tum cauſa ipſa multò magis ab autore Spiritu Sancto,* [Melius eſt nubere quam vri.] *Concludo ex Auguſtino.* [b] Hæ igitur (*loquitur de Virginibus, quas Apoſtolus reprehendit* 1. Tim. 5.) quæ nubere volunt, & tamen non nubunt, quia impune non poſſunt, QVAE MELIVS NVBERENT, quam vrerentur, id eſt, quam occulta flamma Concupiſcentiæ, in ipſa Concupiſcentia vaſtarentur. *Nec minus verè de Sacerdote, quod alius de quouis Chriſtiano poſuit.* [c] Qui potius vult eſſe Concubinarius, quam legitimus Maritus, mauult eſſe maledictus quam Bene-dictus. *Aduoc.* [d] Turpiſsimum eſt, quòd Officiales permittunt Clericos cum Concubinis Meretricibus, & Pellicibus cohabitare, liberos procreare ſinunt, accepto ab ijs certo quotannis cenſu, atque adeò alibi à Continentibus, nam HABEANT, aiunt, SI VELINT. *Expertò credite.* [e] Sic ego illos ſupputantes aliquandò AVDIVI: Habet, inquientes, ille duo beneficia, & tres Meretrices, ſoluat, & cenſum à Sacerdotibus pro Concubinatu quotannis extorquẽt, vt apud plebem ipſam in prouerbium abiret illa eorum Concubinaria exactio, ſiue lenocinium, cum dicunt, habet aut non habet; aureum ſoluat, & HABEAT SI VELIT. *Pergit Iuriſ-conſultus.* Romana ſcorta in ſingulas hebdomadas [f] iulium Pontifici pendent, verbum Dei lenonio commento profanant: tolle, aiunt, è rep. Meretrices, & cuncta ſtupris permiſcentur. Cum tamen Iſaëlitarum reſp. per multa ſecula continentiſsimè durabat, ſicut præcepit Deus, [Non erit Meretrix, neque Scortator in Iſrael.] [g] Recentioribus temporibus Sixtus Pontifex Maximus nobile admodùm Lupanar Romæ exſtruxit.

[a] *Azorius Ieſ. Inſtit. Moral. lib. 12. cap. 7. §. Poſtremo nihil. Dilemma.*

[b] *Lib. de Virg. cap. 34.*

[c] *Epiſc. Peraldus moraliſt. de temp. cap. 15.*

[d] *Epiſcopus Eſpenſæus com. in Tit. cap. 1.*

[e] *Agrippa lib de Vanit. Scient. cap. 64.*

[f] *Certa ſumma nummi genus.*

[g] *Agrippa ibidem.*

ô Eccleſiam

O Eccleſiam ſanctam ſcilicet! nec mirum. Aduerſ. [a] Prohibetur Clericis conjugium, non ſolùm ratione eſſentiæ ſuæ, id eſt, propter contractum, qui fit ſolo animorum conſenſu, ſed ratione officij conjugalis, in quo ineſt impuritas & pollutio, non quæ peccatum eſt, ſed quæ ex peccato nata eſt, & ſanctum Matrimonium ſine turpitudine exerceri non poſsit, vt teſtatur verecundia humana, quæ ſemper ſecretum quærit, & impedit actum rationis. *Ergonè prohibitum coniugium vobis Sacerdotibus? ô verè Puritanos! ita, Bellarmine, nec mingendum tibi erit, nec dormiendum; quia ad illud locus ſecretus quæri ſolet, ex altero ſenſuum omnium actus impediri. Aduocat.* [d] Quod dicit Apoſtolus [Innuptam excogitare, quæ ſunt Dei, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.] NON ſic accipiendum eſt, vt putemus non eſſe ſanctam corpore Chriſtianam conjugem caſtam; Omnibus quippè fidelibus dicitur, Eorum [*Corpora eſſe membra Chriſti, Dei viui, & Spiritus Sancti templa] hæc Auguſtinus. *Adde illud.* *[Omnia munda mundis.] * Et *Torus IMMACVLATVS dicitur & impolutus, cum nullo adulterio fœdatur. [f] CONIVGII VSVS dicitur TORVS IMMACVLATVS.

[a] *Bell. lib. de membris Eccleſ. Milit. cap. 18.*

[d] *Epiſcopus Eſpenſæus com. in Tit. 2.*

* *1. Cor. 3.*
* *2. Cor. 6.*
* *Ribera Ieſ. in hunc locum.*
* *Heb. 13.*

[f] *Peraldus Epiſcopus tract. de Temperantia.*

CAPVT. XV.

Præceptum. 8. Non furtum facies.

Aduerſarius. [a] Pauperes non faciunt furtum, cum preſsi extrema neceſsitate, rem alienam capiunt, quia res tum proprie non eſt aliena, ſed communis vitæ periclitantis: nec neceſsitas extrema eſt, quæ iam fere non poteſt admittere remedium, vt cum Pauper exhalat animam; ſed cum vix alia ratione poteſt ſubueniri: Præclare *Ambroſius, Eſurientis, inquit, panis eſt, quem tu retines: nudorum veſtimentum eſt, quod tu recludis; miſerorum pecunia eſt, quam tu in terram defodis. *Præclarè veneratus Ambroſium, vt ferè omnia, tu verò inſcitè Ambroſii teſtimonio abuteris.*

[a] *Maldonatus Ieſ. in Summula q. 8. art. 3.*

* *Ambroſ.*

abuteris. Ambrosius debitum charitatis in diuitibus exigit, tu verò Pauperibus ascribis debitum proprietatis: Consule, quaeso, quamuis vel scriptam vel in hominum cordibus inscriptam legem diuinam, & doce, si potes, vbi, meum, & Tuum aliena necessitas, & non cuiusque proprietas fecerit. pergitis. [b] Is qui iusto precio non potest vendere vinum, vel propter iniquitatem Iudicis, vel propter Emptorum malitiam, qui conueniunt inter se, vt pauci emant, ad pretium remittendum; tunc possit minuere mensuram, aut paululum aquæ miscere, ac vendere pro puro, & completa mensura, iusto exigendo pretio, dum-modò non dicat mendacium: quod-si dicat, non erit mortale peccatum. *Docet Iesuita dolum dolo, tanquam diabolum diabolo, expellere; & inter se, tanquam legitimum & nobile par vitiorum copulauit, Furtum, & mendacium: hic homo dignus est, scil. quicum mices in tenebris. Aduocatus.* [c] Grauius est furti genus fallaces & corruptas merces vendere pro veris.

[b] *Tolletus Iesuita Instruct. Sacerd. Tract. de septem peccatis. cap. 49. Mendacium sine mortali peccato Iesuita ponit in hoc ipso mentiens & mortaliter peccans.*

[c] *Catechismus Trident. in hoc præceptum.*

Præceptum. 9. [Falsum testimonium non dixeris.]

Aduersarius. [d] Cum in judicio probatur aliquis esse nocens, quem Iudex in priuata sua persona innocentem esse nouit, quamuis sunt in hac quæstione variæ opiniones, tamen communior & verior est, quod Iudex licitè possit damnare Innocentem. [e] Nec peccat, si aliquem damnat secundum legem, licet ipse sciat eum esse innocentem. *Nimirùm vobis ea sententia verior esse videtur, quæ veritatem opprimit, & partem damnat innocentem: qui sic Iudicem instruit, Pilatum prorsus absoluit: nullusne Catholicus ab hac sententia abhorruit? Aduocatus.* [f] Alia est quorundam opinio. *Nec cæca illa quidem, præsertim tanto rationis lumine illustrata. quæritur enim cur Iudex nequit quempiam extra iurisdictionem suam interficere, quamuis morte dignum. Respondes.* [g] Quia Iudex non habet aliam autoritatem, quàm quam accepit a Republica. Resp. Autem non po-

[d] *Tolletus Iesuita lib. 5. de Instruct. Sacerd. cap. 56.*

[e] *Maldonatus Iesuita Summula quæst. 7. art. 3.*

[f] *Tolletus quo supra.*

[g] *Maldonatus Iesuita quo supra.*

teſt majorem dare, quam ipſa habet, non habet autem autoritatem quampiam niſi inter terminos ſuos. Nec Reſp. poſsit eum occidere, quem conſtat eſſe innocentem. *Aſſumo at Deus Reipublicæ hos Iudicy terminos præſcripſit.* [a] Qui iuſtificat impium, & qui juſtum condemnat, vterque abhominabilis eſt Deo. *Ergo ex autoritate Reipublicæ Iudex damnandi Innocentem ius non habet. Plura de mendacio, imò etiam pro mendacio, teſtimonia veſtra Claſſes precedentes abundè ſuppeditant.*

[a] Prou. 17. 15.

Præceptum vltimum. [Non Concupiſces.]

Aduerſarius. [b] Si quis deſideret habere pollutionem ob finem bonum, vt ob ſanitatem, aut ad leuandas tentationes carnis, quibus interdum affligitur, non eſt peccatum. *En igitur tentationum remedium morbo ipſo noxius nam. Aduocatus.* [i] Eſt prorſus mortale peccatum. *Horum omnium qui velit ſynopſin colligere, ſentiet profectò Romanam Eccleſiam bis miſeram eſſe, tum quod ſancta non eſt, tum etiam quod non ſentit, quàm non ſancta ſit. quod in nota Decima adhuc erit manifeſtius.*

[b] Tolletus Inſt. lib. 5. Inſtruct. cap. 13.

[i] Dom. Soto, 4. diſt. 12. qu. 1. art. 7.

Caput. XVI.

De nota 9. *ſecundùm* { *Theſin*, *Hypotheſin*,

Aduerſarius. [a] Efficacia doctrinæ eſt nona nota Eccleſiæ. vt Pſal. 18. [Lex Dei eſt conuertens animas.] & Heb. 4. [Sermo penetrans vſque ad diuiſionem animæ, & Spiritus.] *Locus primus de interna Spiritus virtute loquitur, qua, cum ſit interna, Nota ignota videri poſſit: Locus alius non de doctrina Chriſti, ſed Chriſto doctore propriè exponitur. Aduocatus.* [b] Multi interpretantur, vt ſermo Dei ſit doctrinæ

[a] Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 12.

[b] Ribera Ieſ. com. in Heb. 4. num. 15.

ctrinæ Dei, quam EXTERIVS loquitur Deus. [d] ALII verò ipsum filium Dei esse volunt: & sanè si verba Apostoli sigillatim consideremus, AD CHRISTVM proprie & accommoditissime referuntur. *Tu Pergis. Aduersarius.* [e] Olim Ecclesia Apostolica breui tempore per homines cõemptibiles externâ specie, sine pompa verborum, totum Mundum traxit, non ad delicias carnis, sed ad res credendas supra omnem rationem, & ad crucem. *Olim reuera, sed olim, nam Ecclesiæ Apostolicæ hoc proprium fuit. quia Aduocatus.* [f] Ex historijs manifestum est, quibus in Regionibus Apostoli prædicauerint Euangelium: B. Petrus in Iudæa, Antioch. Galat. Cappad. Al. Bythin. Rom. &c. Paulus ab Hierosolyma prædicauerat vsque ad Illyricum, postea Romæ, per Italiam, in Hispan. Iohannes in Iudæa, & in Asia minori: Andreas in Scythia, Europa, Epiro, Thrasia, Achaia: Iacobus frater Domini in vrbe Hierosolyma: Philippus in Scythia, Phrygia: Bartholomæus in India citeriori, in maiori Armenia: Matthæus in Æthiopia: Thomas apud Persas, Brachmanes, Hyrcanos, Bactros, Indos: Simon in Mesopotamia: Iudas in Ægypto, & ambo posteà in Persida. Matthias in interiori Æthiopia, simul cum Paulo in Syria, & in multis Europæ, & Asiæ regionibus, ac deinceps in Cypro. *Secundo. Quamuis hæc sola Ecclesiæ Apostolicæ nota propria, tamen, etiam vel Apostolica, perpetua non fuit.* [g] Sonus Euangelicus in OMNEM terram exijt, sed GRADATIM, SVISQVE TEMPORIBVS, secundum æternum Consilij decretum. *At nec semper fuit, quod* gradatim *esse cœpit, & quod semel factum est (vt in* omnem terram *exiret) posteaut fiat non est expectandum: quia, non multis post Christum seculis, efficax error fuit, & ante aduentum Christi erit (heu!) efficacissimus. primum. Aduocatus.* [h] Ariani Hæretici totas Ecclesias Orientales & Occidentales occupabant: Ariana hæresis ab ortu solis & meridie transiuit in Aquilonem, & totum fere Occidentem infecit, & pene in toto Orbe dominabatur. *Secundum. post Apostolorum tempora efficaciam etiam Erro-*

[d] *Videm Autores allegat Cyprian. Augustinum, Theodoret. Oecum. Cyrillum, Ambrosium, Thomam, Lyranum, Caietanum.*

[e] *Bell. quo supra.*

[f] *Pererius Iesuit. com. in Rom. 10. num. 27. Efficacia ministerij apostolici.*

[g] *Acosta Iesuit. de Salut. Infidelium lib. 1. cap. 2. pag. 118.*

[h] *Valentianus Iesuit & alij. vide supra lib. 1. cap. 15. Efficacia erroris.*

ris magnam fore Scriptura prænunciat. * 2. Theſ. 2. [Ideo miſit illis Deus ἐνέργειαν, Efficaciam, ERRORIS, vt credant mendacijs.] [b] Id eſt, Efficaciam Erroris intùs operantem, in pœnam peccati. *Et.* * Ioh. 5. [Ego veni in nomine Patris, & non recepiſtis me; alius veniet in ſuo, & eum recipietis] [c] Is alius erit Antichriſtus, hunc RECIPIENT. Sic omnes Patres exponunt. *Denig.* [d] Meretrici OMNES REGES TERRAE PRAESTABVNT obſequium. *Vt olim tempore Ahab, ad quem decipiendum Spiritus erroris cum ſatis promptus fuit, audit;* * Ibis & prævalebis. *Hactenus de Theſi.*

* 2. Theſ. 2.

[b] *Caietanus in hunc locum.*

* *Ioh. 5. 43.*

[c] *Maldonatus Ieſ. comm. in eum locum.*

[d] *Ribera Ieſ. in Apoc. 18. 3.*

* *1. Reg. 22.*

CAPVT. XVII.

Hypotheſis. 1. de Efficacia doctrinæ In Eccleſia Romana; tùm antiquâ, tum-etiam moderna.

De priore.

[a] *Bull. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 10.*

[b] *Polydor. Virgilius hiſt. lib. 1. cap. 1.*

[c] *Ibid. lib. 2. Anglorum converſio.*

* *Beda hiſt. Angl. lib. 2. cap. 2.*

* *Beda ibid.*

Aduerſarius. [a] Tempore Gregorij primi Anglos multos Paganos à Monachis Pontificijs conuerſos fuiſſe ad fidem Chriſti, teſtantur Centuriatores. *Aduocatus.* [b] Britannia ab initio Euangelij Chriſtianam pietatem, teſte Gilda, complexa eſt, quam mordicùs ſemper tenuit, inter ſæuiſſimas Impetatorum perſequutiones. *Cuius opera?* [c] Britannia, operâ Ioſephi Ariminenſis, prouinciarum omnium prima publicè Euangelium recepit. *Secundò, hoc ipſo ſeculo, de quo agitur, ipſius Angliæ bona pars Chriſtiana erat:* * Non enim Paſchæ diem Dominicum, niſi decima-quarta Lunæ, obſeruabant. *Hoc eſt, contra Eccleſiæ Romanæ ritum, pro more Orientalis Eccleſiæ. Tertiò, Auguſtinus Monachus Pontificio, non Apoſtolico Spiritu eos ambiebat.* * Venerant ſeptem Epiſcopi, & plures viri doctiſſimi, qui decreuerant, ſi Auguſtinus prior illis appropinquantibus aſſurrexiſſet, tanquam Sanctum Chriſti, illum obtemperanter

ranter audiuiſſent, ſin minùs, iuxta conſilium Anachoritæ, eum ſpernerent. factum eſt, vt illis venientibus Auguſtinus ſederet in ſella, quod illi notantes, eum notantes ſuperbiæ, illum noluerunt agnoſcere. *Placetne Gulfridum Aduocatum admittere?* [d] Miſſus eſt Auguſtinus Monachus à Gregorio iu Britanniam, vt Anglis Dei verbum prædicaret: in parte autem Britanniæ adhuc viuebat Chriſtianitas, poſtquam venit Auguſtinus Monachus in Angliam, in Britannorum prouincia inuenit ſeptem Epiſcopatus, Archiepiſcatum vnum, inter cæteras Ciuitates erat nobiliſſima Bangor, in qua Monaſterij Abbas Dinoch, petenti Auguſtino ſubiectionem, diuerſis argumentis oſtendebat ipſos NVLLAM SVBIECTIONEM debere. Edelbartus Rex, vt vidit Britones ſubiectionem DENEGANTES, Edelthredum regem Northumbriorum inſtimulabat, vt, collectâ magnâ Militum manu, illum Abbatem, & cæteros Clericos perditum iret: ſic vno die mille ducenti Monachi martyrio coronati ſunt. *Efficax ſanè hæc conuerſio, per quam factum eſt, vt viri Chriſtiani vitam cum morte, mortem cum immortalitate commutarent. vos venerab. Bedam vt murum aheneum opponitis, ſed* [e] Magni Autores labuntur interdum, & oneri cedunt, vulgoque interdum indulgent: quæ ego de Gregorio & Beda iure fortaſſe dicere poſſum, quorum ille in hiſtoria Anglorum, hic in Dialogis vulgo iactatata & credita miracula ſcribunt. *Quid verò de Scotis ſentiendum?* [f] Scoti & alij vetuſtiſſimi Chriſtiani Paſcham, NON ROMANO, ſed Orientali ritu celebrabant. *De Francis. Aduerſarius.* [g] Franci per S. Kilianum, iuſſu Canonis Papæ, ſeculo ſexto erant conuerſi ad fidem. Anno Domini 686. Germaniæ magnæ pars per Bonifacium Epiſcopum, tempore Gregorij 2. acceſsit ad fidem. *Itaù? Apoſtolis ipſis, & eorum Diſcipulis detrahitis, quod Pontificijs veſtris tribuitis? nam ferè cuiuſq; Nationis conuerſio prima ad fidem Apoſtolorũ ætate contigit. Aduoc.* [h] In primo-genia Eccleſia (atteſtantibus non paucis, ac etiam Tert. in lib. aduerſ. Iudæos, qui illius tempeſtatis erat) Perſæ, Medi, Elemiti, Meſopotamij

[d] *Gulfridus Britannus, & Cardinalis, lib. 8. de geſtis Britannorum.*

[e] *Melchior Canus loc. Theol. lib. 11. pa. 337.*

[f] *Petrus Cluacenſis in Epiſt. ad D. Bernardum. Scoti.*

[g] *Bell. quo ſupra. Franci.*

[h] *Faber Stapulenſis in præf. comm. ſui in Euang.*

ris magnam fore Scriptura prænunciat. * 2. Theſ. 2. [Ideo miſit illis Deus ἐνέργειαν, Efficaciam, ERRORIS, vt credant mendacijs.] ᵇ Id eſt, Efficaciam Erroris intùs operantem, in pœnam peccati. *Et.* * Ioh. 5. [Ego veni in nomine Patris, & non recepiſtis me; alius veniet in ſuo, & eum recipietis] ᶜ Is alius erit Antichriſtus, hunc RECIPIENT. Sic omnes Patres exponunt. *Demq;.* ᵇ Meretrici OMNES REGES TERRAE PRAESTABVNT obſequium. *Vt olim tempore Ahab, ad quem decipiendum Spiritus erroris cum ſatis promptus fuit, audit;* * Ibis & prævalebis. *Hactenus de Theſi.*

* 2. Theſ. 2.

ᵇ *Caietanus in hunc locum.*
* *Ioh. 5. 43.*
ᶜ *Maldonatus Ieſ. comm. in eum locum.*
ᵇ *Robera Ieſ. in Apoc. 18. 3.*
* *1. Reg. 22.*

CAPVT. XVII.

Hypotheſis. 1. de Efficacia doctrinæ In Eccleſia Romana; tùm antiquâ, tum-etiam moderna.

De priore.

ᵃ *Boll. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 10.*
ᵇ *Polydor. Virgilius hiſt. lib. 1. cap. 1.*
ᶜ *Ibid. lib. 2. Anglorum converſio.*

ADuerſarius. ᵃ Tempore Gregorij primi Anglos multos Paganos à Monachis Pontificijs conuerſos fuiſſe ad fidem Chriſti, teſtantur Centuriatores. *Aduocatus.* ᵇ Britannia ab initio Euangelij Chriſtianam pietatem, teſte Gilda, complexa eſt, quam mordicùs ſemper tenuit, inter ſæuiſſimas Impetatorum perſequutiones. *Cuius opera?* ᶜ Britannia, operâ Ioſephi Ariminenſis, prouinciarum omnium prima publicè Euangelium recepit. *Secundò, hoc ipſo ſeculo, de quo agitur, ipſius Angliæ bona pars Chriſtiana erat:* * Non enim Paſchæ diem Dominicum, niſi decima-quarta Lunæ, obſeruabant. *Hoc eſt, contra Eccleſiæ Romanæ ritum, pro more Orientalis Eccleſiæ. Tertiò, Auguſtinus Monachus Pontificio, non Apoſtolico Spiritu eos ambiebat.* * Venerant ſeptem Epiſcopi, & plures viri doctiſſimi, qui decreuerant, ſi Auguſtinus prior illis appropinquantibus aſſurrexiſſet, tanquam Sanctum Chriſti, illum obtemperanter

* *Beda hiſt. Angl. lib. 2. cap. 2.*
* *Beda ibid.*

ranter audiuiſſent, ſin minùs, iuxta conſilium Anachoritæ, eum ſpernerent. factum eſt, vt illis venientibus Auguſtinus ſederet in ſella, quod illi notantes, eum notantes ſuperbiæ, illum noluerunt agnoſcere. *Placetne Gilfridum Aduocatum admittere?* [d] Miſſus eſt Auguſtinus Monachus à Gregorio iu Britanniam, vt Anglis Dei verbum prædicaret: in parte autem Britanniæ adhuc viuebat Chriſtianitas, poſtquam venit Auguſtinus Monachus in Angliam, in Britannorum prouincia inuenit ſeptem Epiſcopatus, Archiepiſcatum vnum, inter cæteras Ciuitates erat nobiliſsima Bangor, in qua Monaſterij Abbas Dinoch, petenti Auguſtino ſubiectionem, diuerſis argumentis oſtendebat ipſos NVLLAM SVBIECTIONEM debere. Edelbartus Rex, vt vidit Britones ſubiectionem DENEGANTES, Edelthredum regem Northumbriorum inſtimulabat, vt, collectâ magnâ Militum manu, illum Abbatem, & cæteros Clericos perditum iret: ſic vno die mille ducenti Monachi martyrio coronati ſunt. *Efficax ſanè hæc conuerſio, per quam factum eſt, vt viri Chriſtiani vitam cum morte, mortem cum immortalitate commutarent. vos venerab. Bedam vt murum aheneum opponitis, ſed* [e] Magni Autores labuntur interdum, & oneri cedunt, vulgoque interdum indulgent: quæ ego de Gregorio & Beda iure fortaſſe dicere poſſum, quorum ille in hiſtoria Anglorum, hic in Dialogis vulgo iactatata & credita miracula ſcribunt. *Quid verò de Scotis ſentiendum?* [f] Scoti & alij vetuſtiſsimi Chriſtiani Paſcham, NON ROMANO, ſed Orientali ritu celebrabant. *De Francis. Aduerſarius.* [g] Franci per S. Kilianum, iuſſu Canonis Papæ, ſeculo ſexto erant conuerſi ad fidem. Anno Domini 686. Germaniæ magnæ pars per Bonifacium Epiſcopum, tempore Gregorij 2. acceſsit ad fidem. *Itan'? Apoſtolis ipſis, & eorum Diſcipulis detrahitis, quod Pontificijs veſtris tribuitis? nam ferè cuiuſq; Nationis conuerſio prima ad fidem Apoſtolorũ ætate contigit. Aduoc.* [h] In primo-genia Eccleſia (atteſtantibus non paucis, ac etiam Tert. in lib. aduerſ. Iudæos, qui illius tempeſtatis erat) Perſæ, Medi, Elemiti, Meſopotamij

[d] *Gilfridus Britannus, & Cardinalis, lib. 8. de geſtis Britannorum.*

[e] *Melchior Canus loc. Theol. lib. 11. pa. 337.*

[f] *Petrus Cluaenſis in Epiſt. ad D. Bernardum. Scoti.*

[g] *Bell. quo ſupra. Franci.*

[h] *Faber Stapulenſis in praef. comm. ſui in Euang.*

mij. Armenij, Phryges, Cappadoces, Pontini, Asiani, Egyptij, Afri, Cyrenæi, Romani, Hierosolymitani, Indi, Æthiopes, Mauri, Hispani, Galli, Brytanni, Scythæ, ignotarum Gentium Insulæ in Christum credebant, Christum adorabant. hæc Tertullianus, de fide in Christum longè latéque diffusa. [a] In Gallia S. Irenæus Lugdunensis Ecclesiæ Præsul extitit Anno Dom. 163. qui Euangelij zelo præeminebat. Is victorem Pontificem Romanum reprehendebat, &c. *Multò ante Irenæum in Gallia propagatum erat Euangelium, quippe.* [b] In 2. Tim. 4. [Crescens abijt in Gallatiam.] Gallatiam Galliam exponit Theodoretus, ita enim appellabatur antiquitùs: & Epiphanius in Gallia, non Gallatiam legendum putat: eum in Gallia rexisse Ecclesiam testantur [c] Eusebius, & [d] Nicephorus. [e] Tertul. crescentem Pauli discipulum Gallorum vocat. *Germaniam perlustremus.* [f] Etiam Germanicarum Ecclesiarum meminit Tertullianus, & ante illum [g] Irenæus: quin etiam Thomam in Germania prædicâsse, autor est [h] Hieronymus. [i] Redeat Germania ad eam fidei puritatem, quam ab Apostolorum discipulis AB INITIO didicit. *Ad Hispaniam deflectamur.* [k] Paulum in Hispania prædicâsse plurimorum Autorum autoritate confirmatur. [l] In Hispania prædicâsse Iacobum minorem testatur Isidorus: atque etiam in Hibernia, testis est Vinc. Lyrinensis. *Omnium iam Regionum quasi succinctam synopsin contemplemur.* [m] Admirandus profectò est Pauli circuitus, quo ab Hierusalem ad Illyricum peruenisse se dicit, prædicandi Euangelij causâ: nemo profectò tantam messem colligere potuit, nisi Dei virtute adjutus. [n] Sophronius Hierusalem Patriarcha, cui subscribit Isidorus, scribit Italias, Hispanias, Gallias, Pauli transitu illustratas. *Denique, si matrem primeam quærimus, non Romam, sed Hierusalem agnoscere debemus.* [o] Hierusalem fuisse emporium fidei Christianæ, & Ecclesiæ matrem, atque nutricem probatur, Act. 1. vbi Dominus ipse dicit, Euangelium prædicandum esse per omnes Gentes, initio facto ab Hierusalem. *Quod si verò antiquus Pontificibus*

[a] *Eras. in Epist. nunc. ad lib. Irenæi.*
[b] *Episc. Espenseus in eum locum.*
[c] *Lib. 3. cap 4.*
[d] *Lib. 3. cap. 1.*
[e] *Pammelius in lib 3. Tert. adverſ. Iudæos. cap. 7.*
[f] *Ibidem.*
[g] *Lib. 1. cap. 3.*
[h] *In Catalogo. cap. Thomas.*
[i] *Lindanus Panopl. in Tab. Analyt. Tab. 1. in fine.*
[k] *Pererius Ieſ. comm. in Gen. 33. 14. & Tolletus comm. Rom. 15. annot. 15. Hiſpani.*
[l] *Pammelius quo ſupra.*
[m] *Tolletus Ieſ. quo ſupra annot. 11.*
[n] *Enſ. Eſpenſeus in 1. Tim. 4.*
[o] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 7. in princ.*

tificibus

tificibus Romanis omnia, quæ fingitis, verè concedantur; hæc tamen eorum in propagando Euangelio laus tantùm abeſt vt huic Romanæ ornamento eſſe poſſit, vt potiùs nota hæc, illi, ſuperbiæ, & tyrannidis maximæ notam neceſſariò inurat.

CAPVT. XVIII.

Hypotheſis primæ Caput ſecundum.
De Conuerſione Indorum.

Aduerſarius. Sequuntur Catholici eam doctrinæ propagandæ rationem, quam Apoſtoli primi Eccleſiæ Fundatores præmonſtrarunt, non inferendo bella, non occupando per vim terras, non mortem minitando: Chriſtus enim non armis aut humana virtute, ſed humilitate & patientiâ Martyrum Chriſtianos ſubijci voluit. *Huius prudentiæ & patientiæ veſtræ ſpecimen aliquod nobis exhibete.*

[a] *Coſterus Ieſ. Enchirid. tract. de Eccleſ. §. Non ſequuntur.*

Hoc noſtro ſeculo in nouo orbe millia Gentilium Catholici noſtri conuerterunt: etiam Iudæorum & Turcarum multi hoc noſtro ſeculo baptizantur. Mahumetani quidem multos traxerunt, ſed vi armorum, non efficaciâ doctrinæ. *Veſtrum itaque tum profectum, tum etiam modum proficiendi conſideremus, de quibus (vtinam tam verè, quam vehementèr) gloriamini: ſed*

[b] *Bell. quæ ſupra.*

Profectus (heu!) quam ieiunus?

Aduerſarius. Accuſant noſtri Indorum tarditatem ad capienda myſteria fidei, fruſtra in ijs edocendis tempus teri, denique poſt annos iam quadraginta, ab Euangelij ingreſſu, in tam immenſa turba, VIX QVEMQVAM qui Symboli duo capita intelligat, quid Chriſtus ſit, quid vita æterna; quid Euchariſtia, vel craſsè, agnoſcat: Pecudes potiùs habendos, quàm homines. verùm qui iſtà jactant, reſpondeant mihi quâ diligentiâ iſti erudiantur; recitant illis bis teruè in hebdomada Symbolum & preces, idq; HISPANICO

[a] *Acoſta Ieſ. lib. 4. de procur. Ind. ſalute cap. 3.*

Stupenda imo ſtupida Indus Catechizandi conſuetudo.

SPANICO IDIOMATE; iubentur deinqne Hiſpanica hæc diſcere, quorum nè ſyllabam quidem intelligant, & pronunciant ridiculè. Vulgaris tamen & tritus doctrinæ tradendæ iſte eſt modus, vbi exquiſitiùs res agitur: Sacerdos ſermone Indico compoſita quædam in Catechiſmi formam recitat, cum tamen ipſe linguæ Indicæ prorſus eſt infans; quod ſi peritus ſit, quod rarum eſt, tamen myſteria fidei neque explanat, neque verò ſatis nouit: quis verò VNQVAM Catechiſta rationem Auditorum exegit? Denique perindè Indis doctrina traditur, atq; cum à Medicis, ſtipis colligendæ causâ, precationes aut verſus aliqui cantillantur, qui illud tantùm ſpectant, vt dicendo ipſi ad finem vſque perueniant carminis: vtrum verò Auditores vel attendant vel delectentur, pecuniâ IAM accepta, non admodùm curant. TOTA igitur catechizandi RATIO VMBRATILIS, & Ludicræ ſimilis. *Hactenùs Ieſuita, quem cum lego, ſubit mihi illud apud A. Gellium (quod in Catechiſtas & Catechumenos præclarè conuenit) cum vnus loquitur quod alius non intelligit, ſimile eſſe ac ſi* Alter hircum mulgeat, alter cribrum ſupponat. *At in eo, inquis, efficacia Miniſterij cernitur*, quod vſq; ad animam penetrat: quod eſt conuertens animas. *Dixti. at. Aduocatus.* [a] Verè quidam noſtrum ſcripſit Pater, NON videri ſibi ad Indorum horum ANIMOS PENETRASSE EVANGELIVM, ſed ad SPECIEM TANTVM receptum: negari enim non poſſit, quin ſi intimis ſenſibus radices egiſſet, copioſos manifeſtóſque fructus cerneremus, quid enim potentius verbo Dei? quid ad immutandes homines efficacius? [b] Mihi ſanè monſtri ſimile ſemper eſt viſum, inter tot millia Indorum, Chriſtiano nomine donatorum, tam eſſe rarum, qui Chriſtum agnoſcat, vt quod [c] Epheſij olim Paulo de Spiritu Sancto reſponderunt, poſsint hi de Chriſto melius vſurpare. [Neque AN SIT CHRISTVS AVDIVIMVS.] *Hoc eſt Indos conuertere ſcz. nimirùm aſinos in Mulos, parenim eſt in vtriſque bruta ignorantia.*

[a] *Idem Ieſuita ibid. cap. 4.*

Indi etiam fideles adhuc Infidelesmanent.

[b] *Ibid. lib. 5. cap. 2.*

[c] *Act. 19.*

De

De modo Indos conuertendi.

Aduersarius. [1] Non vi armorum, non pompa verborum, non virtute humana. *Sanè, sed prorsus inhumana. Advocatus.* [2] Cum audiamus apud Indos tot hominum CAEDES, tot SPOLIA hominum alioqui innoxiorum, deturbatos tot Dominos, possessionibus, & ditionibus suis priuatos; dubitari meritò potest, iure, an iniuria hæc facta sint; timeo nè vltra res progressa est, quam ius fasque permittebat. *De facto confidenter, de iure autem loquitur hic Aduocatus hæsitanter & timidè nimis, quandoquidem* [3] Quis non videat, quam implacabile Christiani nominis odium apud Barbaros excitetur; quam graue & immedicabile SCANDALVM; tota res ista vergit in obstinatam quandam inuidiam, & ODIVM FIDEI, & certam perniciem hominum. Christus, quod non debet, tributum soluit, nè scandalizet: nos nullo modo, debitas terras, si spoliemus, vexemus, prædemur, nullumnè iustum timebimus scandalum? res ipsa satis clamat per se, omninò verum est, quod S. Gregorius scribit: Qui fidem asperitatibus propagari volunt, suas, non Dei causas probantur attendere. *Et tamen.* [1] Hispani Indos multos contra ipsorum voluntates baptizarunt. *Sed huius zeli, ignes nimis, qui potissimum Autores extiterunt? Orator Parisiensis loquatur, vos Patres Iesuita parumper attendite.* [2] Arnoldus in Synodo Parisiensi omnem tyrannidem Hispanorũ apud Indos solis Iesuitis ascribit. *Quod si verum est, Conuersionem in India vestram efficacissimam merito agnoscimus: cum satis iam constet, vos primum gladium oris in os gladij, adeoque antiquam Indiam in nouam Hispaniam, peregrinos & hospites in hostes, denique Dominos regionum ipsos Indos viuos in mortuos conuertisse; bella hæc, & planè bellica conuersio. cum vim armorum videmus, de pompa verborum non est magnopere laborandum, en verò etiam pompam verborum, sed mutorum.* [3] Proderit iam plurimum, ritus & signa, & omnem externum cultum diligenter cura-

[1] *Costerus & Bell. supra.*
[2] *Franciscus de Vict. Relect. 3.*
[3] *Acosta Iesuita quo iam supra lib. 2. cap. 4. Conuersi ore gladij.*
[1] *Ibid. lib. 6. cap. 3.*
[2] *Gallo-Belgicus hist. Tom. 2. lib. 10.*
[3] *Acosta quo supra.*

re; his quippè delectantur & detinentur homines ANIMALES. [*Neque enim prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale.] *Scripturæ ſenſum peruertis, & cauſam veſtram ſubuertis, nam animalis homo per victum animali proprium non in ſpiritualem conuertitur, ſed (vt verè dicis)* Animalis homo detinetur. *Iam verò Conuerſorum Indorum (conuerſionis argumentum expeditiſſimum) vultum nobis & expreſſam effigiem proponite.* [a] Quidam hoc noſtro tempore, habentes zelum Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, Indos ad Baptiſmum venientes indiſcriminatim admiſerunt, nulla facta inquiſitione de vita & moribus, imo nulla, aut pene nulla, ijs tradita doctrina, de vita & moribus neceſſariò ſeruandis; ſed hoc ſolo contenti, quod propoſitis fidei articulis, credere ſe reſpondeant, velle ſe baptizari. reuocare eos ab hoc errore debuit illud Chriſti, [Nolite ſanctum dare canibus.] [b] Notitia quædam tenuis Indis offertur, vt vel facilè repudietur; vel ita recipitur, vt non perniciosiùs deſeratur. *Quid ita?* Simulatoriam ſanctitatis ſpeciem præferunt, non colunt Deum ſerio, nec credunt ad Iuſtitiam. *Videtis quomodo, conuerſi Indi veſtri homines adhuc animales, vel potius animalia, viz. vel propter manifeſtam impietatem* Canes; *vel propter* ſimulatam ſanctitatem *Simij appareant? Poſtremo, nè viros Pontificios Primos Indorum Apoſtolos eſſe Arbitremur, obſtat quod.* [c] Quædam nuper in India inuenta ſunt ANTIQVA hominum Chriſtianorum millia. *Et.* [d] In India Orientali Luſitani reliquias CHRISTIANORVM inuenerunt. *Ita vt in hoc negotio poſt Apoſtolum Thomam Græca Eccleſia primas tenuerit.* [e] Socotorium Inſula, in circuitu millia paſſuũ fermè centum, tota incolitur ab ijs Chriſtianis, qui MVLTIS ABHINC ANNIS, Catholicis Sacerdotibus orbati, nihil habent præter nomen: hi Chriſtianos ſe eſſe gloriantur, & S. Thomam Apoſtolum ſanctè colunt, quod ſe oriundos prædicant ab ijs, quos ille in hiſce locis Chriſto peperit. [f] Neque deſunt qui S. Thomam Apoſtolum in Sinas penetrâſſe confirment, magnumque eorum numerum

*1. Cor. 15.

[a] *Andreas Vega opuſc. de Fide & operibus qu. 3.*

[b] *Acoſta lib. 1. de procur. Indorum ſalute cap. 2.*

Græci Epiſcopi Indis primi poſt Apoſtolos, fidem prædicarunt.

[c] *Oſorius hiſt. lib. 3.*

[d] *Staplet. lib. 1. de auctor. Script. cap. 14. §. 5.*

[e] *Xauerius Ioſ. lib. 1. Epiſt. 1. & lib. 2. Epiſt. 10.*

[f] *Lib. 2. Epiſt. 3.*

rum ad Christi fidem conuertisse: nam, PRIVSQVAM LVSITANI Indiam in suam redegissent ditionem, GRAECA ECCLESIA eò mittebat Episcopos, qui Christianos, S. Thomæ, ejúsque Discipulorum opera propagatos, tuerentur. Cum primùm igitur Lusitani Indiâ potiri cœperunt, vnus EX GRAECIS EPISCOPIS, quos dixi, affirmâsse fertur, se cognouisse ab alijs Episcopis, quos in India inuenerit, S. Thomam Sinarum fines ingressum Euangelio diuulgato Indigenas plurimos Christo peperisse. *Hanc igitur Conuersionis gloriam Graci vobis facile præripient. Hæc de Indis. Vos etiam, nescio quid, de Iudæis mussitatis.* *Aduersarius.* [f] Millia Iudæorum Romæ singulis annis conuertuntur, & baptizantur. *Aduocatus.* [t] Non quod non sit omnibus optandum, vt Iudæi omnes resipiscant, sed quod quidam ex ea re gloriæ suæ consulant, nec ea viâ pelliciunt, quâ oportet, nec pellectos ea docent, quæ veri sunt Christianismi. fit igitur, vt pro scelerato Iudæo, sceleratiorem habemus Christianum, cuius rei Hispania testis esse possit: & sunt, qui nouo exemplo armis Christianos faciunt, sed religionis ampliandæ prætextu, suis opibus, suæque ditioni consulentes: huic confine est, quod Monachorum nonnulli faciunt, qui partim actu, partim studio pietatis, sed absque iudicio, quos possunt, ad suæ vitæ institutum pelliciunt, præsertim quos augurentur sibi futuros vsui; ac miro astu rudi simplicique ætati insidiantur, quæ nondum nouit neque se, neque veram Religionem.

[f] *Bell. quo supra* § Deniq;.
[t] *Erasmus annot. in Math.* 13.

CAPVT. XIX.

Hypothesin alteram intueamur.

Aduersarius. [a] Hæretici nostri temporis armis agunt, mortem minitantur. [b] Olim in Ecclesia Apostolica per homines contemptibiles externâ specie trahebantur homines ad fidem. [c] Hoc Apostolus intelligi vult. 1. Cor. 1.

[a] *Costerus supra.*
[b] *Bell. quo supra.*
[c] *Greg. Valent. Iesuit. Analys. lib. 1. cap. 6.*

1. [videte, fratres, vocationem vestram, qui non multi sapientes secundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles.] reuincit hoc argumentum Protestantes. *Spectatum admissus, Lector; cum audis à viris Pontificijs Iesuitis & Cardinalibus aut crudelitatem aliys obijci, aut nobilitatem? Protestantes ij, qui Ecclesiam collapsam ad antiquam suam integritatem restituere conabantur, quales, obsecro, homines fuerunt? an ex nobili prosapia oriundi? Aduocatus.* [a] Vndè habent Lutherani Lutherum suum, Pomeranum, Bucerum, Menium, Munsterum, Musculum, Miconium, Oecolampadium; Martyrem, Ochinum: nonnè EX MONASTERIIS? *At (vereor vt Pontifex vester Cardinales vestros perstringat.* [c] Sicut Christus pauperes & idiotas elegit, & simplices: sic Antichristus assumet astutos & diuites. *Secundo, ducite, Protestantes quam breui tempore, quantos in prædicando progressus fecerint.* [d] In Septentrione ferè toto magna facta est à Romana Ecclesia discessio. *Hæc Confessio in palinodiam te, Bellarmine, vel inuitum impellet: quomodò, inquis.* [e] Obijciunt Protestantes doctrinam suam ideò à Deo esse, quia tot populos, tot prouincias; tot regna tam breui tempore occupauerit. Si ita liceat philosophari, magis nunc mirabimur Mahometi Alcoram in magna orbis parte tam facilè obtinuisse. *Disputo. vel ita argumentari licuit, vel non si licuit, tum Protestantibus Hypothesis sua concedenda erit; si non, tum superior tua Thesis delenda. Tertio loco expedendum est, vtrum illi armis, an magis contra arma, valuerint;* [h] Inquisitores nostri Iurisdictionem suam in Pontificum decretis fundatam crudelissimè exercent: vnam Romanam Ecclesiam, quæ (vt dicunt) errare non possit, sibi fidei scopum præfigunt, non aliud quærendo expostulantes, quam si credat in Romanam Ecclesiam; quod si quis opinionem suam defendere conetur, mox iratis buccis respondent, non esse illi negotium cum scholaribus ad Cathedram, sed cum Iudicibus ad tribunal. Cum hæreticis, inquiunt, NON ARGVMENTIS, & Scripturis, SED IGNE & fasciculis decertan-

[a] *Bell. præf. in lib. de Monach. §. Sed quid.*

[c] *Greg. Pont. Monarch. lib. 13. in Iob.*

[d] *Acosta Iesuit. lib. de nouiss. cap. 2.*

[e] *Bell. Orat. in Schola Romæ in fine tract. De bonis operibus in partic. §. Habent. Efficacia doctrina Protestantium.*

[h] *Agrippa de Vanit. Scient. cap. 96.*

Disputatores Romani argumenta ferrea, & ignaspitant.

decertandum esse. Major veteris Ecclesiæ mansuetudo, debent Hæreticũ per sacras Scripturas conuincere. *Genus, ergo, illud vestrũ arguendi Mahumeticum est, quippe.* [i] Mahumetes, ne in mala susceptа causa cedere cogeretur, omnem disputationis aditum lege suis edita præclusit. *Lex quoque vestra, instar illius Draconicæ, non atramento scripta, sed sanguine. etenim.* [k] Non impunè licet eorum placitis contradicere, aut libidini resistere, nisi quis paratus sit Martyrium subire pro Christo, hoc est, cremari pro Hæretico, quemadmodum Hieronymus Sauanarola Theologus & Propheticus vir olim apud Florentium exustus est. *Et quot, quæso, myriadas Martyrum in Belgia, Anglia, Gallia, Hispania, igneus zelus vester deuorauit? Deum precor, nè statuat vobis tanta scelera: Ecqua tandem reformationis spes subest?* [l] Dictu mirum est quas nostri tragœdias excitent, si quis contra quorundam commentitias propositiones audeat hiscere: non-nunquam Euangelica doctrina aùt supprimenda est, aut ad eorum arbitrium detorquenda. [m] Episcopi, qui debent Ecclesiæ corruptelas tollere, videtis quàm pauci nobiscum sunt; & quàm terrenam faciem potentis (*Pontificis*) extimescunt. at, si verum fateri volumus, aptiores pauperes, quam abundantes iudicio sunt faciendo quod horum diuitiæ timorem, istorum paupertas libertatem afferat. *Denique.* [n] Si superesset Tertullianus non impunè isthoc diceret, nam quas tragœdias ob similem causam, cum hæc adornaretur editio, excitatas vidimus, cum Germani negarent se quorundam expilationes diutiùs laturos; & alias indignitates per eos, qui Maiorum suorum SIMPLICITATE abusi, vicissim GLADIOS & FASCICVLOS MINARENTVR; cum potius deberent pugnare gladio spiritus, qui est verbum Dei? *Hac arte (id est, Marte) fides Romana iamdiù propugnata atq; propagata fuit: his armis exuti, quid aliud quam Larnati Milites eruis?* [o] Eo sane loco hæreses (*Protestantium dogmata orthodoxa significas*) sunt, vt non tam arte, & industria, quam Alexandri gladio eorum nodi gordij dissolui debeant; magisq; Her-

[i] *Melchior Canus loco. Theol. lib. 3. cap. 2. in principio.*

[k] *Agrippa de Vanit. Scient. cap. 61.*

[l] *Erasmus annot. in Matth. 24. 5. & ca. 11.*

[m] *Conc. Basil. Patres vt refert Aeneas Syluius de gestis istius Conc.*

[n] *B. Rhenanus in Arg. in lib. Cert. de Præscript.*

[o] *Stapletonus epist. dedic. de pace Iustificat.*

culis claua, quàm Apollinis lyra mitigari videntur. *ah, quam athleticè miles hic Pontificius, & bilioſus ſenex! Clauo Petri diffidens, clauam Herculis ſibi arripit.*

Veram Efficacie cauſam vtri magis teneant, Pontificij, an Proteſtantes?

[p] *Bell. quo ſupra.*

Aduerſarius. [p] Efficacia doctrinæ eſt nota veræ Eccleſiæ, quia VERBVM DEI eſt conuertens animas: hac Romana Eccleſia demonſtratur. *Demonſtratur eſſe omninò, ſed nouercalis, non materni ingenij. Aduocatus.* [q] In Rom. 10. [Fides ex auditu, auditus verò verbi Dei.] vbi ergò verbū negligitur, nec auditur, fidem ibi perire, & labefactari neceſſe eſt. & HODIE (proh dolor!) OMNIBVS LOCIS cernimus, vt ad tempora appropinquare videamur, de quibus Dominus. * [Putas filius hominis veniens, fidem inueniet, in terris?] qualiter in HAC TEMPESTATE legatur ſacræ Scripturæ canon, ſatis eſt manifeſtum, vbi ex indeſuetudine & indeuotione Miniſtris Eccleſiaſticis ſacra in faſtidium venerunt. [r] Manifeſtum eſt ex Apoſtolo Coloſ. 3. & Eccleſiæ ANTIQVAE PRAXI, quod vſus Scripturas legendi PVBLICVS Populo concedebatur. [t] Atque hoc eſt in diuina Scriptura omninò mirabile, neminem eſſe tam omninò rudem, & imperitum, qui ſi humiliter legat, non multa illic vtilia, veraque intelligat. [u] Ad cuius lectionem non ſolum Theologi, ſed ommes homines, pro data ſibi facultate obligantur. *Et tamen.* [x] HODIE piaculum exiſtimant *(Pontificij)*. Sacras Scripturas vulgari lingua legi. [y] HODIE merito lamentari poſſumus, cum Propheta. [Paruuli petunt panem, & non ſunt qui frangerent ijs.] *Deſinite, itaque vos efficaciam verbi iactare, per quos factum eſt, vt non modo non efficax verbum, ſed (dum eſt ſub aliena lingua, tanquam modio poſitum) nè verbum quidem eſſe poſſit.*

[q] *Epiſc. Eſpenſ. comm. in 1. Tim. digreſſ. lib. 2. cap. 11.*

* *Luc. 18.*

[r] *Epiſc. Eſpenſ. com. in Tit. 2.*

[t] *Acoſta Ieſ. lib. 3. de Chriſto Reuelato, ca. 20.*

[u] *Agrippa de Vanit. Scient. cap. 100.*

[x] *Eraſmus in Indice operum Hieron. qua perierunt.*

[y] *Epiſc. Eſpenſ. comm. in Tit. 2.*

CAPVT.

CAPVT. XX.

Nota Decima. 1. *quoad Theſin.*

Aduerſarius. [a] Decima nota eſt Sanctitas vitæ Auctorum, ſiue primorum Patrum noſtræ Religionis: ſi quis enim conſideret Magiſtros Eccleſiæ Patriarchas, & Prophetas, deinde Apoſtolos, tum Doctores, qui contra ſingulas hæreſes dimicarunt, denique Inſtitutores Religionum, inueniet omnes Sanctos, Caſtos, pios fuiſſe. *Diſertè nugaris: eò enim maximè incumbis vt notas Eccleſiæ proprias, perpetuas, omnibuſque fidelibus perſpicuas, ac infallibiles nobis exhibeas: Hæc verò externæ ſanctitatis nota (niſi per verbum regulata) nec ita propria eſt, vt ſolis Catholicis; nec ita perpetua, vt ſemper; nec ita publica, vt palam; nec ita, denique, infallibilis vt neceſſariò conueniat.*

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 13.*

1. *Non propria, quia.*

Aduocatus. [b] Donatiſtæ tam SANCTITATEM profitebantur, vt Eccleſiam eſſe negarent, vbi boni commaculantur cõmunione malorum. [c] Decipiebant ſeipſos CATHARI Hæretici, qui haberi volebant ALIIS SANCTIORES, deſpicientes alios; quique propter munditiem Catharos ſe nominabant, gloriantes de ſuis meritis. [d] Eſſæi erant Iudæi moribus, Hypocritæ mente: qui, vt Ioſephus tradit, nuptias reſpuebant, & diuitias, ac bona ſua cum Socijs communicabant; veſtitum nullum, niſi veterem, & attritum induebant; non niſi continentes in ſuam Societatem admittebant; deprehenſos in peccatis deturbabant; ſine vlla fœmina per ſeculorum millia (incredibile dictu) gens æterna, in qua nemo naſcitur. Eſſæi quaſi ὅσιοι, id eſt, SANCTI vocati. [e] Anabaptiſtæ quid non agunt, vt fidem mutuam, & charitatem ſeruent? ſuos alunt, veſtiunt,

[b] *Alphonſus de Caſtro lib. aduerſus Hæreſes. Tit. Eccleſia.*

[c] *Tolaſſanus lib. 13. de Rep. cap. 1.*

[d] *Carolus Siganius lib. 5. de Rep. Hebr. ca. 11.*

[e] *Coſterus Ioſ. Apolog. part. 3. cap. 8. §. Hem.*

ſtiunt, omnia vitæ neceſſaria miniſtrant; communem vitam, & (vt ipſi putant) APOSTOLICAM agunt.

2. *Non perpetua.*

Etenim, ſiuè præteriti temporis memoriam repetere libet, vel futuri fatalem quandam apoſtaſiam præſagire, hæc nota vtrinque vacillat: quid fuit? Aduocatus. [1] Maximam Dioceſiani perſequutionem, quam noſtri paſsi ſunt, à Deo immiſſam refert Euſebius propter deprauatos Chriſtianorum mores, MAXIME verò Eccleſiaſticorum, qui inter ſe certantes, tyrannidem potiùs quam Sacerdotium ſapere videbantur. *Quid erit?* [2] Antichriſtus futurus erit callidiſsimus, & varijs artificijs vterur ad homines decipiendos, principio eos, qui ſtudebunt pietati & religioni, capiet ſpecie & SIMVLATIONE SANCTITATIS CASTITATIS ABSTINENTIAE, PIETATIS: Antichriſtum fore Hypocritam teſtatur Hippolitus. [3] Erit in eo compoſita ad decipiendum SANCTITATIS SIMVLATIO, quæ ſolet homines parùm cautos externâ ſpecie vehementèr allicere; erit enim vel primus eorum, qui in hypocriſi loquuntur mendacium, habentes ſpeciem quandam pietatis. *Vtrum his notis Pontifex Romanus vinis coloribus depingatur, ſalutis communis plurimùm interest accuratè diſcernere.*

[1] *Platina de vita Marcellini.*

[2] *Peterius Ieſ. comm. in Dan. lib. 14.*

[3] *Acoſta Ieſ. de Temp. nouiſſ. cap. 20.*

3. *Non Conſpicua.*

Aduocatus. [1] Certum eſt ex operibus ipſorum hominum, qui nos docent, NON POSSE COGNOSCI doctrinam, cum opera interna non videamus, externa autem ſunt communia vtriſque, & propterea comparantur veſtimentis OVIVM, quibus Lupi quoque ſe tegunt: itaque Dominus, quoniam ſciebat NON POSSE diſcerni doctrinam ex opere, cum ſæpè mali bona doceant, ſic monuit, [2] "Quæ dicunt facite, ſecundùm autem OPERA ILLORVM

[1] *Bell. lib. 5. de lib. Arbit. cap. 10.*

[2] *Math. 23. 3.*

LORVM NOLITE.] *Vsque adeò nota non publica; vt vel in vno latère potuerit.* [k] Tametsi Ecclesia membra plurima sint mortua, & impia, non amittit tamen Sanctæ nomen, quandiù est vnus Sanctitatem animo colens, retinet sanctitatem, quæ tempore passionis Christi in SOLA sacratissima VIRGINE viguit. [l] NON inesse dixi, quia Apostoli alij Sancti erant; sed VIGVISSE, nempè QVOAD EXTERNVM IVDICIVM. *Ergo causa cadit.*

[k] *Costerus Iesuit. Enchirid. tract. de Eccles.* §. Cœtus igitur.

[l] *Idem in Apolog. part. 3. cap. 2.* §. Erras.

4. *Non infallibilis,*

Aduocatus. [m] Vbi agitur de periculo animæ, nihil virorum sanctitas facit, vt est apud [n] Gratianum in hæc verba, Alios ita lege vt QVANTALIBET SANCTITATE polleant, NON IDEO verum putem quia ipsi ita senserint: & ibi Glossa, Non esse considerandum quis dicat, sed quid dicatur; ad quod allegatur [o] Thomas. *Ergo, vt aduersus Bellarminum ex Stapletono concludam.* [p] Sancta est Ecclesia, at Sanctitas NON est NOTA Ecclesiæ.

[m] *Tiraquellus li. 4. de pœnis Causa 51. num. 16.*

[n] *Can.* Ego sorlis *dist.* Vbi.

[o] *2. 2. qu. 70. Art. 3. in fine.*

[p] *Stapleton. lib. 8. de doctr. princ. cap. 19.*

Dubitationis solutio quomodò Ecclesia Sancta dicenda.

Multis modis. 1. *Quoad externam iustitiam imputatiuam. Aduocatus.* [q] Quia fideles Christi sanguine loti sunt. 2. *Ex interna sanctificatione.* [r] Quia Spiritus Sancti Gratiâ vnguntur. 3. *Parte nobilissima.* [s] Quia Christus caput eorum est Sanctus Sanctorum. *Sic in conspectu Dei sancta est. Quomodo etiam coram hominibus vera eius sanctitatis nota appareat?* [t] Quia fides, qua Ecclesiæ membra inter se coalescunt, Sancta est & sacra. [u] Vbi manifestiùs iudicijs deprehenditur SANCTITAS PROFESSIONIS doctrinæ. *Quod est notam decimam cum octaua planè confundere. proximo loco à Thesi ad Hypothesin dilaberis.*

[q] *Aquinas opusc. Explic. Symb.*

[r] *Ibidem.*

[s] *Bell. lib. 3. de Eccles. Milit. cap. 9.* & *Catechis. Tridentin.*

[t] *Possuanensis Iesuit. Thesi 64.*

[u] *Costerus Iesuit. quo supra, & Valent. Iesuit. lib. 6. Analys.*

Caput. XXI.

In Hypotheſi prima, de Proteſtantium vitiis inquiritur. } *ex parte* { *tam Paſtorum, quàm omnium Fidelium.*

Primùm Lutheri cum Diabolo Colloquium exagitant.

Aduerſarius. [a] Lutherus, vt Patrem ſuum eſſe oſtendat cum, qui eſt Rex ſuper omnes filios Superbiæ, dicit ſe à Diaboli doctum, quod Miſſa priuata eſſet res mala; & Diaboli rationibus conuictum abolcuiſſe miſſam. [b] Ab Angelo Satanæ fuit in obſtinatione ſua obfirmatus. [c] Satanæ telis inſtructus ſacro-ſanctum ſacrificium impugnabat. *Preterea, de hoc Lutheri colloquio* Serarius *Ieſuita integrum librum ex profeſſo elucubrauit, qui inſcribitur* De Lutheri Magiſtro. *vt hanc veſtram* διαβολὴν, *id eſt, Calumniam, facilius obteram atq; comundam, certis quibuſdam quæſtionibus, veluti tormentis, ipſam extorquebo veritatem.*

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 13. Idem Feuardentius in Iac. 3. 15.*
[b] *Valent. Ieſ. Analyſ. Fidei lib. 1. cap. 20.*
[c] *Coſterus Ieſ. Apolog. part. 3. cap. 4.*

Quæſtio 1. Nunquid Luthero rectè vitio datur ſuum cum Diabolo colloquium? minimè. nam.

Aduocatus. [a] Ieſus Chriſtus cum Diabolo multa eſt colloquutus. *Quid Pater & Patriarcha Ieſuitarum Ignatius? Aduocatus.* [b] Id expertus fuit Pater Ignatius in fictitio illo, & OCVLATO MONSTRO, *(loquitur de apparitione Dæmonis)* quod præſens lætitiam illi afferebat, abſens contriſtabat.

[a] *Maldonatus Ieſ. Comm. in Matth. 14.*
[b] *Delrius Ieſ. diſq. Mag. lib. 2. qu. 26. §. 3.*

Quæſtio, 2. An quia Lutherus ignorabat Diabolum eſſe mendacem? non omninò. quia.

Reus. [a] Quaſi ego tres has voculas, [Diabolus eſt mendax,] ignorâſſem, niſi vos Papiſtæ eximij Theologotati monuiſſetis.

[a] *Lutherus in lib. de Miſſa priuata, in loco obiecto. §. Hic reſpondebunt.*

monuiſſetis. *Bene eſt, inquies, Cum itaque nihil Dæmon oppugnat, niſi quod odit: nihil odit, niſi quod ſanctum eſt: ſecirco Lutherum, quanto vidit Miſſam priuatam ab iſto Infernali Cerbero atrocius vehementiùs, intelligere debuit eò ſtudioſiùs ſanctiuſque eam eſſe colendam.*

3. *Quæſtio. An quia Dæmon Miſſam reprehendit, proinde ea Sancta videri debet? nullo modo. etenim.*

Aduocatus. [f] Apud Surium liquet DIABOLVM in ſpecie Angelica apparuiſſe, & ſtatim Abbatem, vt MISSAM CELEBRARET, HORTABATVR. *Videtis quibus modis hic infernalis Coluber ſeſe implicat atque innoluit? Luthero Miſſam tanquam rem execrandam, Deoque abhominabilem obijcit: Idem Abbati ad eam tanquam chariſſimam Dei filiolam exoſculandam conatur pellicere. Non, igitur, Miſſa ſancta cenſenda eſt, quod Satan illam reprehendiſſe magis, quam execrabilis quod eam approbaſſe videbatur.*

[f] *Delrius Ieſ. lib. 4. de Magia cap. 1. qu. 3. §. 5.*

4. *Quæſtio. An omnis Diaboli doctrina Diabolica cenſenda eſt? nequaquam.*

Aduocatus. [g] Cum Dæmon Ieſum vidit, procidit ante illum.] Adorabat Ieſum, non quidem amore, ſed præ timore; & ſicut ſeruus, eius flagellum euadere cupit, clamans [Quid mihi tecum, fili altiſſimi?] In illo Chriſti HVMANITATEM, in hoc eius DIVINITATEM ſignificans. *Animaduertite,* [h] Dæmon credit, & contremeſcit; *Hic etiam credit & confitetur. denq.* [i] Licet Pater mendacij, tamen aliqua vera profert.

[g] *Tolletus Ieſ. Com. in Luc. 8.*

[h] *Iac. 2. 19.*

[i] *Ozorius Ieſuita. 3 Conc. de Deuotione B. Mariæ in fine.*

5. *Quæſtio. Ecquod Satan Argumentum contra Miſſam propoſuit, quod non ſummam continet veritatem?*

Aduerſarius. [k] Dixit Luthero Diabolus, Eſt contra Chriſti inſtitutum vti Sacramento priuatim, & non cum alijs

[k] *Serarius Ieſ. lib. 1. de Lutheri Magiſtro ca. 3.*

alijs communicare. 2, Sacramẽtum populo non ſub vtraq; ſpecie porrigere. 3. Non mortem Domini annunciare, ſed tibi ſoli verba cœnæ demurmurare. 4. in Sacramenti adminiſtratione non prædicare. Sed tu, Luthere *(inquit)* Miſſator nunc annos quindecim hæc feciſti, & ne ſemel quidem in tuis Miſsis prædicaſti. Quid ad hæc Lutherus? os habet, & non loquitur. Cum Catholicus reſpondiſſet ad primum, Non neceſſarium eſſe Euchariſtiam alijs edendam porrigere: ad 2. nullam eſſe ſub vtraque ſpecie adminiſtrandi neceſsitatem. ad 3. ipſam Sacrificicij actionem eſſe mortis Dominicæ annunciationem. ad 4. Sacramentum poſſe ſine prædicatione adminiſtrari. *Sic reuera pſeudocatholicus reſpondiſſet, non verus. quia ad 1. Aduocatus.* [i] Ex inſtituto Chriſti fideles communicabant. [k] Poſt etiam tempore Apoſtolorum communicabant. [l] Et conſuetudo contraria à Proteſtantibus iure reprehenditur. *Ad 2.* [m] Communio à Chriſto, fateor, ſub vtraque ſpecie erat inſtituta. [n] MANDAVIT etiam Chriſtus vt poculum ſimiliter omnibus porrigeretur. [o] Quo neglecto, Sacramentum Chriſti ſacramentaliter NON ſumitur: quiá, [p] Vi præcepti vtrumque eſt neceſſarium. *Ad 3. ea non eſt perfecta, & per viuam vocem animata annunciatio.* [q] Ridiculum eſt parietibus inſuſurrare quæ ad populum pertinent. *Ad 4. Quis poteſt & non vult vnquam in adminiſtratione Sacramenti prædicare, ſacrilega perfidia conuincitur, nec enim olim hic ſtupor veſter inualuit, qui ait.* [r] Auditio Miſsæ eſt præferenda auditioni verbi. *quia,* [s] Paſtoris munus PRAECIPVVM eſt verbum prædicare. *Quid ad hæc Lutherus? Reus.* [t] Diabolus eſt mendax, cuius mendacia callidiora ſunt & inſtructiora quàm animus humanus aſſequi poſsit; ſic adoritur vt ſemper deprehendat aliquam ſolidam veritatem, quæ negari non poteſt; adeò ſpeciosè fucat ſuum mendacium, vt fallat cautiſsimos, vt cogitatio illa, quæ Iudæ cor percuſsit, [Tradidi ſanguinem iuſtum:] hoc Iudas negare non potuit, ſed hoc erat mendacium *(Quid molitur, quid machinatur Satan animaduertite)* vt ergo deſperandum ſit de

[i] *Eraſmus*
[k] *Maldonatus Ieſuita.*
[l] *Caſſander de his vide ſupra lib. 1. cap. 78.*
[m] *Bell. lib. 2. de Miſſa cap 9. §. Tertio probatur.*
[n] *Ianſenius Concord. cap. 131. pag. 903.*
[o] *Durandus 4. cap. 53.*
[p] *Cardinalis Cuſanus Epiſt. 2. ad Bohemos*
[q] *Rhegino.*
[r] *Azorius Ieſ. Inſt. lib. 7. ca 7. §. Decimo quæritur.*
[s] *Multi, vide ſupra lib. 1. cap. 20.*
[t] *Lutherus tract. de prima Miſſa.*

de gratia Dei. Ergo, bone Frater Papiſta, non mentitur Dæmon cum accuſat, ibi enim habet duos inconuincibiles teſtes graues, Legem Dei & noſtram Conſcientiam. *Certe, nam illa diaboli propoſitionem maiorem, hac minorem confirmat.*

Quæſtio vltima. An Lutherus tandem de Diabolo diuinam victoriam reportârit? Omninò.

Aduocatus. [r] Sanctus Bernardus in acerrimo conflictu cum Diabolo, Fateor, inquit, non ſum dignus, nec meritis meis poſſum ego regnum obtinere cœlorum: cæterum Dominus meus Chriſtus duplici jure illud poſsidet, hæreditate Patris, & merito paſsionis. *Haud aliter Reus.* * Non poſſum negare me peccâſſe, ſed ibi mentitur Satan, quòd vltra vrget vt deſperem, vt Cain: Confeſſus quidem ſum coram Diabolo (lege Dei conuictus) me peccâſſe vt Iudam; ſed verto me ad Chriſtum cum Petro, Chriſtum inuoco, in Chriſtum credo, qui omnem horrendam damnationem damnavit, qui meum peccatum deleuit per ſanguinem ſuum: de hoc non dubito, in hoc baptiſmum accepi, & Sacramenta ſigilla diuinæ gratiæ, &c. *Idem infeſtiſſimus Theſis Bernardum & Lutherum adoritur, in hoc priuatæ miſſæ, in illo propry meriti opinionem oppugnat: vtriq; (nam ille, Fateor, inquit; hic Confeſſus ſum, inquit) peccati Confeſſionem extorquet, vt vtrumque in venia deſperationem rapiat, enimuero ad ſolum Chriſtum, tanquam ſacram anchoram vterque adhæreſcit. Vtrique igitur non tàm ignominioſum eſſe poſſit, ſermones cum Satana commiſcuiſſe; quam glorioſum diuino auxilio ſtrophas eius profligâſſe: cum tamen aliqui Pontifices veſtri (ſi qua hiſtoriis veſtris habenda eſt fides) non colloquium modo fecerunt, verum etiam firmarunt cum Diabolo Compactum.*

[r] *Autor in vita S. Bernardi.*

* *Lutherus quo ſupra.*

Calumnia. 2.

Aduerſarius. [t] Talis fuit Lutherus, vt de eo ſcribit Geſnerus vt niſi ſibi per omnia conſentientes ferre neſciat,

[t] *Bell. quo ſupra.*

tantus fuit Lutheri fastus. *Vel tanta potius humilitas, vt Rem.* * Sunt qui gaudent se Lutheranos appellari, non sic, ô fatue, non sic, taceatur nomen meum, à Christo Christianus appelleris: nam quis sum ego fœtidus vermium saccus, vt? &c. *Nec hoc solum.* * Clarè & disertè testati sumus, vt si (*Papistas significat*) non cogerent nos ad articulos palàm impios ac blasphemos, nos bona ex parte eorum jurisdictionem episcopalem defensuros, sed reverenter & simplicitèr ad eorum pedem prostratos, & in causa publica æquissima petentes, nos ad satanica mendacia sua cogere volunt: ALTO FASTV me despiciebant, quod indulgentias eorum (bullæ enim erant) difflâssem. *Causa igitur hæc in Luthero zelum, in Pontificijs fastum arguit.*

* *Lutherus vide supra lib. 1. cap. 8.*

* *Lutherus tract. de Missa privata.*

3. *Calumnia.*

Aduersarius. * Lutherus in disputatione Lipsiæ habitâ (vt scribit Cochlæus) exclamabat, hæc causa, inquit, nec propter Deum cœpta est, nec propter Deum finietur. *Quorsum, Bellarmine, testem illum maledicum, nè dicam* * *maledictum, nobis obtrudis? cui nos sanioris iudicij testem Bellarminum opponimus. Aduocatus.* * Neque alia doctrina, inquit Lutherus, in Ecclesia tradi, aut audiri debet, quam PVRVM VERBVM DEI, hoc est sacra Scriptura. *Qui autem verbo Dei, is* * *Deo ipsi adhæret. Coclæus Lutheri dicta profert, quæ malè audiendo, peius verò narrando possunt pessimè depravari: Bellarminus scripta Lutheri producit publicis consignata monumentis; cui potiùs credendum sit, quis ambiget?*

* *Bell. quo supra.*

* *Vide infra in Nota 14.*

* *Bell. lib. 4. de verbo Dei ca. 3.*

* *Ioh. 8. 47.*

4. *Calumnia.*

Aduersarius. * Lutheri vita fuit incesta. * Erat ille perinsignis meri-bibulus. *Aduocatus.* * Lutheri vita omnium hominum consensu probatur: id non leue præjudicium est, tantam esse morum integritatem, vt nec hostes reperiant, quod calumnientur. *Facile equidem credo quia Offensis Lutheri*

* *Campianus Iesuita Rat. 3.*

* *Seranus quo supra. lib. 2. cap. 8.*

* *Erasm. in Epist. ad Thomam Card. Eberacensem.*

Lutheri Antagoniſta acerrimus nunquam illi notam aliquam turpitudinis aſperſit, ſed Luthero piè monenti. [d] Quanto (*inquit Lutherus*) rectiùs faceremus, ſi primùm orationibus, imò totius vitæ mutatâ ratione Deum propitium faceremus? *Pie aſſentitur.* [d] Nemo qui ſapit ſententiæ (Luthere) tuæ refragabitur.

[d] *Apud Reſenſem art. 34.*

[d] *Ibidem.*

5. *Calumnia.*

Aduerſarius. [a] Orbi notum eſt quam falax fuit Beza, qui publicatis poëmatibus paidaſtrias ſuas celebrare non erubuit. [f] Galliæ probrum, Simoniacus, Sodomita, omnibus vitijs coopertus. *Erat. Erat, ſed dum in voluptabro veſtro miſer haſerat. Aduoc.* [g] Inter Religiôſos excucullatos Monachos præferrimus Lutherum, Bucerum, &c. Bezam. *Ille Beza igitur, dum Papiſta, hircus fuit, eſto: at orthodoxa fidei ſtudioſus, ſibi à Domino Ieſu præſcripto, à Pontifice verò interdicto, remedio Coniugij vſus, Spiritus Sancti virtute vas ſanctificationis euaſit: fuit Apoſtolus apud Iudæos* Saulus, *factus eſt* Paulus: *non quid fuit, Lupus, ſed quid iam factus, Paſtor ouilis Chriſti, reſpicere debemus.* [[h] Gratia DEI SVM qui SVM] *Et de conuerſis Chriſtianis.* [i] Hæc quidem FVISTIS ſed IAM ſanctificati eſtis. *ſed potius quanto Manicheis hæreticis dedecori fuit concepiſſe Auguſtinum Concubinarium, tanta fuit Catholicis gloria, eundem caſtum, id eſt, alium peperiſſe. ita Beza alius inter vos natus, inter Orthodoxos renatus alius fuit.*

[a] *Fenardentius comm. in Iac. 3. & Staplet. in Prompt. Hebd. 3. Quadrag.*

[f] *Coſterus Ieſ. Apolog. lib. 3. cap. 1.*

[g] *Maldonatus Ieſ. Epiſt. nuncup. in comm. in 4. Euang. in margine.*

[h] *1. Cor. 15. 10.*

[i] *1. Cor. 6. 11.*

6. *Calumnia*

Aduerſarius. [b] Ex Proteſtantium libris, ſi calumnias, & conuitia tollas, ex maximis voluminibus vix libelli exigui effici poſsint. *Aduocat.* [l] Mirificè mihi placet votum Bezæ, qui hæc: CONVITIIS Eccleſia Dei non ædificatur, quæ cum in VTRIVSQVE PARTIS Scriptis reperiantur, vellem pia CONCORDIA CONSTITVTA omnia combuſta

[b] *Bell. lib. 4. de notis Eccleſ. cap. 13.*

[l] *Grevzerus Ieſ.*

combuſta eſſe. *Equidem miror aut conuitiandi morem tibi Bellarmine diſplicuiſſe, aut etiam hanc Bezæ moderationem placuiſſe (Gretzere) tibi hac enim lege ſancitâ non modò tua, verum etiam Bellarmini, Maldonati, Coclai, imprimis verè Stapletoni tuorúmque Collegarum omnium ſcripta ferè omnia plurimis conuitijs diſtenta atque ſufferta Vulcano vos iamdiu conſecrare oportuit. Donet nobis (precor) Dominus Ieſus eum ſpiritum ſanctiſſimæ Charitatis, qui* * Iraſci & non peccare *præcepit: nimirùm nè hominum vitia Conuitijs, quaſi dixeris, cum vitijs, corrigere velimus.*

* *Epheſ. 4. 25.*

Caput. XXII.

Secundo loco Orthodoxæ Eccleſiæ vniuerſæ notam impietatis inurunt.

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 13.*

Aduerſarius. [a] Inter Catholicos pauci, inter Proteſtantes nullus eſt bonus. *Quid ita verò?* Lutherus in Poſtilla, Mundus, inquit, nunc deterior, quam in Papatu fuit. eodem modo Smidilinus prædicator, vt totus mundus, inquit, agnoſcat eos non eſſe Papiſtas, nec bonis operibus confidere, nullum opus bonum exercere volunt. [b] Idem queritur Bucerus de ſuis. *Reſpondeo primò, eſſe dictum hyperbolicum. vide, quæſo, quod profectò etiam vides.*

[b] *Greg. Valent. Inſt. Analyſ. lib. 1. cap. 5.*

[c] *Bell. lib. 3. de Eccleſ. Milit. cap. 16.*

[*] *Iſ. 1.*

Aduocatus. [c] Propheta Eſaias, [* Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & Aſinus præſepe domini, Iſrael autem me non cognouit: a planta pedis vſque ad verticem capitis non eſt ſanitas.] Dico Prophetas & Apoſtolos ſæpe reprehendere VNIVERSVM populum, QVASI NEMO ſit bonus, cum TAMEM-PERMVLTI ſint boni.

2. Reſponſio. Ex hoc ſequitur ſaltem doctores iſtos bonos eſſe.

[d] *Bell. hic ſupra.*

Aduocatus. [d] Prophetæ & Apoſtoli ſæpe reprehendunt vniuerſum populum & Lutherus, Smidilinus, Bucerus ſuum

ſuum populum grauitèr reprehendunt. *Si diſcipuli prefrafti, boni non ſunt, tum qui populum ad pietatem erudire ſerio conantur, doctores ipſi ſint boni neceſſe eſt.*

3. *Reſponſio, Paſtorum populique impietas doctrinæ ſanctitati non derogat.*

Aduocatus. * Os verè aureum * Chryſoſtomus, non temerè, ait, dico, ſed vt affectus ſum, & ſentio, non arbitror inter Sacerdotes multos eſſe qui ſalui fiant, imò miror ſi eorum aliquis ſaluari poſsit. Sequitur Chryſoſtomum ſuus colloquutor * Baſilius, qui ſui temporis ſtatum exponit, & deplorat: Euanuit, inquit, Sacerdotalis honeſtas. *Hic etiam tu Bellarmine in tela tua miſerè inuolueris.* ‖ Boccatius taxat quidèm Clericorum & Monachorum turpitudines: ſed ex hoc NON SEQVITVR, vt propterea Religio & doctrina ipſa falſa videatur. *Addis*, Imò hæc impietas Sacerdotum potius argumentum erit fidei veritatis quæ Romæ colitur; quia nec Pagani, nec mali mores poſſunt illam ſedem ſubuertere. *ſupra* ſanctitas autorũ, *inquis*, eſt nota Eccleſiæ, hic Impietas, *inquis*, eſt argumentum Eccleſiæ. *O mirum hominis ingenium, quod poſſit ex quolibet ligno, etiam ex fungo Mercurium effingere! Sed ſi impietas vitæ ſit apud vos argumentum ſanctitatis doctrinæ, profectò facilè erit infinitis impietatis argumentis probare doctrinam Romanam eſſe Religionem omnium longè ſanctiſſimam. de qua mox plura.*

* *Epiſt. Eſſenſ. comm. in Tom. pag. 316.*
* *Hom. 3. in act. & Hom. vlt. ad Hebræos.*
* *Sub finem opuſc. de Sp. Sancto.*
‖ *Bell. Tract. de Indulgentijs in appendice ad lib. de Summo Pont. cap. 22.*

Inſtat Ieſuita.

Aduerſarius. ‡ Concedit mundum nunc deteriorem eſſe quam in Papatu fuit. *Quid tum poſtea? Aduocatus.* † Apud Apoſtolum [* Auditur inter vos fornicatio eſſe, QVALIS NON nominatur inter GENTES.] Non dicit Apoſtolus, Qualis inter Gentes non eſt, ſed QVALIS NON NOMINATVR. *Quod ſi enim* * Sodoma in Hieruſalem, *ſi in*

‡ *Bell. ſupra.*
† *Caietanus comm. in* * *1. Cor. 5.*

[g] Corazin & Bethſaida, Tyre & Sydon, *in iudicio inſurgent? Non igitur doctrina & fides diuina, abſit, ſed humana infidelitas damnatur: denique ſi qua ſit vis huius argumenti, ea Eccleſiam Romanam maximè concutiet.* [i] Diſſimulari de Indis profectò non poteſt, quam NOBIS ERUBESCENDUM ſit, quod à SATANAE MINISTRIS SUPEREMUR, cum nos ad ſalutares noſtras cõfeſsiones perſuadendas PIGRIORES ſimus, QUAM ILLI ad ſæuas illas ſuas. [k] Et ſanè magno CHRISTIANIS NOBIS OPPROBRIO eſt, Ingam Regem barbarum & Idolis DEDITUM, AB EBRIETATE ſubditum ſibi populum cohibuiſſe. NOSTROS VERO TEMULENTIAE incrementa tanta feciſſe. Quæ ſpes reſtat infœlicium horum ſalutis, cùm ab ijs venena porriguntur, à quibus eſſet antidotus expectanda. [l] Coniugatorum quoque A DULTERIA SEVERIUS apud INDOS, QUAM APUD NOS puniuntur. *Etiam.* [m] Iam adulterium, crimen quod apud Ethnicos gladio, apud Iudæos lapidatione puniebatur, neutiquam leue eſt, vtcunque nunc pro ioco ducitur.

[g] *Matth. 11.*

[i] *Acoſta lib. 6. de procur. Ind. ſalut. cap. 12.*

[k] *Ibid. cap. 21. & 22.*

[l] *Ibid. lib. 6. cap. 20.*

[m] *Eraſmus de amab. Eccleſ. concord.*

Reſponſio. 4. Aliqui (nam Sanctitatis notam externam exigis) publicè Boni reperiuntur.

Aduocatus. [n] Nihil in Caluiniſtis, niſi [Pater noſter,] niſi Chriſtus, niſi fides, Iuramentum inauditum: nihil in eorum factis apparebit, niſi Eleemoſyna, niſi temperantia, niſi modeſtia. *Hæc eſt veterum Proteſtantium profeſſio, quam vtinam omnes factis exprimerent.*

[n] *Maldonatus Ieſ. comm. in Matth. 7. 15.*

Reſponſio vltima. Proteſtantium Eccleſia non poſſit non eſſe Sancta.

Aduocatus. [o] In hac cauſa non loquimur de peccatoribus; fœlices nos, ſi nemo Catholicus tranſgreſſor eſſet legis diuinæ: ſed hic loquimur de peccatis, quæ VI & DICTAMINE

[o] *Coſterus Ieſ. part. 3. Apolog. cap. 9. §. Ego*

MINE RELIGIONIS committuntur. Vera Religio non docet nos aliena inuadere &c. *Est hæc tua perquam erudita & ingenua confessio, qua & Bellarmini decima nota deletur, & Ecclesia vestra obfuscata, & penè extincta est: quia ex* Dictamine Religionis vestræ * Mendacij, periurij, homicidij, furti, adulterij, *& nefandæ Sodomitriæ lenocinia profluunt.* ? Protestantium dogma, in iustificato requiri necessario fidem & pœnitentiam; & Iustificationem, cum sanctificatione perpetuò esse coniunctam. *Quod qui vere credit & profitetur, non potest non omni studio in omnia sanctitatis officia incumbere. de his vide supra. Nota.* 8.

* *Supra in Nota* 8. *cap.* 14. 15. *& deinceps.*

? *Bell. & Ios. vide supra lib.* 1. *cap.* 24.

CAPVT. XXIII.

Hypothesis 2.

IN qua Romana Ecclesiæ expressa effigies depingitur. vt Pontificij, si quam voluptatem falsa crimina alijs affingendo cœperint, eam vera sua audiendo amittant, præsertim historijs suis hæc contestantibus. In priore loco de Religionum Institutoribus, in secundo de moderatoribus agemus. Institutores vestros alios sua antiquitas, alios forsan vestra experientia commendat.

Institutores nobilioris notæ.

Aduersarius. * In Institutoribus ordinum Religiosorum nostris Aduersarij nihil inuenient nisi nimiam Sanctitatē: Bernardum Sanctum fuisse Aduersarij fatentur, Franciscum quoque Sanctum. *Ain' nimiam Sanctitatem? Sanctum Patronum consule Patronus.* * Lego aliquem nimis iustum esse posse; * Noli esse nimis iustus; Lego nimis sapientem, * Noli altum sapere: at profectò NIMIS BONVS, aut SANCTVS esse NVLLVS potest. *Audi etiam Aduocatum.* ᵇ Sunt quibus nihil satis est nisi QVOD IMMODICVM est, ita enim quidam ad inuidiam vsque homines prodigiosis efferunt laudibus, quos moribus exprimere magis

* *Bell. lib.* 4. *de Eccles. Milit. cap.* 13. §. Iam verò.

* *Bernardus Epist.* 19.

ᵇ *Eras. annot. in Matth.* 16.

[a] *Idem ibid.*

magis oportebat, quam in immensum attollere. [a] Nunc videmus dormitari passim ad Christi doctrinam, ceu crassam & rudem, pluriſque fieri inter Monachos, quid ſtatuerit Benedictus, aut Bernardus, aut Franciſcus, quam quid is docuerit, de quo vno vox Patris audita eſt [* Ipſum audite.] Illi ferre non poſſunt, ſi quis eleuet Dominici & Franciſci autoritatem; & nos feremus æquo animo, ſeruos anteponi Domino? *Deinde erat Bernardus Sanctus, fateor: itaque Sanctum, ſi placet audiamus, & ſentiemus profectò Eccleſiam Romanam iamdiu, omnem fere vel vmbram ſanctitatis perdidiſſe. Aduocatus.* [b] Videtur, bone Ieſu, (inquit Bernardus) contra te coiurâſſe VNIVERSITAS CHRISTIANORVM, & illi in perſequutione primi ſunt, qui in Eccleſia tua videntur primatum obtinere. [c] Væ væ, inquit Bernardus, generationi huic! TOTVM CORPVS Eccleſiæ, quò latius eò deſperatius ſerpit hodiè putida tabes hypocriſeos per TOTVM CORPVS Eccleſiæ: nunc impletur illud Iſaiæ. [* Ecce in pace mea amaritudo mea amariſſima.] Miniſtri Chriſti ſeruiunt Anti-Chriſto, ſupereſt vt de medio fiat dæmonium meridianum. *Hæc & multa alia queritur Sanctus* [d] *Bernardus libertate quidem Apoſtolicâ. at, inquies, ſi hic ſanctus fuit, ſancta eius doctrina quoque fuit, & ſanè fuit, quoad iſtius ſeculi ſtupor & tyrannis ferre potuit, planè ſanctiſſima. Bernardum, igitur, de ratione Concilij moderandi, & in libro de* Gratia & lib. arbitrio, *conſulite, ex quibus duo præcipua Controuerſiarum omnium capita emergunt: in altero ſupremi iudicij autoritatem, in altero humanæ ſalutis neceſſitatem ſummam ponit: in vtriſque ſi Sanctus Bernardus hodiernum papiſmum docuit, ego Papiſta haberi, & eſſe, minimè recuſabo.*

[b] *Hugo Card. poſtill. 2.*

[c] *Epiſc. Eſpenſ. comm. in 1. Tim. lib. 3. digreſſ. pag. 374.* [*] *Eſ. 38.*

[d] *De Conſideratione ad Eugenium.* [*] *In Epiſt. 91.*

Inſtitutores recentiores, Ieſuitas, ſalutemus.

[e] *Ozorius Ieſ. Tom. 4. Conc. de Sanctis, in Concione habita in obitu Patris Ignatij, Fundatoris Societatis. Textus* [*] *Apoc. 9.* [Quintus Angelus.]

Aduerſarius. [e] In [*] Apoc. 9. [Quintus Angelus tuba cecinit, & vidi ſtellam.] Quatuor Angeli, qui præceſſerunt, vt Thomas docet, quatuor ordines Prædicatorum ſignificant:

per quintum vero intelligitur is, quem Deus miſſurus erat in mundum, cum alia hæreſis orta fuiſſet: quod impletum eſt in Ignatio, & eius ſocietate, cum orta eſt Lutheri hæreſis. *Craſſa hæc eſt Ieſuita futilitas, quam Ieſuita alius apprimè doctus retundet. Aduocatus.* [s] In Apoc. 8. [Legimus, & vidi ſeptem Angelos ſtantes in conſpectu Dei.] ſignificat Angelos ſpiritus habentes quaſi curam vniuerſæ terræ, vt ſuis locis videbimus, vt probatur. &c. *Ad Ignatium redeamus.* [t] Cupiebat Ignatius Loiola omnibus eſſe ludibrio & nudus, ac deſpicatus, & oppletus ſordibus, vt inſanus haberetur, per vicos ambulabat. *Sic de primo Patriarcha Ieſuitarum Ieſuita, interprete autem alio. Aduerſarius.* [u] Hoc erat ſapientiæ. *Cuius hominis iudicium propriè pertinet ad laudis encomium. Pergit alius.* [x] Nemo dicat, ego ſum Pauli, ego Apollo, ſed ego Chriſti & nos, *Ieſuitas*, SOCIOS dicamus non Ignatij, ſed Chriſti, quod ſumma contentione Ignatius curauit in mirabili viſione, in qua Deus Ignatio abſtracto à ſenſibus Pater ſe oſtendit, Ieſu filio Ignatium præſentem, ſocioſque commendans. quibus Chriſtus ego, inquit, vobis Romæ propitius ero. hæc fuit cauſa cur Ignatius huic Societati potiſsimum nomen Ieſu indiderit, quia eos in SOCIOS Chriſtus admiſerat. [y] De quo ordine D. Vincentius, Deus diligit illum vltimum ordinem, deſignatur in Ieſu, quemadmodum Iacob Patriarcha Beniaminem filium ſuum, eo quod in ſenectute genuerat eum. Inſtitutum virorum planè PERFECTORVM, qui ſolam Chriſti gloriã quærunt. *D. Paulus in extaſi fuit, fateor, ſed cum audijt;* * Paule inſanis? *reſponſo ſano & ſobrio contumeliam repulit.* Non ſum inſanus, nobiliſsime Feſte. *Ignatius verò.* = Abſtractus ſenſibus *ſæpè* Cupiebat omnibus eſſe ludibrio, & inſanus haberi. *Cui qui credere maluit, ſimilster facit atq;* Argiuus *ille de quo Cicero,* * Maluit eſſe inſanus. *Sed iſtis permittamus ſuis frui inſanijs, quarum hoc non-nullum argumentum eſſe poteſt, Iudice Sapientia,* * Os te alienum laudet, non tuum. *Vt enim halitus, ſic cuiuſq; oris laus propria, etiamſi vera adſtantes offendit, ſin falſa excruciat. at.*

[s] Ribera Ieſ. com. in Apoc. l. 9.

[t] Rabimera Ieſ. de vita Ignatij.

[u] Gretzerus Ieſ. in Apolog. lib. 5. cap. 2.

[x] Ozorius Ieſ. quo ſupra & iſtius libri pag. 161.

[y] Ibid. pag. 166.

* Act. 26. 25.

= Ieſuita iam ſupra.

* Prou. 27. 2.

[a] *Gallo Belgicus Tom.2.lib.10.*

Aduocatus. [a] Curia Pariſienſis Ieſuitas inſatiabilis ambitionis & auaritiæ accuſabant, eos ad ſummas opes peruenire, coniurationes pluſquam Catilinarias exercere: nec ſeculares, nec religioſos ad ſocietatem ſuam, ſed infames quoſcunque & ſceleratos admittere, Ordinarijs obedientiam ſubtrahere, multas in vtraque politia rebelliones, & ſchiſmata inducere, magis ad Eccleſiæ deſtructionem, quàm ædificationem facere, ideoque tam à Curia, quam à Sorbona eſſe eiectos. *Huius generis alia* [*] *ſupra. Ego nunc ad Indos veſtros tranſeo. Aduerſarius.* [b] Hoc noſtro ſeculo in Novo ORBE millia Gentilium Catholici conuerterunt. *Qualia arma fuerint, quibus Indos Catholici veſtri conuerterunt,* [c] *diximus: quales iſti Catholici conuerſores fuerint, Ieſuita teſtis oculatiſſimus penecillo ſuo delineabit.* [d] Expende omnia ſubtiliter, inuenies tam TENVIS & INOPIS MESSIS apud Indos potiſsimam cauſam in eo eſſe, quod diuinis & occultis quidem, ſed iuſtis cõſilijs, antiquis gentibus prædicatores fuerint prædicatione ſuâ digni, cum NOSTRI tàm ſint PLERIQVE INDIGNI, vt longè plus euertant ac diſsipent, quam ædificent atque plantent. [e] Equidem certus ſum, ſi Euangelij introitus in has regiones is extitiſſet, quem Euangelij conditor maximè docuit, non alios iſtius progreſſus futuros fuiſſe, quam quos in primâ & Apoſtolica Eccleſia legimus. &c. [f] Recte & prudenter ſcripſit Polus rerum Indicarum prudens indagator, tribus de cauſis tam multo tempore tam modicum promouiſſe Euangelium: primum, quod EXEMPLA PRAVA NOSTRORVM hominum fidem prædicationi Euangelicæ derogarint: deinde, quod in cognoſcendis extirpandiſque erroribus ſuperſtitioſiſque opinionibus nullam Prædicatores operam collocarint. &c. [g] O quot ita miſere corruere? vt merito [*] vlulare debeat abies, cum viderit altiſsimas & nobiliſsimas cedros Libani eecidiſſe. [h] Preclarè vero ageretur cum rebus Indorum, ſi Sacerdotum ea ſaltem modeſtia eſſet, vt non ſolutioris vitæ licentiã quærerent, neque enim laqueos Diaboli effugiunt FOEMINARVM

[b] *Bell.lib.4.de Eccleſ.Milit. cap.7.*

[c] *Supra cap. 18.& 19.*

[d] *Acoſta Ieſ. lib.4.de ſalute Indor.cap.4.*

[e] *Ibid.lib.1. cap.18.*

[f] *Ibid.lib.4. cap.5.*

[g] *Ibid.cap.13.*

[*] *Zach. 11.*

[h] *Ibid.cap.15.*

CON-

CONSORTIVM. [A Sacerdote vſque ad Prophetam omnes auaritiæ ſtudent]ait ſermo diuinus, quid verò de Aleatoribus? populare eſt in Sacerdotum domo ludendum, Inſomnes nocte ſacra peragunt, idque tam cursim, vt mirum ſit eos pictas chartulas pro ſacris paginis non referre. Non inuehor equidem, neque maledicendi animo iſta depromo; ſed cogor vicem noſtram dolere, qui fabula & LVDIBRIVM ſumus vicinis noſtris: Collapſa eſt ſcholaſtica diſciplina omnis, idem & Sacerdotes, & Præſules, & Monachi actitamus. [a] Sæpè quos Paſtores benificentia, & fide ſentire oportuit, hos ſæuos Lupos miſeri Greges experiuntur. [b] Et ſolent plurimùm Indorum conuerſionem retardare peſsimi exempli mores. [c] Non alia ex cauſa Mercatores negotiantur, vel Iudices præſident, vel Sacerdotes plerumque euangelizant, quàm ſpe argenti, & auri; argentum & aurum ſi te ſubducit ex oculis, omnium ciuilis & Sacerdotalis concurſus breui euaneſcit; & quòd charitas non inuitauit animarum, auri ſaltem cupiditas ineſcauit; & quemadmodùm olim incredulitas Iſraëlis ſalus fuit Gentium, ita nunc Chriſtianorum auaritia Indorum vocatio facta eſt. *Hæc & multa alia acerbè dolenterque queritur veſter Ieſuita, & ad extremum, pra animi dolore, quaſi notam hanc tuam, Bellarmine, lachrymis diluiſſet, addit.* [d] Illud multum à [e]B. Auguſtino commendatum in catechizandis rudibus documentum accuratè ſeruetur, vt admoneantur ij, qui fidem ſuſcipere parant, né religionem noſtram ex noſtris hominibus metiantur, ſed ex ipſius potiùs ÆQVITATE, & SANCTITATE.

quæ eſt Proteſtantium in hac cauſa accurata defenſio.

[a] *Lib.1.cap.11.*
[b] *Lib.2.cap.18.*
[c] *Lib.3.cap.18.*
[d] *Acoſta quo ſupra.lib.2. cap.18.*
[e] *Lib. de Cate. Catechizandis Rudibus cap. 25.*

CAPVT

Caput. XXIIII.

Moderatores Eccleſiæ in Dominos & Miniſtros, id eſt, in ipſos Pontifices, & viros Pontificios diſpertimus.

[a] *Bell. ſupra.*

Aduerſarius. [a] Magiſtri Religionis pij, caſti, ſancti fuerunt. *Fuerunt, fateor, & quidem ſanctiſſimi, at (heu!) fuerunt: vt enim in typis iam vrbs Romana ædificiorum, & murorum; ita Eccleſia Romana dogmatum & morum faciem nouam, & veteri doctrinæ & ſanctitatis diſſimilem repreſentat. de Opinionibus ſupra: nunc morum vultum deformem, & horridum intueamur. Aduocatus.* [b] Iohannes 23. erat tam diſſolutæ vitæ, vt vulgus exiſtimaret eum negare vitam æternam. [c] Iohannes 12. erat venator, lubricus, & incorrigibilis. [d] Homo ab adoleſcentia omnibus probris & turpitudine contaminatus; vni Cardinali naſum, alteri manum abſcindebat, ſceleratiſsimus, vel monſtrum potiùs. *&* *tamen* [e] Hic erat Pontificum omnium *(niſi)* Fere deterrimus. [f] Bonifacius 7. ſacrilegus & homicida erat, tyrannidem exercuit, obſtante Cardinale optimo, quem oculis priuabat: [g] Bonifacius 9. Bonifacio octauo nomine & fraude par: ([h] Sub quo, per Indulgentiarum venditiones, viluit Sacerdotalis autoritas) Si Bonifacij dicendi ſunt, qui peſsimè faciunt. [i] Benedicti ſimulachrum horridum & monſtroſum poſt mortem apparuit, cauſam dicens, quia, inquit, ſine lege & ratione vixi. [k] Innocentius 7. ante pontificatum prædeceſſorum ignauiam carpebat; ipſe Pontifex eorum veſtigia ſequutus, Romanos, eius negligentiâ, Reipublicæ conſulturos, ad Lodouicum nepotem ſuum, tanquam ad carnificem mittit, à quo ſtatim necantur, & è feneſtris deijciuntur. Innocentius 8. Papa pius, & veluti Inter alios sydvs, &c. filium ſuum Franciſcum & filiam Theodorinam Nothos ex ſceleſto concubinatu ſatos præter rationem multo munere cumulatiſsimos

[b] *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 14.*
[c] *Franciſcus de vitt. Relect. 2. Prop. 23.*
[d] *Platina in eius vita.*
[e] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 29.*
[f] *Platina de eius vita.*
[g] *Laurentius Valla orat. de Donat. Conſtant.*
[h] *Platina in eius vita.*
[i] *Platina de horum vitis.*
[k] *Ibidem.*

cumulatiſsimos reddidit. Paulus 2. (fuere qui dixerunt) priuſquàm publicè prodiret, faciem ſibi fucis concinnaret. *Mitto* [l] Honorium, [m] Cœleſtinum, *& alios hæreticos:* [n] Hildebrandum, [o] Sylueſtrum 2. *& alios Necromanticos.* [p] Iohannem 12. [q] Eugenium 4. *& alios* rebellitèr viuentes. *Satis eſt quod intelligimus in* Bonifacijs, Benedictis, Paulis, Innocentijs *veſtris, Bonifacios, Benedictos, Paulos, Innocentes deſiderari. Inſtas. Aduerſarius.* [r] Hæreſiarchis vnum eſt commune vitium ſuperbia. *quorſum hoc; niſi ne quis forte hoc vitium Pontificibus veſtris proprium eſſe ſuſpicetur?* Nam *Aduocatus.* [s] Clemens quintus in pompa coronationis carbunculum vnum pretij ſex millium à tiara ſua amiſit. [t] Ego ſpectaui Romæ Iulium 2. tales, tanquam ſplendidos agentem triumphos, vt cùm Pompeianis, & Cæſarianis conferri poſſent. [u] Paulus 2. publice prodiens mitram gerebat, in qua multæ opes erant, coëmptis omne genus pretioſis lapidibus, inſpici ab hominibus voluit, & admiratione haberi: toruis me oculis aſpiciens, Pontifex ſum *(inquit)* mihi licet pro mei animi arbitrio aliorum acta reſcindere, aut reprobare. [x] Et iam Romani Pontificis pompam & faſtum nullus vnquam Tyrannorum æquauit. [y] Vtinam Imperator Lodouice, viueres vt inſpicias horum equos ita phaleratos, ac ſi, deuictis hoſtibus, triumphos agerent. [z] Vtinam qui tantam illis autoritatem tribuunt, poſſent quoque dare cæteras priſcorum virtutes. *Ita* [a] A Petri veſtigijs degenerarunt. [b] Alioqui, ingenuè fateor, nemo Chriſtianus eorùm autoritatem impugnaſſet. [c] Quamobrem dico & exclamo (neque enim metuo homines Deo fretus) neminem mea ætate fuiſſe fidelem diſpenſatorem, imò Papa ipſe pacatis populis bella infert, opes alienas ſitit, & ſuas exſorbet, nulla ſanctitas, nulla Religio, nullus Dei timor, &, quod horreſco referens, omnium ſcelerum, impij homines à Papa ſumunt excuſationem. *Spes tamen boni maior eſſet, ſi malum ſuum intelligere vellent.* *ſed* [d] Non licet impune eorum placitis reſiſtere, niſi quis paratus ſit, martyrium pro Chriſto ſubire. *Aliorum autorum*

[l] *Caſus Iacij theol. lib. 6. cap. vlt.*
[m] *Alphonſus de Caſtro lib. 1. hæreſ. cap. 4.*
[n] *Bruno Card.*
[o] *Martinus Tolosanus in Cronic.*
[p] *Franciſc. de Vitt. Relect. 2.*
[q] *Conc. Baſil. vt refert Æneas Sylu.*
[r] *Bell. ſupra.*
[s] *Platina in eius vita.*
[t] *Eraſmus annot. in Act. 3.*
[u] *Platina in eius vita.*
[x] *Agrippa lib. Vanit. cap. 61.*
[y] *Platina de vita Greg. 4.*
[z] *Eraſmus annot. in 2. Cor. 10.*
[a] *Platina de vitis Iob. 10. & Bonifacij. 7.*
[b] *Ferus com. in Math. 16.*
[c] *Valla quo ſupra.*
[d] *Agrippa quo ſupra.*

teſtimonia conſultò prætereo, nam omne cœnum male olet, hoc (ex hiſtorijs) commune & ſentios odorem.

Doctores Pontificij.

[a] *Aduocatus.* Olim Sacerdotes aurei habuerunt ligneos calices, nunc calices aureos habent lignei Sacerdotes. [c] Eccleſiarũ regimina Romæ minùs dignis cõmittuntur, qui ad mulos, magis quam ad homines paſcendos, regendoſq; ſunt idonei. [f] Vtinã Epiſcopi noſtri doctos ſimul & probos homines mitterent, qui in ſermone & opere plurimum valerent: non mittunt niſi qui marſupium exhauriant, totum ſanguinem ebibant, de animarum ſalute nihil ſunt ſolliciti: quam quæſo, rationem redditurus eſt Epiſcopus, qui cum ipſe Romæ ſit, Ouile eius ſit in Hiſpania, aut in Flandria, omnium ſumptibus opipare viuens, nec per Quemquam populum paſcens. [g]. NOSTRATES Prælati ordinem inuertunt Apoſtolicum, dum ſpiritualia grauiora, quam quæ ſubeant rati, in Pontificalibus ſuffraganeorum, in Iudiciali Officialium, in abſoluendis Pœnitentiariorum ope vtuntur, in prædicatione Monachum, neſcio quem præferunt, in alijs ſpiritualibus vicarios habent: ſin qua in re de cenſu & temporalibus agitur, res hæc AD DOMINVM noſtrum Epiſcopum referenda eſt. [b] Quomodo illud Hieremiæ apud eos impletur? [Paruuli petierunt panem, & non erant qui frangerent ijs.] [i] Vtinam vulgus Eccleſiaſticum comederet hunc panem ſpiritualem pondere & menſura, Ezech. 4. & non contabeſceret in iniquitate ſua, verum lex perijt à Sacerdotibus: recitant pro hiſtoria fabulas, pro ſerijs ioca, pro veritate mendacia, pro virtute fidei portenta Dæmoniorum. *Hoc parvum eſt, quamuis immane.* [k] Sileo quam ſæuus, quam barbarus ſit frequentèr Sacerdotum dominatus. [l] Sacerdotum Principes tradiderunt Chriſtum Pilato Gentili, ille reſpondit [Non inuenio culpam.] at nunc (proh dolor!) multoties videmus, quod IVSTIVS AGITVR IN FORO Laicali,

[a] *Bonifacius Pont.*
[c] *Grauamen Nationis Germanicæ. 7.*
[f] *Stella comm. in Luc. 10.*
[g] *Ecchius hom. 2. de feſto Stephani.*
[b] *Epiſcopus Eſpenſæ. com. in Titum.*
[i] *Idem lib. 6. tract. ſerm. 10.*
[k] *Valla in Declarat. Donat. Conſtant.*
[l] *Stella comm. in Luc. 23.*

Laicali, quam Clericali: nam Male-factores in curia politica puniuntur, in Eccleſiaſtica abſoluuntur: *Hoc quoque (quamuis intolerabile) parum eſt.* [m] Fertur Diabolos duas habuiſſe filias, Auaritiam, atque Luxuriam, illam Iudæis, hanc Ethnicis locaſſe: nunc verò Clerici noſtri VTRAMVIS viris ſuis eripuerunt. *Hoc etiam parum eſt.* [n] Sacerdotes multi ſacras Virgines ſtuprant, vitiant viduas, &, quod ego ſcio, & vidi Platonica lege, cum popularibus ſuis fœminas communes proſtituunt: & quorum animas debent lucrari, eorum corpora ſacrificant Diabolo. [o] Exiſtimo ſi qua inter Dæmones, qui aëra incolant, ludorum genera exercentur, eos exprimendo CLERICORVM cultu, faſtu, luxu, exerceri, & hoc ſcenici luſus genere maximè delectari. *Hoc tam horrendum malum minùs luctuoſum videretur, ſi quæ ſpes eſſet admittendi remedium. at heu!* [p] Deſperata eſt ſalus Romanæ Eccleſiæ: de qua verificatur dictum Eſaiæ, [Erit cubile Draconũ.] [q] Quæ ad eum ſtatum venit; vt non ſit digna regi, niſi per reprobos. [r] Arnulphus quidem Romæ impuriſsimos Clericorum mores videns, ſi ſanctus Petrus, inquit, reſurgeret & vitam veſtrã reprehenderet, ei minime parceretis: qui omni ſpurcitia pleni plebem præcipitem agitis in Infernum. *Quid ſit?* [s] Hic Sanctus monitor erat interfectus à Clericis. *Hoc olim.* [t] Hæc noſtra ætate vitia noſtra eò creuerunt, vt vix vllum miſericordiæ diuinæ locum nobis reliquiſſe videantur: quanta nunc ſit Sacerdotum auaritia, quanta libido, quanta ignorantia ſui-ipſius, tum doctrinæ Chriſtianæ, quam parua Religio, & ſimulata potiùs quam vera, quam corrupti in ſecularibus mores ſint, quid attinet dicere? vbi tamen publicè proteruèq; peccant, acſi inde laudem quæterent, veniet mihi credite, vtinam ſim falſus vates! veniet Turcus hoſtis nomini Chriſtiani infeſtiſsimus, qui Italiæ iam clauſtra pulſat. *Noli quæſo, (mi Platina) male ominari, adeſt Concilium Tridentinum, quod pro autoritate poſſit & forſaſſe pro voluntate velit his malis omnibus mederi:* Optandum magis, *inquies*, quam ſperandum, *certè. nam* [u] Conc. Tridentinum

[m] *Hugo Cardinalis in quadam Gloſſa.*

[n] *Agrippa lib. de Vanitat. cap. 64.*

[o] *Valla declam. de Donat. Conſtant.*

[p] *Durandus de Conc. Tit. 27. & 32.*

[q] *Card. Aluaco de Reform. Eccleſ.*

[r] *Platina de vita bonorũ.*

[s] *Ibidem.*

[t] *Idem de vita Marcellini.*

[u] *Epiſcop. Eſſenſ. comm. in Tit. 1.*

dentinum reformationem profitebatur, verùm poſt tot annos NIHIL OMNINO emendatur, ſed OMNIS reformationis SPES ablata eſt, cum tot annorum centenarijs vrbem nobis deformiſsimam reliquerint: vbi ſub ſole maior malorum omnium licentia, clamor, impuritas, ne dicam, inſania, & impudentia? talis & tanta, vt credat nemo, niſi qui viderit; neget nemo, niſi qui non viderit: miſſam faciam omnium temporum ab Hieronymi vſque ſeculo queremoniam: Eccuius fuit hoc diſtichon?

Viuere qui ſanctè cupitis diſcedite Roma,
Omnia cum * liceant, non licet eſſe pium.

* *Id eſt, Venalia proſtent.*

Certè quidem Theologi, & Monachi, & quidem Itali Mantuani: & auſus eſt homo, nihil minùs quam Lutheranus, idem alijs verbis comprehendere, Petri domus marceſcit luxu. *Hæ trabes, Bellarmine, oculis veſtris eripiendæ erant, priuſquam Proteſtantibus (ſi cùm his comparentur) feſtucas ſuas exprobâſſes. Nullinè enim Lutherani boni; qui, né mali eſſent, Babylonem veſtram deſeruerunt?* [z] ACCVSANDI ſunt NOSTRI, qui inani titulo inflati, eoque ad dominatum & auaritiam abutentes hominibus *(Proteſtantes vult)* NON MALIS, huic Eccleſiaſtico ordini detrahendi, & ab eo DEFICIENDI occaſionem dederunt. *Eccleſiarum Pontificiorum & Proteſtantium ſuccincta hæc & luculenta collatio, vtra ſit ſanctior; ex formali cauſa ſanctitatis, demonſtrat*

[z] *Caſſander lib. conſult. art. 14.*

Antecedens.

Aduocatus. [y] Ea Eccleſia neceſſariò ſancta non eſt, ex qua, EX DICTAMINE RELIGIONIS SVAE, ſanctitas ipſa tollitur, vt ſi doceat aliena rapere.

[y] *Coſterus Ieſ. lib. 3. cap. 9.*

Aſſumptio.

At duo ſunt Religionis Romanæ Dictamina, quæ vt corporis ſanitati, ita animæ ſanctitati ſolent plurimum officere, In malis palpandis præſumptio, & in curandis expellendiſque imprudentia:

prudentia : illud ante, hoc post peccatum, vtrumque egregiè præstant Pontificij. Ante : Dictamen Romanæ Cathedræ est huiusmodi. [z] Peccatum veniale non est contra legem Dei, sed præter legem : cuius generis sunt hæc : [a] Non bene sanctificare Sabbatum. [b] Conuitium aliquod ex ira etiam cum deliberatione iniectum. [c] Etiam ex animi passione volitio vindictæ. [d] Etiam stulti-loquium, scurrilitas, risus immodicus, non sunt contra legem Dei, sed venialia. [e] Venialia autem omnia possunt SINE POENITENTIA remitti. *Vah quanta quantillis facitis? quæ Sancti Patres tanquam* [f] *Caput Serpentis conterere, tanquam filios* [g] *Babel ad saxa collidere, tanquam* [h] *vulpeculas vineam destruentes de medio tollere seriò monent : ea vos tam venialia peccata facitis, vt (ceu non omninò peccata) sinè pœnitentia remittantur: hoc veniale peccatum, si semel tanquam furunculus intromittatur, præsertim vbi Dominus, sine pœnitentia, in vtramq; aurem dormiat, facilè aditum, quasi maioribus latronibus, peccatis mortalibus patefaciat :* [i] Protestantes hæc omnia mortalia esse definiunt. *Secundò, Post peccatum : salutis humanæ interest, tanquàm post factum naufragium, secundam tabulam pœnitentiam arripere, cuius partes duas hæc vna sententia complectitur :* [k] Præterita peccata plangere, & plangenda deinceps non committere, *id est, pro peccatis præteritis vere conteri, & studiosè cauere de futuris. In vtroq; ex dictamine Romanæ Ecclesiæ pernitiosè erratur. De plangendis peccatis dictamen primum.* [l] NON tenetur QVILIBET (*at Sp. Sanctus,* [m] *Nunc igitur*] *omne nunc exigit*) STATIM post peccatum CONTERI, etiamsi recordetur sæpiùs commissi peccati. *Secundum.* [n] Contritio TENVIS, remissa, pusilla, imperfecta (Protestantes contra) sufficit ad delendum peccatum. *De futuris cauendis.* [o] Fieri potest aliquandò vt sola detestatio peccati *(præteriti)* SINE PROPOSITO FORMALI NON PECCANDI de cætero sufficiat ad gratiam consequendam. 4. [p] Martyrium SINE POENITENTIA peractum ad Iustificationem sufficit. 5. [q] In ieiunio *(quod solet, vt antidotus aduersus peccatum adhiberi)*

[z] *Bell. lib. 1. de amiss. Grat. cap. 11.*
[a] *Toll. Ies. in Instruct. Sacerd. cap. 25.*
[b] *Lib 5. ca. 9.*
[c] *Lib. 3. cap. 13.*
[d] *Staplet. lib. 3. de doctr. princ. cap. 7.*
[e] *Tolletus quo supra lib. 3. cap. 3.*
[f] *Gen. 3. 15.*
[g] *Psal. 137. 9.*
[h] *Cant. 2. 15.*
[i] *Iesuita passim fatentur.*
[k] *Ambrosius & Augustinus.*
[l] *Tolletus Ies. lib. 6. Instruct. cap. 5.*
[m] *Ier. 26. 13.*
[n] *Iesuita supra lib. 1. cap. 63.*
[o] *Suarz. Ies. Tom. 4. in Thom disp. 4. §. 3. Assert. 2.*
[p] *Vega lib. 6. de Iustific. cap. 36. & 37.*
[q] *Tolletus Ies. quo supra lib. 3. cap. 4.*

Ieiunantes abſtinentes à quibuſdam cibis, tamen CIBIS ALIIS VESCI POSSINT. *Vel* [1] Excuſari à ieiunio poſſint operarij, Concionatores, Lectores, Confeſsioniſtæ, & qui non poſſunt reddere vxoribus debitum. *Vel* [m] Poſsit Confeſſarius pœnitenti imponere pœnitentiam (*Apoſtolus autem*, [n] *vnuſquiſq; portet onus ſuum*) PER ALIVM IMPLENDAM: vt, nimirùm, vnum pro alio ieiunare, & bona opera facere. *quæ ſingula vel recitâſſe refutâſſe eſt, à quibus (nam iſtius contritionis, reſipiſcentiæ, temperantiæ Chriſtiana ſpiritus ipſe quaſi ſuffocator) Proteſtantium nullus eſt, qui non penitùs abhorreat. his adiungamus:* Importabile [o] negligentiarum (hem lapſo calamo) Indulgentiarum onus, quibus pietas penè extincta eſt. [p] Videmus diſſolutas diſpenſationes à Romana Curia profectas, vt orbis ferre non poſsit. *Et tamen*, [q] Nobis Canonici perſuadere conantur, penes Pontificem eſſe autoritatem diſpenſandi CONTRA ius naturale, imò CONTRA nouum teſtamentum. *dogma expoſuiſti: iam huius documentũ aliquod exhibe.* [r] Exempla plura ſuppetunt, ſed pauca quæ à proximis annis ſeſe offerunt, pro omnibus faciunt: Nonnè Ladiſlaus Polonus, acceptâ in vxorem Beatrice, & tandem, repudiatâ illâ, ſuper-induxit aliam ex Gallis pellicem? Nonnè Carolus 8. Rex Francorum, repudiatâ Margaritâ Maximiliani Cæſaris filiâ, illius ſponſam rapuit, & vxorem ſibi copulauit, quam eandem poſtea à Lodouicus 12. repudiatâ ſua, ſibi conſimili toro coniunxit, conſentientibus illis & adiuuantibus regni Epiſcopis & Pontificibus? Quibus viſum eſt pluris facienda iura acquirendæ Britanniæ, quàm iura obſeruandi legitimi matrimonij: & hodiè audio, neſcio cui Regi perſuaſum eſſe, vt liceat ſibi iam plus viginti annorum vxorem dimittere, & nubere Pellici. *Hos igitur Indulgentiarum patrocinium veluti Augeæ ſtabulum, non aqua ſed Iuæ diuinæ fluuio purgandum eſt. ad concluſionem feſtinemus.*

[1] *Ibidem.*
[m] *Ibid. cap. 11.*
[n] *Gal. 6. 5.*
[o] *Autor quidam anonymus in faſc. rerum expetendarum.*
[p] *Franciſcus de Vict. Relect. 4. Prop. 5.*
[q] *Agrippa de Vanit. Sciant. cap. 63.*
[r] *Ibidem.*

Concluſio

Concluſio ex Patribus.

* Lutherus erat Diaboli diſcipulus: ‡ Bucerus Iudæus, Caluinus peſtis Galliæ: P. Martyr ſcorto copulatus ſacrilego connubio. *Reſpondebunt Patroni.* * Hic mos eſt *(audite Catholici)* Hæreticorum crimina obijcere Doctoribus, cùm non poſſunt reprehendere doctrinam: [vos *(inquit Apoſtolus)* non ita didiciſtis Chriſtum:] ipſe enim ſuos ſecuros facit, etiam de Diſpenſatoribus malis, vbi dicit, [Quod dicunt facite.] * Quis vnquam Catholicorum in diſputatione, Sectarum turpitudinem obiecit ei, aduersùs quem diſputat? *Qua, ſi fortè nota aliqua ſit, tamen obſcurior eſt interdum, quam vt notari poſſit. quia* * Omnes ſpecies iuſtitiæ, quas habet ſeruus Dei in veritate, habere poſsint ſerui Diaboli in ſimilitudine, habet Diabolus ſuos caſtos, ieiunos, Eleemoſynarios: & ſimplices homines, qui boni veri & ſimulati differentiam non norunt, dum quærunt bonos viros, incurrunt in ſeductores Diaboli: *Denique vt ex Auguſtino cauſam hanc definiamus, ſic ille hominem Paganum nuper ad fidem conuerſum inſtituit.* * Non neſcias multos, qui appellantur Chriſtiani hæc mala operari, & etiam grauiora: ſed ſi tu hoc animo veniſti, vt ſecurus talia facias multum erras, nec tibi proderit Chriſti nomen, cum venerit ſeueriſsime iudicare, qui prius venit miſericorditer ſubuenire. Cum igitur multos videas, qui non modo talia faciunt, verum etiam defendunt, TENE TE AD LEGEM DEI, & non ſequaris præuaricatores eius: NON enim AD ILLORVM ſenſum, ſed ſecundum ILLIVS VERITATEM iudicaberis. *Hæc eſt vere via* Regia.

* *Seranius Ieſ. lib. 1. de Lutheri miſſione.*
‡ *Coſterus Ieſ. Apolog. Part. 3. cap. 1.*
* *Auguſt. Epiſt. 137.*
* *Hieronymus lib. 3. apolog. contra Ruffinum.*
* *Chryſoſt. hom. 4. in Matth. 3.*
* *Auguſt. lib. de Catechizandis Rudib. ca. 25.*

CAPVT

CAPVT. XXV.

Nota vndecima. Miraculorum.

[a] *Bell. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 14.*

Aduersarius. [a] Gloria Miraculorum est vndecima nota Ecclesiæ. *Theses tres euentilanda sunt priusquam ad Hypotheses descendamus.*

Thesis prima. de perpetuitate.

[b] *Costerus Ies. Apol. part. 3. cap. 9.*

[c] *Bell. quo supra.*

[d] *Episc. Espens. comm. in 2. Tim. 3. ex Aug. de Ciuit. Dei, lib. 22. cap. 8.*

[e] *Stella comm. in Luc. 11.*

Aduersarius. [b] Hæc est perpetua nota Ecclesiæ, nullum seculum, nulla ætas hominum miraculis caruit. [c] Singulis ætatibus plurima fuerunt. *Quæ tamen non esse perpetuo necessaria certissimum est. Aduocatus.* [d] Vbi nullus est Infidelis, faciendorum miraculorum NVLLA EST NECESSITAS. *Imo etiam tam non sunt apud Christianos semper necessaria, vt sæpe etiam vel ea non esse sit necessarium.* [e] Crede Euangelio, quod fuit miraculis confirmatum: sed dices, nonne rationi consentaneum est, vt nunc quoque fides confirmetur miraculis? NON, nam nunc quoque DAMNVM potiùs afferrent, quam commodum; etiamsi in principio nascentis Ecclesiæ fuerint necessaria. Puer enim, cum ambulare nequit, adiuuatur vehiculo, quod homini adulto est impedimento. *Hæc luculentè Stella vester: nec minus eleganter ille Magnus.* [f] Numquid fratres mei, quæ ista signa non facitis, minime creditis? sed hæc necessaria in exordio Ecclesiæ fuerunt, vt multitudo ad fidem cresceret: quia & nos, cum arbusta plantamus, tamdiù eis aquam infundimus, quousque ea in terra coaluisse videamus; & si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit. *Ex quo patet, nec esse à Protestantibus ad fidem demonstrandam exigenda miracula, nec a Pontificijs iactitanda de hac infra fusius. secundam examinemus.*

[f] *Greg. Magnus Hom. 29. in Euang.*

Thesis secunda, de Sufficientia.

[g] *Bell. quo supra.*

Aduersarius. [g] Verum miraculum est sufficiens testi-

monium

nium veræ Eccleſiæ, ex quo fundamento probamus, eam eſſe apud nos. *Huic Theſi duo maxime aduerſantur, tum veritas Miraculorum in falſis operarijs, & obſcuritas in veris. 1. quia etiam hæretici interdum vera edant miracula.*

Ratio prima.

Aduocatus. [h] Chryſoſtomus, Hieronymus, Euthemius, Thephylactus, probant exemplis, etiam per alios, quam Catholicos, vera miracula fieri: & hoc ipſo loco Math. 7. [Multi dicent in illo die, in nomine tuo eiecimus. &c.] facile colligitur FALSOS illos Prophetas, de quibus Chriſtus loquitur, VERA miracula feciſſe, VERE prophetaſſe VERE Dæmonia eieciſſe; nec enim reſpondet Chriſtus, mentiri eos: ſed ſe eos, quamuis iſta fecerint, non noſſe: nec magnum eſt, ſi moneret nos ne falſa miracula facientibus non crederemus; ſed magnum & admirabile eſt omnino quod monet, ne FALSIS Prophetis credamus, VERA etiam miracula facientibus. Nullum ergo, dicit aliquis, ad probandam veram doctrinam argumentū ſumi poteſt: Non ſequitur omnino, Nullum; ſed non NECESSARIVM, ſumi poſſe: ſcimus enim Chriſtum, ad confirmandam doctrinam ſuam, poteſtatem faciendi miracula Apoſtolis ſuis tradidiſſe: ſcimus vi miraculorum totum pene orbem ad fidem fuiſſe pertractum, quod qui negant, vt diſputat Auguſtinus, maius ipſi miraculum, miraculo tollendo, faciunt: incredibilius enim tot Philoſophos, tot ſapientes viros, tam paucis Apoſtolis, tam imperitis, tamque incredibilia humanæ rationi prædicantibus, ſine vllis miraculis credidiſſe, quam illa ipſa miracula, quæ ab illis facta narrātur. Probabile, igitur, fidei argumentum eſt, quod ex miraculis ſumitur, quia per fidem ſæpe; ſine fide raro, fieri ſolent: NEC NECESSARIO demonſtrant Eccleſiam, niſi vbi poteſtas miracula faciendi ORDINARIA cōtingit. *Bellarminus Ieſuita aſſerit verum miraculum eſſe* ſufficiens teſtimonium veræ Eccleſiæ: *Maldonatus Ieſuita ex Scrip-*

[h] *Maldonatus Ieſ. comm. in Matth 7.*

turis, & Patribus contrarium demonſtrat; cui potius credendum ſit qui ambigit, proinde dubitet vtrum conſultius ſit vni, quam multis; nomini quam rationi; homini, quam Chriſto credere. fieri poſſit, vt vera miracula edantur in falſa Eccleſia, quamuis non ad confirmationem hereſis, quàm contra Catholicam Eccleſiam, ſed veritatis, quam cum ea Miracularij tenent.

[1] *Delrius Ieſ. lib.2. diſq. Magic.q.7.tom.1.*

Aduocatus. [1] Solet quidem Deus hanc gratiam gratuito, etiam perperam de fide ſentientibus largiri, ſed id in veræ fidei probationem; vt quando dedit prophetiam Balaamo & Caiphæ: in falſæ fidei confirmationem nec dediſſe, nec magis dare Deus poſsit, quam poteſt veritas mentiri.

[2] *Bell.lib.4. de Eccleſ.Milit. cap.14 § Ad poſtremum.*

Verbi cauſa. [2] Nouatianus, cum Iudæum baptizabat, miraculum edidit; ſed non ad Nouatianæ ſuæ hæreſis, ſed ad Catholici baptiſmi confirmationem editum eſt. [3] Etiam Hæretici per ſacra verba, aut nomen Chriſti, aut ſacramenta Chriſtiana expellunt Dæmones; cum autem malum iubentibus Dæmones voluntariò cedunt, cum vero inuiti, in honorem excellentiſſ. Imperatoris Chriſti: talis fuit is, de quo Diſcipuli loquuntur ad Chriſtum: [*Magiſter in nomine tuo eijcit Dæmonia:] cum tamen Chriſtum non ſequeretur. *Non, itaq;, Eccleſia vera, niſi quatenus vera fidei, nota eſt.*

[3] *Pererius Ieſ. comm.in Gen. cap.7 diſp.5.*

* *Marc.9.37.*

Ratio ſecunda.

Quia quamuis ab Apoſtolis facta miracula ſole meridiano clariora fuerunt, at quæ poſt multa ſecula fiunt lunæ macula obſcuriora: miraculorum ſpecie mirabilia fidem noſtram illudere videantur. age, hunc modum expedi, vel potiùs conſtringe.

[4] *Bell.lib.3. de Rom.Pont. cap.15.*

Aduocatus. [4] Miracula, quæ operaturus eſt Anti-chriſtus, dicuntur ſigna mendacia, vel ex cauſa efficiente principali, Diabolo, quia eſt Pater mendacij, vel ratione materiæ, quia ſunt phantaſtica, & præſtigiæ, vel etiam-ſi ſint ratione materiæ vera, tamen ratione formæ mendacia ſunt, quia iactabit Antichriſtus fieri à ſe virtute ſupernaturali, & virtute diuina, quæ habent omnes cauſas naturales, LICET NOBIS OCCVLTAS: vel, poſtremò, ratione finis,

nis, quia ad mendacium inducunt. *Deinde.* [l] Quod ſit verum miraculum NON CONSTAT nobis certitudine fidei, cui non ſubeſſe FALSVM poteſt & illuſio Dæmonis. *Itaq; prænaricaris planiſſimè. Diſputo. Si hæc eſt nota, quomodo* nobis occulta; ſi nobis, *id eſt, Eccleſia occulta & ignota, quomodo nota Eccleſia? Itaq; Collegis tuis aſſentiemur, quorum vnus,* [m] Tempore Antichriſti DIFFICILE erit diſcernere vera ſigna à falſis; vbi multa & magna erunt VERIS SIMILLIMA. *Alius.* [n] Admonemur nè turbemur prodigijs impiorum, quaſi illa eſſent miracula, & diuinæ virtutis teſtimonia, quia proprium eſt Diaboli transfigurare ſe in Angelum lucis, ad circumueniendos mortales. *Quomodo?* [o] Duo ſunt miraculorum genera; quædam huiuſmodi, vt non niſi per omnipotentiam Dei fiant, huiuſmodi non faciet Antichriſtus: Alia quæ fieri poſſint potentia naturalium cauſarum, operante Dæmone, hominibus IGNOTA; quæ modò INVISIBILI adhibebuntur, & QVASI MIRACVLA EXISTIMABVNTVR: hæc ſigna vera ſunt, ſicut illa Magorum vera fuiſſe arbitratur Auguſtinus, nihilo-minùs mendacia, quia qui faciet, ſe ea facere miraculôsè virtute diuina falsò profitebitur. *Denig;.* [p] Aliquandò erit in ECCLESIA DEI maxima deceptio Populi per FALSA miracula. *Ex quo ſequitur (ſi tibi, Bellarmine, credimus) operationem* ignotam, fallacem, & inuiſibilem *eſſe notam veræ & viſibilis Eccleſiæ: ἀνύσατε.*

[l] *Ibid. cap. 14. §. Eſt autem.*

[m] *Acoſta lib. de Temp. nouiſſ. cap. 19.*

[n] *Peterius lib. comm. in Exod. 7. diſp. 11.*

[o] *Idem comm. in Dan. lib. 4.*

[p] *Lyranus,*

Theſis tertia. De neceſſitate.

Aduerſarius. [q] In extraordinaria Miſsione neceſſarium eſt miraculum, quia qui mittitur à Deo per Ordinarium Prælatum, debet oſtendere teſtimonium ordinarij Prælati, nimirùm literas eius ſigillo munitas: qui verò mittitur à ſolo Deo, debet oſtendere ſigillum Dei, quod nihil aliud eſt quàm miraculum. Ergo Proteſtantibus non credimus, niſi miracula faciant. *Miſſio extraordinaria du-*

[q] *Bel. lib. 4. de Not. in Eccleſ. cap. 14*

turis, & Patribus contrarium demonſtrat; cui potius credendum ſit qui ambigit, proinde dubitet vtrum conſultius ſit vni, quam multis; nomini quam rationi; homini, quam Chriſto credere. fieri poſſit, vt vera miracula edantur in falſa Eccleſia. quamuis non ad confirmationem hereſis, quàm contra Catholicam Eccleſiam, ſed veritatis, quam cum ea Miracularij tenent.

[1] *Delrius lef. lib. 2. diſq. Magic. q. 7. tom. 1.*

Aduocatus. [1] Solet quidem Deus hanc gratiam gratuito, etiam perperam de fide ſentientibus largiri, ſed id in veræ fidei probationem; vt quando dedit prophetiam Balaamo & Caiphæ: in falſæ fidei confirmationem nec dediſſe, nec magis dare Deus poſsit, quam poteſt veritas mentiri.

[k] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 14. § Ad poſtremum.*

Verbi cauſa. [k] Nouatianus, cum Iudæum baptizabat, miraculum edidit; ſed non ad Nouatianæ ſuæ hæreſis, ſed ad Catholici baptiſmi confirmationem editum eſt. [l] Etiam Hæretici per ſacra verba, aut nomen Chriſti, aut ſacramenta Chriſtiana expellunt Dæmones; cum autem malum iubentibus Dæmones voluntariò cedunt, cum vero inuiti,

[l] *Perrerius lef. comm. in Gen. cap. 7 diſp. 5.*

in honorem excellentiſſ. Imperatoris Chriſti: talis fuit is, de quo Diſcipuli loquuntur ad Chriſtum: [*Magiſter in nomine tuo eijcit Dæmonia:] cum tamen Chriſtum non ſequeretur. *Non, itaq; Eccleſia vera, niſi quatenus vera fidei, nota eſt.*

* *Marc. 9. 37.*

Ratio ſecunda.

Quia quamuis ab Apoſtolis facta miracula ſole meridiano clariora fuerunt, at quæ poſt multa ſecula fiunt lunæ macula obſcuriora: miraculorum ſpecie mirabilia fidem noſtram illudere videantur. age, hunc modum expedi, vel potius conſtringe.

[m] *Bell. lib. 3. de Rom. Pont. cap. 15.*

Aduocatus. [m] Miracula, quæ operaturus eſt Anti-chriſtus, dicuntur ſigna mendacia, vel ex cauſa efficiente principali, Diabolo, quia eſt Pater mendacij, vel ratione materiæ, quia ſunt phantaſtica, & præſtigiæ, vel etiam ſi ſint ratione materiæ vera, tamen ratione formæ mendacia ſunt, quia iactabit Antichriſtus fieri à ſe virtute ſupernaturali, & virtute diuina, quæ habent omnes cauſas naturales, LICET NOBIS OCCVLTAS: vel, poſtremò, ratione finis,

nis, quia ad mendacium inducunt. *Deinde.* [1] Quod ſit verum miraculum NON CONSTAT nobis certitudine fidei, cui non ſubeſſe FALSVM poteſt & illuſio Dæmonis. *Itaq; prænaricaris planiſſimè. Diſputo. Si hæc eſt nota, quomodo* nobis occulta; ſi nobis, *id eſt, Eccleſia occulta & ignota, quomodò nota Eccleſiæ? Itaq; Collegis tuis aſſentiemur, quorum vnus,* [m] Tempore Antichriſti DIFFICILE erit diſcernere vera ſigna à falſis; vbi multa & magna erunt VERIS SIMILLIMA. *Alius.* [n] Admonemur nè turbemur prodigijs impiorum, quaſi illa eſſent miracula, & diuinæ virtutis teſtimonia, quia proprium eſt Diaboli transfigurare ſe in Angelum lucis, ad circumueniendos mortales. *Quomodo?* [o] Duo ſunt miraculorum genera; quædam huiuſmodi, vt non niſi per omnipotentiam Dei fiant, huiuſmodi non facient Antichriſtus: Alia quæ fieri poſſint potentia naturalium cauſarum, operante Dæmone, hominibus IGNOTA; quæ modò INVISIBILI adhibebuntur, & QVASI MIRACVLA EXISTIMABVNTVR: hæc ſigna vera ſunt, ſicut illa Magorum vera fuiſſe arbitratur Auguſtinus, nihilo-minùs mendacia, quia qui faciet, ſe ea facere miraculôsè virtute diuina falsò profitebitur. *Demiq;.* [p] Aliquandò erit in ECCLESIA DEI maxima deceptio Populi per FALSA miracula. *Ex quo ſequitur (ſi tibi, Bellarmine, credimus) operationem* ignotam, fallacem, & inuiſibilem *eſſe notam veræ & viſibilis Eccleſiæ: ἀνύσατε.*

[1] *Ibid cap.14. §. Eſt autem.*

[m] *Acoſta lib. de Temp. nouiſſ cap.19.*

[n] *Pererius lib. comm. in Exod. 7. diſp.11.*

[o] *Idem comm. in Dan. lib.4.*

[p] *Lyranus,*

Theſis tertia. De neceſſitate.

Aduerſarius. [q] In extraordinaria Miſsione neceſſarium eſt miraculum, quia qui mittitur à Deo per Ordinarium Prælatum, debet oſtendere teſtimonium ordinarij Prælati, nimirùm literas eius ſigillo munitas: qui verò mittitur à ſolo Deo, debet oſtendere ſigillum Dei, quod nihil aliud eſt quàm miraculum. Ergo Proteſtantibus non credimus, niſi miracula faciant. *Miſſio extraordinaria du-*

[q] *Bril. lib.4. de Notis Eccleſ. cap.14*

pliciter accipitur, vel respectu ordinis publicè recepti; vel ordinis à Deo recèns instituti: si posteriorem intelligis, miracula requiruntur, eoq; faciunt Scripturarum * *loca, quæ producis, vt Mosis, qui legem nouam tulit, & Christi, qui veterem cæremonialem abrogauit. sed hoc modo Protestantes extraordinarij Ministri non sunt, quia non ad Ecclesiam nouam extruendam, sed ad veterem miserè collapsam erigendam excitati fuerunt: sin priorem velis, Miracula non esse necessaria, omnium ferè Prophetarum exempla, & superiora Patrum testimonia demonstrant, & exemplo Iohannis Baptistæ adhuc dilucidius fiet.*

* Exod 4. Matth.10.

Exemplum primum.

Aduersarius. [a] Obijciunt nobis Protestantes Iohannem Baptistam. Respondeo, 1. Mendacium esse quod Centuriatores dicunt, Iohannem à Pharisæis & sacerdotibus vt hæreticum habitum fuisse: 2. erat ille Sacerdos ordinarius: 3. licet nullum factum sit ab eo miraculum, tamen multa in eo edita sunt, & magna miracula, natus ex anu sterili: Pater eius obmutuit, & soluta lingua clare loquebatur: Iohannes in vtero exultabat, à puero in desertis locis vixerat. *Ad singula: primò tu vide, ne ipse mentiens Centuriatoribus imponas mendacium, nam Iohannem plusquam hæreticum apud Pharisæos habitum fuisse, Scriptura docet. Aduocatus.* [b] In *Luc.7. [Pharisæi & Legis-periti consilium Dei spreuerunt in seipsos, non baptizati ab eo.] & ver. 11. [Venit Iohannes neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis DAEMONIVM HABET] Pharisæi igitur & Scribæ, seu legum Doctores, NVLLA-TENVS credebant Iohannem A DEO MISSVM esse, sed in hoc consilum Dei contemnebant, & interpretabantur Iohannem VIRTVTE DAEMONIS austeram vitam egisse. *Quod secundo loco proponis, fuisse eum ordinarium Sacerdotem, insigniter falsum est; quia locus, modus, ritus, omnia in Iohanne extraordinaria fuerunt.* *Matth. 3. [Vox clamantis in deserto.] [c] NON IN TEMPLO prædicabat, vt

[a] *Bell. lib. 4. de Eccles. Milit.*

[b] *Tolletus Iesuita & alij Interpretes omnes comm. in eum locum.*

* *Luc.7.*

* *Matth.3.*

[c] *Iansenius in Concord.*

vt EXORDIVM NOVAE legis exordio veteris responderet, Iohannes quoque BAPTIZABAT, in quo docuit legis VETERIS FIDVCIAM DEPONENDAM ESSE. *At nec desertum tùm ordinarius Ministerij locus, nec baptisma ordinarium sacramentum, nec praedicationis (cuius subiectum erat Christi Aduentus) legis veteris ordinaria functio fuit, sed noua praeludium & praeparatio. In tertio multùm hallucinaris, neq; enim in quo sed à quo Miraculum fiat, contendimus: nam etiam in Lazaro miraculũ est editum. ad rem igitur,*

[a] In [a] Ioh. 10. [Et multi crediderunt in eum *(Christum)* & dicebant, Iohannes quidem NVLLVM fecit signum.] videtur in hoc verbo duplex argumentũ implicatum esse, alterum est, Iohannes NVLLVM vnquam MIRACVLVM fecit, & illi credimus, multo ergo magis huic *(Christo)* credere debemus: Alterum. &c. [b] Hoc, quod Iohannes NVLLVM signum fecerat, maxime Iudæos illos impellebat, vt ad Christum venirent: Iohannes ENIM, cum tantus erat, NVLLVM fecit miraculum, hic autem multa & magna edidit. Certè igitur, hic maior est Iohanne. *Quo argumento Iudaeorum Protestantium argumentum confirmatur, Responsum tuum explodit, vt & illud etiam quod fingis,* Iohannem à puero in deserto vixisse. *Aduocatus.* [c] Difficile est creditu, nec videtur probabile.

[a] *Maldonatus Iesuita com. in hunc locum.*
[a] *Iob. 10. 41. 42.*
[b] *Tolletus Iesuita in eundem locum.*
[c] *Tolletus Iesuita com. in Luc. 1. annot. 176.*

Ab Exemplo nouo. Argumentum aliud, cuius antecedens propositio:

[a] *Acosta Iesuita lib. 2. de salute Indor. cap. 2. & 3.*
[a] *1. Cor. 5.*
[b] *Bell. lib. 3. de Eccles. Milit. cap. 3. in prine. & cap. 4. ante finem.*
[b] *Acosta quo supra.*
[c] *Tom. 10. serm. 6.*

Iesuitarum ad Infideles Indos adducendos ad fidem (si quae alia) extraordinaria est Missio, 1. à parte mittentis, quia qui eos mittit, Indorum pastor ordinarius non est, sed ne Pastor quidem. Aduoc. [a] Aliqui statuum Romano Pontifici ius esse in Ethnicos, sed Apostolica voce iamdiù exploſi sunt. *Ex 1.* [a] Cor. 5. [Quid mihi cum ijs qui FORIS sunt.] [b] Foris sunt generaliter omnes, qui non dederunt sua nomina Christo. [b] NON TOLLO (inquit [c] Augustinus) Idola Ethnicorum, quia non habeo in illis potestatem,

HABEO autem cum FVERINT facti Christiani. 2. *Ex parte Missorum. Aduocatus.* [c] Societas nostra eo potissimum instituta fuit, vt in missionibus obeundis, per varios orbis terrarum tractus Ecclesiæ seruiat: hoc est tam PROPRIVM MVNVS, vt nihil magis. [d] In militia enim Christiana duo sunt ordines: vnus eorum qui certo loco decertant, alter eorum, qui per omnia discurrunt, vt omnibus opem ferant: quod militiæ genus tanti in Ecclesia factum est, vt illud Duces nostros summos, id est, APOSTOLOS sibi sumpsisse videamus; sumus nos auxiliares copiæ leuisque armaturæ milites. *Esto, vel etiam, si placet leuissimæ, instar illorum, quos ille se vidisse finxit,* [e] Militum volaticorũ *modo tamen extraordinaria. At in hac missione Miraculorum Charisma non fuit simpliciter necessarium. Aduocatus.* [f] Religio Christiana, vbi humana præsidia prorsus aberant, diuinis est fundata miraculis: At nostrorum temporum LONGE ALIA EST RATIO; nam ij, qui enunciant Indis Euangelium, sunt antiquitate Religionis, multitudine suorum, ingenio cæterisque copijs ad persuadendum superiores. Deinde QVID magnorum signorum CONFIRMATIONE OPVS est, vbi potius acuta intelligentia desideratur, ad altitudinem doctrinæ nostræ disquirendam? vnum illud huic nouo orbi potentissimum, & ad fidem efficacissimum, & PENE SINGVLARE MIRACVLVM necessarium est MORES CVM FIDE CONGRVENTES: hoc ABVNDE SVFFICIT, in hoc signorum argumento explicando [g] Chrysostomus mirifice versatur: Si enim miracula in initio Euangelicæ prædicationis patrata creduntur, certum est, inquit, doctrinam, cui confirmandæ adhibebantur, diuinitus esse profectam: sin autem veritati historiæ iam minùs Gentilis credat, at longe omnibus signis maius est, homines illos paucos, ignobiles illiteratos, omnibus mortalibus exosos, toti orbi persuasisse. NON, ergo, fides, IAM satis firmata, MIRACVLIS NOVIS INDIGET confirmari, quin POTIVS vtilius esse assent, SIGNIS NVNC CARERE, quoniam maioris

[a] *Acosta Ioſ. lib. 5. cap. 17.*

[d] *Idem. lib. 5. cap. 21.*

[e] *Apud Plautum.*

[f] *Acosta lib. 2. de procur. Ind. Sal. cap. 9.*

[g] *Hom. 6. in 1. Epist. ad Cor. in illa verba,* Fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.

ris meriti sit sine illis credere. *Quid clarius? si enim in Infidelibus conuertendis, tum sane Christianis corrigendis, & reformandis miraculorum necessitatem exigere infidelitatis argumentum est: Eadem itaq; Caluini & Chrysostomi asseueratio.*

Caput. XXVI.

Hypothesis prima, quæ Protestantes vrget.

Aduersarius. [a] Caluinus Brulæum, mortem simulantem excitare voluit: Lutherus Dæmonem pellere, at nihil nisi in doctrinæ ignominiam successit. *Profer testes.* [b] Lutherus semel voluit de quadam discipula Dæmonem eijcere, sed periculum fuit, ne à Dæmone occideretur. vide Staphylum. Rursum, Nicænum mortuum vanis murmurationibus frustra in vitam reuocare tentabat. vide Coclæum. Idem tamen post mortem insigni miraculo claruit: nam eius cadauer in media hyeme, in arca stannula optimè clausa inclusum, cum deferretur, tam tetrum odorem spirare cœpit, vt nemo eum ferre potuerit; proinde coacti erant eius corpus relinquere in itinere. vide Coclæum. Etiam Caluinus sic cum quodã, nomine Brulæo, pactã mercede successu infœlici, egit. Vide Bolsecum. hæc inserere placuit. *Placuit, cui nihil non placet, quod per fas aut nefas Protestantes in inuidiam rapiat. Lutherum atq; Caluinum, vt vnquam miraculum aliquod edere tentarent? Adeoc.* [c] Caluinus in præfat. Instit. dicit nos INIVRIAM ijs facere, quod AB IIS MIRACVLVM EXIGIMVS, cum ipsi doctrinam antiquam, & innumeris miraculis ab Apostolis & Martyribus confirmatam prædicent. [d] Caluiniani nullis miraculis se a Deo missos esse docent, Baptistæ exemplo se tueri volunt, quod is præter ordinem à Deo missus, NVLLVM MIRACVLVM fecerit. *Rem.* [e] Meminisse nos decet, sua esse Satanæ miracula, quæ etiamsi præstigiæ potius quam veræ virtutes, sunt tamen huiusmodi, quæ mul-

[a] *Costerus Isc. Apolog. part. 3. cap 9.*

[b] *Bell. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 14 §. De nostri.*

[c] *Bell. quo supra. §. Possumus.*

[d] *Maldonatus Ioan. comm. in Ioh. 2. 18.*

[e] *Caluinus præf. in Instit.*

tos

tos deludant, Idololatriam ſtupenda miracula aluerunt, IDEM NOS nunc Aduerſarijs noſtris RESPONDEMVS, vt olim Donatiſtis * Auguſtinus. Dominus contra iſtos Mirabiliarios cautos nos fecit, cùm prædixit fore Pſeudo-prophetas, qui ſignis mendacibus ſeducerent, ſi fieri poſſit, Electos. *Nec ab illo diſſentit Lutherus. Reus.* * Non fidendum eſt miraculis, quæ fieri vel mentiuntur, vel etiam verè prædicant, ſed SOLAE DOCTRINAE CHRISTI, & Apoſtolorum. * Apoſtoli ediderunt ſigna tantùm ad Euangelij confirmationem: poſtea-quam verò Euangelium latè propagatum eſt, & vniuerſo mundo promulgatum, NON EST OPVS porrò MIRACVLA facere. *Præterea perinique facitis, quòd Luthero aut Caluino miracula faciendi conatum affingitis, cùm id poſt tàm longè latéq; propagatum & manifeſtatum Euangelium, nè tentandum quidem eſſe ſcriptis & concionibus publicis vtriq; profiteantur. Quid ergo? Aduocatus.* * Stultum eſt credere, de rebus, Autoribus ijs, qui non interfuerunt, potiùs quàm qui interfuerunt. *Et tamen* Vide (*inquis*) Bolſecum, vide Coclæum, vide Staphylum, *Lutheri & Caluini Aduerſarios infeſtiſſimos, quibus (vel ſi decem fuiſſent) nos iure opponimus oculatum vel vnum:* * Hæc nos falſa eſſe nouimus, qui Caluinum intùs & in cute cognouimus. *Quod idem de Luthero Melanchthonius.* * Lutherus honorificentiùs ſepultus eſt, quàm multi Principes. *Neque enim exiſtimandum eſt, Lutherum aut Caluinum feciſſe aut tentaſſe quod noluerint, potius quàm Bolſecum & Coclæum finxiſſe, quod profectò minùs voluerunt. Omiſſis fabulis, quod ſi vultis audire verum, non ex ære inimico, & ad maledicendum conducto, ſed ex fide Romana domeſticis teſtibus profectum, Hypotheſin hanc ſequentem explorate.*

* *Auguſt. tract. 13. in Matth. 24.*

* *Lutherus Dom. 2. Aduentus. ex Epiſt. ad Rom. 15. in hæc verba.* vt Vnanimes.

* *Domin. Aſcenſionis Hom. 2.*

* *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 14. §. Sed reſpondemus.*

* *Danæus.*

* *Melanchthonius.*

Hypotheſis 2. quatenùs Eccleſiam Romanam Miraculorum nota illuſtret.

* *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 14. §. Vndecimo ſeculo.*

Aduerſarius. * Nunc noſtram Eccleſiam demonſtrabimus eſſe veram Dei Eccleſiam ex miraculis, quæ ſingulis ætatibus

ætatibus plurima & teſtatiſsima fuerunt, vſque ad hoc noſtrum ſeculum, in quo &c. [g] In Eccleſia Catholica ſemper fuerunt. [h] Nullum ſeculum, nulla ætas hominum miraculis caruit.

[g] *Poſſidonius de vitis verbi Dei, fol. 31.*

[h] *Coſtens Ieſ. Apolog. part. 3. cap. 9.*

Huius defenſionis falſitatem tam { *ſuperioris, quàm poſterioris ætatis experientia redarguit.*

De ætate ſuperiori, quæ tamen, ſi cùm antiquis comparetur, noniſſima dici poſſit.

Aduerſarius. [i] Etiam in vndecimo ſeculo claruerunt miraculis in Eccleſia Catholica Sanctus Edouardus Rex Angliæ, Anſelmus, Gregorius Papa ſeptimus, & alij: duodecimo, B. Malachias, & B. Bernardus, qui pluribus miraculis claruit, quàm vllus ſanctorum. *Hoc cùm res ipſa tum ratio neceſſariò refutat. Res quia Aduocatus.* [k] Promiſit Chriſtus vt Diſcipuli Dæmonia eijcerent, quam promiſſionem NVLLVM HIS DIEBVS EFFECTVM ſortiri dilucidè cernimus. NEMO enim eſt qui NVNC corporaliter Dæmonia eijcit, aut morbos ſanat, & TAMEN minimè ambigimus, quin plurimi ſint qui FIDEM EANDEM, & æquè magnam cum priſcis fidelibus habeant, nec tamen inanis illa promiſsio fuit, quam NOLVIT EFFICACIAM habere PERPETVAM, ſed pro tempore NASCENTIS, & ADOLESCENTIS Eccleſiæ. *Neſcio an quid dici diſertiùs potuit vel ad calumniam in Proteſtantes, vel etiam fucatam gloriolam veſtram profligandam. Ratio etiam duplex repugnat, priorem raritas Miracula vera faciendi, alterum falſa fucandi inſulſitas docet. Prior. Aduocatus.* [l] Operatio miraculorum NON EST NECESSARIVM argumentum Eccleſiæ, NISI in ea ſocietate hominum, cui ORDINARIA faciendi miracula POTESTAS conceditur. *At hæc poteſtas nec Eccleſiæ Chriſtianæ veteri ordinaria fuit.* [m] In explicando argumento de ſignorum RARITATE mirificè verſatur S. Chryſoſtomus:

[i] *Bell. quæ ſupra.*

[k] *Epiſc. Roſſenſis de cap. Bab. aduerſus Lutheranos cap. 10. part. 4.*

[l] *Maldonatus Ieſ. comm. in Math. 7.*

[m] *Acoſta Ieſ. lib. 2 de procur. Ind. ſal. cap. 9.*

nec recentiori Romanæ, vt Epiſcopus Roſſenſis docuit, nec iam præſenti, vt ſectio proxima demonſtrabit. Altera Ratio, quia multa fuerunt ſigna mentita, & à malè feriantibus ingeniosè conficta. Aduocatus. [a] Cæteri Diuorum conſtruunt hiſtorias, piè non-nihil admentientes, ſupponunt reliquias, fabricant miracula, Confingvntqve terribiles Fabvlas. [b] Quid eos commemorem qui Fabvlis vanis, & Miracvlis fictis, memoriam eorum, quibus fauent, ſtudent vulgo commendare; nonnunquam ea laudantes, quæ laudatus nec fecit vnquàm nec probauit? & arbitror fuiſſe, qui pium exiſtimarunt animum huiuſmodi fucis ad Religionis ſtudium accendere: ego ſemper execratus ſum hoc Rabularum genus, qui non nôrunt veram pietatis imaginem depingere, ſed Mendaciis fallunt diſcipulos eius, qui veritas eſt. [c] Quaſi ſancti Dei homines noſtris mendacijs egeant? [d] Nam Deus nequaquàm noſtro eget mendacio, inquit [e] Apoſtolus. [f] Etiamſi vtantur homines ſigno crucis in ſignis edendis, & ſolis verbis religiòſis, tam-etſi ſint ritus & obſeruationes peculiares & determinatæ, & certis horis, ad certum ſitum ſtellarum, ſiue certo numero crucium, & candelarum, ita vt aliter non ſperetur effectum, certum eſt Non eſſe hanc gratiam, ſed Magiam. [g] Hæc ad Magiam Dæmoniacam pertinere Theologi ſtatuunt. *Denique.* [h] Aliquandò fit in Eccleſia maxima deceptio populi in miraculis factis à Sacerdotibus, vel eis adhærentibus, propter lucrum.

[a] *Agrippa de Vanit. Scient. cap. 97.*

[b] *Eraſmus art. in lib. confeſſ. Auguſt.*

[c] *Melchior Canus loc. theol. lib. 11. fol. 333.*

[d] *Acoſta Procem. ante li. 1. de Salut. Ind.*

[e] *Rom. 3.*

[f] *Franciſcus de Vill. Reloct. 12. de Arte Magic.*

[g] *Delrius Ieſ. lib. 2. diſq. Magic. qu. 5.*

[h] *Lyranus.*

Caput. XXVII.

Poſteriôris temporis experientia: hîc agitur de Miraculis quæ à Ieſuitis fieri narrantur.

An Ieſuitæ vel nuper fecerint, aut iam faciant Miracula.

Primum.

[a] *Bell. quo ſupra §. Deniq.*

Aduerſarius. [a] Hoc noſtro ſeculo claruit in Indijs omni genere miraculorum B. Pater Franciſcus Xauerius

uerius ſocietatis Ieſu Presbyter. [b] In hunc oculos conijciamus, virum Apoſtolicæ vitæ, cuius tot & tam magna ſigna referuntur per plurimos eoſque idoneos teſtes, vt vix de alio, exceptis Apoſtolis, plura aut maiora legantur. [c] Hic Xauerius erat noui mundi Apoſtolus, innumera patrauit miracula, Dæmones eiecit, cæcos illuminauit *&c. Reſpondeo, Iſtis miraculis fidem dubiam, vel forſan nullam deberi.*

[b] *Acoſta Ieſ. li. 2. de Procur. Ind. Sal. ca 10.*
[c] *Orlerius Ieſ. tom. 4. Concion. Conc. de obitu Patris Ignatij.*

Primum.

Aduocatus. [d] Non ſatis mihi liquet, an barbaris Indis fides Chriſtiana ita à nobis propoſita fuerit, & annunciata, vt teneantur credere ſub nouo peccato, nam MIRACVLA & ſigna NVLLA audio, nec exempla vitæ adeo Religioſa, imò contra multa ſcandala, & multas impietates: vndè videtur quod Religio Chriſtiana non ſit ijs ſatis commodè & piè prædicata, vt illi teneantur acquieſcere. *Iam ad Thaumaturgum veſtrum Franciſcum Xauerium propiùs accedo, & probo, illa decantata miracula apud viros cordatos, quod eſt*

[d] *Franciſcus de Vict. Profeſſor Regius in Academia Salmoticenſi, in Hiſpania. Relect. 5. Prop. 5.*

Secundum, Nullam mereri fidem.

Aduerſarius. [e] Veritas miraculorum Xauerij conſtat ex Indicis literis, quas ij, qui cum Xauerio verſabantur, hûc miſerunt, ab eo ſurdos, mutos, cæcos eſſe curatos, mortuumque reuocatum ad vitam. *Horum fidem duplici argumento infringam.*

[e] *Bell. quo ſupra.*

Argumentum primum, ex Teſtimonijs.

Aduocatus. [f] Miracula nulla audio. *Morum ſi tot tamq; ſplendida fuerint, vt vir tantis teſtimonium nullum fide dignum acceperit, præſertim de Indorum iure ex profeſſo doctè ac-curatèq; diſceptans. Secundò, ſunt mihi ad manum & etiam iam in manu Ieſuitarum, ipſius etiam Xauerij, de rebus Indicis literæ, doctrinæ, pietatiſque, imò & mirabilium quorundam*

[f] *Franciſcus de Vict. quo ſupra.*

pleniſſimæ, at miraculorum Apoſtolicorum planè inaniſſimæ: operæ pretium erit aliqua commemorare, ne aut libros eorum non vidiſſe, aut honoribus inuidiſſe videamur. Aduoc. [g] Infidelis quidam Calumniator Catechumenum recèns conuerſum irridens, latere in caput adacto humi ſtatim proſternitur, percuſſor nullus offendi potuit, itaque non dubitatum eſt, diuinam fuiſſe vindictam. *Rurſus.* [h] Alium maledicum Calumniatorem vitæ Patris Heriquez, qui à Xauerio miſſus erat, Deus hoc probro caſtigauit, vt quoties eloqui vellet, magnâ linguæ parte ex ore exertâ, ita præpediretur, vt intelligi non poſsit. *Rurſus.* [i] Naue euerſa in flumine turbido, alij noſtrûm (eramus numero duodecim) natandi periti periculum euaſere, ego in fundum prolabor, neſcio quomodò emergo, & capite ſuper vndas elato, video me à famulo Paulo ad ripam pertrahi. *Rurſus.* [k] Nos febri correptos Deus ſanitati reſtituit, nullo remedio humano fretos, prætet ſtibij potionem, & venæ inciſionem. *Nullum horum omnium eſt miraculum Apoſtolicum, quo ſanabant mutos &c. & tamen hæc ſunt mira, quæ Ieſuita refert omnia. ſecundus hiſtoricus eſt Acoſta, de quo infra in ſectione ſubſequenti. Tertius eſt ipſe Xauerius, is de rebus Indicis Epiſtolas familiares quinquaginta exaranit, plurimas ex illis ad Ignatium Loiolam ordinis Ieſuitarum Patrem primum miſſas, in quibus de ſanatis illis Cæcis, claudis, ſurdis, mutis Xauerius ipſe penitùs mutus prodijt:* [l] Hoc modeſtiæ, *inquies*, illius argumentum fuit, non impotentiæ. *At hoc, inquam, reſponſum non ſynceritatis tuæ argumentum erit, ſed tergiuerſantiæ: quod ex ipſo Xauerio probo. Aduocatus.* [m] In hac Inſula rem vidi incredibilem, & ante hoc tempus inauditam, quam fortaſſe operæ erit precium cognoſcere. Caprum, inquam, vidi lacte ſuo paruos alentem hædos, vbere enim, quod propè genitalia vnicum habet, tantum lactis reddebat quotidie, quantum ſcutella capere poſsit. Ego ipſe rem perſpexi his oculis, neque enim aliter vt crederem adduci potuiſſem. *Quo facilius nobis ignoſcere debes, Pater Xauer[ius], ſi (neq; enim eam vidimus) rem ipſam narranti*

[g] *Nicolaus Pimenta Ieſuita Prouincialis India Orientalis viſitator. in Epiſt. ad Claudium. pag. 6.*

[h] *Ibid. pag. 119.*

[i] *Pag. 17.*

[k] *Pag. 77.*

[l] *Sic quidem mihi reſpondebat Serarius Ieſ. Moguntiæ cum eſſem; quo cum tunc eram familiaritèr colloquutus in Bibliotheca Collegij.*

[m] *Xauerius Ieſ. in lib. 2. de reb. Indicis. Epiſt. 3. ad Societatem Ieſ. Romæ.*

rantì tibi minùs credimus: & vos (Ieſuitæ) ægrè ferre minimè oportet, ſi adduci non poſſumus, vt exiſtimemus Xauerium veſtrum ita pueriliter deſipuiſſe, vt cum Naturæ *miraculum tàm ſtudiòſe expreſſerit,* Gratiæ *ſilentio obruendum putaret; aut vt ſuſpitionem immodeſtiæ effugeret, culpam contraxiſſe perfidiæ. etenim.* * Act.14. [Tranſeuntes Apoſtoli retulerunt quanta per eos feciſſet Dominus] & * Act.15. [Enunciantes quanta per ſe feciſſet Deus.] ª Apoſtoli EXPONVNT SP. SANCTI VIRTVTEM, VT A MVLTIS pro collatâ in Gentes gratiâ, GRATIAE DICERENTVR Deo, & mutuâ fide confirmarentur. de his GLORIANDVM, ſi Dei gloria promoueatur, vt Proximus adiuuetur: non enim ſeipſos commendant, ſed DEI OPERA VT CHRISTVS PRAECEPIT Dæmoniaco.* [Vade & ANNVNCIA quanta fecit Dominus.] & Dauid: * [NARRATE omnia MIRABILIA eius.]

* *Act.14.*
* *Act.15.*
ª *Ferus in illa loca.*
* *Marc.5.*
* *Pſal.104.*

Ratio ſecunda. qua Hiſtoriarum de iſtis miraculis Indicis fides & autoritas prorſus labefactatur.

Si neceſſarium fuit aliquod Ieſuitis in Conuerſione Indorum miraculum, tum præſertim illud, quod per ſe eſt ad aliegenas nationes maximè neceſſarium, viz. illud miraculoſum Chariſma variarum linguarum; at hoc præſidio Ieſuitæ omnes deſtituti fuere. Ergo &c. 1. conſequentia probatur. ª In * Act. 2. [Et apparuerunt ijs diſpertitæ linguæ, & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui varijs linguis.] NECESSARIVM erat nouis illis Eccleſiæ ædificatoribus LINGVIS VARIIS loqui vt ab omnibus intelligerentur. ob EAM cauſam reſtituit Apoſtolis Deus OMNIVM LINGVARVM exactam NOTITIAM, quâ OPVS HABVERANT ad Euangelij negotium expediendum. *Aſſumptionem ipſi Ieſuitæ non inuiti largientur. Aduocatus.* ᵖ Noſtræ Societatis Pater Franciſcus Corſi ſic ſcribit ad ſuos. TOTVS, inquit, SVM in Perſico idiomate ADDISCENDO. ᵠ Quod autem ad conuerſionem attinet, vitio meo, vtpote IDIOMATIS IGNARO (inquit Pater Fe-

ª *Ferus in* * *Act.2.3.*
ᵖ *Pimenta Inſ. quo ſupra in Epiſt. pag.14.*
ᵠ *Idem pag.80.*

renandes) PARVM EFFECTVM eſt. [r] Ferunt olim ſeptuaginta linguis confuſum fuiſſe genus Mortalium, at Indi SEPTINGENTIS, & eo amplius, inter ſe diſcrepant LINGVIS. [s] Qua ex re prædicando verbo Dei IMPEDIMENTA nobis grauia fiant. [t] Neque igitur merito noſtræ Societatis fundator Ignatius Indicæ linguæ LECTIONES publicas præcepit, ſunt enim PERQVAM NECESSARIA iſta præſidia, vt facultas paretur verbi diuini in Gentibus annunciandi. [u] Quid quòd confeſsiones ſæpe ita fiant, vt neque Indus intelligat Sacerdotem, neque intelligatur ipſe quid dicat? *Quid tandem ipſe Xauerius?* [x] SI nos linguam calleremus Iaponicam, non dubito, quin plurimi fierent Chriſtiani: faxit Deus vt eam breui ADDISCAMVS: tum demum aliquam Chriſtianæ rei nauabimus operam, nam nunc quidem inter eos, tanquam MVTAE STATVAE verſamur: multa enim illi de nobis & dicunt & agitant, ad quæ nos ſcz. obmuteſcimus, PATRII ipſorum SERMONIS IGNARI. in præſentia in linguæ huius PERCIPIENDIS ELEMENTIS REPVERASCIMVS. *Cum igitur hoc diuerſarum linguarum donum non ingenij, ſed miraculi: non humanæ artis, ſed Sp. diuini; non temporis, ſed numinis opus ſit, ad quod Apoſtoli* διδακτοὶ *non addiſcendo ſed credendo; non inſtituti ſed diuinitus inſpirati fuerunt, tam ſit ad fidem annunciandam prorſus neceſſarium, vt eo* deſtituti *Prædicatores, primi etiam Ieſuitæ, cen* PVERI, *aut* MVTAE STATVAE *in conuertendis Infidelibus aliquãdiu nihil quicquam profecerint: Iccirco iſti huius linguarum doni miraculoſi expertes, miraculorum falſos nuntios linguas ſuas comprimere debuerunt. Quæ nuper contigerunt, ſeu potius, non contigerunt, miracula examinauimus, quæ nunc iactantur exploremus.*

[r] *Acoſta quo ſupra lib. 1. cap. 2.*

[s] *Ibid. lib. 4. cap. 8.*

[t] *Ibid. cap. 9.*

[u] *Ibid. lib. 5. cap. 2.*

[x] *Xauerius lib. 3. Epiſt. 5. ad Societatem Goam.*

CAPVT.

CAPVT. XXVIII.

An nunc in Eccleſia Romana aliqua extet Miraculorum virtus ordinaria, ſine apud Indos, ſine apud ſuos.

Auerſarius. [a] In Regionibus Indicis non raro ad hauſtum aquæ benedictæ Dæmones eijciuntur. [b] Miracula multa eduntur. *Multa? Negotiorum Indicorum teſtem oculatiſſimum fideq; digniſſimum Acoſtam Ieſuitam Aduocatum intromittamus. Aduocatus.* [c] Quæ eſt prædicatio noſtra? quæ fiducia? SIGNA quidem NON EDIMVS. [d] Nos PRODIGIA, quibus Euangelicas voces confirmemus, NVLLA producimus. [e] NEQVE vero eſt opus. Bonis operibus ita lucere coram hominibus, vt videntes glorificent Patrem, qui eſt in cœlis, eſt omnium ad perſuadendum MIRACVLVM POTENTISSIMVM. *Quid apud exteros miraculorum non fiat vidimus: Domum reuertamur, vt hac nota quam ſit Romæ notabilis dijudicemus. Auerſarius.* [f] Chriſtus addicens Eccleſiæ miracula, neque certa tempora præſcripſit, neque teſtimonia incerta eſſe voluit: miracula huius temporis multa cognoſcunt, qui virtutem diuinam in corporum incolumitatem experiuntur, ad inuocationem B. Mariæ coram ſacratiſsima eius imagine Laureti, & Hallis, & ad Collem Acutum. *Obtusè, atq; inſulſe. Sed pergitis.* [g] Lauretanam domum B. Virginis viſitantes atq; colentes multi cæci, dæmoniaci, & deſperatis morbis affecti, liberati ſunt. *Nullius negotij erit hac portenta explodere, ſi temporum, perſonarum, locorum ratio & collatio diligens habeatur. Temporum, quia ſi ſemper viguit in Romana Eccleſia miraculorum virtus ordinaria, ea tunc potiſſimum obtinere debuit, cum Lutherus* [h] Ab ordinaria iuriſdictione Eccleſiæ Romanæ, *vt dicitis*, apoſtatauit, *aut ſaltem in illa veſtra* Ad Infideles conuertendos extraordinaria Ieſuitarum miſsione. *At in tempore Lutheri* [i] Nullum his diebus miraculorum

[a] *Coſterus Ieſ. Enchirid. tract. de Eccleſia. §.* Certè vir.
[b] *Ieſuita alij ſupra.*
[c] *Acoſta Ieſ. lib. 4. de Salut. Ind. cap. 4.*
[d] *Ibid. cap. 12.*
[e] *Ibid. cap. 17.*
[f] *Coſterus Ieſ. Apolog. part. 3. cap. 9. & ca. 10.*
[g] *Turſellinus Ieſ. lib. de Lauretana hiſtoria, per totum.*
[h] *Ozorius Ieſ. in Conc. de obitu Ignatij. tom. 4.*
[i] *Epiſcopus Roſſenſis vide ſupra.*

miraculorum effectū cernimus. *In tempore Indorum Conuersionis præcedentis.* [k] Miracula nulla audio. &c. *præsentis.* [l] Miracula nulla facimus. *Deinde, si vel personarum dignitas vel locorum sanctitas ad miraculorum operationem aliquid conferat, profectò expectanda sunt miracula à Romano Pontifice, quem* [m] Solum Christi vicarium ordinarium, Petrique successorem vnicum, Ecclesiæque Catholicæ Episcopum vniuersalem agnoscitis. [n] *Qui multis seculis miraculum vullum edidit: vel* ab Ignatio Loiala societatis Iesuitarū primo fundatore, *& tandem vbi apud* [o] *Iesuitam extat mirifica eius laudum prædicatio, de miraculis altum est silentium:* atq; etiam à Roma, [p] vbi *(si vobis credimus)* Catholicæ Ecclesiæ Cathedra immota permanet, vbi plenariarum indulgentiarum lubilæi celebrantur, vbi summorum Apostolorum conduntur ossa sacratissima, vbi augustissima templa Pontificum benedictionibus anniuersarijs conseruantur. *Aut saltem ab Anglia.* [q] Vbi *(dicitis, sed falsò)* iam ĩdem Catholicam multorum Martyrum sanguine consignatam esse. *Cum tamen iamdiù de Roma miraculis nihil audiuimus, de Angliæ nihil prorsus vidimus: Quid hoc deliri est, neglecta Regina* Roma *ad* Lauretū, Halem, Collem Acutum; *prætermissis Martyribus ad earum reliquias: posthabitis viuis summisque Ecclesiæ Pastoribus Ordinarijs, ad mutas statuas, & lapides, tanquam solos Miraculorū operarios conuolare!? nemo istis fidē adhibeat, qui singulàrem vestram in confingendis Miraculis audaciam credulitatemque ex Legendis vestris cõpertam habeat. Hac hoc in loco de Miraculis in genere diximus: de his aut illis Miraculis, qua ad cultum crucis, Reliquiarum, Imaginum præstari speciatim perhibentur, loco suo lubentissimè (Deo propitio) disceptabimus.*

De Miraculis Patres, causam hanc grauiter aduersus vos perorantes, audiamus.

Hæc Miraculorum nota caret omni proprietate notarũ. 1. quia Catholica nõ perpetua & ordinaria [r] Miracula necessaria erant,

[k] *Franciscus de Vict. vide supra.*
[l] *Acosta Ies. vide supra.*
[m] *Bell. lib. de Rom. Pontif.*
[n] *Vide Platinam.*
[o] *Vide Ozorium Ies. quo supra.*
[p] *Bel. lib. de Indulgentijs.*
[q] *Martyrologium Romanum. & Costerus Ies. Apolog. part. 3.*
[r] *Augustin. lib. 22. de Ciuit. Dei, cap. 8.*

erant, vt crederet mundus, ſed qui NVNC quærit miraculum, poſtquam mundus credidit, magnum eſt ipſe prodigium. 2. *Nec eſt propria.* * Obſeruandum eſt, quod operari virtutes dicantur ij, qui non tenent Euangelij veritatem: hoc dico aduerſum Hæreticos, qui probationem eſſe fidei ſuæ ex eo, ſi ſignum aliquod fecerint, arbitrantur. 3. *Non eſt ſatis Conſpicua.* * Non dicat quis ERGO verum eſſe, quia mirabilia fecit Donatus, vel quilibet alius; vel quia HVIC aut illi viſum contingat, remoueantur iſta figmenta mendacium hominum, vel portenta mendacium ſpirituum. *Ita vt.* * Quod ſi talia in Eccleſia Catholica fiant, NON IDEÒ IPSA MANIFESTATVR CATHOLICA, quia hæc in ea fiant, ſed ideò approbanda ſunt, quia in Catholica fiunt. *Illa itaque tunc nota, nunc notha erit, quippe nunc* *Miraculorum operatio MAGIS apud eos inuenitur, qui ſunt FALSI Chriſtiani. *Dubitas?* * Quaſi hoc non ſit ſcriptum, venturos eſſe qui maximas virtutes edent, ad corrumpendam veritatem. * Dominus igitur aduerſus hos Mirabiliarios cautos nos fecit, dicendo, Cauete. *Concludamus.* * Inſtruimur, igitur, NON CREDERE quandò, qui talia edit, CONTRARIA PIETATI DOCET. *Fide, itaque, miracula magis, quam miraculis fides demonſtratur, & hac eſt verè miraculoſa fides, ſine miraculis aſſentiri veritati.*

* *Hieron. com. in Gal. lib. 3. quod idem Patres alij ſupra cap. 25.*
* *Auguſt. lib. de Vnit. Eccleſ. cap. 16.*
* *Auguſt. contra Epiſt. Fund. cap. 4.*
* *Chryſoſt. hom. 49 in Math.*
* *Tert. præſcript. cap. 44.*
* *Auguſt. vide in hoc libro ſupra cap. 26.*
* *Theodoret. in Deut. 13.*

CAPVT. XXIX.

De Nota Duo-decima in { *Theſi,* / *Hypotheſi.*

Theſis.

ADuerſarius. * Duodecima Nota eſt lumen Propheticum. donum certè maximum eſt; certum eſt neminem cognoſcere futura contingentia, excepto Deo: ponitur autem nota falſæ doctrinæ, cum Propheta prædixerit aliquid quod non euenerit. *Natu præclarus Diſputator;*

* *Bell. lib. 4. de Eccleſ. milit. cap. 15.*

qui tam multis das operam, vt omnia probando nihil probes? quod hic quoque res ipſa demonſtrat: tibi enim propoſitum fuit, Eccleſiæ notas tantùm proprias, *non communes*; perpetuas *non fluxiles*; conſpicuas, *non obſcuras, & planè ignotas deſinere. hoc verò prophetia charisma*

* *Vide ſupra lib. 1. cap. 6.*

An ſit Catholicis proprium?

Aduerſarius. [b] Hæretici, quotieſcunque aliquid prædicere volunt, decepti ſunt, vt patet in veteri & nouo Teſtamento. *Sic ta in vtroque egregiè decepius. Aduocatus.* [c] Permiſit, imò, IVSSIT Deus verus multa prædici per Idolorum ſacrificulos, & per oracula eorum veriſsima, non ſecus quam per Aſinũ Balaam annunciari voluit, ad PROBATIONEM BONORVM, quibus prædixit Deus, ne falſos Prophetas ſequerentur, ſed necarent. *Quod facile probatur.* [d] In Deut. 18. [Si prædixerit quis ſignum, & portentum; & EVENERIT quod loquutus eſt, NON AVDIES verba Prophetiæ illius: & Ratio eſt, quia FALSAM DOCTRINAM profert, & Dominus Deus veſter vos tentat.] Etſi, ergo, EVENERINT, quod falſi Prophetæ prædixerunt, tamen NON eſſe ſequendos Scriptura ipſa copioſè docet. *Imo futura vere prædicere, etiam Ethnicis interdum conceditur. Aduocatus.* [e] Deus aliquando permiſit inter Gentiles & abhorrentes à lege Dei vates VERA quædam præſcire & prædicere futura. [f] Balaam, falſus alioqui & Infidelis Propheta, vera* prædixit: Et ex * Matth. facile colligitur, FALSOS Prophetas VERE prophetaſſe, & vera prædicando, non ſuam, ſed populi Dei fidem confirmaſſe. *Quo ſpiritu?* [g] Prophetæ Dæmonum aliquando vera prædicunt, ex inſpiratione DIVINA. *Verum eſt.* [h] Sinit non-nunquam Deus Pſeudo-prophetas non-nulla prædicere, quæ eueniant.

[b] *Bell. quo iam ſupra.*

[c] *Tolloſſanus lib. 3. de Rep. cap. 33.*

[d] *Ederus Oeconom. Bibl. lib. 2.*

Cautio.

[e] *Tolloſſanus quo ſupra.*

[f] *Mald. Ieſ. com. in Matth. 7.*

* *Num. 24.*

* *Matth. 7.*

[g] *Aquinas 2. 2. qu. 172. art. 6.*

[h] *Pererius Ieſ. com. in Exod. 11. diſp. 11.*

An perpetua?

Etſi hæc Nota Eccleſiæ Catholicæ propria non ſit, ei tamen forſan

forsan perpetua erit; vt si minus (quia non propria) Ecclesia, vbi est, verum doceat, attamen (quia forte perpetua) Ecclesiam, vbi est, falsum esse demonstret. Aduersarius. B. [a] Petrus affirmat [b] Ioëlis prophetiam in Ecclesia impleri, Prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ, & seniores vestri somnia somniabunt. hoc prophetiæ donum NVLLO SECVLO DEFVIT Ecclesiæ. *En somniculôsum Iesuitæ commentum! Quod Petrus suo tempore impletum docet, indè Iesuita nullo seculo non implendum esse argumentatur; hic per Iesuitam alium expergefaciendus est. Aduocatus.* [c] In illo solo tempore, quod Petrus iudicauit intelligendum esse hunc Prophetiæ locum, [d] Hilarius, [e] Chrysost. [f] Hieron. [g] Oecum. & alij viri doctissimi, qui OMNINO DE HOC TEMPORE interpretantur; NEC vnquam ALTERIVS temporis meminere: sed quid ego sanctos Patres commemoro, cùm & Iudæi non-nulli ad TEMPORA MESSIÆ AB referant: vt ex Actibus Apostolorum intelligimus impletam esse hanc prophetiam post Domini ascensionem: quidam enim prophetabant; Agabus, & filiæ Philippi, & nonnulli ex [h] Corinthijs; erant etiam in [i] Antiochena Ecclesia Prophetæ, etiam Ioannes [k] Apocalypsin vidit, & [l] Petrus, & [m] Paulus etiam [n] visiones. *Denique* [o] Prophetæ NVNC dicuntur Scripturarum Interpretes, & Explanatores vt docet Ambrosius, quamuis inter fidei PRIMORDIA ad commendanda eius rudimenta fuerint Prophetæ etiam prophetantes, quales fuerunt Agabus, & quatuor Philippi filiæ virgines. Act. 11. *Nunc verò.* [p] NVNC verò NON prophetica prænunciatione, sed admonitione opus est, & instructione prudenti, nè SEDVCANTVR fideles à falsis Prophetis.

[a] *Costerus Iesuit. Apolog. part. 3. cap. 10. §. Quare id, &c.*
[b] *Act. 2.*
[c] *Ioel. 2.*
[d] *Ribera Iesuit. com. in Ioel 2.*
[e] *Lib. 8. Trin.*
[f] *Hom. 4. in Act.*
[g] *Ad Hebdibiam.*
[h] *In Act. 4.*
[i] *1. Cor. 14.*
[k] *Act. 13.*
[l] *Apoc.*
[m] *Act. 10.*
[n] *Act. 9.*
[o] *Act. 16.*
[p] *Episcopus Essenus. com. in 1. Tim. lib. 1. digress. cap. 2.*
[q] *Rogardus Hom. 2. de Domin. p. 351 Epiph.*

Tertiò, An sit conspicua Nota; quod idem est, An nota sit?

Aduersarius. [a] Lumen Propheticum est Nota Ecclesiæ. *Huic lumini sæpè lumen deest. Aduocatus.* [b] Etsi Ethnici habuerint

[a] *Bell. supra.*
[b] *Idem quo supra.*

habuerint plurima oracula, tamen illa vel per ambages reſpondebant, quandò, ſcz. Apollo non ſciebat quid eſſet futurum, vel ea quæ cœpta erant fieri IGNORANTIBVS nunciabant, tanquam futura: vel demum ea prædicabant, quæ naturales habent cauſas NOBIS IGNOTAS, illis autem notas ob maiorem naturæ ſubtilitatem, vt Patres docent. *Recte. cum, igitur, ſcire ſit per cauſas ſcire; quomodo, obſecro, prophetiæ nobis Eccleſiæ Catholicæ nota conſpicua eſſe poſſint; quandoquidem Prophetiarum cauſas veras, minimè tenemus? Iccircò* [r] Docet * Chryſoſtomus, iudicium eſſe DIFFICILLIMVM quo falſus Propheta à vero dignoſcitur, tùm quod Prophetarum dicta de futuris plerumque ſunt concepta, nec ante tempus exactum COGNÓSCI POSSIT an quis MENTIATVR; tùm quòd FALSI Prophetæ VERA prædicunt. [q] Ethnici & Hæretici non habuerunt vera vaticinia, niſi fortè fierent in teſtimonium veræ fidei. vt Sibylla, & Balaam. *Diſputo. Aut vera ſides Eccleſiæ Catholicæ prophetiam veram eſſe oſtendit, aut vera Prophetia veram Eccleſiam: ſi primum, tum Prophetia non eſt omnino nota Eccleſiæ Catholicæ, ſed per eam notata potius: ſi ſecundum, tum Catholicæ nota non eſt, quia etiam apud Ethnicos & Hæreticos reperitur.*

[r] *Ederus ſupra lit. d.*

* *In 1. Cor. 12. hom. 29.*

[q] *Bell. quo ſupra.*

Dilemma.

CAPVT. XXX.

Prima Hypotheſis.

Aduerſarius. [s] Lutherani prophetantes ſæpè mendaces ſunt inuenti. Vide Coclæum. *Imò vero, quandoquidem.* [t] Prophetare, quod eſt futura prædicere, eſt quoddam MIRACVLVM. *Vide, itaque, tu potius* [u] *ſupra in nota de miraculis, quam nihil valet teſtimonium ex maledici ore profectum, vbi, quæ huc pertinent, omnia enucleatè expoſui.*

[s] *Bell. quo ſupra.*

[t] *Maldonatus Ioſ. comm. in Matth. 7. 22.*

[u] *In nota ſuperiori.*

Hypotheſis ſecunda.

Aduerſarius. [s] In Eccleſia Catholica, præter eos qui fuerunt

erunt primis quingentis annis à Chriſti aduentu, vt Agabum & Gregorium Thaumaturgum, & alios, fuerunt etiam in his poſtremis ſeculis in Eccleſia Romana Benedictus, Bernardus, Franciſcus, &c. *Tu cum Miraculorum notam explicas, Miraculorum operarios a primo ſeculo per ſecundum, tertium, & deinceps per alia ſecula gradatim ad* hoc noſtrum ſeculum *deuenis; hic verò de lumine Prophetico diſputans, ferè mille annorum ſpacio interiecto, Prophetam omninò nullum nominas: tandem ad ſecula poſtrema deſcendis*, In poſtremis ſeculis, *inquis*, fuere &c. *præcipitare hoc quidem eſt non deſcendere. Secundò, nullus ex nouiſſimis illis Prophetis, quos nominas, ſe Prophetam eſſe profitebatur; ideoq; nec Prophetæ cenſendus. quia Aduocatus.* [a] Caiphas, licet prophetabat, tamen NON dicitur fuiſſe Propheta, nempè quia vnus actus non facit habitum, nec dicitur Artifex propter vnum opus. *Niſi verò ſit poteſtas ordinaria,* [b] NON neceſſariò demonſtrat Eccleſiam. *At iam lumen illud Propheticum in Eccleſia veſtra planè eſſe extinctum, ſatis innuit altum veſtrum de veſtris Prophetis ſilentium: nam qui hoc noſtro ſeculo Prophetæ perſonam ſuſtineat, nominare nullum potuiſti, né Xauerium quidem. quid ſit? nimirùm hoc in Superis & ſuperſtitibus cùm nequimus, Acharonta mouemus. ergo*

Inſtantiæ occurritur.

Aduerſarius. [c] Si reuelationibus agendum eſt, quos pro ſomnijs Aduerſarij reijciunt, non deſunt vaticinia Brigittæ, & Gertrudis, aliorumque Sanctorum hominum, quibus quæ prædicta legimus, ſecuta vidimus. [d] Videte quàm diuerſo guſtatu ſapimus nos & hæretici: illi has reuelationes reſpuunt, ego eas legendo ita delector, vt ſatiari vix queam; quas Pontifices noſtri authenticas eſſe decreuerunt. *Sunt verò, etiam ex grege veſtro, quibus eſt magis ſanum palatum, & eruditum.* [e] Henricus de Haſsia & Sybillanus, ambo Catholici, ambo religioſi, volunt Brigittæ & ſimilium REVELATIONES non debere haberi pro iudubitanter veris. Picus Mirandulanus contendit harum Sanctarum reuelationes contradictorias eſſe. *Quas reconciliare*

[a] *Toll. Ieſ. com. in Ioh. 10.*

[b] *Maldonatus Ieſ. comm. in Math. 7. 22. Quis propheta.*

[c] *Coſterus Ieſ. Enchirid. ſtrict. de Eccleſ. §. Si reuelationibus.*

[d] *Idem Apolog. part. 3. cap. 10.*

[e] *Delrius Ieſ. lib. 4. diſq. Magic. cap. 1. qu. 3. Sect. 4.*

ciliare Ieſuita ſtudet, ſed non proficit hilum. Vt autem has & eius generis quiſquilias, & faces alias plurimas veras eſſe concedamus, nihilo-minus Eccleſia veſtra falſa eſſe poſſit. quia. [i] In Math. 24. [Surgent Pſeudo-prophetæ &c.] Chriſtus admonet, vt intelligamus etiam ſceleratos miracula quædam facere, qualia vel ſancti facere nequeant: nonne Magi Ægyptiorum multa fecerunt, quæ Populus Iſraëliticus facere non potuit? Nec tamen erant iſti Deo Grati.

[i] *Perer. Ieſ. com. in Exod. 7. diſp. 3.*

Concluſio.

Adnocatus. [k] Etsi vera prædixerint (inquit Vincentius Lyrinenſis) non tamen ſequitur eorum doctrinam eſſe amplectendam, maxime ſi expreſſo verbo Dei repugnat, vt ex eiuſdem verbi autoritate diſcimus. Deut. 18. *Ad hanc notam tanquam vnicam Eccleſiæ metam Proteſtantes collimant, nec immeritò, quia.* [l] In Reuelationibus adſint, oportet, Moſes, & Elias, id eſt, teſtimonia legis & Prophetarum, alioqui ſuſpectæ erunt.

[k] *Ederus Oeconom. Bib. quo ſupra.*

[l] *Gerſon tract. de Probat. Spirit.*

Hanc Cauſam Patres antiqui decernant.

Ambroſius. * Erant Prophetiæ Eccleſiæ primordijs propriæ. *At nota Eccleſiæ (definitore Bellarmino) propria eſſe debet. ſecundo Chryſoſt.* * Iudicium difficillimum eſt, quo falſus Propheta à vero dignoſcitur. *At Eccleſiæ Nota per ſe nota eſſe debet. tertiò, hæc Reuelationum nota cauenda eſt potius quam decantanda; quia Chryſoſtomus.* * Conceſſum eſt interdum Diabolo verum dicere, vt mendacium ſuum rara veritate commendet. *Et Auguſtinus.* * Poteſtates aëriæ fallaces, etiamſi quædam à Sanctis Prophetis, vel Angelis audita verè per ſuos vates dixiſſe reperiuntur: hoc fecerunt vt per aliena vera, homines ad ſua falſa traducerent. *Ergo verè Lyrinenſis.* * Etſi vera prædicunt, non ſequitur eorum doctrinam eſſe amplectendam.

* *Supra teſte Eſpenſæo.*

* *Supra teſte Edero.*

* *Chryſoſt. hom. 19. operis imperfect. in Math.*

* *Auguſt. tract. 4. de Trinit. cap. 17.*

* *Supra teſte Edero.*

Caput.

CAPVT. XXXI.

Nota. 13. In qua primo Theſin, ſecundò Hypotheſin euentilabimus.

Aduerſarius. [a] Decima-tertia Nota eſt, Confeſsio Aduerſariorum: tanta enim eſt vis veritatis, vt etiam Aduerſarios cogat interdum ſibi teſtimonium dare. iuxta illud Deut. 23. | Inimici noſtri ſunto Iudices. | Iam nuſquã inueniuntur Catholici laudaſſe, aut approbaſſe doctrinam, aut vitam vllorum Ethnicorum aut Hæreticorum. *Ain' nuſquam? tu hìc (vt non nuſquam) falleris: etenim Catholici in Hæreticis, imò etiam in Ethnicis interdum tam veritatem, quam ſanctitatem coguntur agnoſcere. De Hæreticis. Aduoc.*

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 16.*

[b] Autor operis imperfecti ſecundum Matthæum, quod Chryſoſtomo falsò tribuitur (vt ex multis patet) HAERETICVS erat Arianus, quem non omnino citaremus, niſi & AVTORITAS & ERVDITIO, & ſubtilitas interpretandi ILLI AVTORITATEM tribuiſſet. *In quo vides Ariani hominis autoritatem antiquitùs celebrari. perpit Ieſuita.* [c] Quo Concilio Tertullianum, & alios, quos HAERETICOS eſſe SCIMVS, SAEPE CITAMVS. *Hic vero Tertullianus in pleriſq; nonnè Scriptor pius, & doctus habebatur?* [d] Tertulliani ſcripta B. Cyprianus tanti fecit, vt nullum diem ſine illorum lectione præteriret, illud crebro inculcans Notario ſuo: DA MIHI MAGISTRVM, Tertullianum viz. ſignificans. *Hoc in loco Cyprianus Catholicus ſcripta viri Hæretici, ſed animo Catholico, amplectitur; nam* [e] Sapientia *(vel etiam in Diabolo)* iuſtificatur à filijs ſuis. *Vt etiam in Poëta infideli Apoſtolus,* [f] Sicut Propheta veſter dixit. *Vitæ vero ſanctitatem in Ethnicis vos Pontificij magis prædicatis quam Orthodoxus quiſquam opinetur.* [g] Poſsit, *inquis*, Ethnicus bonum aliquod morale ſine AVXILIO GRATIAE perficere. *Hoc dogma atheologon. quin inſuper; vt vita Ethnicorum, cum vita Pontificiorum conferatur. ſi zelum ſpectes.*

[b] *Maldonatus Ieſ. comm. in Math. 8.*

[c] *Ibidem.*

[d] *Sixtus Senenſ. Bibl. lib. 4. Tit.* Tertullianus.

[e] *Math. 11. 19.*

[f] *Act. 17. 28.*

[g] *Bell. lib. 5. de lib. Arbit. ca. 5. & cap. 9.*

[f] Diſsimulari

[f] *Acoſta Ieſuita lib.6.de ſalute Ind.cap.14.*

[f] Diſsimulari profecto non POTEST, quam NOBIS ERVBESCENDVM eſt, quod à SATANÆ MINISTRIS Indis SVPEREMVR, cum nos ad ſalutares confeſsiones perſuadendos pigriores ſumus, quam Ethnici ad ſæuas & carnificinas ſuas. Lubenter interdum à Sacerdotibus ſuis expianda adulterij, aut alterius ſceleris cauſa, duriſsimo ſaxo ad ſcapulas tundi fortitèr; interdùm à Iuuenibus diù virgis cædi; non rarò, ſi ſceleris magnitudo acerbius aliquid poſtulare videretur, in excelſam, atque omni ſolatij genere deſtitutam rupem ſecedere, & longum ibi æuum, ferarum

[g] *Ibid.lib.5. cap.9.*

more, traducere. [g] Ita in Idololatriam penitùs transformati eorum animi ſunt; vt neque in ocio, neque in negotio, neque in publica re, neque in priuata quicquam agant, niſi Idolorum ſuorum prius ſuperſtitione adhibitâ. *Sim Caſtitatem.* Indi Conjugatorum adulteria ſeueriùs quàm nos

[h] *Pimenta Ieſ. in Epiſt. de India Orientali. pag.110.*

Catholici vindicant. *Si denique inſtitiam.* [h] Nulla inter Indos iſtos furta, aut latrocinia; & idcircò dum foras procedunt, ædium oſtia non occludunt. NOS certè ADMIRATI ſumus, cùm in aſcenſu montium patulas villas offenderemus, nec vllum tamen hominem in ijs deprehenderemus. *Viden', igitur, Bellarmine, Catholicos veſtros, vobis confitentibus, ab ipſis Ethnicis vitæ ſanctitate externa, non adæquari modò, verum etiam ſuperari? ex quo facilè intelligimus non ex confeſſione aut commendatione humana, ſed ex inſtitutione diuina veram Eccleſiæ notam eſſe petendam: & tamen inſtas.*

Hypotheſis prima, quæ pro Pontificijs adducitur.

[i] *Bell. lib.4. de Eccleſ. Milit. cap.16. §. Idem.*

Aduerſarius. [i] Lutherus contra Anabaptiſtas: Fatemur, inquit, in papatu plurimos eſſe bonos Chriſtianos, veram ſcripturam ſacram, verum baptiſma, verum ſacramentum altaris, veras claues ad remiſsionem peccati, verum catechiſmum, vt ſunt Oratio dominica, Decem præcepta, Articuli fidei, dico etiam veram Chriſtianitatem, imò verum ejus nucleum. Vbi dùm nobis nucleum tribuit,

buit, certè nihil ſibi ſeruat niſi corticem, vel putamina. *Nunquàm conceſſit vobis Lutherus nucleum, niſi imputrum, & verminatum: nam in omni controuerſia de Sacramentis, Oratione, Abſolutione, Fide, Concupiſcentia, præceptiſque aliis, vobis omnibus (vt nôſti) ex diametro* * *aduerſatur. nunc idem quod de Iudæis Auguſtinus.* [b] Iudæi vt * D. Auguſtinus argumentatur, ſcripturam Veteris Teſtamenti ipſi probant & retinent, vndè clariſsimè noſtræ fidei myſteria confirmantur; vndè diuino Conſilio factum eſt, vt teſtimonia noſtræ fidei ſecum ipſi contra ſe, & pro nobis, circumferant. *Vide an in vos quadret;* Qui nucleum habere vult, frangat nucem. *Vetus eſt dictũ. Ad ſacram Scripturam Proteſtantes prouocant, ex his veritas eruenda eſt. Vbi igitur, de Scripturarum expoſitione contendimus, niſi in maximis Controuerſiis, in plurimis vero Scripturarum teſtimonijs, viri quoque (opinione veſtrâ) Catholiciſſimi purum putum nucleum (ſic enim Hieronymus ſenſum Germanum appellat) à Proteſtantibus teneri diſertè fateantur: ego non recuſabo, quò minùs perfricta frontis, laſi cerebri nullius fidei homuncio apud vniuerſos homines audiam. Ad rem: quid ſi Philiſtæi olim arcam Domini ad ſtuporem magis quàm ad ædificationẽ habeant, aut perduelles monetà regiâ aduerſus principis autoritatem perfidè alutantur; aut lucernam quis teneat, ſed ſub modio reconditam? ecquis tam excors eſt, qui in iſtis non fidam ſanamque mentem deſideret? & quid aliud, obſecro, faciunt, qui Scripturas aut linguâ peregrinâ abſtruſas, populum celant, aut quoties in diſputationem adducuntur, earum ſenſum detorquent, ita vt, nec doctis earum nucleo, nec Indoctis cortice veſci liceat. inſtas. Aduerſarius.* [i] Caluinus Bernardum pium Scriptorem vocat, at certè Bernardus fuit Papiſta. *Quam piè, verèque Caluinus* Bernardum pium, *tam tu eum perperam* Papiſtam *vocas: de hoc pium Bernardum conſulamus.* * Opponi & anteponi poſsit PONTIFICIS autoritas, talis POTIVS autoritas PRAEFERATVR, cui fas non eſt contradicere. Summus ILLE Pontifex, qui per ſanguinem ſuum introiuit in ſancta Sanctorum; numquid

* *Vide ſupra fere in ſingulis capitibus.*

[b] *Greg. Valent. Inſt. lib. 1. Anal. cap. 9.*

* *Lib. 18. de Ciuit. cap. 47.*

[i] *Bell. quo ſupra.*

* *Bernardus Epiſt. 71.*

ideo malum eſt, aut minoratum quia Papa conceſsit? nec dico Præpoſitorum mandata eſſe à ſubditis dijudicanda, vbi nihil iubere deprehenduntur diuinis contrarium inſtitutis: SED NECESSARIVM eſſe dico & prudentiam quâ aduertatur, ſi quid aduerſetur; & LIBERTATEM, quâ ingenue CONTEMNATVR. *Ecquis Papiſta decretum aliquod Papæ, abſque crimine, ac hæreſi contemni aut infringi poſſe putat? ipſum veſtrum Papiſmum recognoſcite.* [a] Omnia tandem reuocantur ad examen Pontificis, quæ illæ probat, recipiuntur, quæ improbat reijciuntur. Pontifex Romanus audiendus eſt, NON IVDICANDVS. *Tam, itaq; Bernardus à Papiſmo, quàm, vt vocatis, à Calviniſmo Bellarminus, abfuit. Denique. Aduerſarius.* [b] Bernardus, *inquitis*, Franciſcus Dominicus noſtri fuere, & boni, & laude digni. *Sed quanta obſecro?* [c] in iſtis nihil inuenies niſi nimiam ſanctitatem. [d] B. Franciſcus fuit exemplar omnis perfectionis. Totum Euangelium obſeruauit ad literam, mundus ab omni peccato vſque ad QVADRANTEM VLTIMVM. Sanctus ad perfectionis apicem. [e] Hanc laudem inuident Hæretici: ſed enumerent illi præcepta Euangelica, quæ Franciſcus non obſeruauit, arguant eum, ſi poſſunt, ALICVIVS PECCATI: non enim hic loquimur DE MINIMIS, ſine quibus hæc vita non ducitur, à quibus tamen plenè purgatus, rectà in cœlos migrauit: ſed quid illi ad perfectionem huius vitæ defuit? *Putidum commentum. verba hæc*, Fuit Franciſcus mundus ab omni peccato, vſq; ad vltimũ quadrantem, *Quid ſibi volum?* [f] Per nouiſſimum & [g] Vltimum Quadrantem ferè omnes intelligunt MINVTA PECCATA: quadrans enim eſt MINIMA moneta. [h] Significans MINIMA PECCATA. *Sic Ieſuita, tu verò etiam Ieſuita eadẽ verba exponens*, NON loquimur, *inquis*, de MINIMIS peccatis. *Erubuiſti, ſalua res eſt, niſi quod te minus puduit tuã craſſam & falſam gloſſam apponere, quam ementitam laudem alienam agnoſcere. Dominum veſtrum ſalutemus, de quo celebre eſt illud veſtrum, quamuis inconditum dictum.* [i] Agios Paulus, per iſtum itur ad Chriſtum: Agios Dominicus

[a] *Bell. lib. 2. de conc. cap. 15.* *idem Greg. Valent. Ieſ. lib. 6. Analyſ. cap. 4.* *Stapletonus lib. 10. de doctr. princ. cap. 5.*
[b] *Bell. quo ſupra.*
[c] *Bell. vide ſupra in hoc libro. cap 23.*
[d] *Conformitatum lib. 1. part. 6. & part. 13.*
[e] *Ibidem.*
[f] *Coſterus Ieſ. Apolog. part. 3. cap. 10.*
[g] *Bell. lib. 1. de purg. cap. 4. §. De ſexto.*
[h] *Math. §*
[i] *Idem in Indice Scripturarum. Tom. 1. de hoc loco Math.*
[a] *Anto. Hiſt. part. 3 tit. 3. cap. 15.*

Dominicus FACILIVS itur per iſtum (quia doctrina Pauli, ſicut & cæterorum Apoſtolorum, erat doctrina inducens ad fidem: doctrina Dominici ad obſeruationem conſiliorum; & ideo facilius per ipſum itur ad Chriſtum. *Reſponde.* [a] Quid hic audis aliud, quam Apoſtolorum doctrinam, quæ ad fidem ſpectat omnibus accommodatam, eam eſſe qua ad perfectionem Euangelicam informamur, non æque omnibus conuenire, his facilius penetrari in cœlum? attamen perfectionis ſtatus ab Apoſtolis prætermiſſus non eſt, nec exemplo, nec inſtitutione. *Lupum auribus tenes, vt eſt in Prouerbio, quem nec retinere, nec dimittere ſine periculo potes: nam vel doctrinam perfectionis Pauliu docuit, vel non: ſi non docuit, quorſum eſt quod reſpondes?* Status perfectionis ab Apoſtolis prætermiſſus non eſt; *ſin docuerit, quomodo* ad cœlum itur facilius per Iſtum *Franciſcum? meritò, igitur, queri oportet, eſſe. Aduocatus.* [b] Qui ad inuidiam vſque homines immenſis efferunt laudibus; pluriſque fieri inter Monachos, quid Bernardus & Benedictus, quam quid Chriſtus ſtatuerit. *Concludo, ſi Bernardus, Franciſcus, Dominicus, has tam prodigioſas laudes veſtras admiſiſſent, non boni, ſi non admiſiſſent, certè quidem non veſtri fuerunt.*

[a] *Coſterus ſupra, quo ſupra.*

Dilemma.

[b] *Vide ſupra cap. 23.*

Dilemma.

CAPVT. XXXII.

Hypotheſis 2. quæ aduerſus Proteſtantes vrgetur.

Aduerſarius. [a] Iam nuſquam inueniuntur Catholici laudaſſe aut approbaſſe doctrinam, & vitam (*Proteſtantes intelligit*) Hæreticorum. *Reſpondeo, Obiectionem hanc non falſam eſſe modò, verum etiam inſulſam; primum, quia Proteſtantes tam in vita, quam in doctrina viris Pontificijs non omni laudis preconio indigni videbantur.*

[a] *Bel. quo ſupra lib. 4. de Eccl. Milit. cap. 16.*

Quoad doctrinam in duobus: 1. an, vt ita dicam, ſcientifica; 2. an ſana fuerit?

Aduerſarius. [b] Dixi in veſtrorum codicibus, nihil acuminis, nihil ingenij, nihil ſolertiæ repiriri. *Aduocatus.* [c] Caluinus ita quoad literam Interpres DILIGENS eſt, ita MORALIS, ita ELEGANS, ita ſuauis, vt etiam ab ipſis *(ſignificat Pontificios)* ORTHODOXIS auide interdum legatur, quos aliquando exoptare audiui, vt reſectis ijs, quæ contra Eccleſiam, & fidem noſtram diſputantur, caſtratus prodeat, ſic enim COMMENTARIOS EIVS PERVTILES fore. [d] Immanuelis Tremellij opus latine editum in nouum Teſtamentum VTILE eſſe videtur, paucis expunctis. [e] Oecolampadius vir erat omni genere bonarum literarum APPRIME DOCTVS. [f] Non minor eruditione, quam vita prorſus inculpata. Quid vel Athenis naſci potuit acutius, vel feſtiuius ingenio Ioannis Sturmij. [g] Philippus Melanchthon vtraque literaturâ ex æquo ſuſpiciendus. *Hic aliarum laudum præco, ne ipſe explodatur, addo.* [h] Eraſmus Roterodamus vir longè doctiſsimus erat, & de bonis literis optimè meritus. [i] Ecquid vidiſti vnquam, Eraſme OPTIME, & DOCTISSIME. [k] Gaudeo Paraphraſin tuam ſub prælo eſſe: inuideo mediuſfidiùs LOVANIO, cui tantum contigit beneficium, quantum, vt video, vix agnoſcit. *De hac Paraphraſi Eraſmi Thomas Morus ſapè egregium tulit elogium, cum tamen vix vllum Eraſmi opus papiſmum vexet vehementius. at in Haretico literas inquies, aut ingenium, perinde eſt atq; puero, aut inſano gladium tradere, qui non tam ſuſpiciendus eſt quod pugnare poſſit, quam miſerandus, quod neſciat. Cum igitur Proteſtantium iudicium doctum ſatis patet, illud inſuper etiam ſanum ac diuinum eſſe, ex totius huius Diſputationis, ex ipſorum Aduerſariorum diſerta confeſſione* [l] *pagellæ ſingulæ ſatis illuſtrant.*

De Proteſtantium vitis Pontificiorum Elogia.

Aduerſarius. [m] Nulli Catholici Proteſtantium vllius vitam

[b] *Armandus Ieſ. in Epiſt. ad Camierum pag. 8.*

[c] *Stapletonus in Antidoto in Euang. lib. quem aduerſus Caluinum ſcripſit. in præf. ad Lectorem.*

[d] *Cenſores Pontificij Indice Expurg. pag. 216. apud Franc. Iunium.*

[e] *Alphonſus de Caſtro lib. aduerſus hæreſes. Tit. Adoratio.*

[f] *Autor Admonitionis in præf. in Tertul.*

[g] *Eraſmus annot. in 1. Theſ. 2.*

[h] *Alphonſus de Caſtro lib. 1. aduerſus hæreſ. cap. 13.*

[i] *Thomas Morus in Epiſt. quæ ſic incipit* Ecquid. *&c.*

[k] *Idem in alia epiſt. ad Eraſ. quæ ſic incipit.* Hodie ad te.

[l] *Vide imprimis ſupra Notas 6. 7. 8.*

[m] *Bellarm. ſupra.*

tam laudarunt. *Imo nonnulli. Aduocatus.* [m] Tanta est in Luthero vitæ integritas, vt nec hostes reperiant quod calumnientur. [n] Nihil in eorum factis appareat *(vere loquitur, sed de vere Protestantibus)* nisi Eleemosyna, Temperantia, Modestia. [o] Edunt illi quidem non-nunquam bona moralia, largiuntur Eleemosynas, Xenodochia erigunt, moderatè eorum quidam viuunt, à conuitijs, & iuramentis sese abstinent. hæc sunt externa Officia. *Sunt, sed Sanctitatis, adeoq; luculenta, vt à Sanctis nec videri sine gaudio, nec sine laude recensers possint. Enimuerò qui te nobis (Costere) Aduocatum præstitisti, iam verbis proximis factus es Aduersarius.* [p] Quærenda sunt alia sanctitatis indicia, vel ex Reuelatione diuina, vel ex miraculis sola diuina potentia editis: vt est excitare mortuos. *Apud veros Protestantes sanctitatis splendor proculdubio oculos tuos præstrinxit, vt necesse haberet ab illis miracula exigere, ineptè omninò: quia. Aduocatus.* [q] BONA OPERA sunt (etiam apud Indos) omnium ad persuadendum POTENTISSIMA MIRACVLA. *De Miraculis* [r] *supra iam Protestantes cum Pontificijs conferamus.* [s] Cum Caroli Cæsaris exercitus, qui constabat ex Hispanis, & Italis Catholicis, atque ex Germanis Protestantibus, Roma capta, GERMANI MODERATIVS se gerebant, vt exiguo pretio Captiuis libertatem dederunt, quamquam statuas deformabant. Itali vero tanta RABIE excitabantur, vt tormentis in nobilissima corpora grassarentur: vt etiam Iulij Pontificis exosum carie cadauer eruerent, & annulo aureo spoliarent. *Ad Protestantes Martyres venio. Aduocatus.* [t] Iohannes Huss. & Hieronymus Pragensis in Synodo Constantiensi condemnati, quibuscum postea colloquium habuere diuini & humani iuris Doctores insignissimi, inculcant posse eos & in conspectu Dei, & in Ecclesia militante sublimem consequi locum, si reiectis nouitatibus, Patrum vestigia sequerentur. Isti se veraces Christi Ministros, & Discipulos esse dicunt, ROMANAM Ecclesiam LONGE AB ANTIQVIS APOSTOLORVM TRADITIONIBVS ABIISSE, VTPOTE QVAE IN

[m] *Erasmus supra in Nota 10.*
[n] *Maldonat. Iof. supra in Nota 10.*
[o] *Costerus Iof. Enchirid. cap. 2. §. Sanctitas verò.*
[p] *Costerus Iof. quo iam supra.*
[q] *Acosta Iof. lib. 4 de salut. Indorum cap. 17. pag. 411.*
[r] *Nota 11.*
[s] *P. Iouius de vita Pompeij Columellæ, qui Autor nihil in gratiam Protestantium mentiri solet.*
[t] *Aeneas Syluius hist. Bohem. de Hieronymo Pragensi.*

LASCIVIA, ET LVXV DEMERSA PERIIT: Patres magnæ Synodi eos vt putida Eccleſiæ membra reſecanda cenſuerunt, lata eſt aduerſus eos ſententia, cremandos eſſe ſtatuunt. Prior Ioannes combuſtus eſt, Hieronymus diu poſt; pertulerunt ambo mortem conſtanti animo, quaſi ad epulas inuitati, ad incendium properarunt, nullam emittentes vocem quæ miſeri animi facere poſsit indicium: vbi cœperint ardere, hymnum cecinere, quæ vix flamma, aut fragor ignis intercipere potuit: Nemo Philoſophorum tam forti animo mortem pertuliſſe traditur, quàm iſti incendium. Poggius Florentinus ætatis noſtræ nobilis Scriptor, de morte Hieronymi elegantem ſcripſit Epiſtolam. *Epiſtola Poggij præſertim tam elegans nos ad eam legendam quodammodò inuitare videtur.* [1] Mirum eſt vidiſſe qua facundia, quibus argumentis, quo vultu, qua fiducia Hieronymus Pragenſis reſponderat Aduerſarijs in Concilio Conſtantienſi. Primo aſſeruit debere ſe cauſam ſuam agere, priuſquam reſponderet male-dictis Aduerſariorum, ſed cum hæc ei conditio denegaretur: tum quænam, inquit, eſt hæc iniquitas? vt cum 304. diebus quibus in duriſsimis vinculis, ſordibus, ſquallore, inopia, Obtrectatores meos ſemper audiueritis, me vnam horam audire nolitis? cum ſingulis reſpondere ſe parabat, incredibile dictu eſt, quibus ſe tueretur argumentis, nihil vnqam protulit indignum VIRO BONO, vitam ſuam, ac ſtudia expoſuit officiorum PLENAM, ET VIRTVTVM, expectabant omnes vt ſe purgaret, & erratorum veniam poſtularet: at ille nihilominùs in laudem Ioannis Huſſ. deſcendit, quem virum ſanctum appellat, & tali ſupplicio indignum, ſe quoque paratum eſſe conſtanti animo pro eadem cauſa quoduis adire ſupplicium. O VIRVM DIGNVM HOMINVM MEMORIA SEMPITERNA! *Addit hic veſter.* (Non laudo ſi quid aduerſus inſtituta Eccleſiæ ſentiebat) cùm veniſſet ad locum mortis veſtimentis ſeſe exuit. Flammâ adhibita, canere cœpit hymnum, quem fumus & ignis vix interrupit: Cùm Lictor poſt tergum eius lignum, nè

[1] *Poggius Florentinus Orator, in epiſt. ad Leonard. Aretium de condemnatione Hieron. Pragenſis & habetur in Faſciculo rerum expetend.*

nè id rideret, inijcere vellet, húc, *inquit*, accede, & in conſpectu accende ignem; ſi enim illum effugere voluiſſem, nunquam ad hunc locum, cum fugiendi facultas erat, acceſsiſſem: hoc modo vir PRAETER FIDEM EGREGIVS conſumptus eſt. vidi ego hunc exitum, ſingulos actus perſpexi. *Haclenùs facetus Poggius veſter ſeriò. Denique.* [a] Caſſander & aliqui Pacificatores reconciliationem inter nos & Proteſtantes moliebantur, quos dixerunt eſſe VERA MEMBRA Eccleſiæ, licet in aliquibus dogmatibus diſſentiant. *Ita iampridem Candidiores Pontificij: cæterùm, vt iam appareat Contentionis Bellarminiana inſulſitas;*

[a] *Bell. lib. 3. de Laicis cap. 19.*

2. *A Proteſtantibus exigere Pontificiorum hoc tempore de ſua laude teſtimonium planè iniquum videtur. Ratio duplex.*

Prima.

Quia nunc ſunt Aduerſariorum ingenia magis tetrica, amarulenta, maligna, vt quoties apud aliquos de Proteſtantibus mentio aliqua honorifica occurrat, vos eorum debitam laudem ſimul cùm nominibus obruendam eſſe mandatis: an verò expectatis, vt inuidiam Aduerſarijs ſuis laudem, id eſt, vt terra ſoli lucem aliquam præbeat? Lutheri nomen quanti facitis? Aduerſarius. [x] Lutheri nomen Hebraice ſcriptum efficit numerum, 666. quod nomen Antichriſti efficere debet. *Laudicrum commentum. Aduocatus.* [y] Nomen Antichriſti Apoc. 13. quidam ad Latinas notas, vt in ijs NOMEN LVTHERI eſſe oſtenderent, AVDACIVS tranſtulerunt. *Quid ſi is fortè laudetur?* [z] DELEATVR NOMEN LVTHERI, cum ſua autoritate. [b] Et in Ioanne Funcio hæc verba: [Poſt PII DOCTORIS LVTHERI mortem.] deleantur. [c] Deleantur illa verba, nimirum, [Operis laboriosiſsimi, atq; VTILISSIMI HISTORIAE MAGDEBVRGICAE.] [d] Deleatur nomen MELANTHONIS. *Quamobrem obſecro?* [e] Quia Leobaldus in annotationibus paſsim citat Melanchthonem: eius Citatio paſsim delenda eſt. [f] Melanchthonis & aliorum nomina omittantur.

[x] *Ozorius Ieſ. Tom. 4. Com. de obitu Patris Ignatij.*
[y] *Acoſta Ieſ. lib. de temp. noviſſ. cap. 5.*
[z] *Index Expurg. pag. 162.*
[b] *Ibid. pag. 180.*
[c] *Pag. 96. & 123.*
[d] *Index Expurg.*
[e] *Pag. 126.*
[f] *Pag. 164.*

[a] *Pag.304.* tantur. [a] Supprimatur nomen Caluini, & ponatur STVDIÔSVS QVIDAM. Quæ *(malum!) Hæc peruerſitas ſibi vult? Caluinus ſtudiôſus aliquid ſcripſit laude dignum, at ſi Caluinus ponitur, deleatur* Studioſus; *ſi ponitur* Studioſus, [m] *Math.23.* *deleatur Caluinus. Cui ego vos aſſimilem? Erant, qui* [m] Prophetas occidebant, & ſepulchra eorum exornabant. *Vos ſententias Autorum approbatis, nomina ſupprimitis: nec hoc* [l] *Pag.162.* *ſolũ, ſed &* [l] Deleatur Laudatio Sleidani de Fidelitate: *quaſi* [n] *Sic inſcribitur Index Expurgat.* Expurgatorius illuſtriſſimi Card. Toletani Hiſp. Anno 1601. *cum hominibus fidelibus ipſius quoq; fidelitatis laudẽ extinctam velitis. Hæc ex Indice illo expurgatorio, quẽ Franciſcus Iunius è tenebris vindicauit. vt vero Iunio noſtro apud vos fidẽ conciliemus, operæ-pretiũ erit huius generis alia percipere ex Indice, qui auctoritate* [n] Supremi Senatus S. Generalis Inquiſitorũ *nuper prodijt, quo ceu nefanda typographiæ tyrannide, in Principum, Paſtorum, Scriptorumq; Proteſtantium encomia, titulos, nomina immaniter ſæuiſtis. I. In his* ;[Edouardus 6. Angliæ Rex, & ADMIRANDAE INDOLIS ADOLESCENS.] Hæc poſtrema verba deleantur. [2] Detrahatur Epiſtola Nuncupatoria ad ELIZABETHAM Reginam Angliæ:& [3] Illa alia Epiſtola ad REGINAM ANGLIAE reijciatur. [4][Iohannes Fredericus PRINCEPS CHRISTIANISSIMVS,] Hæ duæ voces deleantur. [5] De Friderico Saxonum duce deleantur illa verba.[ILLVSTRISSIMVS SAPIENTISSIMVSQVE]. [6] [Chriſtophorus PRAECLARVS Dux Witenbergenſis.]Deleatur verbum PRAECLARVS. [7] Holſatiæ Ducis filius, quæ ſequuntur, deleantur. [INSIGNI PIETATE LAVDATISSIMVS.] *Paſtorum & Scriptorum.* [8] [Melanchthon vir NVLLI nec Italorum, nec Gallorum ſecundus: MAGNVM Germaniæ DECVS.] expungantur. [9] Melanchthonis & huiuſmodi Hæreticorum, [10] Hulderici, & Hutteni, & Puceri NOMINA expungantur. [11] [Dominus Sebaſtianus Munſterus.] deleatur DOMINVS. [12] [D. Lutherus:] deleatur prima litera D. [13] [Conradus Pellicanus Theologus: [14] Bucerus Theologus: [15] Zuinglius Theologus:] Deleantur in iſtis vox THEOLOGVS. *Hac adhibita ſpongiã*

[a] *Fol.92.* [b] *Fol.150.* [4] *Fol.148.* [5] *Fol.93.* [6] *Fol.148.* [7] *Fol.48.* [8] *Fol.142.* [9] *Fol.61.* [10] *Fol.97.* [11] *Fol.93.* [12] *Fol.93.* [13] *Fol.93.* [14] *Fol.148.* [15] *Fol.148.*

gia facile quidem efficietis vt apud Proteſtantes, nec Princeps, *nec* Dominus, *nec* Doctor, *nec* Theologus, *ſit, non modo non bonus, ſed nec malus quidem. Enimuero Cenſoribus & Inquiſitoribus inprimis cauendum erat, ne veluti ex ſi ſordidis hominum pedibus conteratur magis magiſque ſplendeſcit; ita iſtis veſtris literis, magis quam aliorum literis Proteſtantium nomina & laudes illuſtriores fiant.*

Secunda Ratio.

Cum hæc hiſtoria lex ſancita eſt, primò ne quid falſi quis narrare audeat: ſecundò, ne quid veri non audeat: fieri igitur non poteſt, vt qui vitia ſua impudenter negant, Aduerſariorum ſuorum virtutes candide ingenuè, agnoſcant: at [10] Verba, *inquitis*, Eſpenſæi, *(Epiſcopi Pontificij)* [ROMA FACTA EST LVPANAR. & hæc: Sedis Apoſtolicæ ſumma iura, hoc eſt ſummæ iniuriæ; Priuilegia; hoc eſt, Abuſus; Conſuetudines, hoc eſt, corruptelæ; hæc omnia deleantur. [17] Ex Thomæ Mori, viri clariſſimi ſcriptis, hæc verba: [O SACERDOTES NOSTRIS LONGE SANCTIORES:] Et hæc, [Quinta eſt acta ætas quaſi decrepita, & confecta ſub Pontificibus Romanis, & Cæſaribus Germanis.] atque hæc. Quod inde per omnes Cæſares, vſque in Pontifices Romanos durauit. Deleantur. *Deniq, Arrogantia, & Inuidia in eadem morantur ſede, illa dextram, hæc lenam occupat; ita vt tam prompte hæc alienis laudibus detrahat, quam profuſe illa ſuis proprijs blandiatur. ſic autem de ſe Ieſuita.* [m] Lege noſtræ Societatis Theologos, [n] Legite & ſcitis quantos progreſſus in literis fecerint. [o] Ego ſuper omnia laudo, Bellarmine, Tractationem tuam. [p] Noſtræ Societatis inſtitutum eſt hominum perfectorum & Sociorum Ieſu. *Boni Ieſu ſic cõtere & confunde ſpiritus arrogantes, ne in æternum confundantur. poſtremo cum Aduerſarios veſtros nullâ laude dignemini, ex hoc non probari illos laude indignos fuiſſe, ſed vos inuidos, nec illis meritum, ſed candorem vobis, & charitatem defuiſſe, quæ faxit Deus vt animos exulceratos, ita*

[10] *In Indice Expurg. ab Hiſpania fol. 60.*

[17] *Fol. 158.*

[m] *Armandus Ieſ. in Epiſt. ad Caſimirum.*
[n] *Delrius Ieſ. in Prolog. in lib. de Mag.*
[o] *Perius Ieſ. praef. in diſq. in Gen.*
[p] *Ozorius Ieſ. vide ſupra.*

aliquandò penitus occupet, atq; expurget, vt in vnitate Spiritus nobiliſſimum veritatis ac pietatis coniugium ſtudioſe conciliemus, eternumque colamus. Neque ſimus in numero eorum de
* *Ioh.5.42.* *quibus Chriſtus.* * *Ioh.* 5. Non poteſtis credere, quia ab inuicem, *(id eſt, homines, ab hominibus)* gloriam quæritis:
* *Rom.2.35.* *ſed eam potius laudem aucupemur,* * Quæ eſt à Deo: * In
* *Eph.1.6.* gloriam gratiæ ipſius.

Caput. XXXIII.

Nota 14.

a *Bell.lib.4.de Eccleſ.Milit. cap.17.*

A *Duerſarius.* a Decima-quarta Nota eſt infœlix exitus eorum, qui Eccleſiam oppugnarunt. *Huius futilitatem Nota vltima explicat, atque refellit: ad Hypotheſes feſtinamus, quarum prior ad Proteſtantes, poſterior ad Pontificios pertinet.*

1. *Hypotheſis. primò in genere.*

b *Bell.quo ſupra.& Coſterus Ieſ.Apolog. part.3.cap.1.*

Aduerſarius. b Lutherus veſperi ſanus, eadem nocte repente eſt mortuus. Zuinglius in bello trucidatus: Oecolampadius veſperi ſanus, manè inuentus eſt mortuus.

* *Matth.24.43.* *Reſpondeo ex* * *Matth.* Vigilate, quia neſcitis πόια φυλακῇ, qua vigiliâ, fur venturus eſt. *Ex qua (vt mihi videtur) Repentinæ mortis diſtinctio non inepta emergit, nimirum mortem dicendam eſſe vel reſpectu præparationis, vel expectationis, repentinam: ne primo modo ſubita ſit, Dominus his verbis,*
* *Luc.12.37.* * [Vigilate, parati eſtote,] *Nos eamos fecit; ſi verò ſecundo modo ſubita* [Neſcitis quâ vigiliâ] *tamen vigilantes dominus & ſecuros nos fecit.* [*Beati Serui illi quos dominus veniens inuenerit vigilantes.] *Quanquam ſatis ſemper expectata eſt*
* *Vers.36.* *mors ijs, qui eam ſemper prudenter expectant* *: [Vos ſimiles eſtis

eſtis hominibus expectantes Dominum]. *Aduocatus.* [a] Illi parati qui ſemper Domini aduentum ſpe & expectatione præſtolantur, nec in horam mortis pœnitentiam differunt. *Impœnitentibus vero mors etiam lenta, non minus, quam violenta eſt repentina.*

[a] *Tolletus Inſt. comm. in hunc locum.*

Secundò, in particulari.

Aduerſarius. [d] Lutherus Veſperi lætus, & cum facetijs ſuis omnes ad riſum prouocâſſet, eadem nocte eſt mortuus: Zuinglius in bello contra Catholicos trucidatus: Oecolampadius ſubitò mortuus: Caluinus a vermibus conſumptus exſpirauit, vt Herodes, & Dæmonibus inuocatis blaſphemans obijt. *Ecquos horum omnium teſtes poſſitis producere?* [e] Coclæum & Bolſecum teſtes habemus: *Hic penitùs hærerem, niſi vos me expediretis. Aduocatus.* [f] Stultum eſt credere potius abſentibus, quam ijs qui interfuerunt. *Libeat itaque tibi, quæſo ſapere; & auritos tuos teſtes vel potius Proteſtantium dentatos hoſtes omittere parumper, oculatos noſtros, quamuis Domeſticos, adhibere.*

[d] *Bell. & Coſtetus quo ſupra.*

[e] *Ibidem.*

[f] *Bell. lib. 3. de Eccleſ. Milit. cap. 14. §. Reſpondebimus.*

Pro Luthero.

[a] Lutherus anno ætatis ſuæ 63. INFIRMA VALETVDINE à Comitibus Mansfeldenſibus, ad controuerſiam inter eos dirimendam euocatus, poſt cœnam de rebus grauiſsimis, AD RELIGIONEM PERTINENTIBVS, loquutus inter alios ſermones quæſtio hæc intercidit: Vtrum ſumus alij alios in altera vita cognituri? Lutherus reſpondit, Adamum cognouiſſe Euam, quam antea nunquã viderat, & dixiſſe. [Hæc nunc eſt os ex oſsibus meis.] poſt cœnam, ſentiens morbum INGRAVESCERE, vocat ad ſe vxorem, & liberorum Pædagogum Iuſtum Jonam, venit etiam Comes Mansfeldinus, multa verba cum eis habuit, & eos AD PIETATEM hortatus eſt, tandem, poſtquam PRECATVS eſt, animam Deo dedit. [a] GRATIAS im-

[a] *Sleidanus lib. 16. in fine.*

[a] *Melanchthonius de vita Lutheri.*

mortales Deo agens, quod filium ſuum CHRISTVM ei patefeciſſet: vidi, inquit, Filium tuum, & veritatem tuam amaui tanquam animam meam: hortatus eſt vt omnes precarentur pro propagatione Euangelij.

Pro Zuinglio.

[1] *Coſterus Ieſ. Apolog. part. 3. cap. 9.*

Aduocatus. [1] Ais Sanderum noſtrum & cæteros Coniuratos in Hibernia contra Sereniſsimam Reginam Angliæ armatos fuiſſe. Reſpondeo, Dominum Sanderum cùm alijs Sacerdotibus fuiſſe exercitui auxilio in his, quæ conſcientiam concernunt. Quid hic mali? *Nihil præter perfidiam, rebellionem, rapinas, parricidium: ſed ad rem, Zuinglius in bello aduerſus Pontificios mortuus eſt, & Sanderus cum alijs Sacerdotibus in bello aduerſus Proteſtantes trucidatus eſt:* Iam ſumus ergo pares, *niſi quod ille ciuis pro patria ſua, hic perduellis, contra ſuam, buccinator extinctus eſt.*

Pro Oecolampadio.

* *Wolfangus Capito, & Simon Grinæus quorum hic Oecolampadio morienti adfuit.*

* Oecolampadius per dies ſedecim in lecto æger decubuit, aſtantes ſæpè AD ORATIONES hortatus, conſtantiam optabat ſæpiùs pro Chriſto mori, dixit ſe lætum ad Chriſti tribunal proficiſci: decem Miniſtri ei morienti adfuerunt: poſtquam Pſalmum 50. integrum recitâſſet, Serua me, *inquit*, Domine Ieſu Chriſte, & ſuam animam Chriſto tradidit.

* *Hæc ſcribunt Nicolaus Gelaſius in Epiſt. præfixa Comm. Calu. in Eſaiam, & Theod. Beza qui coniunctiſſimus Caluino vixit. & Bolſecus, vt lego, in publica Synodo flens confitebatur quam iniuſtis conuitijs Caluinum oneraſſet.*

Pro Caluino.

* Caluinus ante mortem teſtamentum pium condidit, & ad hanc rem Scribam Geneuenſem publicum adhibuit, omnes Miniſtros ad ſe conuocatos hortatus eſt, vt in fide conſtantes permanerent: tandem dextram cunctis porrexit, & vale-dixit ſummo cum eorum gemitu; cùm ad ſtatum diem rurſus Miniſtri conuenirent, voluit Caluinus vt in ſuis ædibus pranderent, poſtquam decubuiſſent, Caluinus

uinus ad menſam delatus eſt, verbis humaniſsimis ſingulos allocutus, abijt. Poſtero die animam efflabat dormienti ſimilior quam morienti. *Non a me expectanda fuit, (præſertim in quæſtione de facto) ex Aduerſariorum ore profecta defenſio: dum tamen Aduerſarijs, quaſi iuratis, teſtes ego domeſticos oppono, cuiuſuis erit exiſtimare, vtrum malitia procluuior ſit ad Infamiam conflandam inimicis; quam gratia ad famam & exiſtimationem bonam ſocijs conciliandam, cùm præſertim hæc ferè luſca, illa verò ſemper cæca naſcitur.*

Caput. XXXIIII.

Altera Hypotheſis Eccleſiam Romanam confodicat.

Aduocatus. [a] Sozimus. 1. Pontifex, Epiſcopatus ſui Die viceſimo, Svbita morte corruptes abijt. Nicholaus 3. Svbito mortuus eſt. Paulus 2. moritur mediâ nocte, nemine præſente, cum Laetvs eadem die eſſet in Conſiſtorio, & duos pepones edebat pridiè ante mortem. Sunt qui ſcribunt Iohannem 13. ſceleratiſsimum hominem, vel monſtrum potius quàm hominem, in Advlterio deprehensvm, & confoſſum perijſſe. Chriſtopherus 1. in carcere Misere vitam finiebat. [b] Hadrianus Pontifex excommunicationem Henrico 2. denunciat, ipſe à Deo Male-dictvs cùm aquam è fonte haurire vellet, muſca in os ejus inuolans gutturi adhæſit, quâ Misere Svffocatvs eſt. [c] Bonifacius 7. ſuorum ſcelerum conſcientia excruciatus, Svbitanea morte perijt. [d] Benè legitur Anaſtaſium diuino nutu percuſſum interijſſe. *Deinde, quòd Caluino impingitis,* Eum perijſſe more tyrannorum, *nimirum*, morbo pediculoſo: *Hoc idem ego ſemel legi, ſæpè audiui, Regi veſtro Catholiciſſimo ſcil. Philippo Hiſpaniæ ſecundo contigiſſe: noſnè igitur homunciones, vt tanquàm ex Iouis cerebro profecti, in hoc exemplo conſilia Diuina rimari, & non potiùs mirari velimus? ſed inſtas?*

[a] *Platina in horum Pontiſcum vitis.*

[b] *Naucleras generat. 139.*

[c] *Sabellus & Naucleras.*

[d] *Ioannes de Turrecremata Card. lib. de Summ. Eccleſ.*

Obiectio.

Aduersarius. [a] Deus volens sententiam suam contra Consilium Basilienſe ostendere, tam terribili peſte Basiliam tunc affligebat, vt major pars eorum Patrum, qui ibi erant, extincti vel secedere coacti sunt. *Respondeo primò, si sic argumentari licet, væ Iubilæis vestris! nam Aduocatus.* [b] Clemens 6. constituit vt quinquagesimo quoquo anno Iubilæus celebraretur: illo tempore TANTA PESTIS PER TOTAM ITALIAM peruagata est, vt VIX DECIMVS quisque EX MILLESIMO superfuerit: nec id mirum, cum ob IVBILAEVM contagione hominum & multitudine vndique Romam commigrantium, omnia miscerentur. *Fallacia, igitur, hæc dicitur, non causæ. Sed cùm Basiliensis Concilij autoritas tam vehementèr vos exercet, vt vobis necesse fuerit, eam penitus labefactare, quo Pontificis autoritatem sartam tectam habere possitis; nostrum erit horum quoque Patrum integritatem, etiam in hac parte, asserere: Dura, inquies, prouincia, imò verò facillima, si Patrum Basiliensium conscientiæ cùm Aduersariorum suorum conscientijs, vita exitus cùm ἔξοδῳ conferamus.* [c] Constare inter omnes Patres Basilienses videbatur, ingraueſcente peſte, iam honestatem potiùs periculòsam, quàm vtilitatem secutam esse quærendam: quanquam reuerà secerni vtile ab honesto non potest. Cecidit in ea peſte Lodouicus Patriarcha Aquilienſis, vir grandæuus, in partem consolationis arripit, quoniam priùs Eugenium depositum vidit quàm moreretur; lætusque, vt ante prædixit, talem nuncium in orbem portaret alium. Multi Episcopi, & viri celebres diem obierunt, qui vbi adesse horam migrationis sensêre, quampluribus ad se viris grauibus accersitis, vos omnes; qui adestis, dixerunt, Adorate Deum, vt illos conuertat, qui Eugenium pro summo Pontifice recognoscunt, seque in fide Conc. Basilienſis morituros professi, absque vlla excusatione dormientibus similes ad Dominum migrauere. *Hi*

[a] Bell. lib. 3. de Eccles. Milit. cap. 16. §. Tertio Deus.

[b] Platina de vita Clementis.

[c] Æneas Syluius de gest. Conc. Basil.

in

in animis ſuis paradiſum ſentiunt, at horum Aduerſarius graviſſimus, nihil niſi Gehennæ horrorem ſpirat. [b] Panormitanus ſe acerrimum Eugenij Defenſorem in Conc. Baſilienſi exhibebat, poſtquam domum redijt, in cubiculum ſe recepit, ſecumq; de Rege ſuo queſtus eſt, quod eum ADVERSVS VERITATEM pugnare compelleret, & famam ANIMAMQVE ſuam PERDITVM iret. *Sic ille de vno: accipe de alijs.* * Minerius Gallus, qui Proteſtantes perſequebatur, ex internis viſcerum flammis miſerè perijt, cùm medici non eum ſanare, ſed nè aſpicere quidem potuerunt. *Ecchius erat acerrimus Lutheri hoſtis, &* * Ecchius moriens de nulla re alia quàm nummis loquutus eſt: Si tantum, inquit, nummorum acquiri poſsit, tranſactam eſſe rem. *Pighij, Olenarij Cancellarij Gallia, Lotharingi Cardinalis, Sadoleti, qui præfuit Concilio Tridentino, aliorumq; exitus funeſtiſſimi fuiſſe perhibentur: Copias nobis exemplorum eorum, qui Proteſtantium partibus proditis, atque deſertis, ſumma in miſeria & deſperatione moriebantur, tradit veſtri ordinis Alumnus olim Ieſuita Haſſenmullerus in libro, qui* Hiſtoria Ieſuitici ordinis inſcribitur. *Omitto Caſparum, Rabum, Franckum, Staphylum, & ipſum Coclæum, Franciſcum Spiram, Bachaum, Stephanum, Agricolam, quos omnes ab Euangelica veritate* * Apoſtatas, ait, miſerimè perijſſe. *Tandem Ieſuitarum Patriarcham ipſum Ignatium Loiolam introducit,* * Eum Turrianus Ieſuita mihi dixit (*inquit*) ita ſæpè à Dæmonibus agitatum, vt frigidiſsimum mortis Sudorem copiosè fuderit: Item Octauianus Ieſuita mihi retulit (*inquit*) dicens: Ignatius Pater noſter circa agonem mortis dixit, multa bona contuli in Eccleſiam Romanam, multas opes Societatis noſtræ vidi; ſed hæc omnia me deſerunt, & quò me vertam neſcio! *Conſultò prætereo infinita huiuſmodi luctuoſiſſima ſpectacula, quæ Danæus, Zanchius, & alij literis tradiderunt, quia Chriſtiani hominis eſt vivis potiùs benè precari, quàm de mortuorum inſultare miſeriis. Nec tam ex iſtis horrendis mortuorum exemplis, quàm ex diuinis oraculis notas & argumenta petere veritatis.*

[b] *Armat Sylvius lib. de geſt. Conc. Baſilienſ.*

* *Pantaleon in hiſt. Gallica.*

* *Carion in Chron.*

* *Haſſenmullerus lib. de Ord. Ieſ.*

* *Idem ibid.*

CAPVT.

Caput. XXXV.

De Nota vltima (quam Bellarminus posuit) Fœlicitate temporali.

[a] Bell. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. vlt.

Aduersarius. [a] Vltima nota Ecclesiæ est fœlicitas temporalis, diuinitùs ijs collata, qui Ecclesiam defenderunt: nunquam enim Catholici Principes ex animo Deum coluerunt, quin facillimè de hostibus hæreticis triumpharent. *Vt impiæ ingratitudinis esset, non agnoscere miraculosam Dei munificentiam, ita insignis temeritatis est, vel etiam infidelitatis, admirabilem omnem felicitatem externam, vt Ecclesiæ notam perpetuam admittere. quia. Aduocatus.* [b] In Ecclesia nescit homo amorem aut odium, quia beneficia temporalia Indifferenter evenivnt bonis, & malis: hæc indistinctio Obtenebrat mentes hominum de prouidentia Dei. *Scriptura clariùs loquitur.* [c] In Matth. [Facit Deus solem suum fulgere super Ivstos et Inivstos.] Vndè facile perspicimus, hominum aut nationum prosperos successus Nvllvm signvm, aut testimonium esse Verioris, aut purioris Religionis. *Quid ergo?* [d] Cùm creuerint opes Ecclesiæ, gratulandum est fœlicitati (Si-modò verè sita est in hoc Fœlicitas) si Foelicitati respondet pietas. *Tu verò exemplis pugnas.*

[b] Hugo de S. Victore in Eccles. 9. 1.

[c] Colleg. Anglo-Rhem. annot. in Matth. 5. 45.

[d] Erasmus annot. in Act. 11.

Exemplis certatur veteris Testamenti.

[e] Bell. quo supra.

Aduersarius. [e] Notæ sunt historiæ veteris testamenti, Abrahæ, Mosis, Ezechiæ, Iosiæ. *Notæ reuerà, atque etiam notabiles, & admirandæ, quæ tamen quoties Ecclesia abfuerunt, eius notæ esse minimè potuerunt. nam primò, tempore Patriarcharum. Aduocatus.* [f] Quot Adversa contigerunt Iacobo, qui Tamen omnibvs hominibus Gratior erat, is fame laborans cogitur subsidium petere Ex Ægypto.

[f] Ioannes Ferus in Act. 7.

ÆGYPTO. 2. *Tempore Moſis.* [g] ÆGYPTVS *(per annos quadraginta)* erat SCHOLA FILIORVM DEI, qui adoleſcere non poſſunt, niſi vexentur. 3. *Tempore Iudicum.* *[TERGA vertit ISRAEL in pugnâ contra PHILISTAEOS: cæſa ſunt QVATVOR MILLIA virorum: dixerunt maiores natu Iſraël, quare percuſſit nos Deus hodiè cum Philiſtæis? proximâ pugnâ ceciderunt DE ISRAEL TRIGINTA MILLIA peditum, & ARCHA DEI CAPTA EST: Heli Sacerdos, hoc audito, de ſella retrorſum cecidit, & FRACTIS CERVICIBVS MORTVVS EST.] *Nec tamen Theologus quiſquam (quod ſciam) aut de iſtius Religionis Iſraelitica veritate, aut de Sacerdotis huius ſalute, vnquam dubitauit.* 4. *tempore Ezechiæ.* [h] Interdum Deus ſinit BARBAROS crudeles DOMINARI POPVLO ſuo, quo grauiſsima eorum peccata PVNIAT: ſic per Regem Aſſyriorũ, quem Ezaias vocat VIRGAM DEI, Deus puniuit decem tribus Iſraël: per REGEM NABVCHADNEZZAR quem per Ezechielem Dominus vocat SERVVM SVVM, Deus caſtigabat duas TRIBVS IVDAE. 5. *Tempore Ioſiæ.* [i] In 4. Reg. Ioſias aſcendit templum Domini *(ex principem poſt, vel etiam ante omnem hominum memoriam, pientiſſimum)* * SIMILIS ILLI NON FVIT ANTE illum Rex, qui REVERTERETVR ad Dominum TOTO CORDE, & tota anima iuxta legem Moſis, NEQVE POST EVM ſurrexit SIMILIS ei. ille abijt CONTRA Pharaonem Necho, & OCCISVS eſt in Migiddo. *En igitur, piorum, adeoque vere felicium, ſucceſſum temporalem minimè fœlicem: qualis multo ante hæc tempora Iudæis contigit.* [k] Beniamitæ DIVINO RESPONSO IVSSI PVGNARVNT, primo congreſſu ingenti clade VICTI SVNT: rurſus Deum conſulentes, ITERVM PVGNANT, DECEM & OCTO millibus ſuorum INTEREMPTIS. [l] Et tamen Iſraëli Deus fauit. *Id enim in hac parte interdum accidere, quod in Duello, ſolet.* [m] MVLTOS quorum erat IVSTA cauſa in Monomachia ſæpe SVCCVBVISSE docent multa exempla. *Ad duellum ſect. 2.*

[g] *Maldonatus Ieſuita comm. in Matth. 2.*

* *1. Reg. 4. Vulgata Editio.*

[h] *Pererius Ieſ. com. in Dan. lib. 2.*

[i] *4. Reg. 23. vulgata Editio.*

* *4. Reg. 23. 25.*

[k] *Pererius Ieſ. comm. in Exod. 5. diſp. 4.*

[l] *Riſſenſis art. 34.*

[m] *Delrius Ieſ. tom. 2. diſq. Magic. lib. 4. cap. 4. qu. 4.*

primum respicito. * Cain & ABEL pugnant, IVSTVS Abel OCCISVS est, sceleratus Cain vitam longæuam duxit, vrbes condidit, inquit * Ambrosius. *Res vel Ethnicis obuia.* * Nonnunquam etiam Viator à Latrone occiditur. *Quid tandem?* * Oportet vt CREDATVR Deum remuneratorem esse omnium fidelium PRAESTANTIORI RATIONE, quàm quâ in hac vita eos remunerat, quia sæpe etiam sine remuneratione ex hac vita sancti discedunt, vt Abel à fratre interfectus. *Præclare itaque Ruffinus.* * In huiusmodi melius nobis fides, quam ratio respondet. *Imò verò hac Nota Ecclesia (si quis velit in ea acquiescere) causa necessaria erit Apostasia. nam* † Achaz Rex Iudæ videns se à Syris deuictum, quum id peccatis suis imputare deberet, & ad Dei auxilium confugere, politicè agere maluit, dicens, [* Dij Regum Syriæ opitulantur suis, quos ego placabo hostijs, & aderunt mihi.] sic iste *(audi Theologe)* politicus Deum suum, & religionem suam vtilitate metiebatur. *Et certè cum historias sacras consulimus, manifestè patet veritatis hostes sæpe bello superiores euadere; non quod Religio Orthodoxa indigna est fide, (absit!) sed quod professores eius ipsa Religione indigni sunt. Deinde etiam vere sanctè que profitentibus felicitas temporalis vsque adeo Ecclesiæ Militantis nota non est, vt plerumque etiam sit ad Ecclesiam triumphantem gradus expeditissimus. De hoc maxima. De veteri Testamento satis, ad nouum pergamus.*

* Peterius quantum memini, hoc habet eum in Gen.
* Ambros. lib. 2. de Cain & Abel. cap. 10.
* Cicero.
* Rabera Iesuita in Heb. 11.
* Ruffinus.
† Staplet. in Orat. Academ. contra Politicos pag. 17.
* 1. Reg. 27.

Exempla noui Testamenti.

Aduersarius. ¶ In nouo Testamento exempla nobis esse possunt Constantinus Magnus, Theodosius, Honorius, & alij qui de hostibus triumpharunt. *Oculis careat, qui miraculosa Dei præsidia non suspiciat, & veneretur, sed qui omnem felicitatem externam tanti facit, vt Religionis diuinæ tesseram perpetuam habeat:* ---- * Careat successibus opto, Quisquis ab euentu *(semper)* facta notanda putat, *Poëta cecinit, quia Aduocatus.* † Tanta fuit Alexandri fœlicitas,

¶ Bell. quo supra.
* Ouidius.
† Peterius Iesuita in Dan. lib. 2.

citas, vt ſcribit Iuſtinus, vt nullo vnquam eum hoſte congreſſus ſit, quin deuicerit; nullam ciuitatem obſederit, quin eam expugnauerit nullam Gentem adierit, quin eam calcauerit; Denique, præſente Alexandro, tanta fuit eius militum fiducia, vt armatos hoſtes nudi adoriri non dubitarent. ex innumeris periculis ſæpe præſentiſsimo vitæ DISCRIMINE MIRABILITER ſeruatus eſt; & amplitudinem imperij eius latam Scriptura prædixit. *Hæc diuinæ prouidentiæ nota fuit, non autẽ nota Eccleſiæ:* [f] nam Eccleſia eſt hæres crucis. [t] Vtaquæ diluuij Archam Noë attollebant, ita perſecutiones Eccleſiã ILLVSTRANT. Eſt enim perſecutio Eccleſiæ, inquit Iuſtinus, quod vineæ putatio, vt vberiores lætioreſque fruges reddat, &, vt eleganter Tertullianus: Sanguis Martyrum eſt ſemen Eccleſiæ. [u] Rubus ardens eſt figura Eccleſiæ, inquit Hieronymus, quæ flammis perſequutionum Vexata, non conſumatur, ſed viret magis & ſplendeſcit. *Proinde Eccleſia, quæ eſt* [*] Lilium inter ſpinas, *& Sponſa illa* nigro-pulchra, *hoc, faciendo bona, illud, mala patiendo; (ſi Patribus credimus) ex rubro, non ex albo colore plerumque dignoſcitur. tu vero Patrem vnum opponis.*

[f] *Greg. Magnus com. in lib. Reg.*
[t] *Bell. lib. 4. de notis Eccl. ca. 6.*
[u] *Pererius Ioſ. com. in Exod. diſp. 5.*
[*] *Cant. 2.*

Inſtantia.

Aduerſarius. [x] De Conſtantino Imperatore ſic ſcribit [*] Auguſtinus: Conſtantinum Imperatorem, verum Deum colentem, Deus tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nemo auderet. Vniuerſum orbem vnus tenuit, in gerendis bellis fuit victorioſiſsimus, in Tyrannis opprimendis per omnia proſperatus. *Et nos, iuxta cum Auguſtino Eccleſiæ, & Conſtantino vere Magno magnam ſuam fœlicitatem libenter, iucundeque gratulamur: quid ex his? an propterea omnis ſplendida proſperitas eſt Nota Eccleſiæ? nihil minus. Auguſtinum appello; cui ſi placet, cauſam hanc totam definiendam permittemus. Patronus.* [*] Pagani obijciunt nobis (*Chriſtianis*) latitudinem Imperij Romani, & illud beneficium falſis ſuis Dijs tribuebant. 2. [*] Pagani afflicti rebus

[x] *Bell. quo ſupra cap. vlt.*
[*] *Lib. 5 de Ciuit. cap. 25.*
[*] *Auguſt. lib. 4. de Ciuit cap. 15.*
[*] *Ibidem lib. 1. cap. 30.*

rebus aduerſis, querebantur de Chriſtianis, & Romanæ reip. cladem in Religionem noſtram referunt, quia Dijs ſuis ſacrificare prohibentur. 3. * Multi inquiunt *(Pagani)* à nobis Chriſtiani captiui ducti ſunt. *His Paganicis obiectionibus occurrit Auguſtinus; poſtremæ ſic:* ·CHRISTIANI INTERDVM, fateor, etiam Prophetæ Captiui ducebantur, ſed nuſquam vbi non Deum ſuum inuenerunt, etiam in viſceribus Belluæ Ionas. *Ecce Captiuus verus Dei Cultor. Secundæ ſic.* * In vero Dei cultu veraciter SEMPITERNA BEATITVDO promittitur. *Viden'? felicitatem temporalem tuam reijcit, vt æternam confirmet: ad primam. denique ſic.* * Belligerare & prædomitis Gentibus dilatare regnum, videtur MALIS felicitas, BONIS neceſsitas. *Nunc ad locum abs te obiectum:* Conſtantinum Imperatorem tantis bonis terrenis, *& cætera quæ eſtâſti; quæ enim ſequuntur tibi minimè arriſerunt; ea, pace tua, ſubijciam, ne quis aut nimium tibi, aut Auguſtino parùm credat.* * Sed rurſus nè Imperator quiſquam Deo Chriſtianus eſſet, vt terrenam fœlicitatem mereretur, cùm propter vitam æternam quiſque debet eſſe Chriſtianus: IOVINIANVM (ʏ Hic autē erat Catholicæ fidei PROPVGNATOR ACERRIMVS) Deus multò citius abſtulit, quàm IVLIANVM, *qui erat perfidiſſimus Apoſtata. Auguſtinus hanc felicitatem Conſtantino ferè propriam fecit, vt neget eam eſſe in terris perpetuam, ne quis ea nota deluſus Iulianum potius ſecletur quàm Iouinianum, terrenæ felicitatis ſtudioſior quam cœleſtis. nam ſi temporalis illa bonis principibus Comes perpetua ſemper foret; Dei bone quot Principes Chriſtus ſeruos fideles. ſed ſeruiles, & minimè Chriſtianos habiturus eſſet? qualis turba illa, de qua Chriſtus queritur.* * [Vos me ſequimini, quia manducaſtis de panibus.] *At enim de bonis Apoſtolus,* * [Non multi nobiles.] *Malorum eſt infinitus numerus, quia terrenis terrena ſuccedunt, Ratio.* * [Habent enim mercedem ſuam.] *viz. Hic in terris: Qui meam de Patroni noſtri iudicio ſidem confirmet, adeſt. Aduocatus.* ª Bella quæuis, ex quo homines eſſe cœperint, nulla non ætas viderit; tamen poſt

* *Lib.1.cap.14. & 19.*
· *Ibidem.*
* *Lib.3.cap. vlt.*
* *Ibidem*
* *Auguſt lib.5. cap.25.*
ʏ *Baronius Card. anno Chriſti 363. Liberij Papæ 12.*
* *Ioh.6.*
* *1.Cor.1.26.*
* *Matth.6.*
ª *Acoſta Ioſ. de Temp. nouiſſ. lib.1. cap. 14.*

post tempora Christiana maximè orbem terrarum infestarunt, vt coactus sit * Augustinus calumnijs respondere eorum, qui istas calamitates legi Christianæ tribuebant, & reuera regnorum conturbationes hæreseon furori SVCCESSERVNT, cum tamen nihil acciderit, quod non erat prædictum. *Ex Augustino igitur Concludemus.* * Non magis pendamus terrenam fœlicitatem, quæ MALIS etiam PLERVNQVE conceditur, nec eam prorsus tanquam malam arbitremur.

* *Lib. 2. Retract. cap. 43. & lib. 3. de Ciuit. cap. 30.*

* *Lib. 1. de Ciuit. cap. 8.*

CAPVT. XXXVI.

Hypothesis. 1. *Protestantibus obiecta.*

Aduersarius. * Vix vnquam Protestantes in bello contra Catholicos superiores fuerunt, quandò iusto prælio dimicatum est. *Quid ego audio?* Vix? *Quâ vnâ voce prodis cùm futilem iactantiam, tum etiam ridiculam tergiuersantiam tuam: tergiuersantiam, inquam, quia si Protestantes* vix vnquam *sunt; sunt igitur, interdùm. Quomodo verò vera Ecclesiæ nota hæc est, quæ conuenit interdum Ecclesiæ (opinione vestra) non vere? vides in felicitatis huius defensione quam tu miserè hallucinaris? ad Iactantiam quod attinet; ne ego in Deum ingratissimus essem, si non responderem lætanti animo, non modo lubenti:* vix vnquam, *inquis: Vt præteream, nullo tamen silentio obruendam, admirabilis Dei prouidentiæ memoriam, qua ciues Rochel in extremam victus omnis penuriam redacti, nunquam ante ibi visorum piscium incredibili multitudine diuinitùs sustentati, Papalem obsessionem excusserant. Vt omittam. Neuporti vestrorum ingentem stragem: In hoc militum Pontificiorum Cadauera luctum excitare, in illo pisces muti (nisi quod diuinum auxilium miraculosum prædicarunt) silentium vobis imponere iure debuissent. vt etiam taceam quæ hodierno die obuersantur nobis ante oculos, quas Archidux Suevus de Rege Polonie; quas Belgia, vsquè ad miraculum in bellis fœlix, de Archiduce Au-*

* *Bell. quo supra in fine Capitis.*

ſtria multas mirificaſq; victorias reportarunt. Habeo domi, ne quæram foris, Angliæ Regnum, in quo vno, tanquam ampliſſimo theatro ipſa fœlicitas temporalis omnia virtutis ſuæ inſigna nobis exhibuiſſe, & quodammodo oſtentaſſe videatur. Nonte fugit, quod ingens illa Claſſis Hiſpanica, Inuincibilis Armado *dicta a ſuis, ſtupendo omnis generis apparatu bellici præſidio inſtructiſſima ad Angliæ ripas fere appulſa ſit; ſed (laus ſoli Deo) fere; nam ſubito, non modo contra ipſorum fidem, verum etiã ſupra vel hoſtium ſuorum vota, ſolo diuino nutu, veluti* [a] *In* die Madian, *tanquam currus Pharao* [b] In Abyſſo aquarum *abſorpta, periit. Imo inquies,* Vbi iuſto prælio dimicatum eſt. *Prælium illud, fateor, ſine cauſam ſpectes, Hiſpaniorum dominandi libidinem inſatiabilem, ſine bellicum apparatum,* Claſſem *(ſic enim appellarunt)* Inuincibilem, *inſtum non fuit; ideoq; illa, Deo vindice, victa eſt. Vbi de Regno Angliæ ſit mentio, eius animam tunc in terris, nunc in cœlis regnantem* Reginam Elizabetham, *nunquam ſatis prædicandam, non poſſum non aliquo laudis præconio proſequi: ſed quod (prout inſtituti mei ratio poſtulat) ex ore Aduerſariorum proficiſcatur. Aduocatus.*

Anno Domini 1588.

[a] Iud. 7.
[b] Exod. 14.

[b] Quid magis ſtupendum, quam mollem & delicatam Mulieris naturam, tantis eſſe virtutibus ornatam & inſtructam, vt totum regni pondus ſuſtineat, in eoque munere maxima cum laude verſetur, quod vix multorum hominum virtute, conſilio, fide, autoritate conficitur? *Addit quoq; vir minime Anglus:* [c] Illud duntaxat obiter adiecero, Britanniæ regnũ nunquam ab vllo (aliorum pace dixero) vel retro actis ſeculis, vel Patrum, noſtraue memoria, maiori cum prudentia, ac FOELICITATE fuiſſe adminiſtratum. *Omnibus igitur penſitatis, hæc nota* externæ *fœlicitatis, ſi vere negetur, nulla eſt, ſin concedatur, vobis infœliciter ſuccedit.*

[b] *Ozorius præf. ante lib. de Relig.*

[c] *Bizarus lib. hiſt. Genuenſ. 23.*

Dilemma.

Secunda Hypotheſis Pontificios perſtringens.

[d] *Greg. Valent. Ioſ. Analyſ. lib. 1. cap. 9.*
[e] *Bel. quo ſupra §. Conſtat.*

Aduerſarius. [d] Res Catholicæ Romanæ amplum habent in omni genere fauſtum progreſſum. [e] In occidente ſemper

ſemper imperatores magis vel minus floruerunt, vt magis aut minus Romanæ Eccleſiæ addicti fuerunt. *Obiectioni huic tria hæc, viz. Imperatorem Romanum, Pontificem Romanum, ipſamque Romam opponimus, nihil hic opus erit præteritorum Imperatorum memoriam recolere, in nouiſſimorum ſeculorum exempla oculos coniiciamus, tantum eorum qui Pontificis Romani nutui vendidu ſe totos manciparunt.*

Imperator Romanus.

Aduocatus. [f] Quod vnum impedit Antichriſti aduentum eſt Imperium Romanum, quo euerſo VENIET ANTICHRISTVS. *At dominante Pontifice (qui* [g] Phoca Imperatore primùm obtinuit vt Roma Eccleſiarum omnium caput diceretur) [h] Vbi, quæſo nunc eſt Romana Monarchia? Vbi, qui in ea mundum regat, habemus? quam obſecro, nunc Roma ſuo Regi præbet obedientiam? *Certe quidem nullam præbet, imperat verò & imponit longè maximam:* [i] Volumus & iubemus. *Nimirùm, Imperator Pontificem peperit, ſed filius deuorauit Patrem. nam.* [k] Romanum Imperium IAM ferè DELETVM EST. *Quod ſi aliquem vel tenuiſſimum ſpiritum ducit, certe in Germania obtinet, at* [l] Cui nunc vix Germani obtemperant. *Hic vides Imperij Occidentalis fatalem occaſum, vbi Imperator, niſi titularis, nullus ſupereſt, quod non Catholicæ ſed Antichriſtianæ Eccleſiæ eſt argumentum certiſſimum. Deinde, Imperatorem ſemper Turcis, tanquam Chriſtianorum munimentũ ſoleti opponere, ſed quo progreſſu?* [m] Dicitur Mahometes illud * paruulum cornu poſtea parua eius initia: NVNC autem eius Sectatores & Alumni, Turcas dico, TRIVM mundi partium magna ex parte IMPERIVM poſsident, Aſiæ, Europæ, Africæ, HODIE ſeuit in Chriſtianos. [n] Prouincias multas Europæ Turca occupat: & qui eas incolebant Chriſtiani, partim cæſi, partim acerbiſsimo ſeruitutis iugo ſubacti ſunt. *Ergo hæc nota, tantum abeſt vt Eccleſia Chriſtiana lucem aliquam præbeat, vt magis ei noctem quodammodo offundat.*

[f] *Bell. lib. 3. de Rom. Pont. cap. 5. §. Deinde.*
[g] *Platina, Pontifex, vide ſupra lib. 1. cap. 1. cap. 8. ſect. 13.*
[h] *Rabanus Sirpulenſ. ſecund. in 2. Theſſ. 2.*
[i] *Bulla omnium retentiorum Pontificum.*
[k] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 2. §. Præterea.*
[l] *Coſterus Ioſ. in Enchirid.*
[m] *Pererius Ioſ. com. in Dan. cap. 8.*
* *Dan 7.*
[n] *Epiſt. Reſſ. art. 34.*

Ad

* Nota 14. & in lib. 1. Fusius.

Ad Romanum Pontificem transeamus. De quo * *supra satis. Exemplum vnum duntaxat subiungam.*

Romanus Episcopus.

* Platina de vita Greg. 7.

Aduocatus. * Henricum ejusque fautores Anathematis vinculo colligo (inquit Pontifex Gregorius. 7.) atque iterum regiam ei potestatem adimo, interdicoque omnibus Christianis iuramento absolutis, quo fides Regibus semper dari consueuit, Ne Henrico obtemperent, sed Rodvlphvm in Regem suscipiant. *Pontifex Henricum imperio priuare, Rodulphum tanquam germanum suum filium Imperatorem constituere conatur, res iure gladij dirimitur, principia vides, obserua successum.* ‖ Rodulphus contra Henricum. 4. bella gerit, à quo Praelio victvs, abscisså dextra manu clamat: fidem violaui, & condignam periurij mei mercedem accipio. *Qualis hic aduersus Pontificis seruum Rodulphum, talis aduersus Pontificem ipsum successus Henrici fuit.* ¶ Henricus irritatus magis, Pontificis Gregorij censurâ, quàm monitus, Romam hostili animo proficiscitur, vrbem ingreditur; Pontifex haud satis populo fidens, in arcem se recepit, diu obsessus, Henricus alium Pontificem creat, discedente Henrico, Gregorius liberatur, et Non ita Mvltò post moritvr. *Alios Henricos duos inter se comparemus, Gallia tertium, & octauum Anglia, Reges.* ‖ Henricus 3. Rex Galliæ (*Pontificis filius multò dilectissimus*) à Iacobita Monacho interfectvs obijt: at ‖ Henricus 8. Rex Angliæ, reiectâ Romani Pontificis summâ autoritate, alias regulas colendi Dei in suam inducebat Angliam. *Et nemo non nouit quanto hic Henricus tam Marte quàm Mercurio vir pollens, bellorum felicitate nobilitatus, res suas domi ac foras prospere administrauit. quicquid de Romano Episcopo fiat, Romana vrbi nihil nisi felix faustumque licet ominari. Iccirco*

‖ Abbas Vspurgensis. Dom. 1080. & Helmoldus hist. Slau. cap. 29. & Cranzius Mesrop. lib. 5. cap. 16. & Bonfinius lib. 3. Decad. 1.

¶ Platina de vita Greg. 7.

* Gallo-Belgicus tom. 2. lib. 10.

‖ Polyd. Virg. hist. Ang. lib. 27.

Capvt.

CAPVT. XXXVII.

Romam ipſam ſalutemus, ex loco Apoc.17.* * *Apoc.17.*
[Ciuitas ſuper ſeptem montes.] Et* Apoc.18. * *Apoc.18.*
[Babylon cecidit.]

Aduerſarius. [a] Proteſtantes extrema malitiâ excæcati aduerſus Romanam Eccleſiam vſque adeò inſaniunt, vt SEPTEM MONTES literaliter interpretentur, vt indè ſimplicibus perſuadeant, Romam eſſe ſedem Antichriſti, cum tamen Angelus ſeipſum exponat, in verſ. 7. Septem montes idem eſſe quod ſeptem capita, & ſeptem Reges. *O ſolos homines oculatos, ſcil. Aduocatus.* [b] Babylonem eſſe Romam ex textu confirmatur, quia nulli alij conuenire poteſt, quod dicitur ſeptem capita, ſeptem MONTES ſunt: Conſtat autem Romam ſuper ſeptem montes fundatam eſſe, de quibus Virgilius. 6. Ænead. [c] Apoſtolus eam ſignificat vt manifeſtum eſt ex Cap.17.& 18.

[a] *Colleg. Anglo-Rham. Annot. in Apoc.17.9.*
[b] *Ribera Ieſ. in Apoc.14. num.30.*
[c] *Vega Ieſ. cap. 13. com. ſect. 2.*

Reſponſum 2. diluitur.

Aduerſarius. [d] Per Babylon, quæ eſt ciuitas Diaboli, ſignificatur vniuerſa Societas Infidelium. [e] Sic Patres partim exponunt. [f] Ego reſpondeo cùm alijs Per Meretricem quæ ſedit SVPER SEPTEN MONTES NON intelligi ROMAM, ſed vniuerſam Diaboli ciuitatem, quæ vocatur ſæpè Babylon, & opponitur ciuitati Dei quæ dicitur Hieruſalem. Per SEPTEM MONTES intelligi vniuerſitatem ſuperborum, & præcipuè Regum terræ. *Reſponſum dilutum atque euanidum. non ſignificat, inquis,* Romam. *et Aduocatus.* [g] Dici poteſt, & meo quidem iudicio MELIVS intelligi Romam vt Patres exponunt. Si Babylon melius *Romam denotat, tum male* non Romam. *ſed.* [h] Babylonem eſſe Romam noſter R. Bellarminus eruditè confirmat.

[d] *Colleg. Anglo-Rham. an. not. in Apoc. 14*
[e] *Idem Annot. in cap.17.5.*
[f] *Bell. lib.3. de Rom. Pont. cap. 13. §. Nunc.*
[g] *Bell. in eodem loco.*
[h] *Ribera Ieſ. comm. in Apoc. 14. num 30.*

Reſt onſum vltimum tollitur.

Aduerſarius. [f] Vrbem Romanam, quæ erat, tempore ſuo, ruituram Iohannes prædicit quia Romanum imperium delendum erat. [g] Loquitur Ioannes de Roma quæ cebria erat ſanguine Martyrum, quod certè non habebat locum niſi in ea Roma, quæ, regnantibus Nerone, & Domitiano, Martyres trucidabat: ſed ſi illa Mulier eſſet Roma Chriſtiana, tamen ex eo, quòd per Antichriſtum deſolabitur (vt oſtendi) manifeſtè ſequitur Romam non fore ſedem Antichriſti. [i] Patres per Babylonem partim Romam terrenam interpretantur, ſed vt erat cum iam ſcripſerat Ioannes, & cum Pagani Chriſtianos perſequebantur, tantũ igitur de Roma dictũ eſt, vt erat ſedes Imperij: quod nunc ad Cathedram Petri accommodare ſumma eſt impudentia. [m] De Antichriſto cõtra Hæreticos copiôsè diſputat noſter Bellarminus. *Benè eſt, & tamen vel voſ-ipſos, quibus ille eſt* noſter Bellarminus: *ad Bellarminũ ipſum in hac cauſa refellendũ nobis inſtar Aduocati locupletiſſimi eſſe poſſitis. dicite itaque, primo: Iohannes Romam paulo põſt aſcenſionem Chriſti præteritam ſignificauit, an in nouiſſimis mundi ſeculis futuram? ſolam præteritam veſter Bellarminus ſtruit: in hoc minime veſter. Aduocatus.* [n] [Cecidit Babylon.] id eſt, præteritum pro futuro: & ἡ μεγάλη, vrbs ILLA MAGNA egregiè in ROMAM conuenit. *Mitte quod ſcio in Romam conuenit; dic quod rogo, in quam Romam; eamne quæ iamdiu fuit, an quæ multis ſeculis poſt futura erit?* [o] Roma in FINE SECVLI FVTVRA EST BABYION. *Certumne eſt hoc?* [p] Diuinare me dicet quiſpiam, ſed hunc ego oro vt præiudicium deponat, rem totam maturo Iudicio examinet, nec plus mihi credat, quam ratio, aut veritas perſuaſerit: erat Mater abhominationum, cum ſæuiente Nerone, vno die Petrum & Paulum occiderat. & cap. 17. [Oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ:] hæc qui legit, de illis dicta putet, qui Ioannis tempore vixerunt, & eſt hoc quidem

[f] *B. Il. lib. 2. de Rom. Pont. ca. 2. §. Sed inſtat.*
[g] *Ibid. lib. 2. cap. 13 §. Denique.*
[i] *Colleg. Angelo-Rhem. annot. in Apoc. 17. 5.*
[m] *Vega Ieſuita cum. in Apoc. cap. 13 Rom. 2. ſect. 17.*
[n] *Ribera Ieſ. comm. in Apoc. ca. 14 Num. 31.*
[o] *Num. 40 & 45. 46. 53. 55.*
[p] *Ibidem.*

dem verum, ſed de illis quoque dicuntur, qui EXTREMO MVNDI TEMPORE VIVERENT. vbi dicitur, [Cum Meretrice fornicabuntur] Et in cap. 18. Vbi de eius incendio ſcriptum eſt, [FLEBVNT, & PLANGENT ſuper eam.] Exite ex ea, non olim dicebat (inquit Spiritus) ſed NVNC cum vos ex ea exire iubeo ne ſimul pereatis. vt omnia confirmentur ſubijciam vaticina Sibyllarum, quibus manifeſte ruina Romæ, & incendia prædicta ſunt, & ſeptem illi montes nominati.

* Δὲ πέτε ἐ ῥὼὶ δυσέτε μετὰ τοῦτα φανεῖται
Ἀνθρώπων, ὀπυτας. ——————
Ῥώμης ἑπτακόρυθος μεγας ἢ τι πλῆτ@ ὀλεῖται,
—————— ὑπο φλόγ@ ὑφαίστοιο. &
Εγγύς μὲν κοσμυ τὸ τέλ@. ——— *Nec non Ieſuita alius.*

* *Tunc ſanè Generatio Decima poſtrema apparebit hominum: quando Roma ſeptem vertices, magnaque diuitia* Peribuntà Flamma *vulcani propè mundi finem.*

¶ Ioannes non loquitur de Impiorum multitudine ſub typo Mulieris & Babylonis, quia eam peculiaribus ſuis ſignis diſtinguit, vt Cap. 17. & 18. manifeſtum eſt. appellatur enim Babylon MAGNA illa ciuitas, & mentio fit ſeptem montium: deinde euerſio eius prædicitur Cap. 18. MERCATORES qui in Impiorum multitudine comprehenduntur LVGEBVNT PROPTER TORMENTA eius. quod NECESSE eſt ad extrema tempora ante mundi finem referre. quare expoſitionem COMMVNEM DESERERE cogimur, & aliam cogitare TEXTVI magis CONGRVENTEM; nimirum vrbem Romanam intelligi, non ſolum eam, quæ erat tempore Iohannis, ſed QVAE FVTVRA EST tempore Antichriſti, vt ex ſequenti capite conſtat. *rurſus.* [Exite ex illa] cum præceptum eſt fidelibus, vt ex illa exeant, ne ſimul in eius calamitate inuoluantur: profecto oſtenditur NON DE ROMA ILLA ANTIQVA cum nulli adhuc fideles erant; ſed de illa, quæ FLOREBAT in EXTREMO mundi TEMPORE.

¶ *Vega Ieſuita cap. 17 com. 2. ſect. 2. & ſect. 3. & cap. 18. com. 1. ſect. 4.*

Inſtantia removenda.

Aduerſarius. ¶ Erras Hæretice, (*ſic Gummarum Protectorem*

¶ *Coſterus Ieſ. Apolog. part. 3. cap. 2. pag. 39.*

ſtantem appellans) Antichriſtus neque de Eccleſia futurus eſt, neque in Eccleſia, neque in templis noſtris, vt Patres docent, ſed ex tribu Dan oriundus ſedebit Hieroſolymis. [f] Antichriſti ſedem fore Hieruſalem, non Romam, eſt veriſsima ſententia. *Imo falsissima. Aduocatus.* [t] Roma ante finem mundi futura eſt ſedes Antichriſti. [u] Officina omnis Idololatriæ. [x] Habitatio Dæmoniorum, & a fide Chriſti defectura. *Quid ex his, inquies? quid? attende.* Reſpondeo, [*] *inquis*, per ſeptem montes non INTELLIGI Romam. *At* dico, [*] *inquis*, melius INTELLIGI ROMAM. *Rurſus.* Impudentia eſt, [*] *inquiunt*, per ſeptem montes intelligi Romam, *At* Hunc ſenſum, [*] *inquiunt*, textus ipſe confirmat. *rurſus.* Intelligitur, [*] *inquis*, Roma, ſed Ethnica illa antiqua non poſt fidem receptam futura. *At*, Neceſſe eſt, [*] *inquiunt*, Romanam multis ſeculis futurã intelligi. *rurſus.* Roma, *inquis*, non erit Antichriſti ſedes. *At* erit, [*] *inquiunt*, Roma ſedes Antichriſti. *En igitur præclaram, ſcz. ſymphoniveſtram: & tuam Bellarmine, inſignem oſcitantiam. Quod ad Alterum.* [*] Fœlicitas temporalis, *inquis*, diuinitus ijs collata, qui Eccleſiam defenderunt, eſt nota. *at.* Spiritus Sanctus cum dicit, [*] *inquiunt*, Cecidit Babylon, Cecidit Babylon, præterito tempore pro futuro vtens, Romam ſignificat, de qua ſic præcipit, [Exite ex ea.] *Ex hac Roma ruitura, quis non Romanæ quoq; cauſæ fatalem quaſi cernat ruinam? Faxit igitur Deus, precor, vt Chriſtiani omnes, qui corpore nequeunt, nec corde velint, cum Roma coniungi, & qui Romæ degunt fideles, vt corde, ita corpore poſſint ab ea ſeparari.*

[f] *Bell. lib. 3. de Rom. Pont. cap. 13. §. At nihilo-minus.*
[t] *Colleg. Anglo-Rhem annot. in Apoc. 17.*
[u] *Ribera Ieſ. in Apoc. 14.*
[x] *Vega Ieſ. com. in Apoc 18. com. 1 § 4.*
[*] *Bellarminus.*
[*] *Bellarminus.*
[*] *Colleg. Anglo-Rhemenſ.*
[*] *Ribera & Vega.*
[*] *Bellarminus.*
[*] *Ribera & Vega.*
[*] *Bellarminus.*
[*] *Rhemenſes, Ribera, Vega.*
[*] *Bellarminus.*
[*] *Colleg. Anglo-Rhemſ. Ribera, Vega.*

Caput. XXXVIII.

De vera & propriſſima Nota Eccleſiæ.

De Nota Eccleſiæ ea agitur, quam Proteſtantes arctè tenent, accurateque defendunt, quæ eſt verbi prædicatio.

Status Controuerſiæ.

[a] Vtherani & Caluiniſtæ viſibilia quædam, & externa ſigna Eccleſiæ ſtatuunt, nimirum, prædicationem verbi Dei, & Sacramentorum adminiſtrationem : & conſtanter docent, vbicunque hæc ſigna conſpiciuntur, ibi eſſe etiam veram Chriſti Eccleſiam. [b] Et in hac externa bonos & malos inueniri. [c] Fatentur ſuas Eccleſias non carere nævis, tamen verbum Dei eſſe notam, licet aliàs magis aliàs minùs purè prædicetur. [d] Nec volunt ſolum verbi Dei prædicationem eſſe notam Eccleſiæ ; ſed prædicationem & receptionem, vbi etiam auditur & creditur. *Animaduertendum eſt aliam in Fundamentalibus fidei principijs, aliam in alijs: quæ ad fidem pertinent, doctrinæ puritatis rationem eſſe habendam, quarum prior ad* eſſe *& conſtitutionem Eccleſiæ, altera ad eius perfectionem duntaxat requiritur: ſicut igitur non omnia corporis vulnera mortem inferunt, ita nec quæuis fidei corruptio Chriſtianis interitum adducit. Iam vero quantum in Proteſtantium cauſa defenſione tam reſpondendo, quam argumentando poſſimus, experiemur. age Diſputa.*

[a] *Bell. lib. 3. de Eccleſ. Milit. cap. 10. §. Lutherani.*

[b] *Idem cap. 2. §. ſecundo docet.*

[c] *Ibid. lib. 4. cap. 2. §. Iam verò.*

[d] *Ibidem.*

1. *Obiectionis Solutio.*

Aduerſarius. [e] Agam tribus argumentis. 1. Notæ debent eſſe propriæ non communes ; ſi enim velim deſig-

[e] *Bell. lib. 4. cap. 2. § Ac primum.*

nare certum hominem tibi ignotum, vt mox, cum videris, eum diſcernas, non debeo illum deſignare per notas, quæ ſunt ei propriæ ſecundum rem, tamen non ſunt propriæ opinione aliorum, cum multi eas vendicare ſoleant; ſic enim nunquam ille, qui quæritur, inueniretur. Iam vero ſincera verbi prædicatio eſt nota omnibus, etiam Hæreticis communiſsima, ſaltem opinione ipſorum: Quæ enim ſecta vnquam fuit, quæ non diceret ſe habere ſynceram prædicationem veritatis? Ergo hæc non eſt nota Eccleſiæ. *Antecedens eſt falſum: quippe duplex eſt rei alicuius agnoſcendæ ratio; vna diligens quidem & accurata: altera adumbrata & lenis; priorem hominum vulgus, poſteriorem non niſi θεοδίδακτοι, & in ſacris literis exercitati conſectantur. prior eſt perinde quaſi velis hominum ex pileo, calceis, toga aliiſque accidentibus, quibus exterius homines veſtiri ſolent; aut Philoſophum ex barba, vultu, habitu, geſtu definire. Alterius vero cognitionis argumenta ſunt neceſſaria non ὀνομαστὰ, ſed ἀτιόδη; vt cum Medicum ex principijs artis Medicæ examinamus, non ſatis erit dicere, ſe veram artem Medicam profiteri, niſi ſcientiam ſuam ex Theorematis veris demonſtrare poſſit: alioqui quam tu, obſecro, notam profers, non aliis ſectis communem, ſaltem opinione ipſorum? an Catholicorum nomen? at Aduocatus.* [f] Omnis hæreſis velit videri & DICI Catholica; [g] Priſcis temporibus Catholicæ fidei propugnatores Auguſtinum, Hieronymum, & alios Orthodoxos Patres Hæreticos appellabant. *An antiquitatem? at* [h] Diuinarum Scripturarum ſumma eſt Antiquitas. [i] Scripturas autem Hæretici omnes iactant. *An Durationem? at* [k] Antichriſtus fuit in membris ſuis tempore Apoſtolorum. [l] Et vſque ad aduentum Chriſti durabit. *An Amplitudinem, & Multitudinem Credentium? at.* [m] Ariana hæreſis longe lateque per omnes Chriſtianiſmi partes dominabatur: & Antichriſto in fine omnes Gentes adhærebunt. *An Epiſcoporum ſucceſſionem? at.* [n] In Patriarchalibus ſedibus hæreticis adhuc manet perſonalis ſucceſsio Epiſcoporum. *Num conſpirationem cum Doctrina Eccleſiæ antiqua? at* [o] Proteſtantes (*Aduerſa-*

[f] *Bell. vide ſupra lib. 1. Nota 1. cap. 7.*
[g] *Lindanus ſupra ibid.*
[h] *Valent. ſupra in Nota Antiquitatis.*
[i] *Bell. lib. 3. de verbo Dei ca. 3.*
[k] *Epiſc. Eſpenſ. ſupra Nota 3. cap. 12.*
[l] *Caietanus ibid.*
[m] *Valent. Ieſ. & alij ſupra Nota 4 cap. 15. & 16.*
[n] *Bell. ſupra in Nota 5.*
[o] *Stapletonus ſupra Nota 6. Reliqua in Notis ſingulis oſtenduntur.*

rij

rij veſtri) primos quingentos annos veritati concedunt. *Quid attinet notas reliquas perſequi? Conſenſum Doctorum, vitæ, doctrinæque ſanctitatem, atque efficaciam, virtutem Miraculorum, Prophetiarum donum, externam fœlicitatem. De quibus ſingulis perditiſſimi hæretici, de multis etiam Ethnici, opinione ſua (vobis fatentibus) ſæpe multumque gloriabantur? Itaque non ex opinione hominum; ſed ex rei veritate vera rei notitia metienda, definiendaq; eſt.*

CAPVT. XXXIX.

Obiectionis 2. ſolutio.

Aduerſarius. [a] Nota debet eſſe notior re cuius eſt nota, at vera prædicatio eſt vera Scripturarum interpretatio; at veram Interpretationem verbi ex Eccleſia cognoſcimus: Ergo Eccleſia eſt notior? *Reſpondeo. Vera Interpretatio per Eccleſiam quidem, ſed ex ſuo nativo lumine illuſtrata nobis innoteſcit. Aduocatus.* [b] Trapezitis comparati ſunt Scripturarum ſtudiôſi (inquit Chryſoſtomus) ſcientes quod bonum eſt retinere, vt ſi quis ſit nummus adulterinus, & non habens figuram Cæſaris, reprobent. *De hoc iam* [*] *infra pauca attingemus, aliàs in diſputatione de Iudice plenius de eo tractaturi. Tu aſſumptionem confirmas. Aduerſarius.* [c] Notior eſſe debet Doctor quàm doctrina. Ergo Eccleſia eſt potius nota veræ prædicationis, quàm eſt vera prædicatio nota Eccleſiæ. *Reſpondeo ex ſcholis, Aliam eſſe notionem confuſam, aliam vero certam, & exploratam: ſecundum priorem eſt doctor notior Doctrinâ, ſecundum alteram, vt ſit verus Doctor ex doctrina, vt verè Grammaticus ex Grammatica cognoſcendus. Aduocatus.* [d] In [*] Ioh. 10. [Oues meæ vocem meam audiunt.] Et Cauete quid auditis, et in illis verbis, [Ex fructibus cognoſcetis eos.] Ait Dominus, id eſt, ex DOCTRINA, vt volunt Chryſoſtomus, Theodoretus, Vincentius: verus & Orthodoxus Paſtor NON EX PERSONA, quam gerit, dignoſcendus, quia

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 2. §. Secundò Notæ.*

[b] *Epiſt. Eſpenſ. com. in Titum ad finem.*

[*] *Infra.*

[c] *Bell. quo ſupra.*

[d] *Staplet. lib. de doctr. princ. cap. 5.*

[*] *Ioh. 10.*

quia ex Paſtore fieri poſsit Lupus. & Scriptura alia, [* Cauete de fermento Phariſæorum.] [e] Id eſt, de Doctrina, quæ mandatis Dei aduerſatur. *Rurſus alia.* [* Omnia probate, quod bonum eſt tenete.] [f] Id eſt, ex Confeſsione DOCTRINA diſcernitur inter ſpiritum Chriſti, & Antichriſti. *Iam tuis te laqueis conſtrictum dabo.* [g] Eccleſia Catholica *(inquis)* non eſt, quæ non tenet fidem Catholicam. *Et rurſus.* Catholica eſt *(inquis)* quæ cum doctrina Apoſtolorum, Hæretica verò, quæ cum doctrina hæreticorum conſpirat. *Propoſitio, qua Catholicam fidem, & doctrinam Apoſtolicam à vera Eccleſia, inſeparabilẽ facis, vel vera eſt vel falſa; ſi falſa, quomodo Eccleſiæ hæretica non dici poſſit Catholica? ſin vera, quomodò vera doctrina, id eſt, vera prædicatio erit nota inſeparabilis vera Eccleſiæ?*

* *Matth. 16.*
* *Janſen. concor. in hunc locum, Stella in Luc. 12. & Maldonat. Iſ. com. in Matth. 23.*
* *1. Theſſ. 5.*
[f] *Aquinas & Caietanus in loca.*
[g] *Bell. ſuprà Nota 1.*

3. *Obiectionis ſolutio.*

Aduerſarius. [h] Veræ notæ ſunt inſeparabiles à vera Eccleſia: at Eccleſiæ Corinthiorum, & Gallatarum, ad quas Paulus ſcripſit, erant veræ Eccleſiæ, & tamen Corinthij negabant articulum Reſurrectionis & Gallatæ docebant legem Moſis neceſſariò ſeruandam eſſe cùm Euangelio: Ergo vera prædicatio non eſt nota Eccleſiæ. *Reſpondeo. Non omnes Corinthij, aut Gallatæ, ſed pauci admodum in iſtis erroribus demerſi fuerunt. Aduocatus.* [i] Si Chriſtus prædicatur, quod reſurrexerit à mortuis, quid eſt quòd QVIDAM dicũt in vobis, Reſurrectionem mortuorum non eſſe? | *De Gallatis.* [k] Nonnulli ex Iudæis pſeudapoſtolos ſuos VNVM AVT PLVRES, abſente Paulo ſubmiſerunt, vt hæreſin docerent. *Id quod textus ipſe non obſcurè innuit.* *[Sunt ALIQVI, qui vos conturbant.] *Vbi Apoſtolus diſtinguit inter* Aliquos *(Pſeudapoſtolos,) &* vos *(Gallatas) tanquam inter Eccleſiæ hoſtes, & ipſam Eccleſiam, quæ duo tu inconditè confundis. Tria hæc, quæ ſunt tua illa, quæ obijci poſſint omnia, obiter diluimus: mox infra vera plenius.*

[h] *Bell. quo ſuprà.*
§. Tertiò gerit.
Vulgata editio in textu.
1. *Cor.* 15. 12.
[k] *Arias Mont. in præfat. in Com. in Gal.*
* *Gal.* 1. 6.

CAPVT

Caput. XL.

Proteſtantes Argumentorum, quibus Nota ſua confirmetur, tria genera adducunt. 1. Scripturarum. 2. Patrum. 3. Rationum firmamentis nititur. Scripturarum præcepta & exempla proferunt.

Præcepta.

* Matth. 7. [Ex fructibus eorum cognoſcetis eos] *(Prophetas.) Aduoc.* [a] Per fructus, hoc in loco, intelligit Dogmata, quibus falſi Doctores à veris dijudicantur, vt Patres exponunt. *Locus ſecundus.* * Ioh. 5, [Scrutamini Scripturas, ipſæ enim ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me.] *Aduocatus.* [b] Iam affert Chriſtus teſtimonium Maivs teſtimonio Ioannis, vt Iudæi tergiuerſari omninò nequeant; Testimonivm Scriptvrarvm. [c] Scripturæ veteris Teſtamenti manifeſtè loquuntur de Chriſto. *Diſputo. Eodem argumento noui Teſtamenti hæredes corpus myſticum Eccleſiam, quo eius caput Chriſtum veteris teſtamenti filij poſſunt, ac debent diſcernere: at Iudæi potius ex Scripturarum autoritate, quam ipſius Eccleſiæ Meſſiam Chriſtum tenebantur agnoſcere, & certè quidem tenuerunt. Ergo, &c. de his iam * ſupra. Res exemplo elucidatur.*

* *Matth. 7. 16.*
[a] *Stapletonus lib. 10. de doctr. princip. cap. 1.*
* *Ioh. 5.*
[b] *Ianſenius Con. in Ioh. 5.*
[c] *Lyranus in hunc locum.*
* *Supra.*

Exemplum.

* Math. 27. [Omnes Principes, Sacerdotes & Seniores populi *(vt eſt apud Euangeliſtas)* Scribæ conciliũ inierunt, vt Chriſtũ morti traderent.] *Aduoc.* [d] Tria hominũ genera Iudæorum Concilium efficiebant, Principes, Sacerdotes, Scribæ: & turba populi clamant. Tolle, crucifige eum. *at* * Act. 17. [Scrutantes Scripturas.] *Aduocatus.* [e] Nimirum

* *Matth. 27.*
[d] *Maldonatus Ieſuita in eum locum.*
* *Act. 17.*
[e] *Arias Mont. com. in eum loc.*

mirum. Iudæi Theſſalonicenſes probabant, vtrum ea quæ Apoſtolus prædicauerat cum Scripturis Propheticis conuenirent, & poſtquam omnia in Scripturis exploraſſent, ſequitur in textu: Crediderunt. *Qui tantum Eccleſiæ voci nitebantur Chriſtum* crucifixerunt: *qui in diuinarum Scripturarum autoritate acquieſcebant, in Chriſtum crediderunt. Ergo Scripturarum vox, ad fidem diſcernendam, tutior eſt interdum quam ipſius Eccleſiæ.*

Exemplum. 2.

* *Act. 2.* † *Iohannes Ferus com. in Act. 2.* * *2. Theſſ. 2.*

* Erant perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & in communicatione panis. *Aduocatus.* † In his deſcribuntur mores primitiuæ Eccleſiæ: vna eſt perſeuerare in ſana doctrina, in quo commendatur fides Theſſalonicenſium, quod * Euangelij verbum ſcripſiſſent, NON VT ſermonem HOMINVM SED VT VERBVM DEI, in eoque perſiſterent. eſt euidens ſignum pij, & ſacri cordis, ardenter verbum Dei deſiderare. Huic qui non obedit facilè ſeducitur, vt Eua, hæc enim vna cauſa eſt erroris, quod plus fidei adhibemus rationi noſtræ, quam expreſſo verbo Dei. Alterum eſt, quod DOCTRINAE DIVINAE SACRAMENTA SVNT ANNEXA. Perſeuerarunt in fractione panis, hoc eſt, in vſu frequenti Sacramentorum. Confer iam dicta ad huius ſeculi mores, & facile perſpicias quantum à priſtinæ Eccleſiæ ſtatu declinauerimus. *Vides duo expreſſa ſigna Eccleſiæ veræ:* Suſceptionem verbi *Dei, & piam* Sacramentorum communionem. *Veſtram autem Eccleſiam nonnihil (Fratre veſtro iudice) in vtriſq; iamdiu ab antiqua ſynceritate defeciſſe. Sequitur.*

‡ *Bell. lib. 3. de verbo Dei. cap. 8. §. Auguſtinus.* * *Lib. contra ep. Fund. cap. 5.* ♭ *Staplet. in lib 2. de Autor. Scrip. cap. 8.*

Patronorum Autoritas.

Aduerſarius. ‡ Dicit * Auguſtinus: Ego verò Euangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ Catholicæ commoueret autoritas. ♭ Reſpondent Proteſtantes, hoc Auguſtinum dixiſſe

dixiſſe de ſe, cum adhuc erat ipſe Manichæus, nimirum eum Eccleſiæ autoritate tunc fuiſſe commotum, vt Euangelio crederet, vt eſſet Catholicus: at tam abeſſe eidem Auguſtino iam facto Catholico, vt Scripturis non crederet, vt potius Eccleſiam deſereret, quam Euangelio non crederet: ergo maioris apud Auguſtinum momenti fuiſſe, Scripturarum quam Eccleſiæ, autoritatem. Falsò omninò, nam ſenſus eſt, quod ad me attinet, niſi me IAM Catholicæ Eccleſiæ autoritas commoueret, nec NVNC quidem Euangelio crederem. [f] Itaque frigida eſt omninò iſthæc Proteſtantium ſolutio, qui hunc ſenſum ponunt de PRAETERITO, Ego nunc non eiſdem Chriſtianus, niſi me commouiſſent ſuis perſuaſionibus Chriſtiani; quia de PRAESENTI omnino agit Auguſtinus. *Hoc celeberrimum Auguſtini teſtimonium.* [k] *Bellarminus, Stapletonus,* [l] *Coſterus,* [m] *Poſſuanenſes.* [n] *Turrianus,* [o] *Valentianus,* [p] *Gretzerus,* [q] *Armandus, & Ieſuitæ vniuerſi, ſeu Achillē ſuum, Proteſtantibus obijciunt quod faciunt vt nemo ferè ſit apud eos tam Tyrunculus, quin illud ad verbū ediſcere cogatur: quo inſtructus non dubitet cum quouis hoſte veterano manus conſerere. at Proteſtantium Reſponſum, Pontificiorum primariorum cum ingenuæ confeſſiones, tum etiam rationes eruditè corroborant. Aduocatus.* [r] Auguſtino negotium erat cum Manichæis, qui abſque controuerſia ſuo cuidam Euangelio credi volebant: Rogat Auguſtinus ecquod facturi ſint, ſi in hominem incidant, qui NE quidem Euangelio CREDAT, quo genere perſuaſionis ſint eum in ſuam ſententiam adducturi, certè SE affirmat, NON aliter *(de præterito)* POTVISSE adduci, quam Eccleſiæ autoritate victum: NON itaque docet in Eccleſiæ autoritate fundatam eſſe Euangelij fidem. Agit enim Auguſtinus quomodo INFIDELES ad credendum adducantur. *De quali credente loquatur Auguſtinus abundè conſtat; cuius inſuper Eccleſiæ autoritatem aſſerat, diſcutiamus: non intellexit ſolam illam Romanam, ſed Eccleſiam ipſam primitiuam.* [s] Loquitur Auguſtinus de Eccleſia illa, quæ FVIT ab INITIO fidei Chriſtianæ. [t] Auguſtinus

[f] *Ecl. quo iam ſuprà.*
[k] *Iam ſuprà.*
[l] *In Euchirid.*
[m] *In Theſibus.*
[n] *Aduerſus Sadaźiem.*
[o] *In Analyſi.*
[p] *In Coll. Ratiſ.*
[q] *Epi ad Camerum.*
[r] *Melch. Canus loc. Theol. lib. 2. cap. 8. vide plura infra in cap. vltimo.*
[s] *Driedo de variis Dogmat. lib 4. cap. 4.*
[t] *Gerſon de vita animæ.*

guſtinus Eccleſiam ibi ſumit, *(vir Pontificius ex profeſſo refutans ſuperius Ieſuitarum commentum)* pro ECCLESIA PRIMITIVA Fidelium, qui Chriſtum viderunt, & audierunt, & eius teſtes extiterunt. *Ex quo facile quis rigidum ſtuporem veſtrum deploret, quòd quanta Autoritas ab Auguſtino Eccleſiæ tribuitur, eam totam vos Eccleſiæ veſtræ Romanæ arrogare ſoletis, cum tamen in quæſtione magni momenti Græcæ Eccleſiæ autoritatem Auguſtinus Romanæ anteponit. Aduocatus.* [a] Auguſtinus cum aliquos Latinos hanc Epiſtolam non recipere audiſſet, MALLE ſe, dixit, ORIENTALIVM ECCLESIARVM ſequi autoritatem, apud quos nulla vnquam fuit de hac Epiſtola ambiguitas. *Quatenus autem Eccleſiæ credidit.* [x] Auguſtinus de Eccleſia vt cauſa præponente, non vt FVNDAMENTO fidei loquutus eſt. [y] Non eſt Eccleſiæ autoritas ratio per ſe mouens ad credendum, ſed cauſa SINE QVA NON crederemus, ſicut Auguſtinus cum dixit: Ego non crederem, &c. *Has iſtorum Aduocatorum confeſſiones infrà rationibus firmabimus aliorum, nunc pro Auguſtini interprete ipſum introducemus Auguſtinum.* [*] Non inteſtatus Chriſtus mortuus eſt, tamdiu de hæreditate contenditur quoad TESTAMENTVM proferatur in publicum, his prolatis omnes tacent. [*] Si quis contra voluntatem Teſtatoris fecerit, hæreditate careat, ego verba recito Teſtatoris. *Hic de Chriſti hæreditate, Eccleſia vera, vobiſcum proteſtantes contendunt, Illi Teſtatoris inſtrumentum Dei verbum proferendum eſſe ſerio monent; vos negatis, & notas, neſcio quas alias, ſæpe ſuppoſitias ſemper dubias nobis obtruditis. Hûc hûc quæſo viri doctiſſimi, videlicet ad Teſtatoris voluntatem, vnanimiter prouocemus, ſi veri Hæredes Chriſti eſſe volumus: quod Patres alij vniuerſi iuxta cum Auguſtino palam vendicant. Athanaſius.* [*] Si diſcipuli eſtis Euangeliorum per Scripturas incedite, dicente Domino: [Si permanſeritis in ſermone meo, verè mei diſcipuli eritis.] [*] Ecce nos de Scriptura loquimur, candelam ſuper candelabrum collocantes. *Ignatius.* [*] Omnis qui docet præter ea quæ mandata ſunt, habeatur

Notandum.

[a] *Senenſis Bibl. lib. 7 in fol. Ob. de hac epiſt. ad Heb. pag 605.*

[x] *Aquinas 2. 2. qu. 2. Art. 7.*

[y] *Canus quo iam ſupra.*

[*] *Auguſt. in pſal. 21.*

[*] *Idem de quinque Hæreſibus.*

[*] *In Incarnat. Dom.*

[*] *Idem Orat. 2. contra Arian.*

[*] *Epiſt. ad Heron. m. 10.*

beatur pro Lupo, quamuis IEIVNET, siuè SIGNA edat, siuè PROPHETET. *Ambrosius.* * Si-qua est Ecclesia, quæ FIDEM RESPVIT DESERENDA est, Petra tua Christus est, fides fundamentum Ecclesiæ, si in petra fueris, in Ecclesia eris. *Basilius.* * Non faciendum Schisma ab ea Ecclesia, quæ Deum colit in Spiritu & VERITATE. *Chrysostomus.* * Vbi est fides, ibi est Ecclesia; vbi non est fides, ibi non est Ecclesia. *Et.* * Cum hæresis, quæ est exercitus Antichristi, obtinet, nulla est Ecclesiæ probatio nisi TANTVMMODÒ per SCRIPTVRAS. *Alia testimonia aliorum classes ferè singula suppeditant & horum tractationem vberiorem proximus Tomus (Deo propitio) de Scripturarum Iudice explicabit. Interim ex limati ingenij & antiquæ fidei viro concludemus. Aduocatus.* [z] Vincentius Lyrinensis PRIMAM regulam discernendi veram Ecclesiam ab hæretica ponit SCRIPTVRARVM AVTORITATEM.

* *Lib. 6. cap. 9. in Luc.*
* *In Psal. 80.*
* *Hom. 6. in Matth.*
* *Hom. 16. operis imperfecti in Matth.*
[z] *Sixtus Senens. Bibloth. lib. 6. Annot. 104.*

CAPVT. XLI.

Rationum momenta quibus hæc veritas corroboratur.

Ratio. 1.

DOctrina falsa est inseparabilis, & clarissima Nota falsæ Ecclesiæ. Ergo vera vera. Antecedens probatur. Aduocatus. [a] Ecclesiæ Patriarchales, quamuis habuerint successionem Episcoporum ordinariam, QVIA tamen habuerint per longa tempora Episcopos manifestè HÆRETICOS, non fuerunt Ecclesiæ Catholicæ. [b] Sectariorum Ecclesia ex eo hæretica esse deprehenditur, QVIA antiquis hæresibus patrocinatur. *Consequens tum Schola logica approbat, tum etiam Theologica confirmat.* * Ioh. 10. [Oues meæ vocem meam audiunt: vos non auditis quia non estis ex ouibus.] [c] Ac si argumentaretur Christus. Omnes oues meæ vocem meam audiunt, VOS NON auditis. ERGO non

[a] *Bellar. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 8.*
[b] *Beukr. supra Nota 6.*
* *Ioh. 10.*
[c] *Maldonatus Iesuit. Com in eum locum.*

non eſtis oues meæ. *Ergo ſicut veritatem Chriſti non audire,* Non Oues, *ita eam audire,* Oues *Chriſti arguit.*

Ratio. 2.

Quâ Notâ præcipuæ aliæ omnes, quatenùs veræ ſunt, neceſſario diiudicandæ ſunt: ea eſt propriſſima Nota Eccleſiæ: at ex doctrina vera notas veſtras præcipuas alias omnes neceſſariò dicernimus; Ergo hæc eſt nobiliſſima, & inſeparabilis Nota Eccleſiæ. Maior per ſe conſtat, Minor ex præcipuarum notarum inductione probatur. 1. *inquis, eſt* Nomen hoc, Catholica: *at primò affirmatiuè. Aduocatus.* [d] Catholicus eſt qui Veræ fidei non cuiuſquam præponit autoritatem. *Secundò negatiuè.* [e] Eccleſia Catholica Non eſt, quæ non profitetur fidem Catholicam. *Ergo fides vera eſt character veri Catholici. Patronus.* [f] Neque enim Catholicis Epiſcopis credendum eſt, ſi quid contra Scripturas Docent. 2. *Inquis, eſt* Antiquitas: *at. Aduocatus.* [g] Sanctarum Scripturarum ſumma eſt Antiquitas, ex his ſumunt Doctores, quicquid Verius, &c. *Ergo Doctrina Scripturarum eſt antiquæ veritatis ſymbolum exploratiſſimum. Patronus.* [h] Antiquior omnibus eſt veritas, præſtructâ diuina literatura. 3. *Inquis, eſt* Duratio. *at Aduocatus.* [i] Multi erant Antichriſti tempore Apoſtolorum, & Antichriſtus ipſe durabit vſque ad aduentum Chriſti, tum ſpiritu Sermonis Evangelici deſtruetur, qui ad finem Perseverabit. *Patronus.* [k] Erit apoſtaſia à fide. *Non, igitur, omnis ſermo, ſed ſolus Euangelicus eſt durationis Catholicæ nota duratura.* 4. *inquis, eſt* Amplitudo, ſiuè multitudo credentium. *at Aduocatus.* [l] Vel vna prouincia, ſi Tenet veram Doctrinam, verè, & propriè dicitur Catholica. *Patronus.* [m] De Orthodoxis dictum eſt, | Pauci electi | *Ergo non nomen* Catholica *doctrinæ Catholicæ, ſed Catholica doctrina, etiam in exigua multitudine, eſt veri nominis verum & proprium Characteriſticon.* 5. *inquis, eſt* Succeſsio Epiſcoporum. *at. Aduocatus.* [n] Succeſsio vera

[d] *Ederus ſuprà. ex Lyrienſi. Nota 1.*
[e] *Bellar. ibidem & alij.*
[f] *Auguſt. ſuprà Nota 1.*
[g] *Valent Ieſuita & alij ſuprà Nota 2.*
[h] *Tert. ibidem.*
[i] *Caietanus, & alij ſup. Nota 3.*
[k] *Ambroſius, & alij ibidem.*
[l] *Bellar. ſuprà. Nota 4.*
[m] *Iuſtin. ibid.*
[n] *Bellar. ſuprà. Nota 5.*

vera NON eſt, quam HÆRESIS interrupit. [b] Succeſſionem perſonalem non moramur, dummodò doctrinam Scripturis conſentientem oſtendere poſsimus. *Patronus.* [*] Succeſsio ſedis eſt nomine tenus ſucceſsio, NISI FIDEI habeat VERITATEM. *Ergo vera Doctrina eſt vera ſucceſſionis ampliſſimum teſtimonium.* 6. *inquis, eſt* Conſpiratio cum doctrina antiqua. *An quia antiqua eſt? non. Aduoc.* [l] Sectarij cum ANTIQVIS HÆRESIBVS conſentiunt. *An quia vera? omninò.* [m] Vera eſt quæ doctrinã APOSTOLICAM retinet. *Ergo tutiſſima Ratio diſcernendi inter Conſpirationẽ Catholicã, & Hæreticã Coniurationem eſt ſola doctrina Apoſtolica.* 7. *inquis, eſt* Vnitas cum ſummo Paſtore Romano Pontifice. *at. Aduocatus.* [n] Papa poteſt eſſe Hæreticus, & tunc non tenemur eum ſequi. [o] Quicunque Doctor contra Chriſti DOCTRINAM aliquid tenet, reijciendus. [p] Audire Chriſti vocem eſt nota eorum, qui ſunt cum Paſtore. *Patronus.* [*] Chriſtus eſt ſolus, quem nemo deſerere debet. fides imprimis Eccleſiæ quærenda eſt, ſi qua eſt Eccleſia, quæ veram fidem reſpuit, deſerenda eſt. *Ergo doctrina vera eſt vera vnitatis cum ſummo Paſtore animarum Chriſto Ieſu ſignum certiſſimum.* 8. *inquis, eſt* Sanctitas doctrinæ. *bene habet, Ergo doctrina ſancta (cuius fons ſacratiſſimus eſt diuina Scriptura) eſt ipſiſſima Nota Eccleſiæ.* 9. *inquis, eſt* Efficacia Doctrinæ. *an quia Efficax? nequaquam. Aduocatus.* [q] Eſt quoque aliqua efficacia erroris. *Ergo tantùm, quatenus vera, veram Eccleſiam demonſtrat.* 10. *eſt, inquis,* Sanctitas vitæ primorum Doctorum. *At non per ſe nota eſt. Aduocatus.* [r] Donatiſtæ vitæ ſanctitatem profitebantur. *Vnde igitur?* [s] Certum eſt non poſſe diſcerni doctrinam ex opere, ſed ex DOCTRINA veri Paſtores noſcuntur, vt Chriſtus docet. [Quæ dicunt facite.] [t] Eccleſia ſancta dicitur propter PROFESSIONEM doctrinæ, quæ nihil mali continet. *Ergo doctrina ſancta eſt Nota certiſſima Eccleſiæ.* 11. *eſt, inquis,* Gloria miraculorum. *at. Aduoc.* [u] Falſa miracula ex fine diſcernenda ſunt, quia aliqua fiunt ad ſeducendum. *et.* [x] Animaduertendum eſt falſa miracula, fieri vel ad ambitionem,

[b] *Stapletonus. ibid.*
[*] *Nazianzenus ibidem.*
[l] *Bell. ſuprà Nota 6.*
[m] *Idem ibidem.*
[n] *Card. Cuſan. ſuprà Nota 7.*
[o] *Aquinas ibid.*
[p] *Tolletus Ieſ. ibidem.*
[*] *Ambroſius ibidem.*
[q] *Caietanus & alij, ex Theſſ. 2. ſuprà Nota 9.*
[r] *Alphonſus.*
[s] *Bellar. ibid.*
[t] *Bellar. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 4.*
[u] *Bellar. ſuprà Nota 11.*
[x] *Valent. Ieſuit. Analyſ. lib. 1. cap. 7.*

tionem, vel ad EVANGELICAM DOCTRINAM oppugnandum. Hoc obſeruari debet ne falſis miraculis ſeductorum moueamur. *Patronus.* [a] Doctoribus, cum talia edunt, credendum NON eſt, ſi aliquid DOCENT, quod pietati repugnat. *Ergo, Doctrina vera nobis innoteſcat oportet, priuſquam hanc notam admittere nobis liceat. Deinq; 13. eſt, inquis,* Lumen Propheticum. *an vt nunquam fallat? Aduocatus.* [y] Prophetæ Dæmonum aliquando vera prædicunt, ſed vt decipiant. *Quomodò verò vera eſſe diſcernamus?* [z] Si fiant in teſtimonium veræ fidei. *Patronus.* [a] Etſi quis vera prædixerit, NON tamen ſequitur eius doctrinam eſſe amplectendam, ſi aliquid docuerit quod EXPRESSO DEI VERBO repugnat. *Ergo doctrina vera prædicatio, & ſuſceptio eſt ſumma, & ſola, propria, perpetua, infallibilis Nota Eccleſiæ.*

[a] *Theod. ſupr. in Nota 12.*

[y] *Aquinas, & alij ſup. nota 13.*
[z] *Bellar. ibid.*
[a] *Vinc. Lyrinen. ibid. in fine.*

CAPVT. XLII.

Ratio 3.

SI ijs, qui Scripturas agnoſcunt, Scriptura certius, atq; illuſtrius Eccleſiam demonſtrat, quàm Eccleſia Scripturam; tum Scripturarum doctrina maximè obtinere debet, ad diſtinguendam definiendamq; Eccleſiam. at Aduocatus. [a] Ex hypotheſi SCRIPTVRA eſt notior, quam Eccleſia: quando ſcz. SCRIPTVRA eſt RECEPTA CLARE, loquitur de ipſa Eccleſia. [b] Non nego quin aliquando cõtingere poſsit, vt ex Scriptura Eccleſia probetur, ſitque illa ex HYPOTHESI NOTIOR, quam hæc: quando, nimirum, eſt Scriptura recepta, & clare loquitur, & oritur quæſtio de Eccleſia. *Cum igitur,* [c] *Proteſtantes Hypotheſin, Scripturarum autoritatem tenent, & venerantur, in hoc veſtro cum Proteſtantibus negotio, nota aliæ prætermittendæ vobis fuerunt, & ſola Scripturæ autoritas proferenda atq; premenda: hoc, celeberrimum Auguſtini* [d] *teſtimonium ſatis confirmabit. Aduocatus.* [e] Non certius videre poſſumus de Eccleſia, & Euangelio,

[a] *Bellar. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 3. §. Dicces ſaltem.*
[b] *Armandus epiſt. ad Camier. pag. 29.*
[c] *Vide ſuprà.*
[d] *ſuprà.*
[e] *Nicolaus de Clamangijs in Diſp. de Mater. gen. Conc. vt eſt in faſc. rerum expetendarum. fol. 197.*

Euangelio, quod altero excellentioris sit autoritatis, quam si demus fieri posse, vt aliquid euangelio contrarium Ecclesia statuat. quod etsi fieri non possit, tamen enucleandæ veritatis gratia fingamus fieri posse. putas in hac causa Augustinum, cum dixit, Non crederem nisi me Ecclesiæ autoritas commoueret, &c. pro statuto Ecclesiastico fidem fuisse Euangelij reiecturum? absit, cum præsertim dicit Apostolus:* Etsi vel Angelus de Cœlo aliud Euangelium prædicaret, Anathema esto. Manichæi, contra quos agit ibi Augustinus, Scripturas sacras pro arbitrio suo accipiebant, vetus Testamentum pro maiori parte repudiabant. *Quid igitur tandem?* [d] Nostræ fidei ascensio humanis causis, & incitamentis non nititur, quæ scilicet fides acquisita est, ne igitur mens nostra vacillet, altius petenda est, quam ab hominis vel ratione, vel autoritate, sacræ Scripturæ autoritas, vt si mihi omnes, qui me antea docuerunt, imo adeo Angeli cælorum, iuxta Pauli præscriptum, mihi astruerent oppositū eius, quod fide teneo, non ex eo fides mea labefactaretur. quia Apostoli, & Prophetæ RESOLVEBANT fidē suam vltimo NON IN HVMANAM, SED in DIVINAM AVTORITATEM, & eadem erit ratio fidei nostræ formalis. Confirmatur. * Exod. 14. [Crediderunt Domino, & seruo ejus Mosi] non dixit: Crediderunt Mosi, & Domino. & Apostolus. * [Accepistis verbum fidei, NON vt verbum hominis, SED sicut est, reuerà verbum Dei] & * Ioh. 5. [Si testimonium hominis accepimus TESTIMONIVM Dei MAIVS.] *Quid insuper?* [f] Quamuis non nisi per Ecclesiam reuelantem Deum teneamus, tamen non cum Durando in Ecclesiæ voce acquiescimus, ita vt in Ecclesiæ vocem, vt supremam autoritatem, fides nostra desinat, sicut Scholastici quidam incautiùs, & imperitiùs tenuerunt. *Quid ex his? animaduerte.* [f] Illud nescio an sit argumentum omnibus argumentis MAIVS, quod qui VERE Christiani sunt, ita se animo diuinitus affectos esse sentiunt, vt PRAECIPVE quidem propter NVLLVM argumentum, quod vel hactenus fecimus, vtpote

Notandum.

* *Gal. 1.*

[d] *Melch. Canus loc. Theolog. lib. 2. cap. 8.*

* *Exod. 14.*

* *1. Thess. 2.*

* *Ioh. 5.*

* *Stapleton. de princ. doctr. Controuer. 4. lib. 8. cap. 20.*

[f] *Gregorius Valent. Iesuita lib. 1. de Analy. fidei. cap. 20.*

Numerum Martyrum, Efficaciam doctrinæ, Miracula, Aduersariorũ Confessionem, Infœlicem hostium exitum, Antiquitatem, quæ quacunque ratione SIMILITER excogitari possint: SED propter SVPERNATVRALEM DIVINAM REVELATIONEM, quæ alio quodam modo FORTIVS quam vlla argumenta persuadet ad firmiter credendum. *Præsertim cum.* [5] Omnino nulla res aduersus Antichristi tyrannidem athletas Christi melius armabit, quam COELESTIS DOCTRINAE inuictissima autoritas; vbi enim maxima tentatio præclariora SCRIPTVRARVM remedia opposita sunt. *Faciliat, igitur, vestra de notis alienis nimis importuna ostentatio, & in Augustini sententia (per Deum rogo) vnanimiter acquiescamus.* [6] Ipsa veritas, si *(ex Scripturis)* demonstrari queat, præponenda est OMNIBVS illis, quibus in Ecclesia Catholica teneor, *notis.* Quæ *huc pertinent alia Tomus proximus (Deo annuente) luculentè expediet.*

Hic non libet actum agere,
inquit ille; ego etiam,
nec agendum.

[5] *Acosta Iesuit. lib. 1. de Temp. nouiss. cap. 10.*

[6] *August.*

FINIS.

Gratia, pax, & salus sit Ecclesiæ Catholicæ à Deo Patre in Filio, per Spiritum Sanctum.

Cui Trin-vni Deo sit gloria in secula. Amen.

RERVM, QVÆ IN HOC Tomo continentur, Elenchus nec prolixus nimis, & satis locuples.

A

Abrahem an aliquando Idololatra fuerit. pag. 88
Adamus quam imaginem Dei lapsu suo perdidit. 73
Adulterium. 321
Alexandri felicitas temporalis 414
Anabaptistæ 207
Anglorum prima Conversio 337
Anima beata ante Resurrectionem 183
Ariana Hæresis longe lateque diffusa 37. 91
Antichristi tempore quantam Apostasiam Spiritus Sanctus prædixit futuram. 40. impedimentum sublatum est. 419
Antiquitas 22. qui, Pontificij an Protestantes eam magis sectentur. 276
Apostasiæ quantam Scriptura prædixit futuram. 40
Apostolorum progressus, usque ad miraculum falsæ. 336
Aqua lustralis. 266
Arcbæ Noe. 9
Athanasius quam nihili fecit Pontificis Anathema. 284
Augustinus Monachus vir quarus. 337. Romanæ Cathedræ adversarius 238. testimonium [non credetem Evangelio] explicatur. 430
Αὐτοῦσιος vox 151
Azymus. 237

B

Baptismus in signo crucis 83. Laicorum 225
Beda auctoritas. 337
Bezæ opinio de duplici Hypostasi 126. quod Christus Cadaver nominavit. 182. eius Vita notatur. 315
Bullingeri sententia [Tres sunt non status &c.] an Arianismum sapiat. 149

C

Calvinus an docuerit Deum esse peccati autorem. 68. aut Infernum tantum in mentis horrore consistere 72. quomodo patrem esse per Excellentiam Deum. 92. 210. an Contumeliosus in Sanctos 112. an in voce αὐτοῦσιος Arianus 151. an in expositione Tristitiæ Christi blasphemus 165. an Christo peccati labem asperserit 170. an, ne simile Christum ausus esse merito abjecerit seipso, impius. 172. eius de Christi descensu ad Inferos opinio 175. an animas defunctorum penitus extinctas esse finxerit 184. an in Patres Contumeliosus 207. non tentabat miraculum edere. 379. eius mors. 403
Catechumeni an sint extra Ecclesiam
Cœlibatus lex ante & post ordinationem quam antiqua 217. quam iniqua 329. 330. qualem Regulatus oppugnavit 114. an contrahere liceat post votum. 230. an violenta sit sponsalia. 329
Christus: an eius Corpus in duobus locis simul 130. in Mediatore eadem veraque natura 151. quanta eius Tristitia cum [Non Deum meum] Clamabat 161. Adhuc semper patissimi 170. seipso meruerit 172. eius descensus ad Inferos 175. 176. 178. 180. an sub rectus Patri 210. [illegible] eum aliquo Sanctorum. 210
Ceremoniarum turba non [illegible] [illegible]

ontrat Ecclesiam. 273
Conc. Basiliensis decretum Pontificiam causam iugulat. 297
Concilia Conuocandi ratio antiqua. 246
Concupiscentia an peccatum. 78. 212. 334
Confessionis mos Romanus minime antiquus 194. *& impossibilis.* 195
Confessio aduersariorum de laude aduersantium. 397
Consensus in Dogmatibus quantus vel inter Pontificios, vel inter Protestantes reperiatur. 303. *legitimi Consensus causa necessaria.* 308. *Patrum iudicium* 309
Constantini felicitas temporalis. 415
Conuitij est abstinendum. 316
Cyprianus Romano Episc. aduersarius 285

D

Decalogi precepta prauis glossis nequiter temerata. 320
Deus non est autor peccati. 68. *eius omnipotentia.* 147
Diabolus Abbatem ad missam celebrandam inuitat. 351. *eius cum Luthero Colloquium.* 349
Diaconatus. 257
Dilectio inimicorum. 321
Disciplina antiquæ Ecclesiæ. 216
Doctrina sanctitas quanta vel apud Protestantes, vel Pontificios sit. 311. 315. *Doctrina etiam efficatia apud vtrosq;.* 364
Donatistæ. 18. 90

E

Ecclesiæ distinctio visibilis & inuisibilis quatenus 1. *& deinceps. Ecclesiæ visibilis nota: vide nota. Græca Romanæ præponitur* 117. *quatenus antiqua* 22. *aut Catholica.* 28. *an possit deficere* 20. *an semper ampla & splendida* 32. *an Tempore Eliæ aut ante aduentum Christi, aut post eius ascensum latens fuit.* 32. 33. 34. *aut Tempore Antichristi erit.* 38. *Sanctitatis eius Regula.* 368.
Efficacia doctrinæ tam apud Protestantes quam apud Pontificios. 364
viri Causam eius veram amplexentur. 346
Elias quomodo videbatur sibi esse solus. 32
Elizabetha Regina an vnquam attigit munus aliquod sacerdotale 75. *eius laudem delendam esse censuerunt Pontificij Censores. In bello fælix* 418
Episcopi munus proprium prædicare 49. *Episc. & Presb. discrimen* 96. *Electio.* 257
Eucharistiæ an tantum nobis figuram præbeat. 140 *eius in Rom. Eccles. ritus noui.* 237. *Azymus, mixito aqua* 238. *sub vnica specie.* 238. *Transubstantiatio.* 240. 129. 139
Eutychianismus. 129

F

Fatum. 314
Festum Conceptionis B. Mariæ nouum 271. *esse.* no. 271. *Corp. Christi nouum.* 271. *festorum Turba grauis.* 273
Fides an sola iustificet. 64. 62. 312
Fœlicitas temporalis an sit nota Ecclesiæ. 412
Furtum. 332

G

Gentiles an sint Christo possint saluari. 306
Germanorum Conuersio ad fidem 338

H

Hæresis Protestantismus obiecta Simoniarum de sola fide. 62 *Deum esse autorem peccati.* 68. 72. *Adam Dei Imag. perdidisse.* 73. 74 *Deputationum, de ministerio mulierum.* 74. *Procli, peccatum in renatis viuere.* 78. *Nouatianorum, quasi pœnitentiam abstulerint.* 81. *Manichæorum, de lib. arb.* 84. *& aliam de vitijs Patriarcharum.* 86. *Donatistarum*

ſtarum de Eccleſia ſtatu. 90. *Arianorum de Filij inequalitate.* 92. *& Traditionibus.* 93. *Aërianorũ, de Orat. pro mortuis ſtatis Iejunijs, Presb. & Epiſc. æqualitate.* 95. *Jouiniani de pœnitentia.* 98. *de Iejunio & eiborum delectu.* 99. *de virginitate.* 103. *Neſtorianorum, de corpore Chriſti.* 124. *Eutychianorũ* 129 *Xenaiæ, de Imaginibus,* 131. *Lampetianorum de votis.* 135. *Ignoitarum de Chriſti Ignorantia,* 162. *aliorum de Animis defunctorum.* 113. *Libertinorum de vitæ luxu* 190. *Pũtificiũ obiecta hæreſis Pelagianiſmus.* 200. *vbiquitiſmus,* 201. *Marianiſmus,* 202. *Papiſmus,* 206. *Anabaptiſmus,* 207. *Hæreſis Collyridianorum,* 201. *hæretici occulti an extra Eccleſiam,* 8. *volunt videri Catholici,* 16. *alios appellant hæreticos.* 16

Hiſpanorum Converſio prima ad fidem. 339

Homicidium. interpretatio impia. 327

I

Idiota Romanus. 319

Idololatria in cultu imaginum. 133. 265. 321. *in cultu B. Mariæ.* 202.

Iejunium ſtatum. 95. *Iejunij quis modus.* 99. *eiquod meritum.* 99

Ieſuitarum iuramentum æquiuocum. 323. *in Indis cõuertendis profectus quantus & quibus modis.* 339 342 *eorum Sanctitas.* 360

Imaginum cultus. 131. *diſtinctio nominũ Idoli & Imaginis.* 132. *Idololatria in cultu.* 133. 265. 321

Imperium Romanum iamdiu ſublatum eſt. 419

Impij an ſint proprie mẽbra Chriſti. 6

Impoſitio manuum. 83

Indulgentiæ. 248

Inferum non tantum conſcientiæ horror. 74. 76

Iudorum converſio qualis fuit. 339. 342

Iohannes miraculum nullum edebat. 376. *erat tamen paſtor extraordinarius.* *ibid.*

Iohannis Hus martyrium. 401

Iudici an liceat innocentem damnare. 333

Iuramentum æquiuocum. 323

L

Laus ab Aduerſarijs. 404

Liberum arbitrium. 84. 108

Limbus. 211

Lutheri verba examinantur, hæc [Diuinitatem pati.] 127. *ſententia de voce Homouſios.* 147. *& Trinitatis.* 147. *de intellectu infantum.* 313. *& cum Diabolo Colloquium.* 350. *& alia eius dicta.* 354. *etiam vita.* 354. *non tentabat miracula edere.* 379. *eius mors.* 408

M

B. Mariæ cultus exhibitus ſuperſtitioſus & plane Idololatricus eſt. 202

Maioribus noſtris errantibus quid ſit de ijs ſtatuendum. 275

Matrimonium an ſit vniuerſi Sacramentum. 233

Mendacium ingenioſum. 322 333

Meritis vox. 215

Miſſam celebrari etiam Diabolus vouit. 351. *eius ſacrificium.* 268

Miraculorum nota. 372. *vide Analyſin de notis ante librum, Nota.* 11

Monachatus. 238. 258

Mortis repentinæ diſtinctio. 456. 407. *mortes horrendæ.* 406

N

Neceſſitas eventuum. 314

Notæ Eccleſiæ, de his vide ante librum.

O

Oratio pro defunctis. 95

Ordinatio quatenus Eccleſiam deſignet. 53. *In infantes collata.* 318

Operum bonorum neceſſitas in Iuſtificatis. 65

P

Papa an ſucceſſione legitima tenear. 45. predicandi munus Epiſcopo proprium excuſſit. 50 Iohanna Papiſſa. 47. proprie papiſmus. 206. Papæ Iuriſdictio dē, ex nova 242. & pedum oſculatio. 244 & ius appellationis. 245. & concilia conuocandi. 246 & præſidendi. 247. & moderandi 247. & diſpenſandi. 248. & Canonizandi. 249. de eo hæc dogmata noua ſunt: Papā non poſſe eſſe Hæreticum. 250. nec poſſe iudicari. 250. monarchiam habere ſupra vniuerſum orbem terrarum. 251. aut ſupra orbem Chriſtianum. 254. aut ſuper omnes principes Chriſtianos. 254. cum Papa vnio an ſit Nota Eccleſiæ, vide VNIO, mortes horrida. 411. 420

Parentum contemptus. 325

Patriarcharum vitia quanto fidelibus vſui eſſe debent. 86

Patrum antiquorum autoritas proteſtantibus an Pontificijs gratior & quatenus. 207. Romanæ Eccleſiæ maxime aduerſatur. 282. 283. & deinceps.

Pœnitentia veteris Eccle. 220. neceſſitas. 81. 98

Petrus aliis Apoſtolis non ordinabat Epiſcopos. 280

Pontificij an proprie Papiſtæ dici poſſint. 20. an puritani. 83. an Deū faciant autorem peccati. 86. aliæ ides hæreſes obiectæ. 200. eorum diſſidia in Dogmatibus. 304. Dogmatum impietas. 320. vita quàm non ſancta. 364. Aduerſariorum ſuorum laudibus inuident. 403

Præcepta Decalogi putidis gloſſis temerata. 310

Preces pro defunctis. 214. 264. precandi mos per calculos 267 Ignotæ. 319

Princip. autoritas aſſeritur. 254. eorum impius contemptus. 325

Prophetiæ quat. Eccle. valuerint. 389

Proteſtantes an proprie Lutherani dici poſſint. 19 an tenuant Eccleſiam Cath. poſſe a fide deficere. 29. Hæreſium illis obiectæ, vide Hæreſes. an patrum autoritatē reſpuant. 207. an finis Schiſmatici. 294. doctrina an Sancta. 312. an efficax 341. vita an ſancta. 356. iacet. 400.

Q

Quadrageſima. 224. 272

R

Rebecca nunquid mentita. 89

Religioſorum ſtatus qualis. 258

Regulares. 258

Reuelat. Pontificiæ præſtigioſa. 392

Roma an ex prophetia Iohannis Sedes Antichriſti futura 29. & 421. probatur.

Romana Eccleſia an Catholica. 17. an Antiqua 24. an nunquam hæretica 37. an non erit Latens 38. an Succeſſione careat. 56. 60. an Mater Eccleſiarum. 241. 336. An Antiquæ veritati repugnans. 229. Sedes an aliò transferri poſſit. 281. extra eius vnionem mortui, beati tamen 282. eius varia paradoxa. 320 317. quàm non ſancta. 359. 336 369.

S

Sabbatum ſeruandi gloſſa prophana. 324

Sabellicus hæreticus. 84

Sacramenta vnimoce dicta quæ. 292

Sacrificandi mos 216

Sanctitas doctrinæ quomodo nota Eccleſiæ 311. aut etiam vitæ. 347.

Sanctorum inuocatio. 268

Satyſaltionis opinio paradoxa. 317. 213

Schiſma multiplex inter ipſos Pontifices 300. vide eiusdem de ſchiſmate ſ'ura.

Scripturarum Canon. 219

Scotorum

Scotorum prima Conuerſio. 337
Succeſſio perſonalis quatenus valeat ad deſignandam Eccleſiam 44. 45 *in Eccleſia Romana multis & miris modis interrupta.* 47 *patrum ſuffragium.* 60

T

Traditionum quanta Neceſſitas. 93. 95
Tranſubſtantiatio. 128. 139. 240
Trinitatis vox. 14

V

Verbi vera praedicatio propriſſima eſt Nota Eccleſiæ. 425
Vigilantij errores. 213
Virginitas. 103
Vocibus extrema. 235
Vnio Membrorum cum Capite Rom. Pontifice an ſit nota Eccleſiæ 170. *& deinceps. an vnio membrorum inter ſe* 299. *moralis inter Ethnicos* 300. *Dogmatica.* 301
Votum paupertatis 116. *& alia Monaſtica vota.* 135. 258

W

Wicleſus an in Sanctos contumelioſus.

Errata neceſſariò corrigenda.

Pag. 2. lin. 29. *ſub lit.* [a] *adde, Aduocatus.* p. 3. l. 23. *lege*, Inferorum. p. 6. l. 7. *lege ſuppeditat.* p. 10. l. 36. *lege* filij. p. 21. l. 4. *lege* Petrianos. p. 25. l. 17. *lege Dialectorum.* p. 27. l. 29. *pro* hominibus, *lege* Deo. p. 28 l. 5. *lege* Durabit. p. 38. l. 29. *lege* Continebat. *ibid.* 34. *lege* quæ. p. 38. l. 15. *lege* Ariani. *& ibid.* 28. *lege* Diaconos. p. 40 l. 21. *lege* exoletum. p. 43. l. 15. *lege* hac. *& ibid.* 16. *lege* quandam. p. 44 l. 14. *lege* Prætereo. p. 46. l. 25. *lege infectos.* p. 49. l. 28. *lege* Præcedebat. p. 50. l. 11. *ante colon adde* Vel non. p. 56. l. 1. *lege quia.* p. 59 l. 35. *lege* Apoſtolici. p. 69. l. 12. Et. p. 80. *ante penult. lege* amplectantur. p. 91. l. 17. *lege* 2. Solam. p. 96. l. 14. *ante colon adde, auerſantur.* p. 97. *iuxta lit.* g. *in margine deeſt,* [a] *Senenſ. Biblioth. lib.* 5. *in præf.* p. 104. l. 4. *lege* permanſerit. *ibid.* 12. *lege* Quid. p. 110 l. 3. Falſa. p. 116. l. 18 *lege* nos non à regno. p. 119. l. 1. *& 2. hæc. &* poſtularet. p. 124 l. 17. *lege* Inferno. *ibid.* 30. fuerit. p. 128. *ad lit.* [b] *lege* Suarez in Thom. *part.* 3. &c. p. 129. l. 25 *lege, poſt tandem, agamur. ibid.* 30. *poſt Inſiſtere, adde* [,]. p. 138. l. 6. *pro* ſerum, ſocium. p. 187. l. 15. *lege* Sanctos mortuos. p. 228. l. 1. *lege* VALD è ſuſpicer. p. 256 l. 15. *deleatur, duo, ibid.* 28. *lege, Pontifices vt legitimos.* p. 260. *penult. lege* latitant. p. 374. l. 28. *lege* nodum.

BRITISH
13 JY 38
MUSEUM

APOLOGIÆ CATHOLICÆ PARS SECVNDA, IVDICEM ECCLESIÆ demonſtrans (de qua controuerſiâ pendent cæteræ omnes) in libros quinque digeſta.

Autore Thoma Mortono ſacræ Theologiæ Baccalaureo, & quondam in *celeberrima Academia Cantabrigienſi Collegij* D. Iohannis Euangeliſtæ, Socio.

MATTH. 11. VER. 19.
Iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis.



LONDINI,
Impenſis Georgij Biſhop, & Ioh. Norton.
1606.



IACOBO
DEI GRATIA MAGNÆ BRITANNIÆ, FRAN. HIBER. REGI SERENISSIMO; æquè virtute atque poteſtate MAGNO.

QVibus verbis beatus Lucas Patronum ſuum Theophilum præfatus eſt, cum ait, * *Viſum eſt mihi ad te ſcribere, præſtantiſſime Theophile, vt earum rerum, de quibus erudiris, cognitionem certam agnoſcas*: ijſdem ego (Rex inclyte) in hac humili & officioſa ſalutatione nunc vterer, ſi tam in me B. Lucam vel leuitèr adumbrari putarem, quam *præſtantiſſimum illum Theophilum* in Maieſtate tua exprimi omnes facilè agnoſunt & confitentur. Nunc verò quo minùs perſonam tantam repræſentare valeam, eò contendam acriùs inſtitutum eius ſaltem imitari; & quam ille huius vnius Scripturæ tradit ἀσφάλειαν, eandem nunc in totius Sacri voluminis autoritate aſſerenda, contra omnes Pontificiorum impoſturas, ipſorum quoque Pontificiorum viribus, pro ingenij mei tenuitate defendere. Cùm etiam res tanta, præſertim hoc tempore, tanti hominis patrocinio egeat, qui Euangelicum Theophilum non minùs autoritate ſuperet, Luc. 1. 3.

quàm pietate exæquet: in hac, de Iudice Eccleſiæ, Controuerſia ad te potiſſimùm, (Rex inuictiſſime) licet non tanquam ad ſummum Eccleſiæ Iudicem, attamen tanquam ad ſupremum, infra Deum, vindicẽ confugimus. Ne verò huius Apologiæ noſtræ partem primam Maieſtati tuæ offerremus, ſumma tua dignitas prohibuit, vt hanc offeramus non modò tua inuitauit humanitas, verùm etiam (vt ex digniſſimi & colendiſſimi Antiſtitis conſilio didici) temporis huius importunitas propemodùm imperauit. Prodijt enim non ita pridem hominis anonymi, pro Pontificiorum cauſa, ex Proteſtantium teſtimonijs conſuta Apologia, quæ Maieſtatis tuæ gratiam, neſcio quibus auſpicijs, conciliare ſibi ſperabat: quòd ſi iam noſtra veræ fidei defenſio verè *Defenſoris fidei* conſpectum refugeret, hoc ſilentium flagitium, hæc negligentia perfidia, hic pudor deniq; cauſæ ipſius proditio meritò videretur. Illi Apologiæ ſuæ membra duo conſtituerunt, *fidem in Deum, & erga Regem fidelitatẽ*: homines, fateor, qui æquè in fide veritatem, atque in ſua fidelitate pietatem colunt. Fidelitatis ſuę ſpecimen egregium recèns nobis præbuerunt, facinus profectò tam horrendum tamque ſtupendum, vt literis publicis tradi aut propter horrorem non poſſit; aut ſi poſſit, non debeat propter periculum; nè ſi eius fama aliquando in oras *Gath, aut *Aſcalon*, videlicet, Iudæorum aut Turcarum aures penetraret, Chriſtiano nomini inuſtam relinqueret perfidiæ notam ſempiternam. Huius prodigioſi mali ſi fortè caput quærimus, ſecundæ Lateranenſis ſynodi canonẽ tertium conſulere oportet. * *Si Dominus temporalis, admonitus ab Eccleſia, terram ſuam purgare hæretica fœditate neglexerit, per Epiſcopos Excommunicationis vinculo innodetur: Et ſi ſatisfacere contempſerit infra annum,*

*1. Reg. 6. v. 17.

*Conc. 2 Lateranenſ. Can. 3.

annum, significetur hoc ſummo Pontifici, & extunc ipſe Vaſſallos ab eius fidelitate denunciet abſolutos, qui illam exterminatis hæreticis, ſine vlla contradictione poſſideant. Hic, hic eſt Equus ille Troianus, ex quo tot armati paricidæ indies prodeunt. Miſſam verò facimus fidelitatem ab illis iamdiu (proh dolor!) non verbis modò ſed & factis pluribus amiſſam & perditam. In fide eorũ explorandâ illud Apoſtoli obtinere apud Chriſtianos omnes debet, **Omnia probate, quod bonum eſt tenete.* Lege igitur, ſi placet (Rex ſereniſſime) vtriuſque generis Apologias, illorum, noſtras; & ſenties, haud dubiè, illos plerunque Patres vel falſos, vel falsò allegare: noſtros autem Patrum verorum patrocinio vero niti, & Patrum patribus Apoſtolis ſemper adhæreſcere: illos à noſtris conceſſam quandam antiquitatis ſpeciem petere, noſtris autem antiquitatem ipſam concedere: illos in controuerſis fidei capitibus noſtrorum conſenſum innuere; horridam verò ſuorum *ſυνφωνίαν* prodere; Illorum: ſed non in iſtis immorabimur: præfandi enim, non narrandi munere fungimur. Nec omninò dubitamus (Rex nobiliſſime) quin pro eo, quo, vſque ad miraculum, polles iudicio, *omnia probando* tantùm *bona* approbes; *mala* verò (quemadmodum de Apocryphis Hieronymus dixit) *ita legas, nè legantur.* Alia quæ hûc pertinent (ne nos liberius loqui videamur) Liber loquetur. Dominus Rex Regum thronum tuum iuſtitiâ ſtabiliat, & ſolium tuum æquitate, vitamq; in terris longâ pace coronet, in cœlis ſempiternâ. * 1. Theſſ. 5. 21.

Infimus Chriſti Miniſter,

Thomas Mortonus.

BENEVOLO LECTORI
In Chriſto ſalutem.

HAbes (ſi tamen habes, Lector) primam huius Apologiæ partem, rudem illam quidem & inchoatam: quam ego amicis meis, viris doctiſſimis dono & amicitiæ pignore dederam, ſed ea lege, vt quoties deliquiſſet, vapularet, & erratorum pœnas obeliſcis ſuis lueret. Quid illi? tacent omnino, & cui indulgent, amori deſunt: dumq; offendere metuunt, dici vix poſſit, quàm vehementèr offendunt. Etenim præclarum illud Chriſtiani pectoris ſymbolum, quo Auguſtinus vſus eſt, Ama & obiurga vt lubet, animo meo iamdiu infixum inhæret. Cuius nobis exemplũ Scriptura præbet planè diuinũ, imo Deum, qui* Quos diligit caſtigat. Ego igitur imbecilitatis meæ conſcius, Apologiam iſtam in manus reſumo denuo, reuoluoq;, non iam vt Autor, ſed vt cenſor. Primò marginales Autorum citationes miſerè depravatas corrigo: deinde textum percurro, in quo nec multa peccaui, nec ſanè multùm. Eam verò, quam Lectori gratiſſimam duxi, mihi Autori inimiciſſimam eſſe expertus ſum, dicendi breuitatem: ita vt in fine huius ſecundæ Apologiæ neceſſe habeam reſarcire vnicum hoc compendij diſpendium. Nihil eſt enim omnium, in quo vel leuiter mihi videor impingere, quod non liberè profero atque caſtigo. * Neque enim (vt Auguſtini verbis vtar) quiſquam, niſi imprudens, quia mea errata reprehendo, me audebit reprehendere. Tegant Pontificij ſua vitia, vt velint (quid autem non velint, qui horrendam illam mendaciorum omnium Hydram Æquiuocationem mentalem

*Ilebr. 12.6.

*Prolog in lib. Retract.

talem *inuexerunt?*) *&, vt sunt homines ingenioſi, cuiuis materiæ aliquam veri perſonam & ſimulachrum inducant. At Sancti Dei homines, etiamſi interdum* poſſe errare, *vt homines, habent, vt ſancti tamen* errare velle *nunquam. Iactent porrò etiam iſti ſuas* pias fraudes, *ſcilicet, mihi verò nunquam vera pietas erit, quæ non cum pia veritate eſt coniuncta. Sic igitur in fine huius ſecundæ partis agam, vt omnes intelligant, malle me (quoties res poſtulat) errandi pudore ſuffundi, quàm te (Lector Catholice) errore aliquo meo implicari. Quid multa?* Diſcipulus prioris eſt poſterior dies, *vetus eſt in communi ſermone prouerbium. Ita pars illa prior, nonnullo ſuo lapſu, me fecit in hac poſteriore cautiorẽ: in qua ſi quæ vtilitas ineſt, eam tibi debeo, Lector, ſin aliquid forte occurrat caſtigatione tua dignũ, debes tu pariter hanc mihi. Enimuero ſcripta mea, quæſo, excutias, quo ſcripta ſunt, animo non errandi. Et quo minus deinceps errem, exerceamus (quæſo) inter nos ſanctiſſimum gratiſſimumq́, illud commercium precum tuarum, & meorum laborum. Ieſus eſto nobis Ieſus. Vale.*

Tuus, *T. M.*

Nomina Autorum in parte prima *recenſentur: quibus adjicienda* ſunt hæc alia.

Ad Claſſem primam Ieſuitarum.

IAcobus *Ledeſma.* Lib. de diuinis Scripturis quauis linguâ non legendis,&c.

Iohannes *Lorinus.* Com. in Acta Apoſtolorum.

Ludouicus *Molina.* Tom.2.de Iuſtitia & Iure.

Ioannes *Mulhuſinus* Thuringus. Aduerſus D. Pareum de Scripturarum autoritate,&c.

Emanuel *Sà.* Schol. in vetus & nouum Teſtamentum.

Alphonſus *Salmeron.* Com. in Epiſt. B. Pauli,& Canonicas.

Ad ſecundam claſſem Pontificiorum.

PAulus *Bemius* Eugubinus. De efficaci Dei auxilio ad Clement.8. Pont. Maximum. Priuilegium libri. *Fateor nihil in eo eſſe, quod ſit fidei Catholicæ contrarium, ſed continet ſolam ſanam & Catholicam doctrinam.*

Hector *Pintus,* (Titulus) *Luſitanus ſacræ Theologiæ Doctoris, & in Academia Conimbricenſi SS. Scripturæ profeſſoris.* Comment. in Prophetas. Priuileg. *Nihil habet S. Romana Eccleſia fidei contrarium, &c. Vtiliſſimus qui in gratiam Catholicorum edatur: quòd ſolidè tueatur aduerſus noſtri temporis hæreticorum ſycophantias S. Romanæ Eccleſiæ fidem.*

Sylua Allegoriarum. Encomium. * *Opus Laureti Monachi immenſum, quo nihil fingi poſſit vtilius.*

* *Ribera Ieſui. Proem. in Malach. ad finem.*

SVM-

SVMMORVM CAPI-tum huius ſecundæ partis, breuis & dilucida Analyſis.

In libro primo de Regula huius iudicij, vtrum ſit verbum ſcriptum tantùm, an etiam aliquod verbum non ſcriptum.

QVoad verbum ſcriptum, primò de Canone Scripturarum veteris Teſtamenti, tum in genere cap. 1. & in ſpecie cap. 2. & deinceps.

Summa eſt: Proteſtantes recte inter Canonicas & Apocryphas, tanquam inter Deum & hominem diſcernere.

2. De Editionibus & Tranſlationibus Sripturarum, Hebræa & Græca, cap. 6. de Latina vulgata quoad Autorem eius, cap. 8. & quoad autoritatem, cap. 9. De Tremeliana & Rhemenſi Anglicana, cap. 14.

Summa eſt, Proteſtantes fontes puros, Pontificij putidos riuulos conſectantur.

3. De Scripturarum vſu publico in lingua cognita, & de legendi communitate, cap. 15. vſque ad 22.

Summa eſt: Pontificios (vt eſt in Apologo) vmbram arripiunt, cibum verum amittunt.

4. De publico vſu precum in vulgari populi ſermone. cap. 22. vſque ad cap. 32.

Summa eſt, Alterius generis populum, orando, vitulos labiorum Deo offerre; alterius verò, labia vitulorum.

De verbo non Scripto, *vt vocant, ſiue in Traditionibus, ſiue etiam in Reuelationibus conſiſtat.*

1. Contra Traditiones, primò de neceſſitate ſcribendi verbum, cap. 33.

Summa eſt: neceſſariò ſcripta eſſe quæ ad ſalutem pertinent.

2. Contra obiectam inſufficientiam Scripturarum, cap. 34. vſque ad 54.

Summa

Summa est: Quæ necessaria sunt ad salutem perscripta esse omnia.

In libro secundo: de non Iudice Ecclesiæ, ex vtriusque partis consensu.

1. De Patribus antiquis Theologicis, cap. 1. Historicis, cap. 9. sigillatim consideratis, cap. 1. vsque ad cap. 9. Coniunctim, cap. 9. vsque ad cap. 21.

Summa est: Pontificij producunt Patres, & produnt.

2. De Pontificijs Doctoribus, Episcopis, Scholasticis, Canonistis, à cap. 20. vsque ad finem.

Summa est: Isti plerumque seriò nugantur.

In libro tertio: Index, quem Pontificij vendicant, vel in prædecessore Petro, vel in eius Successore consideratur.

1. De Petro: & quæritur primum vtrum Christus vllum præfecerit Ecclesiæ suæ Monarcham spiritualem, cap. 1. Deinde an B. Petrus is fuit, cap. 3. vsque ad 9.

Summa est: par primatum non feret.

2. De Successore; primum, Ecquis; deinde, Quis Petro successererit.

Ecquis, cap. 10.

Summa est: non proprie Episcopo, nullus proprius succedit Episcopus.

Quis? An Romanus Episcopus, & primò de iure, deinde de modo successionis differitur.

De Iure, cap. 12.

Summa est: Pontificij ius diuinum iactant, Ecclesiasticum admittunt, & sedem Romanam non ruere posse docent, quamuis omnino ruituram.

De modo quatenus Petro succedere videatur, vel quoad dignitatem, aut fidem.

Quoad dignitatem, cap. 14.

Summa est: Antiqui Patres Episcopum Romanum dignitatis titulis exequarunt, sæpe etiam superarunt.

Quoad

Quoad fidem reſpectu perſonæ ſuæ priuatæ & publicæ.

Reſpectu priuatæ.cap.19.

Summa eſt: fingunt Pontificij Pontificem alium in ſe,ſuper alios alium.

Reſpectu publicæ an poſſit errare in doctrina fidei aut morum.

Quoad fidem. cap.22.vſque ad 25.

Summa eſt: fuit Papa ſæpe hæreticus,ergo eſſe poſſit.

Quoad præcepta morum. cap.26.vſque ad finem.

Summa eſt: In Pontifice virtutum patrocinium iactant, inueniunt lenocinium vitiorum.

In libro quarto.

De vero Eccleſiæ Iudice { *Secundariò Conciliorum.* / *Primariò Scripturarum.*

De Concilijs { Veris, / Papalibus.

De veris,cap.1. vſque ad cap.4.

Summa eſt: Pontificij antiquorum Conciliorum autoritatem diminuunt, vt Papalem omnino ſtabiliant.

De Papalibus, qualia { Pontificij recipiunt, / Proteſtantes reſpuunt.

Pontificij ſupremam Pontificis autoritatem aſtruunt { ante Concilium, / in Concilio, / contra Concilium.

1. Ante Concilium autoritatem illi tribuunt Conçilia conuocandi, cap.4.vſque ad 9.

Summa eſt: Papa Concilia antiqua conuocare non ſolebat, noua libenter non vult.

2. In Concilijs moderandis,cap.9.vſque ad cap.14.

Summa eſt: Antiqua Conciliorum libertas his poſtremis ſæculis multis modis diminuta & penitus ſublata eſt.

3. Contra Concilium an ſit Papa ſupra Concilium. cap.14 vſque ad 17.

Summa eſt Papa Concilij autoritate damnari, atque Pontificatu priuari.

Qualia tandem Concilia Proteſtantes efflagitent. cap.17. vſque ad finem libri.

Summa

Summa eſt: Proteſtantes Concilium exigunt liberum, Pontificij tyrannicum obtrudunt.

In libro quinto: De Eccleſiæ Iudice primario, ipſo, nimirum, lumine Scripturarum.

De duplici Scripturarum ſenſu { Allegorico, Literali.

De Allegorico, quoad Theſin, cap. 1. quoad Hypotheſin, cap. 6.

Summa eſt: Senſum germanum non eſſe allegoriarum fucis illudendum.

De Literali: in hoc de ipſa Scriptura diſputatur, quid *non* ſit, quid ſit.

Quid non ſit Scriptura, cap. 7.

Summa eſt: Scripturam non eſſe *vocem mutam*, non *literam mortuam*, non *naſum cereum*, non *delphicum gladium*.

Quid ſit Scriptura, ex Theſi & Hypotheſi.

Quoad Theſin, cap. 9. ab exemplis Scripturarum, ſuffragijs Patrum, momentis rationum.

Summa eſt: Scriptura eſt ſummus Eccleſiæ Iudex.

Ex Hypotheſi, cap. 16. in Scripturis quæ pro Pontificis autoritate proferuntur, ſiue in explicatione earum, cap. 16. vſque ad cap. 31. ſiue in applicatione, cap. 32. Quæque producuntur contra legem moralem, de incæſtu, cap. 34. vel contra ciuilem iuriſdictionem, cap. 36. vel contra cælibatum, cap. 37. vel pro cultu Imaginum, cap. 38. pro Limbo & Purgatorio, 39. pro Indulgentijs, ca. 46. pro inuocatione Sanctorum, cap. 48. pro Traditionibus, de Antichriſto, de Sacramentis, cap. 52. pro libero Arbitrio, ca. 54. pro Merito, ca. 55. contra Iuſtificationem fidei & fiduciam, cap. 56.

Summa eſt: cùm in omnibus his locis Scripturarum inter Pontificios & Proteſtantes controuerſis, eam quam Proteſtantes interpretationem vendicant, Pontificij Doctores celeberrimi concedere, etiam contra Pontificiorum communem expoſitionem, ex ipſarum Scripturarum lumine coguntur: illi malè interpretando Scripturas, ius interpretandi perdiderunt.

SECVNDA

SECVNDA PARS APOLOGIÆ CATHOLICÆ, de Iudice Eccleſiæ. Lib. I.

IVdicij Eccleſiæ regula aliqua propria & infallibilis exquirēda eſt, antequam de Iudice ipſo fixum conſtanſque iudicium tenere poſſimus. Proteſtantes ad regulam ſcriptam, id eſt, ſacram Scripturam *ipſam, tanquam ad Lydium lapidem, omnia fidei negotia exigi & explorari volunt: Pontificij (quaſi hæc ſit regula* [a] partialis, & inſufficiens) *aliam præterea normam ἀγραφὸν & non ſcriptam aſciſcunt. Vtriuſque primo loco* Scripturarum *(quæ proprie* Canonicæ *dictæ ſunt) Canonem ſeu Catalogum genuinũ ſtudioſè perſcrutantur.*

a *Bellarminus infrà.*

CAPVT I.

De Scripturis Canonicis.

Status Controuerſiæ.

[b] OMnes Scripturas noui Teſtamenti Caluinus & Caluiniſtæ omnes tenent, vt non ſit opus nobis in hac re probanda diutiùs laborare. *Quid eſt igitur de quo tàm acriter contenditis?* [c] Hos ſex libros veteris Teſtamenti, Iudith, Sapientiæ, Tobiæ, Eccleſiaſtici, duorum Machabæorum, Proteſtantes non negant ſanctos eſſe; ſed tamen tales eſſe non putant, ex quibus vera & firma argumenta peti poſſint; aut quorum eſt infallibilis autoritas: nobis contrarium probandum eſt. *Agedum proba; ſed priùs querelas nobis veſtras atque accuſationes exponite.*

b *Bellar. lib. 1. de verbo Dei, cap. 16 & ca. 18. & alij.*

c *Bellar. lib. 1. de verbo Dei. cap. 10 §. Eccleſia verò.*

Diſſertatio.

Aduerſarius. [d] Proteſtantes Dei verbo ſcripto controuerſias ſuas omnes dirimi volunt, qui tamen illud ipſum verbum, quod ſolum reſtat, exſectis ex toto corpore tam multis partibus, delumbârunt. *Quid ita?* [e] Libros ſex, etiam Danielis partem nonnullam adimere voluerunt. [f] Septem item poſtrema Capita Heſter, tanquam adulterina reſecuerunt. *Quid audio? ſacros Scripturarum libros Proteſtantes* delumbârunt, reſecuerunt, reiecerunt? *ſeuera admodum querela, ſi vera: omnis enim diuini verbi corruptela eſt diuino fulmine digna, nedum humano illo.* [g] Si quis librum Heſter, Danielis, Baruch, Eccleſiaſtici, Sapientiæ, Iudith, Tobiæ, duorum Machabæorum, Danielis libros integros cùm omnibus ſuis partibus, prout in vulgata Editione habentur, pro ſacris & Canonicis non ſuſceperit, Anathema ſit. *Ecquis hic Catholicus obmutire auſit? ecquod vel ante Concilium Tridentinum antiquitatis, vel poſt, veritatis ſuffragium Proteſtantium partibus patrocinetur? cauſa hæc eſt maximi momenti, itaque cum auctoritatis tum rationis præſidijs maximis munienda. Aduerſarij dixerunt, Aduocatos accerſamus, qui primò de his libris controuerſis in genere, deinde de aliquibus in particulari antiquitatis lumen agnouerunt. Iam exorditur Catholicus Aduocatus.* [h] Ante Chriſti aduentum Eccleſia Iudæorum non deficiebat, *at* [i] Iſti libri in canone Iudæorum non habebantur. *Et* [l] Omnes iſti libri, quos Proteſtantes non admittunt, reijciuntur ab Hebræis. *Concluſio eſt in promptu: Ergo Proteſtantes Dei Eccleſiam olim antiquitatis & veritatis ſummam & ſolam columnam cauſa ſua teſtem iure vendicant, de quibus Apoſtolus,* [*] Concredita ſunt illis oracula Dei. *Quid hoc?* [m] Id eſt, Oracula diuina in ſacris Scripturis contenta commiſſa ſunt Iudæis; apud eos enim in quadam cuſtodia & depoſito eloquia Dei manſerunt; factique ſunt ij depoſitarij, & cuſtodes eloquiorum Dei. *Quales verò iſti & quam fideles cuſtodes fuerint, vel hinc facile liquet, quòd* [n] Per religionem

d Campianus Ieſuita Rat. 1.

e Poſſidius Ieſuita in Notis diuini verbi editis in folio. pag. 26.

f Bellar. lib. 1. de verbo Dei, cap. 7. in initio.

g Conc. Trident. Seſſ. 4.

Syn. Tridentinæ Decretum.

h Bellar. lib. 3 de Eccleſ. milit. cap. 16. § Ad tertiã

i Coſterus Ieſuita Enchirid. Tract. de Sacra Scriptura. §. De numero librorum

l Bellar. cap. 10. in initio.

** Rom. 3. 2.*

m Tolletus Ieſuita Comm. in eum locum.

n Bellar. lib. 2. de verbo Dei, cap. 2. § Argumẽtum tertium.

religionem noluerunt vnquam textum corrumpere, ſed hodiè quoque ſe centies mori patiantur potiùs, quàm legem Dei in aliquo immutari. *Teſtes proculdubiò omni exceptione maiores adduximus: quanquàm Iudæos miſſos facimus, ad Chriſtianos patronos omni ætate Catholiciſſimos confugimus.*

Patrum antiquorum ſuffragia.

Aduocatus. [o] Epiphanius, etiam Hilarius, & Ruffinus in Scripturarum Canone exponendo apertè ſecuti ſunt Hebræos, *id eſt, te interprete:* [p] Libros iſtos reiecerunt. [q] Admitto Hieronymum in eadem opinione fuiſſe, *addis (ſed falsò)* excepto libro Iudith. *de quo* * *infra. quinetiam* [r] Melito (qui quidem ad Oriẽtem huius rei ſciſcitandæ cauſâ perrexit) tandem diligenti inueſtigatione reperit, hos eſſe à veteris inſtrumenti canone eijciendos, idem Origenes, vt Author eſt Euſebius, lib. 4. cap. 26. Sed & idẽ ipſe Euſebius lib. 6. cap. 11. nec ab hac ſententia alienus fuit Damaſcenus, & Athanaſius, quos Theologi multi ſecuti ſunt. *ſic ille, qui cùm vidit ſe Authorum graviſſimorũ pondere penè obrui, ſic tandem euaſit:* [s] Eo tempore quo res nondum erat definita, reliquos excuſamus. *Agnoſcit igitur & ignoſcit; nimirum, charitas reſpondet, non facultas: concedit interim Damaſcenum Proteſtantium partibus adhæſiſſe, cuius tamen ſententiam Aduerſarius noſtrum non puduit in hunc modum peruertere.*

o *Bellar. lib. 1. de verbo Dei, cap. 10 §. Ad alteram.*
Idẽ teſtatur Canus loc. Theol. lib. 2. cap. 10. & 11.
p *Vide ſup. lit. l.*
q *Bellar. lib. 1. de verbo Dei, cap. 10 §. Poſtrema obiectio.*
* *Infra.*
r *Melchior Canus loc. Theol. lib. 2. cap. 10. fol. 39.*
s *Ibidem.*

Prima Inſtantia remouetur.

Aduerſarius. [t] Etiam Damaſcenum cito, qui lib. 4. cap. 18 de Orthodoxa fide, libros olim dubios in Canone nunc recenſet. *Dixiſſes potiùs, non recenſet, quia. Aduocatus.* [u] Damaſcenus lib. 4. de Orthodoxa fide, cap. 18. librorum veteris Teſtamenti catalogum diuiſit in hunc ordinem, *(nimirum canonem Hebræorum ſequutus, & ad extremum ſubiungens)* Libri Sapientiæ & Eccleſiaſtici, ſunt libri pulchri; ſed non inueniuntur in Scripturis Propheticis, neque ponebantur in

t *Staplet. lib. 2. de Auctorit. Scrip. cap. 4 §. 1.*
u *Edenus Oecon. Bib. lib. 1. pag. 22 tab. 24.*

archâ. *Quinetiam.* [x]Sex illos Damascenus numero Canonicorum exclusit. *Denique admisit Bellarminus Hieronymum in* Eadem *Protestantium sententia fuisse: quòd Catharino minimè arridet.*

x *Clitoueus Com. in illum locum Damasceni.*

Instantia secunda repellitur.

1 *Catharinus annot. aduersus Cai. §. De lib. Machab. ad lit. l.*
2 *Bellar. quo supra cap. 10. §. Postrema obiectio*

Aduersarius. [1] Hos Hieronymus apocryphos vocat, fateor, sed loquitur secundum canonem Hebræorum: *falleris.* *Aduocatus.* [2] Non verum est quod alij respondent, Hieronymum tantùm dicere eos Canonicos fuisse apud Iudæos; at certè in Prologo galeato Hieronymus numerans librum Pastoris, omnes simul dicit non esse in Canone, non igitur de Canone Iudæorum loquitur. *Graues admodum Autores produximus, sed vnius Concilij decretum liquidum pluris omnibus faciemus.*

Concilij Laodiceni autoritas ponderatur.

3 *Staplet. lib. 2. de Authorit. Script. cap. 3. §. 2.*
4 *Genebrard. Occonom. Bib. lib. 1. pag. 36. tab. 42.*

Aduersarius. [3] Concilium Laodicenum pro alijs omnibus protuli, paucis exceptis. *Protulisti sanè, sed fide non sanâ, sex omnes Concilium explosit.* *Aduocatus.* [4] In Conc. Laodiceno de istis (*sex*) libris nulla fit mentio. *De hoc plura infra. Concilio huic vos Concilium recentius opponitis.*

Instantia tertia labefactatur.

5 *Costerus Iesuita Enchirid. Tract. de Sacra Script. §. De numero librorum & Bell. cap. 10.*
6 *Staple. lib. 2. de Doct. Christ. ca. 8.*
7 *Pererius Iesuita in lib. 15. Com. in Dan. pag. 741.*
§. Verùm vrgent

Aduersarius. [5] In Conc. Carthaginensi tertio, cui Augustinus adfuit, ante annos 1200. illi libri omnes nominati sunt. [6] Hoc nos Concilium pro istis proferimus, & Augustinum, qui ei interfuit, quique illos Canonicos vocat. *Et in huius Concilij decreto Pontificij ferè omnes, tanquam sub Aiacis clypeo, securi delitescunt: unde, clarissimi Iesuitæ confessione, removendi.* *Aduocatus.* [7] Lyranus, & Dionysius Carthusianus (*qui post Conc. Carthag. vixerunt*) historiam Susannæ non negarunt esse veram, sed negarunt ad Canonicam Scripturam, sicut nec librum Tobiæ, Iudith, Machabæorum pertinere: verùm hoc fortasse illis condonari possit, quorum tempore

tempore non adeo erat veritas ipsa, vt nunc est (discussa omni dubitatione) Tridentini Concilij sententiâ declarata, sancita, confirmata: *En libros Apocryphos primùm in Conc. vltimo censeri omnino Canonicos! en antiquitatem scilicet! Si verò in Conc. Carthaginensi libri isti in catalogo propriè Canonicarum Scripturarum ascripti fuissent, quomodò doctissimos iuxta & pientissimos viros aut perfidiæ aut ignorantiæ crimine exsolues*; 8 *qui omnes sex istos libros Canonicos esse inficiati sunt? nimirùm,* 10. 8 Bellar. lib. 1. de verb. dei. Cap.

9 Hugo de Sancto Victore, item Cajetanus, & Lyranus, hos libros inter Apocryphos numerant, & à Canonicis distinguunt. 9 Melchior Canus loc. theol. lib. 2. cap. 10. pag. 40.

10 Hos Albulensis, Antonius & alij ad veteris instrumenti libros pertinere minimè putauerunt. 10 Hos Dionysius Carthusianus negat esse Canonicos. 11 Hos in Catalogo suo prætermisit Gregorius Theologus, etiam Isidorus. *Hinc promptum erit concludere de omnibus, quod de vno ille.* 11 Hunc librum vti inter Apocryphos non numeráſſent, si factum fuisset de hac re in Concilio decretum aliquod generale. *Ne tamen nomen Canonici nobis fortè imponat, sic accipe.* 12 Ne turberis, nouitie, si quandó inueneris hos libros inter Canonicos supputari, vel in sacris Concilijs, vel in Doctoribus, non enim Canonici sunt, id est, Regulares; ad *firmanda ea, quæ sunt fidei, sed quoad canonem morum, quia ad ædificationem morum legũtur. Sed antiquiori aliqua antoritate hac Cajetani distinctio munienda est, imprimis eorum, quos Aduocati nostri in hac causa Duces & veluti Antesignanos sibi sequendos proposuerunt.* Leguntur (INQVIT * CYPRIANVS) hi libri non ad autoritatem fidei confirmandam. Ad ædificationem plebis (INQVIT * HIERONYMVS) non ad Ecclesiasticorum dogmatum authoritatem confirmandam. Isti (INQVIT * ATHANASIVS) tantùm Catechumenis leguntur. *& (vt de libro Iudith Hieronymus,)* 14 Huius autoritas (inquit) ad illa quæ in contentionem veniunt roboranda minus idonea esse iudicatur. *Ita vt Protestantes Patrum antiquorum adhuc in hac parte filios genuinos esse facile agnoscas. nam* 11 Protestantes non negãt hos libros esse sanctos; sed tales esse non putant, ex quibus

10 Pererius Ies. Comm. in Dan. lib. 16. pag. 742.

12 Sanctis. Bib. lib. 1. §. partitio tertia, & §. partitio quarta.

12 Lyssius Carolas Argum. fol. 362.

13 Card. Caietanus in suo Comment. veteris Testament. Idem quod Gratianus dist. 16. c. 1. Gloss.

* Cypr. in Symb. vel saltem Ruffinus.

* Hieron. præfat. lib. Prouerb.

* Athan. in synopsi & Greg. Nyss. infra cap. 3. lit. t.

14 Lindanus Panop. lib. 3. cap. 3.

15 Bellar. supra cap. 1. lit. 4.

firma argumenta peti possint.

CAPVT II.

Hactenùs de omnibus vniuersim: nunc de quibusdam seorsim, & sigillatim 1. de lib. Iudith.

Aduersarius. [a] Hieronymus, licet alios pro Apocryphis habuerat, tamen librum Iudith recipiebat tandem, quem in Conc. Niceno consignatum esse nouerat. [b] Habet enim hic liber egregium testimonium in Synodo Nicena, quæ, teste Hieronymo, hunc librum retulit in numerum sacrarum literarum. *Imò verò tu & eruditione tua, & Lectoris, de te, opinione egregiè abuteris; quanquam non desunt, qui tecum errare maluerint, quàm cum Aduocatis nostris verum consiteri.* [c] Ibi docet Hieronymus librum Iudith esse Canonicum. Vide, mi frater, teste Hieronymo, Nicenam Synodum hunc librum Iudith inter Sanctas computâsse scripturas. [d] Numquid igitur tu apocryphum dixeris, quòd celeberrima illa Synodus inter sancta reponit? *Imò tu etiam atque etiam vide, mi frater, Hieronymum nec librum Iudith in Synodo Nicena approbatum esse dixisse vspiam, nec ipsum vnquam approbasse. Aduocatus.* [e] Non affirmat Hieronymus approbatum fuisse hunc librum Iudith in Synodo Nicena, sed ait, in numero sacrarum literarum legitur computâsse. *Hoc*, legitur computâsse, *quid sibi vult?* [f] Hieronymus hoc de Synoda Nicena tantùm ex fama referre videtur: Synodus legitur (inquit) computâsse. *& postea ipse de eodem dubitârat: qui hoc quis suadeat?* [g] Legitur computâsse (ait Hieronymus) quod mihi dubitantis suspicionem subindicare videtur: nam si Nicæna Synodus olim hunc librum in canonem redegerat, cur, annis 80. post, non accenset eum Synodus Laodicæna? cur Nazianzenus eius non meminit? quid est quod ipse Hieronymus in præf. librorum Salomonis scribit, Ecclesiam librum Iudith, Tobiæ, Machabæorum legere

a *Bell. lib. 1. de verb. dei. cap. 10. § Altero modo.*
b *Ibidem. §. Admitto. & cap. 12. initio. & cap. 20.*
Ederus Bib. lib. 2. pag. 166. & Staplet. de auth. Script. lib. 2. cap. 4.
c *Feuardentius præf. in Iac.*
d *Catharinus quo supra. §. De libro Iudith.*
e *Erasmus in Censura.*
f *Staplet. lib. 2. de aut. Script. cap. 4.*
g *Lindanus Panop. lib. 3. cap. 3.*

legere quidem, ſed inter Canonicas Scripturas non recipere? *quid multa?* [h] Hieronymus librum Iudith è Canone eximit, [i] Quem, vt librum Sapientiæ, Tobiæ, in Galeato prol. aſſeruit eſſe apocryphum. *Et tamẽ vos*, teſte (*inquitis*) Hieronymo &c. *nihilnè vos puduit teſtem Hieronymum contra ipſam veritatem, contra antiquitatis conſenſum, contra ſententiam ſuam, adeóque contra veſtram conſcientiam nobis obtrudere? ſed nè in vnius Hieronymi judicio acquieuiſſe videamur, eos conſulamus, quorum ætate Concilij Niceni præpollebat authoritas, Athanaſium, Melitonem, & alios, de quibus* [*] *ſupra. ſequitur nunc*

[h] *Acoſta Ieſuita lib. 2. de Chriſto reuelato. cap. 13. pag. 96.*

[i] *Salmeron Ieſ. comm. in Heb. diſp 2. §. ſecundo &c.*

[*] *Supra cap. 2. lit. r.*

De ſeptem poſtremis capitibus Heſter.

Aduerſarius. [k] Enumerantur in canone Scripturarum. *Eſto, ſed non Canonicarum. Aduocatus* [l] Cætera ſeptem capita Heſter non intendo exponere, quia non ſunt in Hebræo, nec in Scriptura canonica, ſed magis ab alijs confiçta eſſe videntur. [m] Nec defuerunt alij, qui hæc capita Heſter vera eius membra eſſe negauerunt Hieronymum ſecuti, non modò ante Conc. Trid. Lyranus, Dionyſius Carthuſianus, Cajetanus; verum etiam poſt, Sixtus Senenſis. *Ipſum audiamus Senenſem* [n] Canon Conc. Tridentini non intelligendus eſt de laceris, & pannoſis quibuſdam additamentis temerè à quouis incognito autore appoſitis, & vtcunque inſutis, qualia ſunt vltima hæc capita, quæ non ſolùm recentiores autores negant eſſe canonica, verùm etiam Hieronymus à toto Heſter volumine reſecat, ceu partem vitioſam. *ecqua ratio?* [o] Senenſis propter implicitas quaſdam difficultates eas partes minimè approbauit. *quas tu quomodò expedias aueo ſcire.* [p] Caput vndecimum & duodecimum pertinent ad initium libri, decimum ad finem libri eſt referendum. *Monſtrum nobis hiſtoria deforme proponis, quod, niſi cum capite caudam, ventrem cum pedibus confundas, non poſſit conſiſtere: ita vt non tam Senenſis ratio, quam tua reſponſio cuiuis perſuadeat has partes minime eſſe Canonicas. ſi denique,*

[k] *Bellar. lib. 1. de verb. dei. cap. 7.*

[l] *Lyranus com. in Heſter.*

[m] *Bellar. cap. 7. in initio.*

[n] *Senenſis Bib. lib. 1. Tit. Apendix lib. Heſter. §. Sed venit.*

[o] *Bell. cap. 7.*

[p] *Ibidem. §. Reſpondeo.*

denique, Senensi tuo non concedimus, Tridentini Concilij decretum planè Delphicum fuit, de cuius sensu adhuc ambigitis: sin creatmus. Hæc capita a toto volumine Hester, ceu pars vitiosa; resecanda sunt. *nondum tamen Antiquitas per omnia nobis satisfecit, huc incumbimus, tu progredere.*

Instantia tollitur.

q Bellar. Cap.7. §. Quid quod?

Aduersarius. q Origenes in Epistola ad Iulium Africanum hanc ipsam partem libri Hester, qua de agitur Canonicam esse demonstrat. *Enimuerò (nihil autem ego affirmo.)*

r Senensis Bib. lib.1.pag.27. in fine.

Aduocatus. r Origenes in epistola ad Iulium Africanum hæc eadem Additamenta explodit. *Quinetiam* f Melito Episcopus, Athanasius, Nazianzenus tres grauissimi viri, librum Hester extra canonem posuerunt.

f Bellar. ibid. cap.7. in initio.

De Libro Baruch, Ecclesiastici, Tobiæ.

t Bellar. cap.8. §. Quæ cum.

Aduersarius. t De libro Baruch censendum est, nullam fuisse apud veteres controuersiam magis quàm de libro Hieremiæ. *In hoc falleris, Bellarmine, siquidem in sequentibus verum dicis. nam. Aduocatus.*

u Idem ibidem in principio.

u De libro Baruch controuersia fuit, & est, tùm quia non inuenitur apud Hebræos, tum quia nulla Concilia huius meminerunt. *De quo plura paulò post. De autoritate Ecclesiastici paulò hæsitantius loqui videtur*

x Aquinas par.1. Art.8.q.89.ad 2.

Aquinas in hunc modum. x Si tamen Ecclesiastici autoritas non recipitur, dicendum est quod apparitio illa Samuelis procurata erat per Dæmones. *& sane*

y Pererius Iesuita lib.1 de Magia Cap.11. §. Magnam. pag 59.

y Quidam Catholicorum de huius libri autoritate dubitârunt.

De Tobiæ historia.

z Lyranus in loco infrà sæpiùs citato.

Aduocatus. z Hoc de iecore piscis quod narrat liber Tobiæ totum Thalmudicum est. *Et*

a Pererius Com. in Dan. lib 3. pag.217.

a Responsum Angeli in libro Tobiæ, qui se Ananiæ filium dixerat, nisi figuratè exponatur, non possit excusari à mendacio. *sic Iesuita, qui tamen,*

men, quæ figura ſit, ibi vir catus tacuit, quia præter eam, quam fictionem dixeris, figura (puto) fingi omninò nulla poſſit. quam obiectionem Bellarminus cum ſenſit reſponſo ſuo, tanquam penicillo, expediri non poſſe; ſilentio ceu velo, obtegendam putauit.

CAPVT III.

De Aſcititijs partibus Danielis, & de libris duobus Machabæorum.

Aduerſarius. [a] Proteſtantes nihili faciunt hymnum puerorum, hiſtoriam Suſannæ, & alteram Draconis, *non* nihili *dixeris, ſed, nonnihili potius, quamuis reuera non Canonici ponderis. an verò Proteſtantes ſolum? Aduocatus.* [b] Nec hi ſolùm, ſed etiam Driedo, & alij, etiam Semichriſtianus Eraſinus. *Eraſmi nomini parcendum fuit, errori occurrendum; ſi tamen error videri poſſit, quem tota Antiquitas comprobauit.* [c] Quod Iulius Africanus hiſtoriam Suſannæ fictam eſſe dixerat, non eſt de fidei doctrina reprehenſus, in eo enim doctiſſimorum virorum errorem *(ſententiam dixeris, ipſe in errorem temerè delapſus)* ſecutus eſt. *Nec tamen nos eam fictam dicimus, quaſi res omninò falſa & commentitia eſſet, ſed quia falsò enarrata: atque ſuam falſitatem hiſtoria ipſa iam proditura eſt, niſi tu difficultatem hanc explices. age. Aduerſ.* [d] Reſpondeo non improbabile eſſe duos Danieles fuiſſe, de quibus mentio fit in hac hiſtoria, id enim multi ſenſerunt, teſte Hieronymo. *Eſt verò improbabile vel planè potius incredibile. Aduocatus.* [e] Sic *(loquitur de ijs, qui ſuperiorem ſententiam ſectantur)* quidem nonnulli exiſtimarunt, ſed nec olim Synagoga, nec nunc Chriſti Eccleſia, plures vno Danieles huius hiſtoriæ autores nouit. *Enimuerò opportuna Hieronymi facta eſt mentio: hunc conſulamus.*

a Bellar. lib. 1. de verb Dei, cap. 9. in initio.

b Ibidem. § Nec ſolum.

c Melch. Canus lib. 11. de humanæ hiſt. autorit. pag. 341.

d Bellar. Cap. 9. § Obiiciunt 3.

e Pererius Ieſuita præfat. in Com. in Dan. pag. 10. § Cæterum.

Reſponſionis fucus ridiculus.

Aduerſarius. [f] Dixit quidem Hieronymus has partes fabulas

f Senenſis Bibl. lib. 8. pag. 644.

fabulas eſſe à fando, non à fabulando. [g] Et per fabulas, veras narrationes intellexit. [h] Quandoquidem & vera fabulari ſolemus, & falſa. *Huic veſtro commento non modò ſermonis humani vſus communis, verùm etiam phraſis Apoſtolica, etiam Bellarminiana, etiam Hieronymiana repugnat. 1. Communis. Aduoc.* [i] Ipſo VSV accomodata eſt vox Fabula, vt magis ea ſignificet quæ FALSA ſunt. *2. Apoſtolus.* [k] Paulus monet à Iudaicis fabulis eſſe abſtinendum. *3. Bellarminus.* [l] Miror Genebrardum quartum librum Eſdræ, qui continet quædam fabuloſa amplecti. *Rurſus.* [m] Platonem liberatum fuiſſe ab Inferno fabula eſt. *Rurſus.* [n] Narrationem iſtam de Pontifice Ioanna fabulam eſſe exiſtimo. *4. Denique Hieronymus ipſe cùm alibi, tum maximè in loco controuerſo. 1.* [o] Hieronymus hiſtoriam hanc (*loquitur de falſo rumore Iudeorum*) FABVLAM vocat SICVT ALIA. *Rectè*, ſicut alia, *inter quæ etiam locus controuerſus non eſt aliter exponendus.* * Apud Hebræos hæ fabulæ non habentur, quas veru tranſpoſito tranſfiximus: miror quoſdam μιμοψευς mihi indignari, quaſi magnam Danielis partem detruncauerim, cùm præſertim multi Doctores Græci clarè dicant, has verſiones non haberi apud Hebræos, nec ſe habere reſpondere pro his, quæ ſacræ Scripturæ autoritatem nullam habent. Daniel apud Hebræos has fabulas non habet, Daniel ex regis ſanguine prognatus non erat, vt Belis fabula habet. *Videte, quaſo, quomodo & vos perſtringit Hieronymus, cùm μιμοψευς appellat eos, qui indignè ferunt has partes à ſacro volumine ſeparari, & teſtimonium Hieronymi quàm peruersè eludatis? an, obſecro, hiſtoria veræ, & non planè potius verè fabulæ, veru dignæ eſſe videantur? Aduoc.* [p] Obelus, id eſt, veru, eſt nota, quâ, veluti ſagitta, confodiantur ſuſpecta, atque ſuperflua, ſic Hieronymus dicit ſe in libro Danielis, Suſannæ, & Belis hiſtorias antepoſito veru iugulante tranſfiſſe, ceu narrationes PRAETER hebraicam veritatem ex Theodotionis editione deſumptas. *Inter alia*, non eſt (*[q] inquit*) ſicut Belis fabula habet, *quã falſam eſſe diſertè docet. Faceſſat, igitur, hoc veſtrũ de fabula ridiculũ & fabuloſum cõmentum.*

De

g Bellar. Cap.9. §. At Hieronymus.
h Catharinus quo ſupra §. De hiſt. Suſannæ.
i Ibidem.
k Salmeron Ieſ. Com.in 1.Tim.1.
l Bellar. lib.1.de verb.Dei, cap.10. §. Poſtremò.
m Idem lib.4 de Chriſto cap.16. §. Quare.
n Idem lib. 3. de Pontifice cap.24.
o Pererius Ieſuita Com. in Dan. lib.6.pag.294.
** Verba ipſius Hieronymi ſicut in Editione vulgata citantur præfin Danielem.*
p Senenſis Bib. lib.2 pag.164. §. Obelus.
q Hoc ſuprà.

De libris Machabæorum.

Aduerſarius. [r] Non poteſt vnus locus proferri ex Auguſtino, vbi vocat aliquem librum canonicum, & poſtea de eius veritate dubitari poſſe dicat. *Ne* vnus, *inquis, ecce verò duos, vbi non obſcurè diſtinguit inter Canonem fidei & morum, nimirum, Diuinum & Eccleſiaſticum. Aduoc.* [s] Auguſtinus de mirab. ſcript. lib. 2. cap. 34. Etſi, inquit, in Machabæorum libris hinc aliquid conueniens reperiatur, nulla tamen curâ fatigabimur, quia tantùm agere propoſuimus de diuini Canonis mirabilibus. Et in Epiſt. ad Gaudentium cap. 23. Hanc, inquit, ſcripturam Machabæorum, ſicut alias, non habent Hebræi; ſicut eas, quibus Dominus Chriſtus teſtimonium perhibuit, tanquam de ſe loquentes: ſed eas Eccleſia non inutiliter recepit, ſi ſobriè legantur & audiantur. *Haud temerè eſt quòd Auguſtinus in horum librorum lectione ſobrietatem Lectori commendet, magis quàm aliarum Scripturarum, & quidem Canonicas Scripturas ampletti non eſt tantùm vtiliter, ſed etiam neceſſariò pie facere. Sed quid Auguſtinum moramur, cùm ſummum Pontificem Aduocatum locupletiſſimum habeamus? Ieſuita verò inſtat.*

[r] *Bellar. cap.* 10. §. Quoad autem. *Auguſtinus.*

[s] *Caietanus hac teſtimonia ſæpè repetit & vrget vehementer.*

Inſtantia tollitur.

Aduerſarius. [t] B. Gregorius lib. 19. Moralium. cap. 17. de libris Machabæorum ſic loquitur: Non inordinatè agimus, ſi ex libris, licet non Canonicis, ſed tamen ad ædificationem editis, teſtimonia proferamus. Loquitur de canone Hebræorum, apud quos hi libri parem autoritatem non obtinebant; non negat ipſe eos eſſe ſanos, & in canonem Eccleſiæ relatos, cùm eum latere non potuit, quid ante annos 200. Concilium Carthaginenſe de his Machabæorum libris ſcripſerit. *Nequaquam illis Canonicam autoritatem tribuit Gregorius. Aduocatus.* [u] Machabæorum libros ab Eccleſia recipi, Gregorio, & Euſebio, atque reliquis licuit aliquando

[t] *Coſterus Ieſuita Enchirid. Tract. de ſacra Script.* §. De numero librorum.

[u] *Canus locis theol. lib. 2. cap.* 11. *fol.* 45.

* *Suprà cap.1.ad num.5.*

quando dubitare: *quo responso tuum, de Carthaginensi Concilio, figmentum repellitur:* * *supra verò multo luculentius.*

Argumentum Protestantium.

x *Bellar. lib.1. de verb. Dei. cap.15. § Secundò objicit.*

Aduersarius. x Objicit Caluinus hos libros non esse à Spiritu Sancto, quia autor eorum veniam petit erratorum: Respondeo, non petit veniam erratorum, quippe quia nulla esse sciebat; sed orationis minùs politæ, quemadmodum etiam B. Paulus. 2.Cor.11. se imperitum sermone confitetur. *Dissimile, nam Apostolus loquitur ex Aduersariorum hypothesi, at hic Autor κατηγορικῶς, & ex tenuitatis suæ conscientiâ, vt verba ipsa demonstrant. primò Autoris Machab. lib.2.Cap.vlt.* * Etsi quidem benè, & vt historiæ competit, hoc & ipse velim; sin autem minùs dignè, concedendum est mihi. *Spiritus sanctus nunquam vult, quod non potest, nec vnquam dubitat se non posse quod vult: hic verò Autor,* Benè velim, si autem minùs dignè præstiterim. *Ad S. Paulum reuertamur.* * Etsi imperitus sermone sum, sed non scientiâ. *An, igitur, necessariam & commodam dicendi facultatem, Spiritus Sancti organon nobilissimum* PAVLVS *non est consecutus?* *Aduocatus.* y Dico Paulum non fateri se imperitum sermone simplicitèr, sed quia splendore dictionis, & eloquentiæ luminibus rhetoricis adornatus non polleret: non negauerim tamen illum ELOQVENTIA DIVINA per Spiritum Sanctum cumulatissimum extitisse: quod abundè testantur hæ duæ ad Corinthos Epistolæ; & præsertim hæc posterior ad miraculum efficax, & Corinthios ad quemcunque velit affectum transformans: etsi non concessero B. Paulo humanam sublimem grandiloquentiam: dabo tamen illi vnum Spiritum Sanctum cuius virtute omnes in admirationem rapiebat, & veritates altissimas docendo imprimebat; denique siuè à vitijs dehortando, siuè ad virtutes amplectandas suadendo fulminabat, atque tonabat. Cuius eloquentiam admirati Lystrenses eum tanquam * Mercurium adorare voluerunt. *hæc de Paulo ex Iesuita:*

* *2. Machab. vlt. vulg. Edit.*

Paulus quomodò imperitus sermone.

* *2. Cor.11.*

y *Salmeron Iesu. Comm. in 2. Cor. 11. disp. 12. § Obiiciet aliquis.*

* *Act.14.*

ſuita: ex ᵛ *eodem, de eodem, quid Patres ſenſerint attendamus:* ᵛ *Salmeron Com. in Rom. 1. Diſp. 1.*

* *Hieronymus.* Paulus græcam facundiam contemnebat, aut certè, quod humilitatis erat, diſſimulabat, vt prædicatio eius non in perſuaſione verborum, ſed in ſignorum virtute conſiſteret; ſpernens opes alienas, qui in ſuis ſatis diues erat. * *Apolog. aduerſus Ruffinum.*

* *Auguſt.* Sicut Apoſtolum præcepta eloquentiæ ſequutum eſſe non dicimus, ita, quòd eius ſapientiam ſecuta eloquentia, non negamus. *Ipſum B. Paulum conſulamus:* * Sermo meus non in perſuaſibilibus HVMANAE ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione Spiritus & virtutis, vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. *Concludamus, igitur, pro Apoſtolo.* [a] Quicquid Apoſtoli ſcripſerunt, Spiritu Sancto dictante & dirigente fecerunt, vt intelligamus non tantùm res ipſas, ſed etiam ſermonem & characterem ab ipſo Spiritu Sancto fuiſſe. *Rationes alias quibus Proteſtantes libros Apocryphos erratorum conuincant, facile erit ex ipſorum Proteſtantium libris petere: meum erit dum Pontificios perſequor, tantùm in ipſorum Pontificiorum veſtigijs perſiſtere.*

* *Aug. lib 4. de doctr. Chriſt. Cap. 7. Tom. 3.*
* *1. Cor. 2.*

[a] *Idem Ieſ & Valent. ieſ. Analyſ. lib. 8. ca. 5.*

CAPVT IIII.

Rationes, quas Pontificij adferunt, impugnantur. Fucus primus diluitur.

Aduerſarius. [a] Patres ex poſtremis capitibus Heſter non rarò teſtimonia petunt, nec deſunt Patrum teſtimonia, quæ aduerſarijs opponamus, quæ ex libro Baruch citantur: probantur etiam partes Danielis de Suſanna, & Dracone ex patribus, à quibus citantur. *vis conſequentiæ!* A Patribus citantur, *Ergo, ſunt Canonici. ſic Aduerſarios tuos oppugnas ſcilicet; tibi ipſe Aduerſarius maximus. nam. Aduocatus.* [b] Liber 3. & 4. Machabæorum citantur quidem à Patribus, & TAMEN ſunt apocryphi. *Rurſus.* [c] Baſilius malè nititur teſtimonio quarti libri Eſdræ, vt probet Hebræam editionem penitùs periiſſe, nam hic liber non modò ab Eccleſia Catholica nunquam eſt receptus, ſed etiam redo-

[a] *Bellar. lib. 1. de verb. Dei Cap. 7. § Quid quod.*

[b] *Idem Cap 20. § Poſtremò.*
[c] *Idem lib. 2. Cap. 1. § Hæc opinio.*

let multas fabulas Thalmudicas. *Rursus.* [d] Ambrosius cæterique Patres citant sententias ex libro Baruch, & 3. ac 4. Esdræ, non tanquam ex Canonicis, sed tanquam ex libris pijs. *Quid ergo?* [e] Non moueat quemquam quod Patres ex his libris fidei testimonia sumant, nam propterea non sequitur eos inter libros Canonicos collocâsse, non magis quàm librum Enoch, quem Apost. Iudas; aut Menandrum, quem Paulus; aut tertium & quartum Esdræ, quos Patres allegant. *Eodem fortè ingenio, quo Paulus: qui* [f] Apocrypha quædam citat interdum (inquit Hieronymus) vt poetarum scripta, non quod apocrypha comprobaret sed quod poetarum vt Arati, Menandri, Epimenidis versibus sit abusus ad ea quæ voluerat in tempore comprobanda.

d Ioh. Driedo in Catalogo Script. lib.1. Cap.8.

e Loysius Sent. Theol. lib 1. Cap.13.

f Salmeron Iesuita Comm. in Eph.5. § Ad sextum.

Fucus secundus diluitur.

Aduersarius. [g] Ex sex his libris, aliquos Patres diuinos & Canonicos vocant. *Diuinos? hæc vox latiùs patet, quàm vt librum authenticum esse concludat: nam quæuis disputatio Theologica, quia de rebus diuinis, diuina appellatur, ad hunc modum. Aduocatus.* [h] Protestantes ipsi hos sex libros SANCTOS vocant, & tamen negant esse Canonicos. [i] Nec magis Canonicus liber Hermes, etiamsi diuinitùs eum inspiratum putauit Origenes, ex quo etiam Irenæus, Clem. Alexandrinus, Tertullianus testimonia proferunt. *quinetiam.* [k] Ambrosius quartum Esdræ putat editum esse non sine DIVINA reuelatione. [l] Et tamen hic liber redolet multas fabulas Thalmudicas. *An etiam Canonicos? huius quoque vocis amphiboliam Cajetanus ex Patribus prudenter est expiscatus* * *supra. cuius distinctionem vel Iesuitæ calculus legitimus confirmabit: nam quæ propriè Canonica dicuntur, ex Spiritu Sancto immediatè profluunt. vt* [m] Apostolorum Epistolæ Canonicæ vocantur, quæ sonant Regulares, quia sine vlla obliquitate erroris, aut vitij, aut defectus exaratæ sunt. Sunt etiam aliæ Scripturæ *(loquitur de Propheticis & Apostolicis)* Regula certissima, &

g Bellar. cap.9. §. Probatur. & § At nihilominùs.

h Bellar. supra.

i Idem Cap. 10. §. Nec minùs.

k Senensis Bib. lib.1. pag.27. de lib. Esdræ. §. Liber tertius.

l Bellar. lib.2. Cap.1. §. Hæc opinio.

* Supra cap.3.

m Salmeron Iesuita Comm. in Iac. disp. 1. §. Suntque.

Canon

Canon humani intellectus, in credendo & diligendo Deum propter ſe, & proximum propter Deum. *At libri in diſputationem adducti, ſuis vitijs inſignibus non carent, nec ad Canonem* fidei, ſed morum duntaxat referuntur. Denique, vt vno cuneo vtrumque nodum diſſoluamus.* [n] Licet Canones Conciliorum diſtinguantur & poſtponantur Scripturæ diuinæ, tamen dici poſſint SVO MODO ſacri & Canonici vt diſtinguantur à profanis. *Illis, igitur, ita ſuum modum concedamus, vt non proprie Canonica cum Apocryphis confundendo, diuinitùs præſcriptum nobis modum, nequiter tranſgrediamur.*

Diſtinctio vocabuli Canonicũ & Diuinum.
* *Supra cap. 1. poſt lit. o.*
n *Bellar. lib. 2. de Conc. cap. 12.* §. *Dico ſecundò*

Fucus tertius diluitur.

Aduerſarius. [o] Olim iſti libri legebantur in Eccleſia, ergo Canonicam autoritatem obtinuerunt. *Eiuſdem farinæ placenta. nam. Aduocat.* [p] Liber Hermes, qui dicitur Paſtor, in quibuſdam Græcie Eccleſijs publice LEGEBATVR. [q] NEC EST HIC LIBER CANONICVS. [r] Apocrypha quædam, veluti Euangelium Bartholomæi, Epiſtolam Barnabæ, Clementis, Canones Apoſtolorum, Vaticinia Heldad, & Medad, & huiuſmodi alia in exordio naſcentis Eccleſiæ PVBLICE LEGEBANTVR & ad ædificationem & confirmationem fidei aſſumebantur. [ſ] Quæ tamen omnia CANONICAM AVTORITATEM NVLLAM HABENT.

o *Bellar. cap. 10. per totum.*
p *Senenſis lib. 2. pag. 66. tit. Hermes.*
q *Bellar. ſupra.*
r *Senenſ. Bib. lib. 2. in præfat.* § Apocrypha.
ſ *Bellar. cap. 10. per totum. Scripta apocrypha publice legebantur.*

Fucus quartus diluitur.

Aduerſarius. [t] Rationes quæ Eccleſiam mouerunt, vt hos libros quaſi Canonicos coleret, paucis accipe: In libro Baruch inuenerunt oraculum incarnationis: In libro Tobiæ ſpem vitæ æternæ clariſſimè decantatam, eſſe quoque Angelicos ſpiritus contra Saducæorum inſaniam: In libris Machabæorum, reſurrectionem, & Purgatorij pœnas, & defunctorum parentationes ſtatui.

t *Medina ſcholaſticus vt refert Ederus Oecon. Bib. lib. 1. pa. 23.*

Puerilis

Puerilis ratio & ludicra similis: nam, vt loquamur de libris omnium consensu apocryphis. Aduocatus. [u] Ex tertio & quarto Esdræ testimonium ([x] Qui non sunt libri Canonici) produxit Athanasius ad Christi diuinitatem asserendam; Ambrosius ad confirmandum dogma de habitaculis sanctarum animarum post seperationem corporis; ex ijsdem animam hominis esse substantiæ cælestis demonstratur, & Philosophorum nugæ confutantur. *Præterea.* [y] Eo quod resurrectionis dogma ex istis libris probatur, inde factum esse arbitror, vt duo isti cum alijs ederentur, & circumferrentur, quos Patres Conc. Tridentini Canonica ciuitate donarunt: etiamsi liber iste Esdræ à Patribus multis detidetur, atque contemnitur. *Viden' ex vno Libro Apocrypho tres pernicioſissimas hæreſes Arianorum, Saduceorum, Philoſophorum refelli, & tamen esse & censeri librum omnium consensu Apocryphum, sicut & Hermes?* [z] Hic liber benè agendi præcepta multa proponit, & olim publicè in Ecclesia legebatur ijs, qui in elementis fidei instituebantur. *Postremò hanc partem Augustini ratio erudita absoluet.* [*] In Apocryphis etsi inuenitur aliqua veritas: tamen propter multa falsa, nulla est Canonica autoritas.

[u] *Senensis Bib. lib. 1. cap. 22. pag. 27.*
[x] *Bellar. lib. 1. de verbo Dei, ca. 20 § Postremò.*
[y] *Pererius Com. in Dan. lib. 15. pag. 721. § Nec mirandum.*
[z] *Senensis Bib. lib. 2. pag. 66. tit. Hermes.*
[*] *Lib. 15. de ciuit. Dei. cap. 23. Cautio.*

CAPVT V.

Fucus autoritatis Concilij Tridentini, vltimus diluitur.

[a] *Duersarius.* [a] Hos libros nostra ætate Concilium Tridentinum comprobauit. [b] Huius pensato iudicio de autoritate istorum librorum amplius dubitare, saluo pudore, nemini licebit. [c] Quod-si in hoc erraret, pernitiosè profectò falleremur. *Concilij Decretum repetamus.* [d] Ne cui dubitatio suboriri possit, quinam sint ij libri, qui ab ipsa Synodo suscipiuntur, sunt infrà scripti, Esther,

[a] *Costerus Iesuita Enchirid. Controu. de sacra Script. § Cæterùm ne.*
[b] *Ederus Oecon. Bib. lib. 1. pa. 36.*
[c] *Canus loc. theol. lib. 2. cap. 11. fol. 45.*
[d] *Concil. Trid. Sess. 4.*

ſter, &c. Siquis autem ipſos libros integros cum omnibus ſuis partibus, prout in veteri vulgatâ habentur, pro Canonicis non ſuſceperit Anathema ſit. *Antiquos Patres & veteris Scholaſticos Decreto huic contrarium ſtatuiſſe in diſputatione ſuperiori euicimus; nunc Romana Eccleſia filios nouitios aliquos adhuc aliquantulum reluctari demonſtrabimus. Primò, In veteri vulgata Editione ſex poſtrema capita Heſter cum decem reliquis ſunt coniuncta, & tamen. Aduocatus.* [c] Etiam poſt Concil. Tridentinum additiones libri Heſter reiecit Senenſis. *In Concilio liber Baruch exprimitur, & tamen poſt Concily Decretum,* [f] Libellum iſtum ſacris eximere, hæreſin non audeo dicere. *Deinde partes Danielis & Oratio Manaſſis ad finem Paralipomenon in vulgata adhibentur, & tamen de iſtis partibus, veſtrum aliqui,* [g] Hymnum puerorum, hiſtoriam Suſannæ, & alteram Draconis, Iohannes Driedo, & alij nihili faciunt. *De oratione illa, tu.* [h] Oratio Manaſſis non ponitur in Canone, & tamen in editione latina habetur. *nec ſanè nominatim excluditur. Denique.* [i] Apocrypha neſcit Eccleſia, quorum deliramenta Hieronymus prologo in Pentateuchum, & in Reges Galeato inſectatur: inſidiatur in Apocryphis Diabolus, vt Leo in ſpelunca; grandis eſt prudentiæ, aurum in luto quærere. *Sic Epiſcopus veſter, qui dum cum Hieronymo in prologo Galeato conſentit, non poſſit Concilio Tridentino non ex Diametro aduerſari, vt* * *ſupra fatetur ingenuè Bellarminus. Meritò, igitur, alius ſic hoc Decretum & conſuetudinem veſtram perſtrinxit.* [k] Nos etiam Iudæorum libros recipimus in Canonem noſtrum, quos illi recipere noluerunt. *Grauis admodum & erudita querela.*

Concily Tridentini autoritas.

[c] *Bellar. lib. 1. de verbo Dei, cap. 7. in initio.*

[f] *Melch. Canus loc. Theol. lib. 2. cap. 9. pag. 36.*

[g] *Bellar. ſupra cap. 9.*

[h] *Bellar. cap. 20. § Enumerantur.*

[i] *Eſpenſeus Epiſc. Comm. in Tim. part. 1. digreſſ. lib. 1. pag. 221.*

* *Suprà.*

[k] *Eraſmus Annot. in 1. Tim. 1.*

Proteſtantium propugnaculum Concilium Laodicænum proponitur.

Aduerſarius. [l] Concilium Laodicænum non negat illos eſſe Canonicos, etiamſi noluerit eos inter Canoni-

[l] *Melchior Canus loc. Theol. lib. 2. cap. 11. § Ad poſtremam.*

cos enumerare, ſed nondum ea res erat explorata: aliud eſt non recipere, aliud rejicere. *Quomodo ?* [m] Nihilnè putas intereſſe inter eum qui Deum non acceptat, & qui eum repudiat ? inter infidelitatem negatiuam, & poſitiuam? *Explica.* [n] Alij Deum non credunt, quia de Deo non audiuerunt. vt Roman. 10. Quomodò audient ſine Prædicante? Alij audiunt & repudiant, Non enim omnes (inquit Apoſtolus) obediunt Euangelio. illa negatiua eſt, hæc poſitiua. *Non potuiſtis nerueſius cauſam veſtram iugulare. Quæſtio eſt vtrùm libros iſtos negatiuè tantùm, an etiam poſitiuè Antiquitas repudiarit.* Poſitiua eſt *(inquis)* audiuiſſe de Deo, & non credidiſſe. *Iam verò antiqui Patres poſtquam horum librorum autoritatem examinâſſent, perpendiſſent, explorâſſent, omnem illis fidem detraxerũt.* * *Aduocatus.* [1] Omnes iſti REIICIVNTVR ab Hebræis. [2] Melito poſt diligentem diſquiſitionem EIICIENDOS putauit. [3] Damaſcenus EXCLVSIT. [4] Lyranus & alij Canonicos eſſe NEGANT. [5] Iſidorus & [6] Hieronymus Septem poſtrema capita Heſter è toto volumine RESECANT. [7] Origenes quoque eadem additamenta EXPLOSIT. *Et vt* [8] Quartum librum Machabæorum, qui minimè eſt Canonicus, *Ita* [o] Librum Iudith Athanaſius poſuit EXTRA Canonem: *Ergo hoſce libros non recipiendo penitùs profectò reiecerunt: quid enim eſt aliud, dic ſodes, quod Spiritus Sanctus docet* [* Qui non eſt mecum, contra me eſt?] [p] Non ſolum qui Regem ſuum impugnat, ſed etiam qui NON pro eo, cum debet, PROPVGNAT, læſæ majeſtatis reus eſt: intelligitur de ijs qui ſequi tenentur. *Ad concluſionem feſtinamus.*

m *Staplet. de Script. Autorit. cap.2. §.4.*

n *Ibidem. Apocryphi libri antiquitatis ſuffragijs exploſi.*

* *Hæc omnia ſuprà.*
1 *Bellarminus.*
2 *Canus.*
3 *Clitoueus.*
4 *Peterius.*
5 *Senenſis.*
6 *Idem.*
7 *Idem.*
8 *Bellarminus.*
o *Bellar. lib.1. de verb.dei, cap.20. §.* Poſtremo.

* *Matth.12.30.*
p *Maldonatus Ieſuita Comm. in eum locum.*

Cauſæ huius Concluſio.

Aduerſarius. [q] Proteſtantes aſſerunt ad Apoſtolos, & propriè Apoſtolicos viros ſolos pertinuiſſe Canonicas

q *Staplet. de doctr. princ. lib. de Conſignat. Script. Cap. vlt. & Cap.12.*

nicas Scripturas nobis tradere, hanc poteſtatem verò ad ſequentem Eccleſiam minimè pertinere. nos contra: Poſſe adhuc Eccleſiam librum nondum à Concil. Tridentino conſignatum, vt nimirùm librum Hermes, ſi id Spiritus Sanctus ſuggeſſerit, in Canonem referre. *Quis vos hoc Spiritus docuit? paradoxon hoc eſt, ſi vel proponatur, irriſione: ſin defendatur, execratione dignum.*

Aduocatus. [r] Hunc librum, qui dicitur Hermes, diſertis verbis è Canone reiecit Papa Gelaſius: idem fecerunt Athanaſius, & Theodoretus. *Et* [f] Autoritas à Gelaſio reiecta eſt (vt arbitror) ad ſubuerſionem Hæreticorum, qui inde execrabilium dogmatum PRAESIDIA aſſumebant. [t] Sic videretur licere Papæ & Concilio ſuperaddere Scripturas ſine fine, ipſis verò Patribus, qui tunc præſidebant Eccleſiæ, incumbebat ducere volumina Scripturarum ad perfectum. [u] Ioannes Driedo vir doctiſſimus dicit Eccleſiam primitiuam maioris autoritatis fuiſſe, quia erant Apoſtoli Spiritu Sancto repleti, noſtra verò antiquis Scripturis niti debet. Etiam Thomas Waldenſis, (cuius magna laus eſt in Eccleſia) autor nobiliſſimus, dicit; elapſo tempore Apoſtolorum, non poſſe numerum Scripturarum creſcere. *Hos tu huius veritatis teſtes aduerſarios tibi proponis refutandos: ſed heri, nam* [x] Maior fuit Eccleſiæ autoritas, quoad prædicta, quàm nunc eſt: non enim eſt in poteſtate Papæ aut Concilij mutare traditiones ab Euangeliſtis datas, vt quidam delirant. *Denique.* [y] Quod dictum eſt de approbatione Scripturæ per Eccleſiam, intelligitur ſolùm de tempore Eccleſiæ, quæ fuit tempore Apoſtolorum, qui erant repleti Spiritu Sancto, contrarium tenens hæreticus eſt, cuiuſcunque ſit conditionis aut ſtatus. *Cùm præſertim* [z] Pernicioſius ſit Eccleſiæ libros recipere pro ſacris, qui re-

[r] *Bellar. cap. 10. § Nec minùs.*
[f] *Senenſis Bib. lib. 2. Tit Hermes. Hoc oſtendit Gratianus Diſt. 15. Cap. Sicut.*
[t] *Waldenſis, vt citat Staplet. de doctr. princ. lib. de Conſig. Script. Cap. vlt.*
[u] *Idem ibidem. Cap. 13.*
[x] *Ioannes Gerſon de vita Spirit. Lect. 2 Coroll. 7.*
[y] *Durandus lib. 3. Sent. Diſt. 24. q. 1. Eodem modo Canus Cent. 3. cap. 4.*
[z] *Aquinas in Summa.*

uera non ſunt; quàm libros rejicere, qui aliàs verè ſancti ſunt.

Synopſis huius defenſionis.

* *De his ſingulis ſuprà.*

* Cùm maior ſit Eccleſiæ veteris autoritas in approbandis Scripturis, quam nunc Papæ aut Concilij cuiuſquam. *Et* Eccleſia Iudaica, cum erat vera Dei Eccleſia, hos libros à Proteſtantibus reiectos, ſuo canone excluſit. Primæua etiam Eccleſia chriſtiana per multa ſæcula non agnouit, non modò in Concilio Laodicæno non approbatos, ſed etiam ab antiquiſſimis Patribus: Origene, Euſebio, Melitone, Iulio Africano, Athanaſio, Epiphanio, Hilario, Hieronymo, Ruffino, Damaſceno excluſos. Quibus Sanctiſſ. Patribus, longè etiam poſt, Gregorius Theologus, Iſidorus, Dionyſius Carthuſ. Lyranus, Caietanus, Albulenſis, Driedo, Eraſmus, Hugo de Sancto Victore, alijque Theologi multi, antiquitatis ſtudioſiſſimi, ſuffragati ſunt: nec ratio vlla opponi poſſit, que non vel ſeipſam iugulet, aut libris alijs, omnium conſenſu apocryphis, non peræquè patrocinetur. *Detis, quæſo, nobis hanc veniam, vt (dum explosis Apocryphis Scripturarum canonem genuinum, quaſi Traditionum omnium Reginam, & plane Deam colere & venerari debemus) nouitatis opinione ſpretâ atque contemptâ, in antiquitatis iudicio, atque conſenſione acquieſcamus.*

CAPVT

CAPVT V.I.

Genuinam fidei regulam Scripturam ipſam Canonicam, euicimus; quæ inſuper quàm perfecta ſit, tum quoad formam, tum quoad materiam, eſt diligentiùs à nobis diſquirendum. per formam autem intelligimus Editionem, ſiuè primò latam, vel indè tranſlatam: Editio lata Originalis eſt duplex, Hebræa, in quâ prophetæ, vetus Teſtamentum; & Græca, in qua nouum Teſtamentum Apoſtoli diuulgârunt.

De Hebræa Editione.

Aduerſarius. [a] Proteſtantes nimium tribuunt Hebrææ Editioni, quam non ſemel fontem puriſſimum appellant. *Quæſtio eſt, vtrum Proteſtantes nimium hebræo fonti tribuant, an Pontificij detrahant, agite.* [b] Quoniam Græci & Hebraici codices Rabinorum, & aliorum Eccleſiæ hoſtium fraude ſæpè potuerunt deprauari; ſatius eſt vt aliquandò ex nitido fontis riuulo, quàm ex turbido fonte aquam ad bibendum hauriamus, vt eruditiſſimè obſeruat Canus. *Ecquis præterea alius?* [c] Sanè Iudæi Biblia hebræa corruperunt, & Heretici Græci Græcos codices deprauârunt. *Ecce etiam alterum.* [d] Neque omninò dubito, quin Rabbini Iudæi, ex mala fide, odio, ac inuidia ſenſum Prophetarum in rebus grauiſſimis mutauerint. [e] Neque enim hi fontes cum primis exemplaribus conuenirunt. nec igitur, Sanctus Hieronymus ſuo tempore tutum exiſtimabat ad Hebraica exemplaria recurrere. [f] Idem Iacobus Chriſtonopolitanus Epiſcopus aſſerit. [g] Iudæos ſacram Scripturam corrupiſſe dicitur à recentioribus. *Dicitur.* [h] Sed non probatur. *Sic illi. Aduocatus* [i] Quibus nè aſſentiar prohibet me imprimis Hieronymi, tranſlatio, quæ *ſupra.*

a *Bellar. lib.2. de verbo Dei, cap.2. initio.*
b *Greg Valent. Analyſ. lib.8. cap.5. § Neque verò.*
c *Pintus Comm. in Dan 7. § Et tradatur. & in Dan.13 initio.*
d *Sacroboſcus Icſuita in defenſ. decret. Concil. Trid. part.1. Cap.3.*
e *Ibidem Cap.4. Iudæi ſacras Scripturas non corrupebant.*
f *Senenſis Bib. lib.3.pag.153. & lib.8.pag.630.*
g *Lorinus Icſuita Comm.in Act.7. 51.*
h *Idem in margine ipſius loci.*
i *Senenſis quo*

quæ in locis maximè controuerſis, cum iſthac Iudæorum punctuariâ expoſitione maximè conſentit: tùm-etiam accedit Auguſtini perſuaſio, quæ credidit neminẽ ſanæ mentis credere poſſe Iudæos in illam corruptelam conſpiraſſe: *Hos, itaque, Aduerſarios noſtros Auguſtinus inſanos, Bellarminus etiam cæcos eſſe iudicat.* [k] Iſti zelo quidem bono hoc dicunt, ſed NON SECNDVM SCIENTIAM, nam aduerſus eos pugnant grauiſſima argumenta ex Origene, Auguſtino, Hieronymo, Euſebio allata: quibus facilè demonſtratur Iudæos nec per diligentiam Chriſtianorum illis aduerſantem potuiſſe, nec per Religionem ſuam voluiſſe textum corrumpere: nam non defuerunt Chriſtiani qui eum integrum ſeruaſſent; & tanta religione textum Hebræum hodiè venerantur, vt ſi fortè contingat ſacra Biblia in terram cadere, publicum ieiunium indicent, & centies mori ſe patiantur, potiùs quàm legem in aliquo immutari. Nec ſanè eos corruptelam aliquam tentaſſe vnquam, argumento nobis eſſe poſſunt duo loca celeberrima de Chriſto, quæ in Hebræo textu clariora ſunt, quàm in noſtra Latina, & adhuc Iudæis magis faceſſunt negotium. *Vides iſtos Scholaſticos ipſoſq; Ieſuitas, homines opinione ſuorum, non modo ſuâ, Doctiſſimos, adeò in clariſſima luce cæcutiuiſſe, vt Andabatarum more non modò in hoſtes Iudæos, verum-etiam in Latinum amaſium ſuum vulgatum Interpretem inuolauerint? nam* [l] Si Hebræi codices tempore Hieronymi deprauati erant, cùm ex Hebræis editio noſtra deprompta erat; tunc hæc quoque Eccleſiæ noſtræ editio deprauata eſt, quo quid impius dictu eſt? quid inſanius? *Ea, igitur, Hebræa, quæ nunc extat, numquid authentica eſt? Aduerſarius.* [m] Non eſt, *imò. Aduocatus.* [n] Hebraicam eſſe authenticam dubitare non poſſumus, & quamuis Iudaica perfidia atque inuidia conata ſit tantum nobis bonum eripere, fontemque ipſum, Sermonem Dei, inficere: tamen nullo modo credendum eſt, eis licuiſſe quicquid libuit, neque defuêre in Eccleſia, docti viri, quorum ſtudio conſeruati

[k] *Bellar. lib. 2. de verbo Dei, Cap. 2. § Pugnant autem.*

[l] *Ribera Ieſuita Comm. in Hoſ. Cap. 9. num. 10.*

[m] *Sacroboſcus Ieſuita quò ſupra part. 2. Cap. 10.*

[n] *Acoſta Ieſuita lib. 2. de Chriſto. Reuelat. Cap. 16.*

ſeruati ſunt codices Hebraici ſacri, ex quibus tutò poteſt Catholicus Doctor ſacros ſenſus elicere, diuina dogmata confirmare, Iudæos ipſos conuincere; Catholicæ, denique, Eccleſiæ iudicium ſententiamque defendere. *Ain'?* Tutò omninò? [o] Siqui errores in textum Hebræum, vel ex negligentia vel ex ignorantia irrepſerint, non ſunt tanti momenti, vt in ijs, quæ ad fidem & bonos mores pertinent, ſacræ Scripturæ integritas deſideretur. *Hæc ſatis eſſe poſſunt ad probandum Editionem Hebræam non eſſe impuram; eſſe etiam vel puriſſimam* [*] *infrà demonſtrabitur.*

o *Bellar. quo ſupra.* § Cæterùm

* *Infrà.*

De Editione Græca.

Aduerſarius. [1] Nego Græcos codices eſſe puriſſimos fontes. *at Patres Græcum textum purum eſſe cenſuerunt.* [2] Quoties monent Patres Græcum textum eſſe conſulendum, non intelligunt hunc Græcum, qui nunc extat, NAM fuit ab Hæreticis corruptus. *Purum putum mendacium. Aduocatus.* [3] Eum Græcum codicem, qui nunc in Eccleſia extat, eundem illum eſſe quo Eccleſia Græca, temporibus Hieronymi, & longè ante, vſque ad tempora Apoſtolorum, vla eſt, verum, ſyncerum, nullo falſitatis vitio contaminatum, Græcorum Patrum lectio, Iuſtini, Irenæi, Melitonis, Origenis, Iulij Africani, Apollinaris, Athanaſij, Baſilij, Theophylacti liquidiſſimè oſtendit, & eundem tenôrem Latini Patres quoque poſt Hieronymi tempora tenuerunt. *De Græci textus corruptelis, ſiquæ ſunt, primùm in genere; deinde membratim agemus.*

1 *Bellar. lib. 2. de verbo Dei, cap. 7.*

2 *Colleg. Anglo-Rhem. Annot. in præf. in nouum Teſtam.* § The proofe hereof.

3 *Senenſ. Bib. lib. 7. pag. 580.* § Cum autem hæretici.

In Genere.

Aduerſarius. [4] Græcus textus eſt Hæreticorum artificio contaminatus. *Hoc non eſt dicendum. Nam. Aduocatus.* [5] Heluidius vetus Hæreticus iiſdem tẽporibus multa græca exemplaria ab hæreticis falſata fuiſſe affirmat, contra quem

4 *Bell. lib. 2. de verbo Dei, Cap. 7.* § Et verò. *& Colleg. Rhem. in præf. in nouu. Teſt.*

5 *Senenſis lib. 7. pag. 576. in principio libri.* § Præcipua.

quem Hieronymus librum ſcripſit, & hoc tempore execrabiles Anabaptiſtæ hunc iam toties profligatum errorem magno Eccleſiæ malo inſtaurarunt, dicentes, Græcos codices ab Apoſtolis editos, ab hæreticis poſtea multis erroribus contaminatos fuiſſe. *Quid igitur ?* [6] Profectò (vt verè dicam) videtur mihi neutiquam credibile, vllam gentem ad deprauandos libros græcos vnquam conſpirare voluiſſe, vt nè dicam, nec potuiſſe quidem. De Iudæis Hieronymus viderit; Græcos certè ab hac falſitatis ſuſpicione liberat, vel illud, quod in his, de quibus ijs nobiſcum fuit controuerſia, eorum libri nobiſcum conſentiunt: nec de litera vnquam, ſed de ſenſu literæ quæſtio fuit. nunc, igitur, quid comminiſci quiſquam poſſit, cur alia falſarent, cum ea nobis reliquerint, quæ vel ſola falſare voluiſſent? *Eſt igitur hæc veſtra defenſio Heluidio hæretico dignior, veſtra verò accuſatio vel pertinaciſſimis hæreticis indigniſſima: agite verò in particularibus vlceribus digitos inſigite.*

6 *Thom. Morus in epiſt. aduerſ. M Dorpium, pro defenſione Eraſmi. pag. 411.*

In particulari, de corruptelis obiectis. 1.

Aduerſarius. [7] In 1. Cor. 15. 47. Græcè ſic: [Secundus homo dominus de cœlo.] Latina verò vulgata: [Secundus homo de cœlo cæleſtis.] In Græco eſt corruptela Marcionis, vt patet ex Tertulliani lib. 5. aduerſus Marcionem, & Caluinus vulgatam probat. Inſtit. Cap. 7. §. 12. *Equidem cogor hoc in loco fidem tuam (Bellarmine) vel nimiem damnare, vel nullam: falleris enim ſi ex aliena fide hæc dixeris; ſin ex ingenio & ſtudio tuo, non fallere conaris. quia. Aduocatus.* [8] Epiphanius hæreſ. 42. & 45. Omnes ferè Marcionis corruptelas notauit. *Ergo Epiphanius* ferè *noſter eſt, nam in locis iſtis corruptelam hanc nõ omnino attingit. 2. Aduocatus.* [9] Chryſoſt. Theophilact (hoſtes Marcionis acerrimi) *Græcam* lectionẽ amplectuntur. 3. *Marcion nõ ex verbis, quæ in Græco noſtro textu extant, magis quã quæ in latino iam veſtro habẽtur, idolũ ſi. hareſin ſuam fabrificauit.* [10] Græce legimus: [Secun-

7 *Bellar. lib. 2. de verb. Dei, Cap. 7. § Quod & Colleg. Anglo-Rhem. in hunc locum præfat.*

8 *Bellar. ſup. ſupra. § Et verò.*

9 *Eraſmus Paraph. in hunc locum.*

10 *Sa'meron Ieſuit. Comm. in hunc locum.*

[Secundus homo de cœlo, ipſe Dominus.] putârunt nonnulli (*Hæreticos ſignificat*) ob Antitheſin perfectam, legendum eſſe: [Secundus homo (*ſic Latinè*) de cœlo cœleſtis.] & indè corpus ſuum attuliſſe: vt Valentinus, Marcion, & Manichæus delirantes dixerunt. *Quid clarius? & tamen adhuc clarius.* " Valentinus ait Chriſtum de cœlo carnem traxiſſe, quia Paulus ait: [Primus homo (*ſecundum textum Latinum*) de terra terrenus, ſecundus de cœlo cœleſtis.] *Quartò, Tertullianus Tranſlationem, præter Græcam, aliam nullam probat, ſed ne nominat quidem. Quintò, etiam ex ſolo Græco textu effregit, & convulſit Marcionis amentiam, Tertullianum loquentem attende.* * Primus homo (inquit Marcion) de humo terrenus, ſecundus Dominus de cœlo. *Tertullianus inſurgit:* Quare ſecundus, ſi non homo, quòd eſt primus? *Ergo Marcion ex textu Græco, duplici argumento refutatur, tum ex voce* (homo) *quam impiè ſuppreſſit, tum etiam ex voce,* (ſecundus) *quam libenter admiſit: nam ſi Adam* primus homo, *tum Chriſtus, vi relationis, verè homo, quia* ſecundus. *Sextò: Caluinus non ita Latinam probat, vt Græcam condemnet. Reus.* * Manichæus aëreum fabricatur corpus, quia vocatur Chriſtus, ſecundus Adam (*iuxta textum Latinum*) de cœlo cœleſtis. *Reſpondet Caluinus:* At neque illic eſſentiam corporis cœleſtem induxit Apoſtolus, ſed vim ſpiritualem, quæ à Chriſto diffuſa nos viuificat. *Quam reſponſionem ex noſtro Caluino veſter Salmeron deprompſit. Aduoc.* " Sicut Adam à terra ſumptus ſapiebat terram; ita Chriſtus ſecundus Adam è cœlo viuificum corpus attulit, quo nos in VITAM SPIRITVALEM regeneraret. *Uterque, igitur, textus ſuam integritatem ſatis ſibi vendicat, nec in hac prima obiectione corruptelam vllam oſtendis, præter inſignem, quam prodis, de textu, illam tuam.*

11 *Alfonſus de Caſtro lib. 4. Tit.* Chriſtus.

* *Tert. lib. 5. aduerſ. Marcionem.*

* *Caluin. lib. 2. Inſtit. cap.* 13. § 2 editio poſtrema.

12 *Salmeron Ieſuita in hunc locum.*

CAPVT VII.

Corruptela ſecunda.

Auerſarius. [a] In 1. Ioh. 4. 3. In Græca ſic: [Omnis ſpiritus qui negat Chriſtum Ieſum veniſſe in carne, non

[a] *Colleg. Anglo-Rhem. in præfat.*

non eſt ex Deo.] In vulgatâ Latina verò ſic: [Omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum] eſt in Græcis corruptela hæreticorum Neſtorianorum. *Reſpondeo primò: non dices eſſe hæreticam depravationem quam Patres Catholici amplectuntur. Aduocatus.* [b] Sequitur Cyprianus lectionem Græcam in lib. ſecun. aduerſus Iudæos, cap. 7. & Auguſtinus eam interdum ſequitur. *Secundò, ſi Latina eſt Orthodoxa, tum profectò Græca non eſt hæretica; neque enim lectio hæretica poſſit eſſe Orthodoxæ veræ ἐξηγήσις & explicatio. at,* [c] Qui (*Latinè*) ſoluit Ieſum. id eſt, vt Syriaca explicat, Qui (*Græcè*) non confitetur Ieſum veniſſe in carne. [d] Certè ſic Didymus accepit. *Denique non eſt ea hæretica, quæ eſt cum ſtylo Apoſtoli coniunctior: at Græca,* [e] Omnis qui ſoluit.] i. qui non confitetur, ſicut in priori verſu confeſſio Chriſti atteſtatur Spiritui diuino: ita non confeſſio Spiritui non diuino. Et Græca lectio magis conuenit phraſi Iohannis, cui peculiare eſt contrariam ſententiam ſuccinere priori, quòd genus fuit illa: Qui habet filium habet vitam, qui non habet filium, non habet vitam. Rurſus: Qui confitetur ex Deo eſt, qui non cõfitetur ex Deo non eſt. *Vis, igitur, vt verum fateamur? & Græca lectio probanda eſt, nec eſt Latina improbanda.*

b Salmeron Ieſ. in hunc locum.

c Arias Montanus Com. in hunc locum.
d Gagnæus in hunc locum.
e Caietanus Com. in hunc locum.

Corruptela tertia obijcitur.

Aduerſar. [f] In 1. Cor. 7. 33. Græcè ſic: [Diuiſa eſt virgo & vxor.] Latinè verò: [Qui cum vxore eſt, ſollicitus eſt pro rebus huius mundi, & diuiſus eſt.] Hieronymus notat Græcum non eſſe Apoſtolicæ veritatis. Lib. 1. contr. Iouinian. *Hoc eſt ſeriò nugari, nam, Aduocatus:* [g] Huic Græcæ Syriaca lectio conſonat, & ita legi reperi in duobus antiquis Bibliis Latinis, eandem Interpretes Græci ſequuntur, Chryſoſtomus, Theophylactus; & inter Latinos Sedulius, Ambroſius. *Sed vbi Hieronymum inueniam?* [h] Etiam Hieronymus in libro aduerſus Heluid. cap. 10. *Denique.* [i] Vtrocunque modo legas, eadem eſt ſententia. *Sanè prorſus eadẽ. Profer ſenſum textus Latini.* [k] Senſus eſt, vir coniugatus, partim ſeruiens Deo, partim vxori, nec totus Deo, nec totus vxori, ſed

f Bellar. lib. 2. de verbo Dei cap. 7. § Præterea & Colleg. Anglo-Rhem. in nou. Teſt. Præfat.
g Luca lib. de an. in Bibl. in hunc locum.
h Idem ibid.
i Eraſmus in hunc locum. à quo non diſſentit Gagnæus.
k Salmeron Ieſ. Com. in hunc loc. diſp. 14 § ad Sextum.

ſed diuiſus eſt, id eſt, multis externis actionibus diſtrahitur. *Iam ſenſum quoque Græci textus, ſi placet, attexe.* [l]Ambroſius lectionem Græcam ſecutus, [Diuiſa eſt mulier & vxor,] ſic interpretatur: Diuiſa non vtique naturâ, ſed actu, alia enim ſolicitudo mulieris, alia virginis: & per hoc ſignificat virginem liberam eſſe à tædijs & laboribus huius vitæ, quos patitur mulier viro copulata. etiam Oecumenius legit. Diuiſa eſt *(Græcè)* coniugata à virgine: hoc eſt, non eandem habent curam, ſed ſtudijs diuiſæ ſunt, &c. *Fieri itaque, nequit vt lectio Apoſtoli ſenſum omninò verum exprimens, non ſit Apoſtolicæ veritatis. Profer nunc aliam.*

l Idem.

Corruptela quarta obijcitur.

Aduerſar. [m]Rom. 11. 6. [Si ex gratia non ex operibus, alioqui Gratia non eſſet Gratia:] ſequitur in Græcis, [Si ex operibus, tum non ex gratia.] hæc pars ſententiæ redundat. *Imò. Aduocatus.* [n]In Latina Editione deeſt vna integra ſententia, quæ priori è regione reſpondet. *Vt taceam, Theophylactum & Oecumenium Græcam ſequi, & eius veritatem ex Antitheſi ſententia liquidò euinci. Vtcunque,* [o] Siue legamus vt in Græcis habetur, ſiue non; ſenſus idem perſeuerat. [p]Videtur congruere ad explendam fidei & operum Antitheſin, & ſenſui nihil nocet: quia ſenſus eſt: SI EX OPERIBVS, id eſt, meritis, IAM NON EX GRATIA: alioquin id quod eſt ex operibus, non eſſet ex operibus. *Error vltimus prodeat.*

m Rhemenſes præfat.

n Caietan. Com. in hunc locum.

o Tollet. Jeſuit. Com. in Rom. 11.

p Salmeron Ieſ. Com. in hunc loc.

Corruptela quinta proponitur.

Aduerſarius. [q]Mat. 6. [Quia tuum eſt regnum, potentia, & gloria, &c.] quæ in Græcis inueniuntur, non eſſe partem diuinæ Scripturæ conſtat, quia Latini Patres huius mentionē nullā faciunt. *Quid tum poſteà? Aduoc.* [r]Fateor Græcos Authores Chryſoſtomum, Theophylactū, Euthymiū hanc partē legere, & Syriaco, & in Hæbraico Euangelio reperiri. *Et his teſtimonijs ſatisfacere conatur, ſed fruſtrà. nam* [s]Nihil hîc erat à Græcis additū, ſed à Latinis detractū. *Hoc vt credamus facit illud:* [t]Sunt Orat. Dom. partes duæ: poſtulatio, & gratiarum

q Bellar. lib. 2. cap. 7. § Denique.

r Maldonatus Ieſuit. Com. in Mat. 6. pag. 166

s Valla de Orat. Domin.

t Catechiſmus Trid. § De partibus & gradibus Orat.

gratiarum actio: nam ad Deum accedimus vt cultum ei venerationemque adhibentes, ab eo vel aliquid impetremus, vel de acceptis beneficijs gratias agamus. [u] Omnes autem necessariæ precationis numeros continet diuina illa formula, quam nos Christus docuit. *Ne igitur Deum altera cultus sui parte, qua in gratiarum actione cõsistit, priuemus, adhibenda videtur hæc doxologia,* [Quia tuum est regnum, &c.] *quamuis enim illa petitio,* [Sanctificetur nomen tuum] *gratiarum speciem aliquam complectatur; tamen in his verbis,* [Quia tuum est regnum, &c.] *facultatem ad celebrandas Dei laudes non petere, sed præstare videamur, atque etiam hymnum Angelicum quodammodo imitari.*

u Ibid. § Pars Romani Catechismi. *Eodem modo Canisius Iesuit. de hac petitione.*

Conclusio ex Dilemmate emergit.

[x] Græcos codices non esse in vniuersum corruptos demonstrari possit, nam etsi Hæretici multa deprauare conati sunt, nunquam tamen defuerunt Catholici, qui eorum corruptelas detexerunt, & non permiserunt sacros libros corrumpi. *Oratio tua queritur Græcum textum ab Hæreticis esse corruptum: ratio verò probat, eum non potuisse corrumpi in vniuersum. Si igitur corruptus est ab Hæreticis, antiqui Catholici veritatis desertores: si non est corruptus, Protestantes translationis authenticæ veri assertores deprehenduntur, ita vt non sit nobis amplius de fontium integritate laborandum: in quos, si aliquid vitij irrepsisse concedatur, tamen* [y] Quæuis corruptio proposito huic non sufficit, *Nimirùm (id enim significat) ad editionis alicuius authoritatem authenticam infringendam. De qua quæstione plura* " *infrà plenius. Nunc ab Editionibus originalibus*

x Bellar. lib. 2. de verbo Dei cap. 7. § Et verò.

Dilemma.

y Sacroboscus Iesuit. defens. Trid. Conc. quo supra.

CAPVT

CAPVT. VIII.

Ad Tranſlationes, veluti à fontibus ad riuulos, dilabimur; de his duplex aſſurgit quæſtio: prima, an ſit aliqua authentica Tranſlatio vulgata: ſecunda, an tranſlatio Bibliorum ſit in omnium Chriſtianorum linguis Patrijs diuulganda. Quæſtio prima, tranſlationem Latinam eam, quam Pontificij vendicant, eam item quam Proteſtantes tenent, diſcutiendam proponit.

De vulgata Latina tranſlatione { *Autorem.* / *Autoritatem.*

An Hieronymus vulgatæ Latinæ autor fuerit.

Aduerſarius. [a] Vulgata verſio tota Hieronymiana eſt, inquit Eugubinus Epiſcopus. *Aduocatus.* [b] Imò Pſalterium non erat ab Hieronymo tranſlatum, quia vbique fere ab Hieronymo ſaltem verbis diſſentit: Et probabile eſt eum libros Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Machabæorum non tranſtuliſſe, quos putabat eſſe Apocryphos. *Quid ergo? Aduerſarius.* [c] Reliqua omnia ex Hieronymo habemus: nam vetus teſtamentum ex Hebræo textu tranſtulit, & nouum ex veteri Latina emendauit. [d] Hieronymus noſtrã emendans verſionem monuit, quæ res argumento eſt, nouum Teſtamentum ab eo conuerſum non eſſe, ſed veterem tantùm eius verſionem multis in locis emendatam. *Enimuerò. Aduocatus.* [e] Plurima me ad ſuſpicionem incitârunt Græculum quendam autorem eius extitiſſe: ſi enim priſca illa Eccleſia ante annos mille quingentos hac verſione vſa fuiſſet, non potuit ita à Romanæ linguæ integritate degenerare. *Atqui.* [f] Omnes, inquies, tenent hanc editionem eſſe opus Hieronymi: imò OMNES, qui incolumi pollent iudicio, NEGANT: nam Hieronymus eam redarguit & damnat, & autorem eius ſæpè vellicat, & inſcitiæ accuſat, ita opus

[a] *Bellar. lib. 2. de verbo Dei. cap. 9. initio.*
[b] *Idem ibidem §. Dicimus, & §. Tertia propoſitio.*
[c] *Ibid. §. ſecunda propoſitio & §. 4. propoſitio.*
[d] *Maldonatus Ieſuit. comm. in Luc. 16. 1. Idem tenent Sanctoleſc. Ieſuita defin. decret. part. 1. cap. 3. et Arabius Ieſuit. Inſt. Mor. l. 8. c. 3.*
[e] *Lindanus lib. 3. de opt. gen. interp.*
[f] *Stapleton. præf. ante com. in epiſt. Pauli, in Apologia*

nominat, vt alienum; ita interpretem eius redarguit, vt alũ, & etiam ſuggillat. Eſt igitur caput pertinax quiſquis aliter ſtatuerit. *En verò quod nominas caput. Aduerſarius.* [g] Vulgata Latina eſt Hieronymi, nam ſi comprobata fuit ab Eccleſia, cur Hieronymus auſus eſt mutare quicquam? *Dicam. Aduocatus.* [h] Veterem ab Eccleſia receptam Hieronymus poſteà, ſanctiſſimis viris id approbantibus, ipſo quoque Auguſtino adhortante vt fieret: caſtigabat, & mutauit, vt ipſe fatetur, ſi quid in ſenſu fuit, quod diſcreparet à Græcis. [i] Etiam Sanct. Pagninus cum animaduertiſſet veterem vulgatam vel temporum iniuriâ, vel hominum incuriâ maxima ex parte fuiſſe corruptam, Leone decimo Pontifice hortante, conſultis optimis Hebræorum exemplaribus, quantâ valuit, fide & induſtria, omne vetus Teſtamentum, ex Hebraica veritate, latinitate donauit: quam editionem peritiſſimi Rabini omnibus, quæ nunc extant tranſlationibus, præferunt: vertit quoque non minori cum laude nouum Teſtamentum ex Græcis, quod opus ſuum Clementi ſeptimo Romano Pontifici dedicabat. *Et tamen (quod nemo non nouit) Pagnini tranſlatio non minùs ferè à vulgata Latina, quàm Latina ipſa à Græcâ diſſentit. Iam operæ erit pretium videre, ij, qui de Hieronymi nomine tantopere ſeſe apud vulgus venditant, quàm Hieronymi authoritatem omnino contemnant.*

g *Bellarm. cap 9. § quarta cauſa, & M. Dorpius apud Th. Morum epiſt. ad eundem.*
h *Morus ibid. in epiſt. ad M. Dorpium, tit.* Apolog. pro Moria Eraſm. *pag. 406.*
i *Senenſ. Biblioth. l. 4. §. Sanct. Pagninus. pag. 101.*

Dilemma.

Aduerſarius. [k] Quatuor cauſæ erant cur Hieronymus vulgatam noſtram reprehenderit. *Quid ergo? Nonne igitur conſultiùs faciunt Proteſtantes qui Hieronymum corrigentem ſequuntur, quàm qui tranſlationem Hieronymianam corruptã? Reſponde.* [l] Hieronymum tranſlationem primam corrigentem non admittimus. *Vel ſic:* [m] Dico in noſtra editione vulgata priorem correctionem Hieronymi admiſſam, poſteriorem non admiſſam; quod certè non caſu factum, ſed iudicio ipſius Eccleſiæ. *Quod tu non tam præ iudicio, quàm præiudicio quodam defendis. Nam. Aduoc.* [n] Quod Hieronymus iudicauit potiſſimùm, ab eo tu potiſſimùm deterres. *Diſputo. Hie-*

k *Bellarm. lib. 2. de verbo Dei c 9. §. Reſpondeo quatuor.*
l *M. Dropius apud Th. Morum, quo ſuprà.*
m *Bellarm. ibid. quo iam ſuprà. §. quarta cauſa. idem reſpondet Ribera Ieſ. comm. in Prophetã Abd. num. 114.*
n *Th. Morus in ep. ad M. Dorpiũ.*

Hieronymum priorem illam Latinam verſionem vulgatam (quam vos defenditis, quamque ille corrigebat) ab Eccleſia veſtra receptam fuiſſe vel nouiſſe, fateri neceſſe eſt, vel ignoráſſe; ſi ignoráſſe dixeris, Hieronymum delirum facis, ſin nouiſſe, ſacrilegum: quod de ſe conuitium Hieronymus iamdiu vt prudenter præuidit, ita piè contempſit. [*] Quis (*inquit*) non ſtatim erumpat in vocem, me falſarium clamitans eſſe SACRILEGVM, qui audeam aliquid veteribus libris, addere, mutare, corrigere? Sed &c. *Hactenus de autore, nunc*

[*] *Hieron. præf. in quatuor Euangil. ad Damaſum.*

CAPVT IX.

De vulgatæ Tranſlationis autoritate diſſeramus: primò, an præ cæteris aliqua vna ſit: ſecundò, an hæc vera.

Vna.

A*Duerſarius.* [a] Sacra Synodus Tridentina, vt ex multis Latinis editionibus, quæ circumferuntur, quænam pro authentica ſit, innoteſcat, decreuit vt HAEC IPSA vulgata editio pro authentica habeatur. [b] Hanc ipſam, quam nos in vernaculam tranſtulimus, Sacra Synodus authenticam eſſe definiuit. [c] VNAM multis prætulit. *Verba Synodi proferatis.* [d] Declarat, vt HAEC ipſa vetus vulgata pro authentica habeatur. *Qualem hanc vnam?* NON OMNEM editionem, ſed quàm EMENDATISSIMAM. *Hanc, hanc, cum dicitis Ciceronis Rhetorem, aut Platonis Idæam audire mihi videor: hæc enim nunquam apparuit, ille nunquam cauſam peroranit. Ita* emendatiſſima hæc veſtra *priuſquàm extitit,* Authentica *pronunciata eſt. Aduocatus.* [e] Quod mihi obiectant alij, cùm Latina editio à Synodo Tridentina authentica declarata eſt, ideò eam nullâ ampliùs caſtigatione opus habere: ridiculum eſt, nam Louanienſes Theologi MVLTOS ERRORES in eius margine indicarunt. *Hic Aduocatus noſter eccuius eſt nominis?* [f] Romanæ correctionis in Latinis Biblijs editionis vulgatæ iuſſu Sixti Quinti Pont. Max. recognitis, loca inſigniora obſeruata à FRANCISCO LVCA Brugenſi Theologo. *Nec tamen*

[a] *Canus loc theol. lib. 2. cap 13. §. Primum ſiue.*

[b] *Colleg. Anglo. Rhem. præfat. in annot. in nou. Teſt.*

[c] *Bellar. lib. 2. de verbo Dei ca. 10. §. Alterum.*

[d] *Synodus Trid. Seſſ. 4.*

[e] *Fr. Lud. præf. in annot. in Bibl.*

[f] *Editio vulg. poſtremò edita priuilegio Clementis octaui Pon. in fine*

tamen Ecclesia vestra tempore Sexti Quinti editionem suam emendatissimam *enixa est: ortus huius ordinem exponite.* [g] Synodus Tridentina sub Paulo 3. statuit vt hæc vetus authentica haberetur. *Eo defuncto,* [h] Pius 4. viris sacrarum literarum peritissimis prouinciam demandauit, vt adhibitis antiquissimis codicibus, inspectisque fontibus, consultis vndique Patrum commentarijs, vulgatam Latinam *(hanc)* accuratissimè castigarent. *Hic quoque Pontifex mortuus est, ergo* [i] Eius institutum Pius quintus insequutus est, sed conuentum illum ob Ecclesiæ occupationes intermissum, *(eo mortuo)* Sixtus quintus Pontifex reuocauit, & opus tandem perfectũ typis mandari iussit, SED ob non pauca, quæ prælo vitio irrepserant, opus sub incudem reuocandum censuit. Cuius *(nam id quoque fatis concessit)* intentionem Greg. Pontifex perficere aggressus est. SED EO, & qui illi successit, INNOCENTIO nono Pontifice hac luce subtractis, TANDEM sub initium Pontificis Clementis octaui, opus illud *(parturiunt montes)* perfectum est. *Sed in hoc perfecto scilicet aliquid monstri latet.* Sub Paulo tertiõ Pont. *(inquitis)* hanc vulgatam versionem Synodus authenticam esse definiuit: *& tamen spatio annorum quadraginta eã* Pontifices viris omni literarũ genere excultis, adhibitis antiquissimis codicibus, inspectis fontibus, consultis patrum commentarijs EXPLORANDAM & CASTIGANDAM tradiderunt. *Quid si fortè ex* antiquissimis istis codicibus, *ex* inspectis fontibus, *ex* consultis Patrum commentarijs, *corruptela aliqua haretica castiganda occurrisset?* Hæc *antequam* probata *per Synodum Trident. (Hoc est, quod dixi monstrũ)* approbata & authentica pronunciata est: *Cum tamen legibus vestris cautum est,* [k] ne quis infantem in matris vtero baptizare præsumet. *Denique, nec caret portenti similitudine, quòd vulgatæ editionis opus non per centum ferè annos perfectum prodiit; quanto magis si post centum annorum examẽ, adhuc imperfectum deprehendatur? illud constat, hoc contendimus.*

[g] *Synod. Trid. in initio & Sess. 4.*
[h] *Præfat. ante translat. ipsam postremam iussu Pont.*
[i] *Ibidem.*
[k] *Aquinas part. 3 q. 66. ad 1.*

CAPVT.

CAPVT X.

De veritate vulgatæ Latinæ translationis iussu Clementis octaui Pontificis maximi nuper in lucem editæ.

Primo loco Calumnia remouenda est.

Aduersarius.[a] Caluini mendatiũ est Patres Tridentinos statuisse, minimè audiendos eos esse, qui ex fonte liquorem proferunt, vt ex certa veritate eam falsam arguant: ideo mendacium dico, quòd nihil huiusmodi in decreto Concilij legatur. *Aduersus Caluinum equidem ant magis veridicũ accusatorẽ desideramus, aut magis saltem verecundũ. Nam.* *Aduocatus.* [b]Causas cur sic definierit Concilium subiecit: NISI, inquit, scholastici autores linguæ Hebraicæ atque Græcæ expertes vulgatâ Latinâ CONTENTI ESSENT, nihil in disputationibus suis confeciſſent, & Inquisitores ipsi in confutandis hæreticis ad Hebræam & Græcam, quam ignorarunt, recurrere cogerentur. *Fac itaque, vt aduersus Inquisitores vestros, quis liquoris purioris sitiens, vulgatâ neglectâ, fontes ipsos vrgeat. Quid illi?* [c]Nemo illam *(vulgatam)* QVOVIS PRAETEXTV rejicere audeat, aut præsumat. *Ergo non,* etiamsi velit *(vt ait Caluinus)* liquorem purum proferre, aut ex certa veritate Vulgatam falsam arguere *licebit: quippe* PRAETEXTVM *nullum admittet qui* QVEMVIS *excludit. In te igitur iudicij deliquium cernimus, non in illo notam aliquam mendacij, nisi fortè in eo mentitus est Caluinus, in quo coactus est Episcopus vester verũ confiteri.* [d]In autoribus Latinis Græcè *(loquitur de eodem tempore)* tum nôsse suspectum fuit, Hebraicè propè hereticum. *Ita vt etiam.* [e]Quidam Catholici interpretationes OMNES *(appellat reuerà zelum hunc* nimium & ineptum) abjiciant præter vulgatam. *Calumniâ depulsâ*

[a] *Bellar. lib. 2. de verbo Dei. ca. 10. §. Alterum.*

[b] *Canus loc. theol. li. 2. ca. 13 § Præterea cum.*

[c] *Synod. Trid. Sess. 4.*

[d] *Epis. Espenseus com. in 2. Tim. 3. pag. 116 in folio.*

[e] *Acosta Iesuit. l. 2 de Christo Reuel. cap. 15.*

Vulgata editio duplici laborat vitio: viz. Grammatico, & Dogmatico.

Grammatico.

f Acosta Iesuita lib. 2. de Christo Revelat. cap. 11.

** Mat. 22. 30.*

** Mat. 20. 28.*

g Sacrobosc. Iesu. in defensione Bell. contra Whit. &c.

h Erasmus annot. in hunc locum.

i Idem in hunc locum.

k Salmeron Iesuit. in eum locum.

l Colleg. Anglo. Rhem. præfat. in novum Testamentum.

m Idem in Math. 22.

n Ederus Theol. Bibl. lib. 1.

Regula.

o Luca præf. in li. de annot. Bibl.

ADversarius,[f] Protestantes latina omnia barbariei, absurditatisque notant, ipsi soli sapiunt. *Nec tu, si latinitatem sapis, facile repugnabis: vt* **Matth.* 22. [Nubent & nubentur] & **Math.* 20. [Hominis ministrati]. *Aduersarius.* [g] Hæc & similia Whitacherus reprehendit, quæ licet minùs sint Latina, tamen Græca ita exprimunt, vt magis nulla oratione exprimi possint. *Imò facillimè possunt & necessariò debent. Nam. Aduocatus.* [h] NVBENT ET NVBENTVR. In his neque temporis ratio seruata est, neque latinitatis. Quis vnquam audiuit NVBVNTVR? Debuit sic: [Neque ducunt vxores, neque nuptum dantur.] *Quod ad secundum.* [i] Ministrari] est Latinis auribus inauditum: debuit sic: [Non venit vt sibi ministretur.] *Quid quod, Gen.* 7. [INGRESSAE sunt BINA & bina. Genes. 13. Diuisi sunt alterutrum ab altero. 1. Corint. 6. Membra vestra templa est Spiritus sancti. Et 1. Cor. 11. 5. Perinde acsi DECALVETVR.] [k] Quod verbum nec Latinum est nec proprium. *Et sparsim alia quamplurima. Aduersarius.* [l] Patres editionis vulgatæ etiam Barbarismos ipsos religiosè tenuerunt: vt Augustinus ossum, potiùs quàm os, tenendum monuit. *Fateor, sed quando? Aduocatus.* [m] Quando, inquit, consuetudo significandis rebus expressior erit, quàm literata integritas, & Augustinus atque Ambrosius non legunt, nubent & nubentur. *Patrum, si placet, filij esse velimus.* [n] Hieronymus monet vt omnis manifesta & non necessaria barbaries explodatur: vt si occurrat. Mulier ALBVS, aut vir NIGRA, constantèr legeretur, illìc alba; hìc niger. *Et tamen Tridentini Patres vestri.* Diuisi alterutrum: Ingressæ, bina *in editione vestra* emendatissima, *scz. adhuc, quod sciam, tenuerunt, cum tamen.* [o] Nihil est diuinis & authenticis Scripturis non solùm sapientius, inquit Augustinus,

guſtinus, ſed nec ELEGANTIVS, vt audeam dicere, eos, qui intelligunt quæ loquantur, ſimul intelligere eas non aliter loqui debuiſſe. *Nugæ ſunt, inquies, quæ notantur: ſunt, fateor, ſed tamen huiuſmodi, ex quibus duplex res ſeria facile emergat. Prima: Hieronymum vulgatæ Latinæ autorem minimè extitiſſe, quia (quod in libris aliis pſeudepigraphis, qui Hieronymo falſo tribuuntur, eruditè obſervat hic veſter) libet dicere.* PNemo hæc Hieronymi eſſe dixerit, niſi qui credit Hieronymum dedidiciſſe Latinum. *Altera res eſt, vos barbariſmos veteres ſuperſtitioſe ſatis retinendo, nugis nimium delectari.* *Maiora molimur, & de vitio dogmatico diſſerimus.*

p Senenſis lib. 4. in fine libri. pag. 347

CAPVT XI.

Editionis vulgatæ errores in Theologia abſonos, & neceſſario expurgandos notabimus: quorum alij ſunt leuioris momenti: alij inſigniorem & pernitiorem continent falſitatem.

ADuerſarius. [a] Tantum inſunt in vulgata Latina lapſus Typographorum. [b] Alioqui emendatiſſima ab omni errore: [c] Purgatione nulla indiget. [d] Hanc in interpretatione Scripturarum religioſè ſequamur. *Quatenus verò.* [e] Græca & Hebræa exemplaria, quæ nunc extant, ſi cum ſenſu vulgatæ Latinæ pugnent, pro Canonica Scriptura ſit nobis habenda Latina editio. *Quid tandem?* [f] In vniuerſo opere meo vulgatam Latinam tranſlationem, quam Eccleſia ſemper probauit, & cæteris prætulit, ego ſemper ſequar, & pro virili parte defendam reliquis vtar niſi huic aduerſentur. *Quid ſi fortè ſancti patres ſtatuerint in omni fidei negotio fontes eſſe conſulendos, atque colendos.* [g] Quamuis hæc, quæ diuus Hieronymus & Auguſtinus docuerint, vera ſint, tamen poſt Concilij Tridentini decretum non licet vulgatæ Latinæ teſtimonia QVOVIS PRAETEXTV rejicere, prout in ipſius Concilij decreto conſtitutum eſt.

a Greg. Valent. Ieſuita analyſ. fid. lib. 8. cap. 5. & Rhemenſ. in præf. in nouū Teſtam.
b Sacroboſc. Ieſ. in diſſ. decret. Trid. part. 2. cap. 9.
c Gretzerus Ieſ. lib. 2. de probibit. lib. cap. 10.
d Borgia Ieſuita cap. 2. de rat. Con.
e Azorius Ieſuita Inſt. lib. 8. cap. 3.
f Ribera in proem. in proph. Minor.
g Index Expurg. Hiſpanus ex conſilio ſupremi Senatus. pag. 145.

Patrum autoritate tam leuiter ſpretâ atq; contemptâ, vereor vt noſtrũ Caluinũ, (ſi fortè decretis & placitis veſtris aduerſetur) diris prorſus denoueatis. [h]Hanc editionẽ vulgatam Caluinus irridet, ipſe ab omnibus irridẽdus, tantâ fuit ſuperbiâ inflatus, tantâ perfidiâ obſtinatus, tantâ cœcitate coopertus, vt auſus fuerit editionem ſacrorum Bibliorum (quâ ſancta Eccleſia Catholica vtitur) veriſſimam, antiquiſſimam, integerrimam irridere, reprehendere, deteſtari: cùm ipſe eſſet imperitus Philoſophiâ, & Theologiâ deſtitutus, à lectione antiquorum Patrum, à literis humanis, ab omni vetuſtatis notitia alienatus. *Vah vt intonat homo leuis, & quaſi totus cõflatus ex conuitijs atque ad maledicendũ conductus! Enimuerò (Pime) bona verba, quaſo, & iam ſani atque æqui animi vſum, vel ad punctum temporis ſuſcipe, & ſenties profectò, non modò Patrum antiquorum autoritate, verumetiam fratrum tuorum, Ieſuitarum quoque, confeſſione tuam retundi inſolentiam: Caluini verò cùm antiquitatis ſtudium ſingulare, tum etiam iudicium veritatis ſincerum, & θεολογώτατον aſſeuerari. Aduocatus.* [i]Viri aliqui Catholici, qui POST Concilij Tridentini decretum ſcripſerunt, viz. Vega, Sixtus Senenſis, Canus, Payua, Lindanus, fatentur aliquos eſſe in vulgata editione errores, non ſolùm vitio ſcriptorum, ſed etiam IPSIVS INTERPRETIS INCVRIA VEL IGNORANTIA. *Aduerſarius.* [k]Mihi autem verior eſſe videtur eorum ſententia, qui exiſtimant latinam non modò in rebus fidei & morum omni errore carere, ſed CAETERIS quoque OMNIBVS præcellere: quarelicet aliqua clariùs, ſignificantiùs, propriùs & latiniùs reddi potuerint; non tamen veriùs aut ſimplicitèr certiùs. *Imò verò veriùs: loca nonnulla ſunt mihi in promptu.*

h Pintus comm. in Dan. cap. 4. ad finem.

i Azorius inſtit. Mor. lib. 8 cap. 3.

k Ibidem.

Locus primus.

* Gen. 8. 7.

Gen. 8. *Hebræa:* [*Coruus egrediebatur & reuertebatur.] *Latina.* [Et NON reuertebatur.] *Aduocatus.* [l]Reſpondeo eſſe codices latinos magnæ autoritatis, qui legunt SINE NEGATIONE, quemadmodum habetur in Hebræa. *Quanto illi maioris*

l Sacrob. Ieſ. def. decret. Trid. part. 4. cap. 5 § Decimus quintus.

maioris authoritatis tanto codex veſter vulgatus minoris videri debet. Nam quamuis, [m] NON iudicarunt Romani Correctores OMITTENDAM notam negationis. *tamen* [n] Hic error vulgatæ lectionis multas fabuloſiſſimas quæſtiones inuexit. Igitur SVBTRAHENDA eſt à noſtris HAEC NEGATIO teſte Auguſtino Chyſamenſi Epiſcopo. *Eandem negationis notam delendam eſſe* [o] *Pagninus monuit.*

m Correct. Rom. in fine Edit. vul. gatæ authoritat. Pont. Clementin 8. euulgatæ.

n Sixt. Senenſ. Bibl. lib. 5. pag. 357. in hunc locum.

o Pagninus in Epiſt. noua ſuæ Editioni prælata.

Locus ſecundus.

3 * *Reg. 16. Aduocatus.* [p] Sciendum eſt, quod ea quæ in tertio Reg. cap. 16. noſtræ vulgatæ Editionis de cæde Iehu referuntur, in Hæbraicis exemplaribus non habentur, in his verbis: [Hoc eſt, Iehu, filium Canani, Prophetam,] quibus Hæbraica lectio caret. Primùm, ni fallor, margini adiecta ab incerto Authore, qui hunc ſibi locũ non intellectum illuſtrare voluit: deinde, vt ſæpè accidit, Scriptorum AVDACIA in textum tranſlata fuerunt.

* *3. Reg. 16.*

p *Senenſ. Bibl. lib. 2. tit. Iehu.*

Locus tertius.

* *Mich. 5. 2. Heb.* [Tu Bethleem Euphrata, minima vt ſis in Ducibus Iudæ.] *Latinè:* [Et tu Bethlem Euphrata paruulus ES in millibus Iudæ, &c.] [q] Hanc verſionem Oſiander reprehendit, tanquam aduerſetur ſenſui, quem Euangeliſta Mat. 2. 6. expreſſit: [Tu Bethlem nequaquam minima es in Principibus Iudæ.] *Aduerſar.* [r] Reſpondeo, optimè cohærere, ſi locus Michææ legatur cum interrogatione: [paruula es?] *At hoc reſponſum non ſoluit dubium noſtrum, quia vulgata Latina apud Prophetam, abſq; interrogatione ponitur.* [Paruulus es.] *Idcirco,* [ſ] Quidam *(ſignificat Oſiandrum)* culpans vulgatam, BENE quidem aſſerit hæbraicam veritatem non habere verbum, [ES,] & hæbraicam veritatẽ Septuaginta reddiderunt, & conſentit huic verſioni & ſenſui Chaldæus Interpres. *Diſputo, ſi lectioni Latinæ interrogatio addenda eſt, lectio depranata purgatione, ſin minùs, lectio repugnans*

* *Mich. 5. 2.*

q *Bellar. lib. 2. de verbo. cap. 12. in fine. & Ribera Jeſuit. in Mich.*

r *Idem vtrique ibid.*

ſ *Ianſenius Concord. in eum loc. Mat. 2. pag. 69.*

repugnans reconciliatione indiget. Denique, ſi admittatur Lectio, interpretationes, ſin deferatur; interpretes reconciliari nullo modo poſſint.

Loca alia.

Quartus. * Mat. 6. *Latinè* [Qui amant] *Græcè*, quia, *Aduocat.* [c] Hoc loco noſtram potiùs quàm Græcam verſionem iudico eſſe corrigendam. 5. * Luc. 22. *vulg. Lat.* [Sanguis qui pro vobis FVNDETVR. *Græcè* [qui funditur.] *Aduocatus.* [u] Illa verba ſunt legenda in PRAESENTI tempore iuxta omnes Euangeliſtas in textu GRAECO. 6. * Ioh. 5. *Latinè*, [Crederetis forſan & mihi.] *Græcè*, [Crederetis vtique & mihi.] *in altera eſt dubitationis vox, altera confirmationis. Aduocatus.* [x] Vetuſtiſſimi Authores NON habent FORSITAN. 7. * Rom. 7. *Latinè*, [Soluti ſumus à lege mortis:] *Græcè*, [Mortui ſumus ei in qua, &c.] *Aduocat.* [y] Lectio Græca videtur MAGIS accommodata, quàm MAGIS probat Origenes. 8. Epheſ. 1. *Latinè*: [Dedit nobis Deus Spiritum ſuum PIGNVS hæreditatis.] *Græcè*, ARRHAM, vel ARRABONEM hæreditatis. *Aduocatus.* [z] Auguſtinus notauit meliùs habere Græcos codices, quia redditâ pecuniâ mutuò accepta reſtituitur pignus, Arrha autem integro pretio non redditur, quia eſt pars pretij, vndè Græcis literis & Græcis Interpretibus, & REI etiam IPSI MAGIS conuenit nomen Arrhabonis, quia Spiritus Sanctus cœleſtis hæreditatis Arrha non redditur, quemadmodum arrha reddi non ſolet. 9. * 1. Tim. 6. *Aduocat.* [1] Græci codices habent: [Secede ab his, quæ ſunt huiuſmodi.] quæ non ſunt in Latinis, Græcum ſequitur Chryſoſtomus cum ſuis, etiam Ambroſius: & Haimo notat, hoc ſubaudiendum eſſe in Latino textu. 10. * Heb. 11. *Aduocatus.* * Latinè, [Fugauerunt aciem gladij] debet eſſe, [Effugerunt] ſecundum proprietatem Græcæ vocis. *Cum tamen his ſenſus non minùs, quam* * Gedeon & Siſſera, *inter ſeſe pugnant, hic fugit, ille fugat.*

* *Matt 6.5.*
[t] *Maldonat. Ieſ. Com. in hunc loc.*
* *Luc. 22.20.*
[u] *Staplt. promp. Fct. 3. heb. Sanct. § 4. in hunc locum.*
* *Ioh. 5.46.*
[x] *Maldonat. Ieſ. Com. in hunc loc.*
* *Rom. 7. 6.*
[y] *Tolet. Ieſ. Com. in hunc locum Annot. 7.*
* *Epheſ. 1.14.*
[z] *Salmeron Ieſ. Com. in hunc loc. Diſp. 4. §. Ad Quartum.*
* *1. Tim. 6.*
[1] *Salmeron Ieſ. in hunc locum. Diſp. 16. §. Poſt hæc.*
* *Heb. 11.34.*
[2] *Ribera Ieſuit. in hunc locum.*
* *Iud. 4.*

Locus

Locus II.

*Heb.4. *Latinè*, [In ijs quæ audiuerunt.] *Græcè*, QVI audiuerunt. *Aduoc.*[1] Sine dubio legendũ eſt in vulgata [qui] neque enim aliter in Græca intelligi poſſit. *Et tamen Rhemenſes vulgatam ſine dubio ſequuntur.* 12. *Iac. 5. *Latinè*, [Confiteamini ERGO.] *Aduoc.* [ERGO] in Græco non eſt, nec videtur neceſſaria, quia MELIVS ſine tali Aduerbio legeretur hic locus, NON enim RECTE infertur, ex ſuperius dictis, vbi nullam de confeſſione mentionem fecerat Apoſtolus. 13. *2. Pet. 1. *Latinè*, [Non enim INDOCTAS fabulas.] *Græcè*, Nõ enim ARTE COMPOSITAS fabulas. *Aduocat.*[3] PROBABILIOR eſt GRAECA lectio, quæ legit σοφισμένας, id eſt, doctas, & artificio & eloquentiâ compoſitas fabulas, à quo verbo ducitur verbum Sophiſtarum, quod niſi eruditiſſimis viris, non tribuebatur. *Et* *Apocal. 14. 3. *vulg.* [Nemo poteſt dicere canticũ nouum,] *Græcè*, μαθεῖν, Diſcere, non λεγεῖν, Dicere.[6] Ideoque non in Græcis hoc in loco error eſt, ſed in Latinis. *Ex quo, nos dicere, vos diſcere poteſtis Latinum eſſe ex Græco corrigendum. Inſtas autem*

*Heb. 4. 2.
3 Ribera Ieſuit. in hunc locum. num. 5.
* Iac. 5. 16.
4 Salmeron Ieſ. in hunc locum. Diſp. 6. § Octauõ dubitatum.
* 2. Pet. 1. 16.
5 Salmeron Ieſ. in hunc locum. diſp. 2. § Ad decimum.
* Apoc. 14. 3.
6 Ribera Ieſ. cũ. in hunc locum.

Obiectionis ſolutio.

Aduerſar.[7] Proteſtantes, Humfredus, Molinæus, Beza vulgatam Latinam ſæpè commendant. *Et*[8] Caluinus aliter legendum eſſe monet, quàm eſt in Hebræo. Vt Iſa. 7. Heb. [Vocabit nomen eius Immanuel] *vulg.* vocabitur. *Caluinus eo in loco non lectionem Hebraicam, ſed prauam interpretationem Iudaicam repellit: nam phraſis hebræa vtrique lectioni peræquè conuenit; ſed textus ipſe alteri potiùs fauet. Aduocat.*[9] Textus Hebræus ſine punctis vtrãq; fert lectionẽ.[10] [Vocabunt] non [vocabitur] in emendatiſſimis Latinis & antiquiſſimis reperitur. Hebræa, vt Hiero. obſeruat, ſignificat,

7 Sacroboſcus Ieſ. defenſ. Decre. Trident. part. 2. cap. 8
8 Rhemenſ. præf. in nou. Teſt.
9 Sacroboſc. Ieſ. defenſ. Decret. Trid. part. 2. ca. 9 § Venio ad.
10 Eraſm. Annot. in Mat. 1.

voca-

vocabit, siue vocabis. *De Beza iam* * *infrà.*

* *Infrà.*

Secunda Obiectionis solutio.

Aduersarius. [11] Rom, 12. 11. *Vulgata* [Domino seruientes,] *Græca* [Tempori seruientes] Beza vulgatam præponendam docet. *Præfert ille quidem vulgatam Græcæ, sed Græcæ probabiliori consentientem, nam. Reus.* * In probatissimis quibusdam codicibus Græcis legitur χυρίῳ. *Aduoc.* [12] Græca quædam exemplaria habent, Domino: & Ambrosius, qui Latinè legit TEMPORI, admonet Græcè haberi, Domino. Græca, TEMPORI, licèt tolerabilis, tamen vincitur ab alia (*item Græca*) Domino seruientes, multis de causis. *Esto. sed ita tamen, vt Græca illa tolerabilis, sensum diuinum & salutarem præ se ferat.* [13] Lectiones has duas ex affinitate verbi Græci ortas nemo dubitat. nam χυρίῳ idem est quod Domino, καιρῷ idem quod tempori. Origenes vulgatam sequitur, Ambrosius alteram, & idem esse monuit, quod Ephes. 5. Redimentes tempus, id est, non nisi conuenienti tempore, locis & personis aptis fidem loqui: vt Apost. Ephes. 5. Seruiebat tempori. fateor & antecedentibus & consequentibus accommodatam, documentum valdè vtile contineret, sed communis veterum Interpretum sensus, cum vetere Interprete legendum censet. *Idem ferè Caluinus: tantum, igitur, abest, vt Beza vulgatam, quatenùs vulgatam, probet, vt eam potiùs penitus proculcet.* * Plerique Græcæ linguæ ignorantiâ laborantes, dum à vulgata interpretatione pendent, nodũ in scirpo sæpè quærunt, & fœdissimos errores admittunt.

11 *Rhemenses loco citato.*

* *Beza in eum locum.*

12 *Salmeron Jes. Com. in hunc loc.*

13 *Tolet. Jesuit. Com. in Rom. 12*

* *Beza præfat. in nou. Test. Anno 1569.*

Dilemma.

[14] Protestantes (*inquitis*) in odium vulgatæ Hebraicis & Græcis nimium tribuunt. *Et* [15] Caluinus & Beza, (*inquitis*) vulgatam interdum commendant. *Vos peruersè omninò: etenim* * nullus fons dulcem & salsam aquam edit; *Laudem, & odium.*

14 *Bellar. lib. 2. de Verb. Dei cap. 2. in initio. &*

15 *Sacroboscus Jes. suprà. & Rhem.*

* *Iac. 3. 12.*

Con-

Concluſio.

Ex ſuperioribus iam certum habemus, vulgatam Latinam multis ſcatere erroribus, & quid ſi, obſecro, hoc certum & perſuaſum habeamus? Aduerſarius. [16] In Pſal. 13. octo verſus habentur in noſtris vulgatis Latinis, quos Hebræus textus non habet, nimirùm: [Sepulchrũ patens guttur eorũ.] Hoc Eccleſia noſtra ſeruat, non ſeruatura, ſi, vt Proteſtantes aſſerunt, ex errore inſerti eſſent. *Qui quamuis ex errore inſerti fuerunt, eos tamen Eccleſia veſtra ſeruat. Aduocatus.* [17] Eccleſia PATITVR eos octo verſus in vulgata eſſe, quia ſunt partes Scripturæ (*alterius*) nec ſine ſcandalo populi (*alioqui auferendi*) auferri poſſunt, cùm longo iam tempore ibi fuerunt. *Quæ (malum!) hæc religio eſt, errores ſuos (quamuis minimos) retinere malle, quàm erraſſe videri? Adhuc vulgatæ Latinæ tantùm errores leuiores, quaſi puſtulas, attigimus; nunc in eius vlceribus digitos infigemus.*

[16] *Camus locis Theolog. lib. 2. cap. 13. § Huic verò.*

[17] *Bellar. lib. 2 de verbo Dei cap 2. § Dices ſi.*

CAPVT XII.

Vulgatæ Editionis errores, in cauſis controuerſis, maioris momenti, plurimi notantur.

Aduerſarius. [a] Nos cum Bellarmino defendimus Editionem vulgatam eſſe ſynceram in his, quæ ad fidem & bonos mores pertinent. [b] In rebus fidei & morum omni errore caret, ipſa per ſe ſatis conſtans ad fidei dogmata ſtabilienda. *Quid ergo?* [c] Mentiuntur Proteſtantes cùm dicunt eam à nobis defendi, quia opinionibus noſtris & erroribus fauet. [d] Eſt hoc mendacium Chemniſij hominis impudentis. *Cauſam oſtende?* [e] Quia voluit Eccleſia eam authenticam eatenùs haberi, vt certum omnibus eſſet, eam nullo fœdatam eſſe errore, ex quo pernitioſum aliquod dogma in fide & moribus colligi poſſit. *Non fuit noſter Chemniſius mendax, niſi vulgata veſtra in hac parte verax fuit, huius enim errores ſatis indicant*

[a] *Sacroboſc. Jeſ. defenſ. Decret. Trident. part. 1. cap 1.*

[b] *Azorius Ieſ. lib. 8 Inſtit. Moral. cap. 3.*

[c] *Colleg. Anglo-Rhem. præfat. in nou. Teſtamen. d Bellar. lib 2. de ver. Dei. ca. 12*

[e] *Vega lib. 15. cap. 9. ante finem.*

Loca in quibus { 1. *Error Translationis opinionis errorem aut peperit aut aluit.*
2. *In quibus ineſt anſa ſcandali, aut ſacrilegij.*

Error primus opinionem meriti fouet, cùm de Congruo, tum etiam de Condigno.

De congruo, vt Ge. 4. Vulg. [Maius eſt meũ peccatũ quàm vt veniam MEREAR.] *vox Cain. Et Dan. 4. 24. Hebraicè,* [Iniuſtitiam tuam (*loquitur de Nabuchodonoſor*) eleemoſynis abrumpe.] *At vulgata:* [Peccata tua redime.] *Meriti etiam de Condigno. Eccleſ. 16. 15. Græcè,* [Miſericordiam faciet omnibus ſecundum opera ſua.] *Latinè,* [Secundum merita operum ſuorum.] *vt & Heb. 13. 16. Græcè,* [Talibus hoſtijs delectatur Deus.] *vulgata,* [Promeretur Deus.] *Quid ex his?* [f] En meriti vocabulum in Scripturis. *En igitur etiam opinionem veſtram ex deprauatis verſionibus permiſoſam aſtrui. nam de merito congrui. Aduocatus.* [g] Probabilius eſt vt qui eſt extra gratiam poſſit per opera naturæ gratiam primam mereatur, quod eſt dogma Pelagianum. *De merito Condigni.* [h] Fidelior Theologus eſt, & ſacris Scripturis magis conſentiens, qui meritum ſimpliciter abnegat. *Et tamen inſtas. Aduerſarius.* [i] Cæcutiunt Proteſtantes cùm non vident Primaſium Auguſtini diſcipulum legere [promeretur Deus.] *Aduocatus.* [k] Auguſtinus ipſe legit, Placetur Deo. *O itaque viros oculatos, ſcil. qui, diſcipulus quid dicat, cernunt, quid præceptor ſtatuat, ſomniare quàm explorare malint. Græcum conſulamus.* [l] Græca vox reuerà ſignificat [delectatur Deus:] aut, vt Eraſmus, [Placetur Deo:] [m] vtrumque melius quàm quomodo vulgò habemus: [Promeretur Deus.]

f Lindanus Panopl. lib. 3. ca. 20 in marg.
g Jeſuita Valentianus & alij. vide Apologiæ huius partem primam, li. 1. ca. 66
h VValdenſis & Pontificij alibi. cap. 72.
i Rhemenſ. Ann. in eum locum.
k Viues in Aug. de Ciuit. Dei. lib. 10. cap. 5. & Beda in eum locum. ex Auguſt.
l Bellar. lib. 2. de verbo Dei. cap 14
§ Decimus.
m Viues loco ſuprà citato.

Secunda deprauatio inhærentem perfectionem inſinuat.

Iob

*Iob 6.2.[n Vtinam appenderentur peccata mea in ſtatera] *vulg.* Hebraicè verò: [Vtinam appenderetur indignatio mea:] hoc dicendum putaui, ne quis propter vulgatam Editionem occaſionem captet extenuandi peccata ſua, apparet enim multos eſſe in hanc blaſphemiam procliues, quaſi ſit diuina vltio delictis ſuis maior. *Error pernitioſus. & ſanè de hac* Statera *Stapeltonus* πταιδόξον ἀθυολόγον *commentus eſt: de quo loco ſuo.*

n Ferus in eum locum pag. 175

Tertia depranatio pro libero Arbitrio ad bonum, pugnat.

*Luc. 2.14. *vulgata,* [Pax hominibus bonæ voluntatis] *Græca:* Hominibus bona voluntas. *Aduerſarius.*o Hominibus bonæ voluntatis: ergo homo habet liberam voluntatem ad bonum: cùm tàmen. *Aduocatus.*p Græca lectio oſtendit MELIVS. εὐδοκία vt plurimum non eſt bona voluntas hominis, ſed bona voluntas Dei erga homines. q Græci omnes legunt: Bona voluntas. Multi antiquorum Patrum, [Hominibus bonæ voluntatis] habent: & ex eo arguunt *(error pernitioſus)* quaſi pax hominibus, eam bona voluntate promerentibus, promitteretur: à quibus videor mihi non ſine ratione diſſentire, quia εὐδοκία ſignificat Beneplacitum, electis proprium. *Quamuis hic Author non tranſlationi ſed interpretationi Latinorum reluctetur: tamen vides quomodo vulgata verſio Papiſmo, & planè Pelagianiſmo faueat. Rurſum.*r Ioh. 4.10. *vulgat.* (Tu forſitan petijſſes ab eo.) Græc. ἄν, id eſt, tu vtique petijſſes ab eo. At Interpres noſter, *(Latinus)* in vno loco vertit; forſitan, vt LIBERVM ARBITRIVM SIGNIFICARET, quòd ita peteret, quaſi poſſit non petere.

o Rhemenſ. Ann. in Luc. 2 & ſic legit Catechiſm. Trid. Art 3. § 7.
p Bellar. lib. 2 de verbo Dei cap. 11 § Sic etiam.
q Maldon. Ieſuit. Com. in Luc. 14.
r Toletus Ieſuit. Comm. in Iob. 4.

Quarta depranatio incertitudinem Gratiæ infert.

*Eccleſ. 9.1.[Neſcit homo amorem aut odium.] *vulg.* vero.

*Eccleſ. 9.1.

verò: [Nescit an amore an odio dignus sit.] *Aduers.*[s] Optimè reddit vulg. Interpres, non secundum verba, sed secundum sensum. & [t] Vulgatam hanc quam Synodus Tridentina approbauit nemo debet quocunque prætextu repudiare. *Imò verò necesse est repudiare. nam, Aduocatus.*[u] Cauendum est, Lector, ne cum vulgato Interprete aut erres, vel cum Sophistis occasionem errandi sumas, qui docent, non debere nos esse certos in conscientia de amore Dei, hoc est apertè contra Scripturas, & fidei nostræ caput de remissione peccatorum. *Sic Theologus Parisiensis, quis sensus verus?*[x] Hebraicus textus significat ex rebus externis elici non posse argumentum diuini amoris aut odij. *Nec non locus alius.* [y] Eccles. 5. vers. 5. [De propitiato peccato noli esse sine metu,] ergo pœnitens incertus erit de remissione peccatorum. *Aduocatus.* [z] Hebraicè legitur: [de propitiatione noli esse sine metu,] &, intelligitur de obtinenda remissione peccati perpetrati, contra præsumptionem, non de propitiato, pro perpetrato, vt vulgata habet, cui textus repugnat. *Vtra lectio interpretatioq, probabilior videtur? Bellarmini, an Iansenij?* [1] Iansenij.

[s] Bellar. lib. 2. cap. 12. § Nouus est.
[t] Greg. Valent. Analys. li. 8. ca. 5.
[u] Mercerus Com. in eum locum. & Arius Mont. & alij Bellarm. in Commentum belle refutantes.
[x] Aduocat. multi infrà.
[y] Bellar. lib. 3. de Iustific. cap. 4.
[z] Iansenius.
[1] Sacrobosc. 1 s. vide* infrà.

Quinta depranatio pro infallibilitate Concilij Pontificialis.

[a] Ioh. 14. 26. [2] vulg. [Spiritus Sanctus ingeret vobis omnia quæ dixero.] ergo Patres in Concilio non possunt errare. *Imo. Aduocatus.* [3] Græcè est ἀ εἶπον. quæ dixi, non quæ dixero. *quid ergo?* [4] In hoc loco Catholici non ponunt fundamentum veritatis Concilij. *Sed tamen ex eo nonnunquam aliis fucum imponunt.*

[a] Ioh. 14. 26.
[2] Canisius libro de præcept. Eccl. cap. 10. & alij complures.
[3] Bellar. li. 2. de verbo Dei, cap. 14. § Secundus locus.
[4] Ibid.

Sexta depranatio gloriosam visibilitatem Ecclesiæ prædicat.

[*] Psal. 18. [5] vulg. [In sole posuit tabernaculum suum] Ergo Ecclesia Catholica erit conspicua, & Solis instar, exteriùs

[5] Bellar. lib 3. de Eccles. milit. § Secundò probatur.

teriùs illustris, adeoque externa visibilitas erit nota ecclesiæ. *Imò. Aduocatus.* [4] Manichæi ex imperitia linguæ Hebrææ, cum non intelligerent literalem sensum huius dicti, conuerterunt se ad præsidia allegoricæ expositionis, dicentes, Christum post resurrectionem suam sine carne ad Patrem ascendisse, relicto corpore suo inter ambitum globi solaris, vt à nobis caro eius in sole tanquam in tabernaculo Dominici corporis adoraretur: cùm tamen genuinus ac proprius eius literæ sensus sit: (*Imo ipsius textus*) Deum posuisse soli tabernaculum in cœlo.

[4] *Sixtus Senens. Bibl. sanct. lib. 3. pag. 141 tit.* De vsu & vtilitate mysticæ expositionis.

Septima depravatio pro improprio Sacramento obijcitur.

Eph. 5. 32. *Vulg.* [Hoc est magnum sacramentum.] Græcè, MYSTERIVM. *Aduocatus.* [7] Non habet pondus, Lector, ex hoc loco, coniugium esse sacramentum, nam est Græcè μυστήριον. [8] An sit Sacramentum olim dubitatum erat à scholasticis, certè ex hoc loco non possit effici: nam particula aduersatiua [ego autem] satis indicat, hoc mysterium ad Christum & Ecclesiã pertinere, non ad maritum & vxorem.

[7] *Caietanus in eum locum.*

[8] *Erasmus in hunc locum.*

Octana depravatio Missæ sacrificium suffulcit.

Gen. 14. *Vulg.* [Melchizedech protulit panem & vinum, erat ENIM Sacerdos altissimi.] [9] Vox ENIM, cogit vt intelligamus panem & vinum prolata fuisse ad sacrificium in figuram Missæ. *Imo. Aduocatus.* [10] Quod in vulg. subditur particula ENIM, vt causa oblationis, in Hebræo non habetur, nihil enim hic scribitur de sacrificio aut oblatione.

[9] *Bellarm. lib. 1. de Missa. cap. 6.* § Sequitur in sententia.

[10] *Caietanus, Montanus, Pagninus, & alij.*

Depravatio nona adorationem Imaginum celebrat.

Heb. 11. 21. *Vulg.* [Et Iacob adorauit fastigium virgæ.] *Græcè.* [Adorauit ad fastigium virgæ.] *Aduersarius.* [11] Obserua quòd adoratio creaturis præstari possit, vel Deo cõ

[11] *Ioannes Gagnæus Paris. Theo. in hunc locum.*

creaturâ: virga erat typus ſceptri Chriſti, quem in virga fide adorabat. [11] Ergo Proteſtantium tranſlatio admodum corrupta eſt, etiamſi Auguſtinus ſolus ex omnibus Patribus ita exponat. *Aduocatus.* [12] Græca lectio eſt 70. Interpretum, quam ſequitur Apoſtolus. Hebræa autem ſic habet: [Adorauit Iſrael Dominum conuerſus ad lectuli caput.] *Qua quidem lectio poſſit eſſe Græca dilucida interpretatio.* [14] In hoc loco, inquit Hieronymus, quidam fruſtrà ſimulant adoraſſe Iacob ſummitatem virgæ Ioſeph, cùm in Hebræo multò aliter legatur: & Adorabat Iſrael ad caput lectuli. [15] In illo tempore in tantum abhorrebant ab adorandis vllis rebus creatis, ſoli Deo hoc honoris ſeruantes, cùm hodie repertum ſit ligneam ſtatuam eadem adoratione adorari, qua adoratur eterna Trias. [16] Diuinare magis de ſenſu loci, quàm eum explicare poſſit, qui non Hebræum conſulit. [17] Græcè [ſuper faſtigium] videlicet, nixus baculo eius.

11 *Rhemen. com. in Heb. 11.*
12 *Salmeron Ieſ. com. in hunc locũ*
14 *Ribera Ieſuit. in eum locum.*
15 *Eraſmus in eundem locum.*
16 *Montanus in eundem.*
17 *Sà Ieſuita eum locum.*

Decima depranatio Pontificis oraculum defendit.

Iſai. 28. 16. [18] Vulgat. [Ecce, ego ponam in fundamentis Sion lapidem, probatum, angularem, pretioſum in fundamento FVNDATVM] poſt fundamentum, i. Secundarium fundamentum, poſt Chriſtum & Petri ſedem ſignificat, ergo non poſſit mutari. *Imò. Aduocatus.* [19] Hebraicè & fundamentum fundatum, & ſolum Chriſtũ ſignificat. *De hoc loco* infrà.*

18 *Bellar. præf. in con. de Rom. Pon.*
19 *Pererius com. in Dan. lib. 2. pag. 103 & Ieſuitæ ali, vt infra explicatur.*
* *infra.*

CAPVT XIII.

Vulgata Editio ſcandali anſam prebuit: { *Sanctis.* / *Iudeis.* / *Hæreticis.*

Sanctis.

Quia. Gen. 3. 15. Heb. [Ipſum conteret caput Serpentis]

Sig-

Significat ſemen mulieris, id eſt, *Chriſtum*. Vulgat. [Ipſa] *(quam ſequitur Catechiſmus Tridentinus) ſignificat Mariam, quæ lectio ſanctum Bernardum in hanc ſententiam impulit.* [a] Maria abſtulit opprobrium matris Euæ, & Patri pro matre ſatisfecit quod promitti tur, Gen. 3. [Ipſa conteret] cui ſeruanda eſt victoria niſi Mariæ? *Hæc eſt eius ſententia planè ſacrilega, niſi commodâ aliquâ intrepretatione leniatur. Nam*. [a] In omnibus penè Latinis codicibus legitur IPSA: Hieronymus ait, melius habetur in Hebræo IPSE. *Et tamen editio Tridentina latinam, id eſt, deteriorem retinet.* [b] *Tridentinus Catechiſmus repetit, Bellarminus defendit.*

[a] *Bernar. hom. 2.*

[a] *Luca annot. in ſacra Bib. in hunc locum quod agnouerunt etiam Peterius com. in Gē. 3 Ribera lib. 2. de Templo cap. 2. Canus loc. Theol. l. 2. ca. 15. Andradius lib. 4. contra Chemniſium.*

[b] *Catechiſ. Trid. part. 1. art. 2 c. 2.*

Iudæis.

Exod. 34. [Videbant filij Aaron faciem Moſis radiantem] in Heb. *Vulg. autem*: [Videbant faciem Moſis cornutam]. *Aduocatus.* [c] Ex Hebræa poteſt emendari praua vulgi conſuetudo, qui duobus cornibus pingunt Moſen: rident igitur nos & execrantur Iudæi, quoties Moſen in Templis noſtris cornutâ facie depictum aſpiciunt, quaſi nos eum diabolum quendam, vt illi ſtultè interpretantur, eſſe putemus. *Scriptura veſtra pictores delinſit, pictura Iudæos offendit. Quinimo depranatio etiam alia eminet in vulgata: Duo extant præcipua vaticinia de Chriſto in Hebraicis libris tam perſpicua.* [d] Vt editiones Hebrææ magis Iudæos vexent quàm latinæ, ex quibus aduerſus Iudæos nihil adduci poſſit, vt in Pſal. 2. Vulgat. [Apprehendite diſciplinam] Heb. [Oſculamini filiũ ne pereatis] & hic locus eſt inuictus aduerſus Iudæos. Alter locus Iſaiæ 35. Vulg. [Nos putauimus illũ percuſſum à Deo]. Heb. [Percuſſum Deum.] Vtraque loca magnum faceſſunt Iudæis de diuinitate Chriſti negotium. *Quæ, obſecro, peruerſitas eſt, teſtimonia de Chriſto tam luculenta tranſlationis obſcuritate tam futili obfuſcare.*

[c] *Senenſ Bib. lib. 5 pag. 371.*

[d] *Bellar. lib. 2 de verbo Dei, cap. 2. §. Argument. 4.*

Hære-

Hæreticis.

1. *Pelagianis.* Eph. 2. 10. [Creati ſumus in Chriſto Ieſu, ἐπὶ τοῖς ἔργοις ἀγαθοῖς, ad bona opera.] Vulg. [In bonis operibus.] *At.*[e] Non ſatis commodè vertit vulgatus interpres, commodiùs eſſet non ſic vertere, ne inde quis anſam ſumeret operibus imputandi ſuam creationem in Chriſto: nihil enim magis Paulo alienum fuit, qui vbique eam gratiã operibus noſtris abrogat, & vni Chriſto ex aſſe aſcribit: *Sic Concilij Tridentini aſſertor acerrimus. Secundò Arianis.* [f] Ioh. 1. 30. [Qui ante me factus eſt.] Vulg. Non aliam expoſitionem voluit infœlix Arius, vt ſuam contra nos euomeret inſaniam, & nos ex interprete concluderet, qui non potuit ex veritate. *Poſtremò ex tot corruptelis ingens etiam Atheis ſcandalum opponitur. Quippe.* [g] Irridendi occaſionem ſunt Athei nacti, cum diuina, non diuino modo tractantur. *De tranſlatione Pontificia iam ſatis: nunc*

[e] *Vega. opuſc. de meritis & iuſtif. pag. 803. queſt. 6.* § neque ſatis.

[f] *Faber commen. in Heb. 1.*

[g] *Aquinas par. 3. qu. 2.*

CAPVT XIIII.

Proteſtantium tranſlatio aliqua aſſerenda eſt: qua & per ſe vera ſit, & Pontificijs omnibus iure præferenda: vtrumq; contendimus.

Primum.

[a] *Gretserus Ieſu. lib. 2. de prohibit. librorum. cap. 10 & Ier. 36.*

Aduerſarius. Proteſtantium Biblia purganda ſunt, non ſtylo, ſed rogo. *Quis vos præclarum expurgandi libros artificium hoc docuit?* [a] [Accepit (*Iehoiakim rex impius*) pagellas (*prophetiæ Ieremiæ*) & ſcidit (*en ſtylum veſtrum*) ſcalpello, & (*en rogum*) coniecit in ignem]. *Sed quod apud Comicum præter ius, faſq; vapulans, clamat de homine,* Loris liber? *Quanto nos rectius de codice? Rogis liber? Vllámne verò Proteſtantium tranſlationem iuſtam dixi? Aduocatus.*

In

[b] In nouum Teſtamentum Syriacè, Græcè, atque Latinè editum, cum verſione ex Syriaca per Immanuelem Tremelium, quod opus alias vtile videatur, hæc quæ ſubjicimus expurgunda ſunt: Tollatur imprimis, &c. Hæc, *inquit*, quæ &c. *Quænam verò obſecro ſunt ea quæ Romana ſcholia in illa tranſlatione lituris quàm literis dignora eſſe cenſuerunt? attende, dicam enim quod ſtupeas. Ex Theodori Bezæ expoſitione plurima quidem (ſed ſtylo, non rogo) purganda notarunt ex Immanuelis tranſlatione ne voculam quidem. Hæc Tremelij (naturâ Indi, gratiâ Proteſtantis primarij) verſio, inter expurgantium Pontificiorum digitos diù exagitata atque verſata, tamen integra, & illæſa permanſit: Gratulor veritati, cui vel malitia ipſa ſuffragetur. Hoc exemplum ſatis Proteſtantium in tranſferendis Bibliis fidem atque eruditionem teſtatur. Nunc probandum eſt*

[b] *Index expurg. apud Iunium. pag. 216.*

Proteſtantium in tranferendis Bibliis ſtudium atque induſtriam Pontificiorum decretis multis modis antecellere. Ad ſynceram Tranſlationem aliquam elaborandam cautio duplex neceſſariò præmittenda eſt: prima, vt ſenſus Tranſlatæ dictionis ex originali typo petatur: ſecunda, ne verbum ad verbum reddatur.

Tranſlationis ſenſus.

A *Duerſarius*. [c] Non ſunt Græci codices ita puri vt ex iis corrigendum ſit, quicquid ab iis diſſentit, vt Proteſtantes contendunt. [d] Non eſt autem quod Latina editio noſtra ad Hebræos & Græcos codices emendetur. *Quidni verò? Aduocatus.* [e] Eccleſia credit Tranſlationi Latinæ, ſed MAGIS Archetypo credit: Euangelium in Latinis eſſe verum QVATENVS cum GRAECIS CONSENTIT. [f] Et linguæ (inquit Auguſtinus) potiùs credatur vnde in aliam facta eſt Tranſlatio VT CODICIBVS GRAECIS.

[c] *Bellar. lib. 2. cap. 7.*
[d] *Azorius Jeſuit. Inſtit. Mor. lib. 8. cap. 3.*
[e] *Morus in epiſt. ad M. Dorpium.*
[f] *Vives in Schol. in Auguſt. de ciuitate Dei. li. 15. cap. 13.*

Sic Augustinus: Hoc quoque Hieronymus clamat, ratio docet, nullus sanioris iudicij repugnat, sed frustra bonorum ingeniorum consensus, veluti moles opponitur. *Ut denique Iesuita Iesuitis os obturet.* ᵉQuid ergo amplius Latino aut Græco concedendum est quàm vt tunc habeatur interpretatio bona CVM CONCORDAT| ORIGINALI LINGVAE? autoritas autem diuina tota penes illam sit linguam in qua sacer Scriptor edidit primùm. *Vbi solam eam diuinam edit ionem asserit, quæ est originalis. Italicam verò, Hispanicam, Indicam, & aliam omnem probandam aut improbandam, quatenus cum Originali conuenit, aut ab ea dissentit.*

e *Acosta Iesuita lib. 2. de Christo Reuelat. cap. 15. initio.*

Dubij solutio.

Aduersarius. ʰPericulum erit, ne si variæ Translationes admittantur, dubios faciant animos Fidelium: ergo hæc vna vulgata seruanda est, ne fideles vacillent. *Et hoc sæpiùs aduersus Caluini, Iunij, Bezæ translationes obijcitur: sed perperam. Nam. Aduocatus.* ⁱEx quo fit, Catholicorum quorundam zelus nimius omnes alias interpretationes abjicientium atque explodentium, præter vulgatam, ineptus haberi debeat, quòd secundum scientiam minimè sit. ᵏQuemadmodum nunc ex quatuor Euangelistarum varia lectione, res quæ narratur in luculentiorem peruenit notitiam: ita ex diuersorum collatione Interpretum studioso lectori daretur occasio, si vel æquiuocatio vel amphibologia cuiquam imposuisset, ex reliquis quærendi quid verum sit, quod sanè vtilissimum esse, & Augustinus sensit: & Origenes experimento suo didicit. ˡEtiamsi Editio vulgata à Synodo Tridentina authentica pronunciata est: tamen Louanienses Theologi, multa in ea vitia reprehenderunt, atque castigarunt. *Hebræum autem & Græcum textum satis esse puros disputatio superior demonstrauit, Latinum verò multis suis vitijs pernitiosis adhuc laborare. Cùm igitur mala est omnis versio quæ euertit textum,*

b *Mart. Dorpius apud Th. Morum. epist. ad M. Dorp.*

i *Acosta Iesuita lib. 2. de Christo. cap. 15.*

k *Th Morus in ep. ad M. Dorpium.*

l *Fr. Luc. lib. am. in Bibl. præfat.*

tum, non est quod potius putido lacu voluptari diutius quàm limpidissimos fontes sectari velimus. Sensus Translatione expositâ, nunc

De Translatione verbi, cuius respectu hoc in loco occurrit nobis Collegij Rhemensis Translatio Anglica, stylo saltem nostro transfigenda.

Aduersarius. [m] Nos ad verbum non transferre placuimus ducimus: aliter autem Caluinistæ. *Vel hæc ratio nos doceat, non satis dilucidè adeoque fideliter vos Scripturas transtulisse. Nam.. Aduocatus.* [n] Hieronymus profert illud Horatij: Nec verbum reddere verbo curabit fidus interpres. Et tursus in Epistola ad Augustinum, dicit, se sensum potiùs veritatis, quàm verborum ordinem consecutum esse. In Epistola ad Fricellum: Boni (inquit) interpretis est, hanc regulam sibi proponere, non vt verba verbis paria demensa respondeant, sed vt sensus sensui. [o] Idque necessarium esse Ribera, & Baronius noster docent. *Disputo.* [p] Nobis *(inquitis)* fides imperauit ex vulgata Latina ad verbum transferre. [q] At Interpres Latinus *(inquitis)* in versione non tam spectauit verba ipsa quàm mentem & sententiam Danielis. *Et* [r] Optimè reddidit Latinus Interpres, non quidem secundùm verba, sed secundum sensum. *Si constitutum nobis esse debet ad verbum transferre, tum autoris vulgatæ Latinæ fidem proditis: si contrà, vestram.., qui (dicam enim quod sentio, & verè dicam) in Latinis vestris (vtinam bonis) vertendis, Anglicanam reddidistis non bonam; dum verbis superstitiosè obscuris operam dedistis, vt eam edendo non edidisse videamini: ignota fuit, digna quæ ab ignorantibus approbetur: vt.* [s] Cum huius editionis autores contestati sint, nihil esse in hoc opere Catholicæ doctrinæ non consentaneum, nos, &c.

[m] *Colleg. Aug'o-Rhem. præfat. ante nou. Testam.*

[n] *Canus loc. Theo. li. 2. ca. 13. in fine*

[o] *Sacrobosc. Iesuit. de fratribus suis Iesuitis defens. decret. Trid. part. 3. cap. 7.*

[p] *Supra.*

[q] *Pererius com. in Dan. cap. 7. pag. 363.*

[r] *Bellarm. lib. 2. de verbo Dei. c. 13 Dilemma.*

[s] *Priuilegij forma in frontispicio operis de anuot. in nou. Testam.*

Ridiculum eſt autores operis Anglicani, ab ijs autoritatem & patrocinium emendicare, qui Anglicani ſermonis ne ſyllabam quidem deguſtarunt. Hactenus de verſionibus tranſlatis: nunc

CAVT XV.

De communitate & vſu Scripturarum publico.

De linguis ignotis, tum ſacrarum Scripturarum, tum diuinarum precum in linguas, patrias ac populares transferendis. Prioris membri partes ſunt duæ: prior, an Scripturæ legi à populo debeant: poſterior, an poſſint etiam ab eodem ſatis commodè intelligi. In illa ſcripturarum communitas, in hac perſpicuitas diſcutienda eſt.

De Communitate, duplex aſſurgit quæſtio: prima, an Scripturarum lectio omninò vlla: ſecunda, an etiam publica populo iure permittatur.

De priuata legendi facultate.

Aduerſarius. [a] Eccleſia noſtra non prohibet omninò vulgares Scripturarum verſiones, vt impudenter mentitur Chemniſius: nam à Pio 5. videmus concedi lectionem ijs, qui facultatem ab ordinario obtinuerunt. [b] Ijs conceditur quibus abſque periculo erroris cõcedi poſſit. [c] Hęc more ſuo fingit Chemniſius, nam imprimis catholici non prohibent in vniuerſum Scripturam in linguam vulgarem tranſlatam. *Nos Chemniſium noſtrum mendaciſſimum iuxta & impudentiſſimum*

[a] *Bellar. lib. 2. de verbo Dei, cap 15 §. At Catholica.*
[b] *Idem cap 16. § Reſpondeo imprimis.*
[c] *Salmeron. Ieſuita, com. in 1. Cor. 14.*

tiſſimum eſſe iure exiſtimabimus, niſi eum non mentiri non modo ratio veſtra, verumetiam res ipſa euicerit. Ratio: [d] Neceſſe (*inquit*) non eſt eam in vernaculam linguam transferri: *Imò,* [e] Sacra volumina in maternas linguas conuerti minimè expedit, quia detrimentum pateretur fidelium concordia, variæ hæreſes, & errorum cauſæ naſcerentur. [f] Tertia ratio, eſſe poſſit trilinguis DVNTAXAT Scripturæ verſio, Hebræa, Græca, Latina, in honorem Trinitatis. [g] Et legentes Patriarcharum peccata licentiam peccandi ſumerent. *Quo igitur argumento Cicero Tuberonem perduellionis, eodem mihi videor te, Bellarmine, prænaricationis conuincere. Ille,* quid, *inquit,* enſis ille tuus in acie Pharſalica diſtrictus ſibi voluit? quæ mens armorum? *Ego pariter,* Argumentorum tuorum? *nimirùm, vt probes non expedire, vt Scripturæ in linguam popularem transferantur: imo etiam, vt Azorius tuus, expedire vt non transferantur. Iam verò non tranſlatam concedere, & ignotam linguam legendi veniam cuiquam concedere, perinde eſt ac ſi concedatis caluo ſe pectere, claudo etiam vt pedibus, cæco vt oculis ſuis vtatur*

d Bellar. infrà.

e Azorius Ieſuit. Inſtit. Moral. lib. 8. cap. 26. § Quartò quæritur.

f Azorius Ieſ. Inſtit. Moral. li. 8. cap 26. § Quartò quæritur.

g Bellar. infrà.

& Salmeron Ieſ. Comment. in 1. Cor. 14.

Res ipſa loquatur.

Aduerſar. [h] A Concilio Tridentino quarta Regula conſtituta ſic habet: Hac in parte iudicio Epiſcopi aut Inquiſitoris ſtetur, vt cum Concilio parochi vel confeſſarij Bibliorum à Catholicis Authoribus verſorum lectionem in vulgari ijs concedere poſſint, quos intellexerint ex huiuſmodi lectione non damnum, ſed augmentum fidei capere poſſe. [i] Hæc verba habentur in Indice librorum prohibitorum à Pio quarto Pontifice edito, proindè impudenter mentitus eſt Chemniſius. *Senſit proculdubiò Chemniſius illam apud vos fabulam actitari, vbi Lignarius ſuum hoſpitem vulpem, quam verbis tegit, re Venatoribus prodit. Non igitur, linguam & decretum, ſed digitum & praxin antiquam veſtram reſpexit Chemniſius: qualem iam inualeſcentem videmus: nam conceſſit Pius quartus eam poteſtatem Epiſcopis, & Ordinarijs, vt,* ſi vellent, *tamen nè vellent, ſaltem ſuo nutu nicliúne ſuam illam*

h Azorius Ieſ quo ſupra.

i Bellar. quo ſupra cap. 15. § At Catholica.

facultatem reſtrinxit. Oſtendo: quia. Aduocatus. [k] In Indice recens edito iuſſu Clementis octaui Rom. Pont. addita eſt obſeruatio circa prædictam quartam Regulam Pij quarti, quæ ſic ſe habet: Animaduertendum eſt circa ſupra-ſcriptam Regulam quartam Pij quarti, nullam per hanc impreſſionem & editionem de nouo tribui facultatem Epiſcopis, vel Inquiſitoribus, aut Regulariũ ſuperioribus concedendi licentiam emendi, loquendi, aut retinendi Biblia vulgari linguâ edita, cùm hactenus (*en praxim*) mãdato & vſu ſanctæ Romanæ & vniuerſalis Inquiſitionis SVBLATA ijs fuerit FACVLTAS CONCEDENDI HVIVSMODI LICENTIAS. *Perge Azori, & oſtende Pontifices veſtros in Decretorum verbis ludere, in ſenſu vero populo Chriſtiano illudere.*

[k] *Azor. Inſt. Moral. lib. 8. ca. 26. § Tertiò quæritur. & § Quæres.*

[l] Quæres an Bibliorum libri & capita in vulgari lingua tranſlata permittantur: Reſpondeo PRIMO ASPECTV (*ſpecie tenus*) in quarta Regula (*Pij Quarti*) prohiberi ſolùm ne ſacra Biblia vulgari linguâ paſſim ſine diſcrimine permittantur legi. In Hiſpania (*contrà*) TAMEN in Indice librorum prohibitorum ibi edito authoritate generalis Inquiſitoris, regula ſexta (*hanc forte reſpexit Chemniſius*) ſic habet: PROHIBENTVR BIBLIA IN VVLGARI LINGVA CVM OMNIBVS SVIS partibus. Et in Indice recenti edito iuſſu Clementis octaui Pontificis ſublata eſt facultas cõcedendi licentiam legendi, vel retinendi Biblia vulgaria, aut alias ſacræ Scripturæ tam noui quàm veteris Teſtamenti partes, quamuis vulgari linguâ editas. *Diſputo. Si Pius quartus Pontifex facultatem legendi concedendo pius, tum Clemens octauus Pontifex plebi ea facultate interdicendo non pius fuit, ſin Pius quartus tantùm verbis Chriſtianis conceſſit, quod re ipsâ omninò ſublatum voluit, tum non Chemniſius noſter manifeſtè, ſed Pontifex veſter vafrè & ſubdolè mendax fuit. Deindè.* Non prohibet Eccleſia noſtra vulgares tranſlationes: *Bellarmine.* Et tamen Clemens octauus prohibuit: *Azorius: aut, igitur, pudere te, Bellarmine, decuit, Pontificis decreti, aut obiecti mendacij. Nec profectò nouum eſt Eccleſiæ veſtræ decretum:* quippe [m] Gregorius ſeptimus Vdiſlao Bohemiorum

[l] *Idem ibid. § Quæres.*

Dilemma.

c.

[m] *Olaus lib. 16. cap. 39. vt in lib. de Faſcic. rerum exp. tend. habetur*

miorum duci ſcripſit, atque (*audi*) PROHIBVIT Scripturam ſacram in linguam verti vulgarem. *Atque etiam*: [n] Illuſtriſſimi Hiſpaniæ reges ſub grauiſſimis pœnis PROHIBVERVNT, ne quis ſacras Scripturas in vulgares linguas tranſferat, aut ab alio tranſlatas vllo pacto retineat, timuerunt enim plebi ſuæ (*proh timor!*) ne vlla ei errandi occaſio daretur. *Nec Eccleſia adhuc ad mentem rediit ſaniorem.* [o] Hodie piaculum exiſtimant ſacras Scripturas vulgari linguâ legi. *Ideoq́.* [p] Hodie meritò lamentari poſſumus cum Prophetâ: [PARVVLI petierunt panem, & non erat qui frangeret ijs.] *Iam a primâ,*

n *Alphonſus de Caſtro lib. 1. hæreſ. cap. 13.*

o *Eraſmus in Indice operum Hieron. qua pariẽt.*

p *Epiſc. Eſtenſem Com. in Tit. 2. pag. 258 de hac quæſtione.*

CAPVT XVI.

Ad publicam Lectionem tranſeamus.

Status Quæſtionis.

[a] COntrouerſia eſt, an oporteat, vel certè expediat, diuinarum Scripturarum vſum communem eſſe in lingua vulgari, & propria cuiuſque regionis. [b] Vt poſſint à ſingulis commodiùs legi & intelligi: Lutherani & Caluiniſtæ aſſerunt, contra quos in Indice librorum edito, à Concilio Tridentino regula quarta conſtituta eſt. *Bene habet, cominùs, igitur, agamus. Et primò, quid ad oppugnandam vulgarem verſionem obijci, ſecundò, quid ad eam aſſerendam opponi poſſit, videamus.*

a *Bellar. lib. 2. de verbo Dei, ca. 15. in initio.*

b *Azorius Inſtit. lib. 8. Inſtit. Mor. cap. 26.*

Obiectio prima Antiquitatis opinionem vendicat: tempore Synagogæ veteris, tum etiam nouiſſimæ.

Aduerſarius. [c] Temporibus Eſdræ lingua Hæbraica deſijt eſſe vulgaris Iudæis: cùm Eccleſia iam in Babylone captiua erat, & ad hunc vſque diem Iudæi:

c *Bell. lib. 2. de verbo Dei cap. 15 § Principio igitur.*

[d] Qui

d Ribera Iesuita Comm. in Hos.2 e Salmeron Iesuita Comment. in 1. Cor. 14.

(d Qui iamdiu desierunt esse populus Dei) Hebræâ, quæ non est materna: (e sed populo illi prorsus hodiè ignota) vtuntur: ergo necesse non est, vt Scripturæ in vernaculam transferantur.

f Salmeron Iesuita Com. in 1. Cor. 16 Disp. 30.

f Quod inde probatur, quòd septuaginta annis versati in Chaldæa, Hebræa illis desierat esse materna, & Chaldaicam linguam Babylonijs vulgatam imbiberant. *Vt hoc (falsum licet, vide Nehem. 8. 2.) verum esse largiamur, tamen superiores in hac causa simus necesse est.* Hebræa *(inquitis)* in Babylone vulgaris esse desijt: & nunc quoque Iudæi, *inquitis*, non vtuntur linguâ maternâ: *optimè. Ante captiuitatem Babylonicam per multa sæcula sermo Hebræus Iudeis vernaculus erat, tandem tyrannide pressis* desijt ijs esse vulgaris. *Deinde, Iudæi cùm erant Deo populus vnicè dilectus, & peculiaris, hebræam* linguam tenebant, *nunc verò reprobus à fide, cui iamdiu velum ignorantiæ injicitur.* Hebræâ non maternâ vtuntur, *quasi reipublicæ Christianæ non magis interesset à populo Dei libero, quàm captiuo, sacrosancto, quàm reprobo, & (cùm præsertim de Antiquitate certetur) primæuo, quàm nouo & hodierno, diuini cultus exemplum mutuari. Quanquam hodie quoque Francofurti (quod mihi non ita pridem obseruare licuit) nullus ferè est Iudæorum ex alterutro sexu, tam puer, tamq; plebeius, qui non est in Hebraicis Bibliis aliquantulùm institutus & exercitatus, nullus qui non in diuinis officijs, precibus publicis suum palam expeditè q; adiungat* Amen. *Sed ne forte mihi fides derogetur, Aduocatus est asciscendus.*

g Ribera Iesuita Comment. in Micheam cap. 5. num. 11.

g Vidi ego Salmanticæ Iudæum quendam satis INERVDITVM, ex quo cùm multa Hispanico sermone quærerem, quòd ille Latinè nesciret, siue ex historia, siue ex Prophetia, memoriter referebat, & decantabat Hebraica: quod cum alteri iam Christiano narrarem, nihil (inquit) mirum, à pueris enim hæc omnia mandant memoriæ. *Hoc vobis Hispanis mirandum accidit, vtinam & imitandum. Secundò instas.*

Instantia tollitur.

b Bell. quo supra

Aduersarius. b Tempore Christi quoque populus Iudæus non intelligebat Hebræam: nam Ioh. 7. 48. scriptum est,

eſt, [Turba hæc maledicta non nouit legem.] [i] Ergo Iudæi Hebræum Idioma non nouerant. *Scriptura huius ſenſum germanum vobis fortè vel expiſcari non vacauit, vel non libuit agnoſcere. Aduocatus.* [k] Per [non nouit] ſignificat populum non obſeruaſſe legem, alludentes ad illud Deuterono. [Maledictus qui non manſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in lege.] *Non, igitur, ignorâſſe volunt, ſed non obſeruâſſe, nec mirum.* [l] Erat hæc Phariſæorum vox, ſed ſimplex populus erat CAPACIOR doctrinæ Chriſti, quàm docti Phariſæi. *Scripturam acuratiùs conſule, & non ignorabis populum Iudæum, etiam poſt Chriſti aſcenſum Hebræam linguam calluiſſe.* [m] Act. 17. Iudæi Bereenſes ſcrutabantur Scripturas: & [n] Act. 21. Cùm audiuiſſent quòd Paulus linguâ Hebræâ loqueretur, magis præſtiterunt ſilentium: delectabantur enim Hebræâ linguâ. [o] Ergo in Hebræo idiomate loquutus eſt populus. *Sed Synagogam miſſam faciamus, Eccleſiam adeamus. Progredere.*

[i] *Salmeron Ieſ. quo ſupra.*

[k] *Maldon. Ieſuit. Com. in hunc locum, Ioh. 7. 49.*

[l] *Cornelius Janſen. Comment. in eum locum.*

[m] *Card. Caieta. in eum locum.*

[n] *Ioan. Ferus in eum locum.*

[o] *Catharinus aduerſ. Caietan.*

§ De hiſtoriis Euangelicis, *pag.* 353.

Exemplum ſecundum Antiquitatis ab Eccleſia Chriſtianorum deſumptum eſt.

Aduerſarius. [p] Epiſtola ad Romanos ſcripta eſt Græcè: Paulus Epiſtolam Græcam ad Latinos miſit. [q] Cùm tamen Latina fuit in Italia patria & vulgaris. *Siqua eſt conſequentia, quare vos Romani, Græcâ reiectâ, Latinam colitis? ſin nulla, (neque enim ideò Græcè ſcripſit, vt Latinos lateret) cur eam nobis obtruditis? ſed. Aduocatus.* [r] Nomine Romanorum, ad quos hanc Epiſtolam ſcripſit, intelligere oportet hoc loco, non ſolos Romæ natos, aut Romanâ ciuitate donatos, ſed quoſlibet Romæ habitantes, ſiue Græcos ſiue Romanos, ſiue Iudæos conuerſos ad Chriſti fidem. [s] Quia Romam iam tota Græcia confluxerat, adeò vt Romam Græcam vrbem appellet Iuuenalis: certè, Græcam linguam iam non ſolùm Italia, verumetiam Syria, Ægyptus, Cicilia, & bona orbis pars receperat. *Quid poſt Apoſtolos?*

[p] *Bellarminus.*

[q] *Salmeron Ieſ. Comm. in 1. Cor. 16. diſp. 30.*

[r] *Pererius Ieſuit. Com. in Rom. Prolegom. diſp. 2. num. 62.*

[s] *Eraſm. Annot. in Rom. 1.*

Exemplum Eccleſiæ ſubſequentis.

Aduerſarius. [t] Tertium argumentum ducimus ab vſu totius Eccleſiæ, contra quem aliquid facere inſolentiſſimæ eſt inſaniæ, vt teſtis eſt ampliſſimus Auguſtinus. Sed à tempore Apoſtolorum vſque ad Auguſtini ſæculum, non erat conuerſa Scriptura niſi in Græcum Latinumque ſermonem.

[u] Primis 400. annis Scriptura in lingua vulgari non legebatur, nullus antiquus Author alicuius tranſlationis meminit, tantùm Græcè & Latinè publicè legebatur, cùm tamen illæ maternæ non eſſent: quo argumento nihil efficaciùs eſſe poſſit, ad reprimendam audaciam Nouatorum. *Vel planè potiùs inſcitiam (ſic enim malim, quàm malitiam, dicere) tuam, quam cùm Eccleſiæ res geſtæ, tum ipſius rei gerendæ ratio diuiniſſima redarguit. Res. Aduocatus.* * Hebraici libri (inquit [x] Theodoretus) conuerſi erant in omnes linguas, quibus in hunc diem nationes vtuntur. *hoc Auguſtini authoritas, quam* [y] *Tu ſatis importunè efflagitas, confirmabit. Patronus.* * Sacra Scriptura ab vna lingua profecta per varias Interpretum linguas longè latéque diffuſa Gentibus innotuit ad ſalutem. *Etiam.* [z] In Nycæna Synodo decretum fuit, vt Chriſtianus nullus careret Biblijs. *Etiam.* [a] Gregorius Patriarcha oſtendit Chryſoſtomum partes Scripturarum in linguam tranſtuliſſe Armenicam: & ſanè Vlphias eas in linguam Gothicam vertebat. [b] Fertur Chryſoſtomus nouum Teſtamentum in linguam Armenicam tranſtuliſſe. *Quam rem ratio ipſa potiſſimùm euincet. Aduocatus.* [c] Obijcies (*ſic enim obyciunt Proteſtantes*) ſacras Scripturas olim vernaculis fuiſſe linguis conſcriptas: nam Moſes & alij veteris Teſtamenti Scriptores ſacri, Hebræâ linguâ, quâ tunc temporis vtebantur Iudæi, ſcripſêre. Matthæus quoque profecturus ad Gentes luce veritatis imbuendas, Euangelium ſcripſit Hebraicè, in gratiam Iudæorum, & eorum qui ex Circumciſione erant, vt teſtatur Hieronymus in prologo in Matthæum; ſiue, vt alij prodiderunt, Syriacè, ſeu Caldaicè

t Salmeron Ieſ. quo ſuprà.

u Bellar. Cap. 15 § Deſijſſe.

* Theod. lib 5. de curand. Græc. affect.

x Corn. Agrippa. De vanit. ſcient. cap. 100.

y Bellarm. cap. 15.

* Auguſt. lib. 2. cap. 1. de doctr. Chriſtiana.

z Agrippa quo ſuprà.

a Colleg. Rhemen. præfat in nou. Teſt. & Seruſ. Biblioth. pag. 162

b Azorius Inſtit. lib. 8. cap. 26. § Obijcies.

c Azorius Inſt. Moral. lib. 8. cap. 26. § Obijcies.

daicè, quæ tunc Iudæorum vulgò erat vſitata: noui Teſtamenti libri, præter illum ad Hebræos, Græcè ſunt conſcripti, QVIA Orientalium Gentium, quæ in Romanorum imperio & ditione viuebant, erat PROPRIA LINGVA: & in Eccleſia Latina diuini libri Latinè ſunt editi, PROPTEREA QVÒD tunc temporis Latinè loquebantur, & intelligebant. Reſpondeo, (*concedit omnia*) tunc hiſce tribus linguis Scriptores ſacros vſos fuiſſe, quia Scripturæ ſacræ id temporis promulgari cœperunt, & PROINDE in his linguis traditæ fuerunt, quæ in vſu fuere apud Gentium nationes. [d] Deus voluit Scripturarum vſum communiſſimum eſſe in lingua communiſſima. *Quorſum tandem?* [e] Vt vniuerſi eam intelligerent. *Nec prætermittendum illud eſt.* [f] Sacras literas Hebræo idiomate primùm conſcriptas, dein ferè per trecentos annos, ante Chriſti aduentum, per ſeptuaginta duos interpretes vtriuſque linguæ ſcientiſſimos, in Græcum idioma fuiſſe conuerſas: inde poſtea ab alijs ab Hebræa & Græca in Latinum transfuſas. *Cùm, itaque, à nobis antiquæ Tranſlationis exemplum, vel vnicum exigitis, omiſſis alijs, ſatis erit oppoſuiſſe vel hoc vnum. En igitur Latinam vulgatam veſtram, nam* Scripturas ſacras non Latinè, [g] ſed vel Hebraicè vel Græcè à Prophetis & Apoſtolis ſcriptas fuiſſe conſtat. *Et tamen* [h] In Eccleſia Latina ſacrorum Bibliorum verſio Latina fuiſſe ſtatim videtur à temporibus Apoſtolorum, quâ lingua tunc (*Romani*) vtebantur. *Cuius cùm cauſam inſuper expendimus, videlicet, vt* Omnes Scripturarum intelligentiam caperent, *ſequitur profectò, vt quæ vnius Tranſlationis cauſa fuit, eandem eſſe poſſe vniuerſarum. Excuſſo antiquitatis prætextu,*

[d] *Bellar. quo ſuprà cap. 15.*
[e] *Senenſ. Bibl. pag. 671.*
[f] *Huius teſtimonij Senenſ. Autor fuit quantum memini.*
[g] *Bellar. lib. 1. de Sacram. in genere cap. 7.* § Sed facilè.
[h] *Iacob Ledeſma Ieſ. lib. de diuin. Script. cap. 31. num. 4. Azor. & Bellar. alijq; Iſuit. quo ſuprà.*

CAPVT XVII.

Pontificij rationum vmbram consectantur; sed ne vmbram quidem.

Obiectio prima.

a Colleg. Rhem. præfat. in nou. Testam.

b Salmeron Iesu. Com. in 1. Cor. 16. disp. 30.

c Ludouicus Iesu. quo suprà cap. 21

d Bellar. quo suprà cap. 15.

e Episc. Espenseus Com. in 2. Tim. 3. in hæc verba, [Et quia ab infantia sacras literas nosti.] *pag. 116.*

f Agrip. lib. de vanitat. cap. 100

** Espenseus Com. in Titum cap. 2.*

g Azor. Iesu. Instit. Moral. lib. 8. cap. 26. § Obijcies.

Aduersarius. [a] Non est existimandum sacra Biblia olim sutorum, sartorum, pistorum, mulierum, puerorum manibus conteri. *Quid ni?* [b] Hæc profanatio efficiet sutores & sartores, imo, quod ridiculum est, (*sanè magis quàm vt obijci debeat*) sutrices & sartrices, mirabili metamorphosi in Prophetrices & doctrices, ([c] imo in Prophetissas & Apostolas) conuerti. [d] Nunquam ab omnibus indifferenter legebatur. *Nunquàmne? tu quidem antiquum obtines, antiquitatem manifestam dissimulando semper, sæpè etiam negando: nam olim in lege veteri. Aduocatus.* [e] Iudæi filios suos quinquennes ad sacra Biblia adaptabant, & primum locum in informandis PVERIS sacris literis, vnde auspicabantur, tribuebant, quod ex PRISCA CONSVETVDINE Iudæos Eusebius ad sua tempora seruasse scribit. PVDEAT, igitur, Christianos ab hac cura alienos esse, NEQVE ENIM HAEC NOVA aut mea, sed est Patrum antiquorum querimonia. [f] Iosua LEGIT omnia verba legis coram omni multitudine, puerorum, mulierum, aduenarum: & vult Chrysostomus vxores cum viris de eo disputare. *Tempore Apostolorum.* *Manifestum est ex Apostolo Col. 3. & Ecclesiæ praxi, quòd vsus legendi Scripturas publicus populo concedebatur. [Verbum, inquit, Dei inhabitet in vobis abundanter] vobis? quibus vobis? nempe Colossis fidelibus omnibus ad quos scripserat. *Tempore antiquorum Patrum, quod tu, Bellarmine, negâsti strenuè.* [g] Nos tamen libenter fatemur, tunc temporis (*loquitur de ætate Hieronymi atque Chrysostomi*) LAICOS in Scripturarum lectione versatos fuisse, quia sacra

ſacra eloquia erant Græco vel Latino ſermone conſcripta, quem ſermonem vulgus quoque callebat, nunc verò plebs ferè rudis eſt, & imperita Latini ſermonis. *Rudis? rudis ille populus* Cuium pecus? *certè Eccleſiæ, plus nimium ruditati & ignorantiæ indulgentis. Irriſit tuus Salmeron apud Lutheranos* Mirabilem, *ſcilicet* metamorphoſin, vbi Laicus Propheta euadit, *qualem tamen videre Moſes ardentiſſime cupiebat.* *Quis tribuet vt omnis populus prophetet? *Tu apud tuos Metamorphoſin miſerandam producis, qualem apud Prophetam Dominus execratus eſt.* *Aſinus cognouit præſepe Domini ſui, populus autem meus non intellexit me, dicit Dominus.

* *Num.* 11. 27. *vulg. editio.*
* *Iſa.* 1.

Obiectio ſecunda.

Aduerſarius. [h]Conuenit vnitati Eccleſiæ vt Scripturarum vſus publicus eſſet in lingua communiſſima, alioqui communicatio Eccleſiarum tolleretur. Ergo non ſunt transferendæ. *Apage ineptias. Poſſit enim gens quæuis & communem Græcam atque Latinam retinere, & tamen ſua gaudere vernaculâ. Itaque, Aduocatus.* [i]Spiritus Sanctus in varijs linguis loquebatur, Act. 2. Et nunc quoque Eccleſia vna loquitur in lingua Germanica, Hiſpanica, Gallica, Anglicana, nec deſinet creſcere donec omnium Gentium linguas locuta fuerit. Atque in hoc plurimum præſtat ſynagogæ, quæ in vna tantum lingua Deum profeſſa eſt. *Vides quomodo in varietate linguarum vnitas Eccleſiæ conſtet & conſeruetur, niſi fortè exiſtimemus Chryſoſtomum qui* [k]Scripturas in linguam Armeniacam, *& ſanctum Vlphiam, qui* [l]eas in linguam Gothicam, *aut* *Carolum quintum, qui ſacra Biblia in linguam Francicam, *aut* Carolum magnum qui in Germanicam, *aut Eccleſiam Romanam, quæ eam* ([m]Græca cùm erat communiſſima) *in Latinam tranſtulit, vnitatem Eccleſiæ perfidè temeraſſe.*

h Bellar. lib. 2. de verbo Dei cap. 15. § Sed accedat. Eodem arguunt & Salmeron, & Ledeſma vtuntur.
i Ioannes Fecun com. in Act. 2.
k Rhemenſ. ſupra.
l Senenſ. ſupra.
* *Eſpenſæus lib. de ſex Tract. Tract. ad confeſſ. Regiũ.*
m Eraſmus ſupra

Obiectio tertia, à consequente damno { *Fidei.* / *Morum.*

Aduersarius. [n] Quid quod populus non capit fructum legendo scripturas, sed occasionem erroris in doctrina fidei & morum? multæ enim hæreses ex Scripturis non intellectis ortæ fuerunt. *Quo quid dici potest obtusius? quia hoc posito, docti quoque vniuersi, etiam multo magis, à sacris fontibus arcendi sunt. Quandoquidem. Aduocatus.* [o] Perpauci fuerunt idiotæ hæresium autores. *Et* [p] Nihil magis plures in hæresin impulit, quàm quod homines DOCTI & summis ingenijs prædíti in hæresin suâ superbiâ incidunt. [q] Arrius Græcè doctissimus fuit, & tamen hæresiarcha extitit, doctissimi licet cùm in hæresin incidunt indocti sunt de huiusmodi Petrus in Epist. Pauli [quædam difficilia sunt, quæ indocti deprauant.] *Non igitur in hac obiectione ratio nobis, sed stupor aduersatur, qui Italiam vestram peruasit, & doctissimorum animos plus æquo occupauit.* [r] Memini ego Episcopum Italum nobilem, nec verò imperitum, mihi dicere solitum, conterraneos suos à studio Theologiæ deterreri, & quodammodo abhorrere, ne sic fiant hæretici. Quasi verò hæreses ex Scripturarum studio, & non potiùs *(possit igitur argumentum retorqueri)* ex earum neglectu & ignorantia nascantur: quam igitur artem (aio) vestrates profitentur? Iuris (ait) vtriusque, sed præsertim Canonici, scilicet, hoc est ad Episcopos ad Galeros, ad summas, denique in terris vices, compendium. *Quinetiam si antecedens tuum concedatur, consequentiæ fucum vide.* [s] Quicquid est hæreseõ in orbe terrarũ, id vel ex Scripturis perperam intellectis, vel a Philosophia natum est: at à Philosophorum libris nemo arcetur: ergo nullus debet à sacrorum voluminum lectione submoueri. [t] Si alios doctorum libros cum vtilitate legimus, ecquis tam spiritualis liber, qui cùm Scripturis conferri possit, quas Spiritus Dei nobis dictauit? *Cum præsertim* [u] Doctorum Patrum scripta in quibus multa sunt tribuenda Spiritui sancto, nonnulla ta-

n *Bellar. cap. 15. §. Quid quod.*

o *Alphonsus de Castro. lib. 1. Hæres. cap. 13.*

p *Maldonatus Ies. in Euang.*

q *Salmeron Ies. In epist. ad Rom. disp. 10. §. frustra*

r *Espenseus com. in Titum, cap. 1. & 2. pag. 105.*

s *Erasmus vt refert Alphonsus li. 1. Hæres. cap. 13. pag. 32.*

t *Ribera Iesuita proem. in Proph. Hamas. num. 2.*

u *Salmeron. Ies. com. in 2. Tim. 3. §. Et addit.*

men inconstantis veritatis & interdum lapsus grauioris: ita vt sola sacra Biblia digna sint, quæ absolutè dicantur Scriptura. *Denique hæc de hæresi obiectio hæresin sapit.* [x] Alphonsus Rex glorjatur se sacra Biblia cum commentarijs & glossis quater & decies perlegisse. Videant igitur qui Christianos Principes à LECTIONE Scripturarum, seu prophanos arcent, Alphonsi ne an Donati similes esse malint. Nam Donatistis hæreticis olim impegit D. Augustinus, quod timerent ne sæculi Reges sacrorum codicum eloquia nôssent: sed velitis, inquit, nolitis Ecclesiam intrant, & LECTIONIBVS aurem admouent. *Sed iustas.*

[x] *Episcopius Episc. lib. de sex Tract. pag. 98.*

Instantia tollitur.

Aduersarius. [y] Mulier quædam Anglica, vbi audit lectum caput Ecclesiastici, vbi multa dicuntur De mulierum malitia, surrexisse dicitur, & dixisse. An illud verbum Dei est, an potiùs diaboli? Ergo. *Aesi des operam vt cum alterius insania ipse ratiocineris: perinde enim sequitur de malitia mulierũ textũ illum non modo non legendum esse populo, sed nec omninò publicè prædicandum: præterea illa tua ratio iamdiu Christo silentium imposuisset. Quia. Aduocatus.* [a] Ioh. 7. Christo loquenti respõdet turba, scilicet, & dixit: [Dæmonium habes] Quod peius erat dicere (inquit Augustinus) quàm eum occidere: ei quippe dictum est, quod dæmonium haberet, qui dæmones expellebat. Quid aliud posset dicere turba turbulenta? turba turbata est: vnde? à veritate, turbam lippitudinis turbauit claritas lucis, oculi namque non habentes sanitatem non possunt ferre luminis claritatem. *Imò ita nec Euangelium (quod absit) prædicandum erit, quia est impijs* Petra scandali. *Ad lectionem reuertor.* [b] Manichæi ex lectione nostræ Scripturæ ansam sumpserũt calumniandi Scripturas. *Hæc, inquies. erat eorum insania: & illa, inquam mulier erat non sana, disputo. Aut vulgata Latina propterea legenda non est, aut nihilominus legenda est vernacula. Quid multa? mulieris petulantia reprimenda fuit, non Dei supprimenda prudentia.*

[y] *Bellar. lib. 2. de verbo Dei. ca. 15. §. Præterea.*

[a] *Maldonat. Iesuit. com. in Ioh. 7. 20.*

[b] *Sixtus Senens. Bibl. lib. 8. §. Quanta vero.*

Dilemma.

CAPVT

CAPVT XVIII.

Vmbra quarta. Damnum in moribus obijcitur.

Aduersarius. [a] Multa in sacris literis reperiuntur, quæ possint vulgus (*os impurum*) ad malum pellicere. [b] Si populus legeret adulterium Dauidis, mendacium Iudith, Saram dedisse ancillam suam concubinam viro; vel Patriarchas ipsos contemneret, vel huiusmodi, sibi licere arbitraretur. *O hominum acumen! in picturis Noachum ebrium, Patriarcham in fratrem immaniter sæuientem populo spectandum proponitis, in Scripturis legendum esse prohibetis? Deinde ad oppositum. Aduocatus.* [c] Laici (*inquitis*) qui Græcè vel Latinè nôrunt Scripturas iure optimo lectitant. *Iure? Quid, vt non eos damni in fide ac moribus periculum à legendo deterreat? Si non negatis, falsò ius vestrum à vobis prætenditur, si negaueritis, causa Protestantium iniustè oppugnatur.*

a *Salmeron. Iesuita tom. in 1. Cor. 16. §. Secundò erroribus.*

b *Bellar. cap. 15. §. Præterea si.*

c *Azorius Iesuita instit. Moral li. 8. ca. 26. §* objicies *Dilemma.*

Hoc Argumentum à Damno ex mirifica multipliciq; vtilitate retorquetur.

Aduocatus. [d] Scripturam sacram esse omnibus accommodatam, & multiplices atque mirificas vtilitates exhibere, docet Chrysostomus, Matth. 22. homil. 41. Ibi ignarus inueniet quod discat, modicæ fidei vir quibus se consoletur: contumax, vt peccata timeat; magnanimus, quibus spe gloriæ, magis magisque ad virtutem excitetur: peccator quibus ad pœnitentiam & salutem reuocetur: habent fures ab exemplis iudicij Dei, quod in Acan exercuit: Fornicatores ab exemplo Israelitarum, quod perhorrescant: discunt concupitores carnes castigare, vt nemo delitias concupiscat,

d *Ederus Oecon. Bib. pag. 76. per totam.*

Dauid

Dauid adulter & Homicida proponitur, vt adulteri & homicidæ pœnitentiam agentes, non deſperent; Rahab Meretrix ſanctificata eſt, ne ſancti de impijs deſperemus. [e] Etiam lapſus Sanctorum vtilis eſt. Non mihi nocuit quòd Petrus Dominum negauit, quòd fleuit mihi profuit, inquit Ambroſius. [f] In ſacra Scriptura Dauidis & Petri aliorumque Sanctorum peccata leguntur, vt cautela ſit minorum Maiorum ruina. [g] Ideò ſcripta ſunt peccata Sanctorum, vt LECTVRI exijs periculum faciant, quod ſibi vſui ſiet. [h] Ioh. 15. [Vos mundi eſtis propter ſermonem meum.] Ama, inquit Hieronymus, ſacras literas, & carnis vitia non amabis. *Huc accedit alia vtilitas Chriſtiano populo neceſſaria imprimis.* [i] φυλακτήρια Phariſæorum Matth. 25. ἀπὸ τῦ φυλάττειν, dicta, eo quod memoriam ab obliuione ſeruarent. quemadmodum enim, inquit Chryſoſtomus, matres obliuioſis pueris, filo digitum alligantes, reducunt illa in memoriam eorum, quæ illis mandata ſunt: ſic juſſit Deus mandata ſua fronti & manibus alligari, vt ea meditarentur & facerent. Narrat præterea Chryſoſtomus ſua ætate multas fœminas Euangelium circa collum pependiſſe, vt præcepta Euangelica in memoriam ſuam reuocarent. *Etenim* [k] Quemadmodum in ſole diu multumque licet animi cauſâ deambulantes, caleſcere tamen & colorari videmus: ita diuinas literas aſſiduè LEGENTIVM mentes, ſenſus, conſilia, moreſque, velut quodam diuinitatis colore tingi & affici ſolent. Ego certè de ſtudioſo Sacrarum literarum cultore verè dixerim illud Dauidis: Erit tanquam lignum plantatum ſecus decurſum aquarum. LECTIONE earum alitur ad æternitatem, plurimoſque virtutum fructus profert.

[e] *Maldonat. Com. in Luc. 26.*

[f] *Epiſc. Lugdun. epiſt. ver. inſpect.*

[g] *Pererius Com. in Gen. 9.*

[h] *Epiſc. Parald. Trall. de Luxuria.*

[i] *Sweinſ. Bibl. lib. 2. Tit. Phylacteria.*

[k] *Perrius Jeſuit. præfat. in Com. in Danielem.*

CAPVT XIX.

Vmbra obiecta ex obſcuritate Scripturarum.

Hæc de obſcuritate quæſtio obſcuritatis inuolucris non caret: neceſſe eſt, igitur, vt primo in loco eius ſtatus germanus à ficto & fucato diſcernatur. Status Commentitius eſt huiuſmodi.

a Bellar. lib. 3. de verbo Dei ca. 1
b Rhemenſ. Ann. in Luc. 6. 1. in margine.
c Bellar. loco ſupra citato.

A*Duerſarius.* [a] Quæſtio eſt, vtrum Scripturæ ſint per ſe apertiſſimæ, vt interpretatione nulla indigeant, Lutherus & Brentius affirmant. [b] Proteſtantes omnia in Scripturis facilia eſſe volunt. *Statum controuerſiæ obliquis oculis inſpexiſtis: nam. Aduocatus.* [c] Lutherus, nolim, inquit, id de me præſumi, quòd nullus adhuc præſtare potuit, id eſt, Pſalterium à me in omnibus intelligi: multa ſibi reſeruauit Spiritus Sanctus, quo nos ſemper diſcipulos habeat; multa oſtendit, vt alliciat; multa tradit, vt afficiat. Scio impudentiſſimæ eſſe temeritatis eum qui audeat profiteri, vnum Scripturæ librum in omnibus partibus à ſe eſſe intellectum.

d Bellar. cap. 1. § Brentius.

Rurſus. [d] Brentius etiam donum interpretationis Eccleſiæ neceſſarium eſſe profitetur. *Quibus tamen conaris contrariam hæreſin impingere. Atque etiam (vos Rhemenſes) vobiſcum maximè diſcordes, eandem chordam pulſatis.* [e] Proteſtantes multa dicunt in Epiſtolis Pauli difficilia eſſe. *En*, omnia facilia, *&* multa difficilia. *An, igitur, inſint Scripturis ſenſus reconditi & inuoluti, quibus vel doctiſſimorum hominum ingenia exerceantur, & quodammodò torqueantur, minimè ambigitur: illud quæritur, vtrum, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, omnia, vſqueadeò perſpicua ſint, vt fideles etiam indoctiſſimi, earum lectione inſtrui ad pietatem poſſint, & hæretici, licèt doctiſſimi, perſpicuè ſatis ex illis refutari. Et hic eſt*

e Rhemenſ. Ann. in 2. Pet. 3. 16.

Quæſtionis

Quæſtionis ſtatus verus.

Aduerſarius. [f] Scripturæ ſunt obſcuriores, quàm vt poſſint à Laicis intelligi, ergo omnium manibus tractandæ non ſunt. [g] Ita ſunt ſcriptæ vt ſine Interprete intelligi nequeant, quamuis eas faciles eſſe Proteſtantes garriant. [h] Scriptura ſi non fuerit explicata, fundamentum ædificatiuum fidei noſtræ eſſe non poteſt. *Ratio prima.* [i] In Scripturis duo conſiderantur: res, & modus narrandi: res tradunt ſumma myſteria Trinitatis, &c. Obſcura omnia. Modus narrandi, ſunt enim ſententiæ ambiguæ, præpoſteræ, imperfectæ, figuratæ. *Ratio ſecunda.* [k] Summa totius Scripturæ, quæ (inquiunt Proteſtantes) in præceptis Decalogi, in Symbolo, in Oratione Dominicâ conſiſtit, habet teſtimonia Scripturarum clariſſima. Reſpondeo, hoc ſi ita eſſet, iamdiu finitæ eſſent inter nos controuerſiæ. *Rationibus veſtris occurremus, & primò, de Re. Aduocatus.* [l] Illa myſteria redemptionis ruſtici & mulieres intelligunt. *Rectè: ſi enim ratione myſteria fidei examinanda eſſent, nemo tam doctus, qui ea aſſequatur.* * Nihil enim magis contra rationem, quàm ratione rationem conari tranſcendere. *Sin fide:* * Credite & intelligetis. *Nemo ratione præditus, tam rudis, qui non percipiat. Etiam* [m] Præcepta Decalogi cùm naturalia ſint facillimè intelligi poſſint. *Ad modum narrandi quod attinet,* [n] Scripturæ loquendi modus eſt familiaris. [o] Et quæ in vno loco traduntur in Metaphoris, in alijs locis expreſſiùs exponuntur. [p] Nihil fidei neceſſarium in ſpirituali ſenſu continetur, quod alicubi Scriptura non per literalem tradat. *Et quæ (quæſo) myſteria diuiniora* * *conceptione Virginis,* * *paſſione Redemptoris,* * *reſurrectione corporis,* * *Aſcentione in cœlum, Seſſione ad dextram Maieſtatis? & quid tamẽ ſine Scripturarũ inuolucris, in tota Scriptura traditur luculentius? ſiue igitur rem, ſine modum narrandi velis, ſic accipe.* [q] Quæ ſumma ſunt credendi principia, & præcipua viuendi præcepta, ea OMNIA PERSPICVA eſſe docet Chryſoſtomus. *Maioris fortaſſis negotij erit ſecunda*

[f] *Bellar. lib. 2. de verbo Dei cap. 16.*
[g] *Rhem. in Act. 8. verſ. 31.*
[h] *Stapelt. lib. 3. de Eccleſ. Autor. cap. 15.*
[i] *Bellar. cap. 1. § Neque.*
[k] *Idem ibid. cap. 2. § Argumentũ ſeptimum.*
[l] *Bellar. cap. 2. § Arg. nono.*
* *Bern. Epiſt. 19 ad Innocentium.*
* *Eſ. 7.*
[m] *Bellar. cap. 2. § Alij.*
[n] *Pererius Ieſ. Comment. in Dan.*
[o] *Aquinas part. 1. quæſt. 1. Art. 9*
[p] *Idem ib. Art. 10*
* *Matth. 1. 20.*
* *Matth. 17.*
* *Matt. 28.*
* *Act. 1.*
[q] *Sermſ. lib. 6. Annot. 152.*

Rationi respondere. sed nec magni quidem. hoc, igitur, dico (vtinam quis mihi possit verè contradicere) idem sæpè in Theologia, quod ferè solet in Philosophia accidere, in qua nihil tam clarum tamq́, exploratum, quod distortum hominis ingenium non conetur elidere, nihil, *etiam,* tam absurdum *(inquit Orator)* quod non ab aliquo Philosophorum defendatur: Solem esse ferrum candens, niuem nigrum esse, *qui dixerint, inter Philosophos numerantur. Quorsum istæc? inquies:* vt *intelligas hominem ita peruersè sapere, vt nec testimonijs Scripturarum luce Meridianâ clarioribus concedere velit. Tu enim* Iudæorum, Anabaptistarum, Anthropomorphitarum, aliorumque *Hæreticorum errores sic sæpè exagitas.* Hæ, *inquis,* opiniones responsione omni indignæ sunt, Scripturarum luce clarissima depulsæ, *eò Theologus vester impellitur.*

v Canus locis Theolog. lib 3.

[v] Quid refert in solis luce lucernam afferre? *Scriptura, igitur, manifesta est, sed vt Camelus nunquam bibet, priusquam pede obturbet aquam, sic ingenium humanum vel in clarissimis Scripturis prauæ Philautiæ nube, vel peruersi præiudicij nocte occæcatum. Præclarè, igitur,* [f] Cæco (inquit * Augustinus) præsens est sol, sed ipse soli absens est. *Nunc ad Thesin reuertamur.*

f Possidius Ies. in notis diuini verbi. fol.44.
** August. in Psal.*

Ex Confessione agemus.

t u x Bellar. Salmeron, Ledesma, Ies. supra.

Aduersarius. [t] Non est existimandum olim Scripturas opificum, sutorum, fabrorum manibus conteri. [u] Obscuriores sunt, quam vt possint ab illis intelligi. [x] Sine interprete nequeunt, populus non capit fructum legendo. *Hoc monstrum nos 1. vestrorum fratrum, paulo post Patrum nostrorum viribus expugnabimus. à fratribus si petenda sit pro nobis responsio. Aduocatus.* [y] Non inficiamur PRAECIPVA FIDEI CAPITA, quæ OMNIBVS Christianis cognitu sunt ad salutem necessaria, PERSPICVE SATIS esse in Apostolicis scriptis comprehensa. *Alius.* [z] Sunt loca Scripturarum obscura, sunt alia aperta: quæ ad salutem sunt necessaria APERTA sunt omnia. *Quid etiamne hominibus illiteratis?* [a] Ita prouidit dulcis Pater vt *MVLTA sint

y Costerus. Ies. Enchir. Cap. 1. § Cæterum non
z Acosta Ies. lib. 3. de Christ. reuel. cap. 20.
a Ibid. Libr. 2. c. 2

in

in ſacris literis APERTA, hiſtorica facilia, ſuauia, nobiſque mirificè congruentia, ſiuè legem, ſiuè Prophetas voluemus, ſiue Euangelium, ſiue Epiſtolas relegamus, atque eſt in diuina Scriptura omninò mirabile: NEMINEM eſſe *(audite delicatuli, & irriſores)* TAM RVDEM & imperitum, quin, ſi humiliter LEGAT, multa illic vtilia veraſque intelligat: neminem tàm doctum, qui non illic multò plura ignoret, quàm ſciat. *Non potuit, mihi crede, Caluinus magis oppoſitè & expeditè cauſam hanc concludere.* [b] Non eſt, igitur quod putetis ad ſolos Theologos pertinere. SED OMNES HOMINES pro data ſibi capacitate ad illud obligari in lege veteri præcipitur. [c] Fortè petis an omnes arctari velim ad Scripturarum ſtudium? reſpondeo ex ſummo Theologo & Pontifice Adriano ſexto: Equidem vti neminem arctari intendo ita multò minùs omnes excuſare poſſim, cum certum ſit vnum-quemque ad tantam diuinæ legis obligari notitiam, quantam poſſit actus ſuos pro qualitate perſonæ citra peccatum mortale dirigere. *Nihil dici aut æquius poſſit aut deſertiùs, quia* [d] LEGENS mente purâ plura intelligere de Sanctis Scripturis poſſit, quam magnâ vallatus copiâ Commentariorum aſſequi poſſit, quod ego ſanè verißimum eſſe teneo, ſi de ea ſcientia agatur, quæ non inflat. Equidem vidi viros PRORSVS ILLITERATOS, & vix latinè ſcientes, ex Scripturis tanta depromere, ſenſuſque eos afferre, vt penitus miratus ſim, neque dubitauerim longo gymnaſij Biblici terendi tempore, nihil tale homines diſcere: Spiritualis enim omnia dijudicat. *Hoc Ieſuita de viris vix Latinè ſcientibus, quod ego non minùs verè affirmare poſſim de* * *puella tenera, quæ vixdum ætatis ſuæ annum nonum attigit.* ([e] Suſannæ parentes commendantur, quod filiam erudirent ſecundùm legem) *hæc quoque noſtra Suſanna, filia ſuis vere Chriſtianis parentibus digna, ſuapte ſponte, non ſine Spiritus Sancti inſtinctu, incredibili intelligendi vigore, & recordandi firmitudine, in ſcripturarum lectione aſſidua verſatur, quod ideò profero, vt & * ex ore infantis gloria aliqua Deo excitetur; & Adultis difficultatem cauſantibus, pudor*

b Agrippa lib. 2 Vanit. cap. 100.

c Eſpenſæus Com. in Tit. cap. 2.

d Acoſta lib. 2. de Chriſt. Reuel. cap. 5.

* *Suſanna M.*

e Salmeron Ieſ. Comm. in 2 Tim. 3.

* *Pſal. 8.*

f Ribera Iesuita proem. in Proph. Amos.nu.2.3.4.

suffundatur. [f] *O, enim,* Scriptura cœlestis vitæ dux, virtutum magistra, vitiorum pestis, lucis parens, expultrix tenebrarum: Tu itineris comes, in aduersis consolatrix, moderatrix in secundis, adolescentiæ institutrix, virilis ætatis firmamentum, dulcissimum perfugium senectutis. [g] In 3. Iohan. 1. [Electæ Dominæ, &c.] Mirantur quidam hunc librum scriptum esse ad mulierem, quasi verò nouum sit conscribi libros Canonicos ad erudiendam plebem Christianam, quæ constat ex masculis & fœminis. Huius (*Apostols Iohannis*) factum imitantes veteres patres, multas epistolas conscripsere ad ad mulieres, sed omnium maximè Hieronymus, qui tot sacros libros elucubrauit, & tractatus elaboratos ad illustres fœminas dedicauit: & quærentibus cur fragiliorem sexum scribendo honoraret, respondet in epistola ad Principiam: si viri (inquit) de scripturis quærerent, mulieribus non loquerer: si Baruch ire ad prælium voluisset, Deborah de victis hostibus non triumphasset: Sexus deuoratur à virgine, Christum portat in corpore. Hæc Hieronymus. Dices posse mulieres erudiri de scripturis, sed non spectare ad eas alios instituere. Respondeo, quod etsi earum munus non sit loqui in Ecclesia, possunt tamen, imò debent domesticos suos ac famliares docere, si ignari existant. Nam Apollo doctorem eloquentissimum & in scripturis potentem Prisca & Aquila in via Iesu instituerunt. Vt habes Act. 18. *Conclusionem expectat paucis accipe.* [h] Media, inter ista, sententia est D. Augustini, qui sacras literas non vsqueadeò difficiles esse docet, quin ex ijs, studio & diligentia, tantum QVISQVE possit assequi, quantũ ei ad salutem vtile sit, atque necessarium ita tamen sublimes esse censuit, quod homini solerti ad eas probè perdiscendas vix integram ætatem sufficere existimaret, *Hucúsque ex Aduocatis, nunc*

g Salmeron Iesuita com. in 3. Iohan. § Ad secundum

h Ederus Oecon. Bib. lib. 1. pag. 52

CAPVT.

CAPVT XX.

Autoritate hæc quæſtio definienda eſt ſanctorum Patrum, maximè verò ipſarum Scripturarum. Primùm.

Obiectionis ſolutio.

Aduerſarius. [a]Cùm præfectus culinæ Imperatoris neſcio quid de ſcripturis protuliſſet, à Magno Baſilio reprehenſus audiuit, tuum eſt de pulmentis cogitare, non diuina dogmata concoquere. Et Hieron. Quod medicorum eſt, inquit, tractent medici, tractent fabrilia fabri: ſola ſcriptura eſt ars, quam omnes vendicant, hanc garrula anus, delirus ſenex, verboſus ſophiſta, hanc vniuerſi lacerant, docent antequam diſcunt. Hæc ille. Hæc quærimonia nunc maximè locum habet in Germania, vbi non ſolùm viri, ſed etiam pueri, & fœminæ, atque opifices ſcripturas habent in manibus. *Ex qua quidem quærimonia diſcere potuiſti ætate Hieronimi Scripturas vulgares fuiſſe: Secundò* Docent (inquit Hieronymus) antequam diſcunt. *Quibus verbis quorundam petulantiam retundere voluit, non communem legendi facultatem abrogare. Nam. Aduocatus.* [b]Scholia Hieronymo & Primaſio inſcripta, docent laicos verbum Dei non modò ſufficienter, verùm etiam abundanter habere debere. Eat populus, inquit Hieronymus, ad montes, id eſt, ad ſacras ſcripturas. [c]Hieronymus ſtudium ſacrarum literarum, etiam in fœminis commendat. *Quod non obſcurè ex Hieronymo * Salmeron Ieſuita confirmat.*

a Bellar. cap. 13. §. His omnibus. & Salmeron Ieſ. com. in Cor. 14.

b Epiſ. Eſpenſæus com. in Tit. cap. 1.

c Eraſmus vt refert Alphonſus. lib. hæreſ. cap. 13. pag. 32.

** ſupra. lit. g.*

Patronos noſtros, ſanctos Patres, ſalutemus, qui hanc cauſam iamdiu definiuerunt.

Aduerſarius. [d]Scripturæ difficiliores ſunt, quàm vt poſſint à laicis intelligi: ergo laicorum manibus tractandæ non ſunt.

d Ieſuita ſupra.

Ob-

Obſcuritatem ex Patribus probare contenditis. nos Patres conſulamus, & reperiemus profectò, vt Scripturas faciliores ab omnibus Chriſtianis ratione & legendi peritia imbutis, cum vtilitate intelligi poſſe, ita etiam obſcuriores, non ſine vtilitate, non intelligi: in altero Ieſuitarum Diſputationis Antecedens, in altero conſequens labefactatur.

Ad Antecedens.

* *Origenes in Matt. 4. & contra Celſum.*

* Scripturæ ſunt fons Iacob, ſiquidem in Scripturis bibunt docti, vt Iacob & filij, ac ſimplices & rudes vt pecora eius. *At popellus veſter de Scripturis bibit, non magis quàm pecora. Aduoc.* [c] Iam olim Origenes querebatur ſe HORTARI ADOLESCENTES ad ſacrarum literarum ſtudium, ſed *(quia noluerunt, non quia non debuerunt parere)* tempus inſumere: Obſeruat etiam *(obſeruate & vos)* Iohannem quatuor ætatibus ſcribere, pueris, adoleſcentibus, iuuenibus, patribus. 1. Ioh. 2. Hieronymus inter Philoſophos & Apoſtolos ſic diſtinguit, quod Plato (exempli gratia) ſcripſit quædam ſed paucis *(Ieſuitæ Platonizant)* non populo: at Apoſtoli & Euangeliſtæ non ſcripſerunt paucis, ſed VNIVERSO POPVLO. ita etiam Dominus Chriſtus locutus eſt, non vt pauci, ſed vt OMNES intelligerent. ſcitus eſt enim Proſperi verſiculus: -- Scriptura, Quæ nullis animis, NVLLIS NON conuenit ANNIS. *Origenem ipſum audiamus.* * Plato & Græcorum ſapientes ſimiles ſunt Medicis ijs, qui ſolis lautioribus proſpiciunt, neglectâ plebeorum multitudine. Iudæorum autem Prophetæ, & Chriſti diſcipuli, qui humanam ſapientiam valere iuſſerunt, cibos curant ſaluberrimos, eâque compoſitione verborum vtuntur, eoq; apparatu, qui ſit accommodatiſſimus ad captum IDIOTARVM. *Addit.* Medicus ille melior qui multorum, quàm qui paucorum ſanitatis rationem habet. *Nazianzenus.* * Hanc CONSVETVDINEM Chriſtiani habere debent, vt quotidiè ad Eccleſiam veniant, & LEGANT ipſi; ſi non valent, alios audiant LEGENTES. *At vobis iamdiu licuit illud A-*

* *Origenes.*

* *Greg. Nazian. hom. 4. Dom. Epiphan.*

[c] *Epiſc. Eſpenſ. Com. in 2. Tim. 3*

poſtoli

poſtoli ſenſu minimè Apoſtolico decantare. Huiuſmodi conſuetudinem non habemus. *Cyrillus:* * Scripturæ omnibus notæ (*notate*) paruis & magnis, nullius captum (*intelligit in neceſſarijs*) tranſcendunt. *Hieronymus.* * Plato ſcripſit non populo, ſed paucis, vix enim intelligunt tres homines: at Chriſtus Dominus per Apoſtolos non paucis, ſed VNIVERSO POPVLO. *Rurſus.* * In Prouerbijs Salomonis eruditiaris ad vitam, in Eccleſiaſte conſuetcas quæ mundi ſunt calcare: in Iob virtutis & patientiæ exempla ſecteris: ad Euangelium tranſeas, tum ad Regum libros, & Paralepomenon, ad vltimum Canticum Canticorum. *Quemnam inſtituit Hieronymus? fortè Presbyterum aliquem: imò* Lætam fœminam: *vt in proximis verbis Demetriadem.* * Vnum iterum iterumque monebo, vt animam tuam ſacræ lectionis amore occupes: Lectio dulcem cibum ori tuo apponit, maſtucat meditatio, ſaporem requirit Oratio, Contemplatio eſt dulcedo ipſa, quæ reficit. *Obſerua tu libri titulum*, Scala Paradizi: *vos hanc ſcalam homines aſcenſuros detinetis, ſcandentes deijcitis. Chryſoſtomus etiam, nunquid vobis arridet? Aduerſarius.* [f] Multa Chryſoſtomus in huiuſmodi amplificationibus hyperbolicè locutus eſt pro illo tempore, vt populum theatris & ſpectaculis deditum ad ſcripturarum LECTIONEM reuocaret, non quod omnes omninò rudiſſimos id facere vellet. *Imo, Aduocatus.* [g] Meritò OMNES hortatur Chryſoſtomus ad Scripturarum lectionem, hom. 3. in 2. Theſſal. Voluit Deus, inquit, vt OPIFEX OMNIVM INDOCTISSIMVS ex earum LECTIONE aliquid vtilitatis reportaret. *Hyperbole ſemper in oratione ſuper fidem amplificata, non in ratione ad fidem confirmandam accommodata cernitur. At Chryſoſtomus ipſe.* * Ideò vos hortor, inquit, & hortari non deſinam, vt attendatis LECTIONI Scripturarum, etiam cùm domi fueritis. *Et obiectioni veſtræ occurrens.* * Quotquot eſtis SECVLARES comparate vobis BIBLIA: dicetis, Oues ſumus, noſtrum eſt Paſtores audire: OVES eſtis, ſed rationales. *Ratio quia Chryſoſt.* * Scripturarum lectio magis eſt vobis neceſſaria, qui verſamini in mundo:

* *Cyrillus Alexandrinus contra Iulianum, lib. 7.*
* *Hieron. in Pſal. 86.*
* *In Tom. 2. ad Lætam.*
* *In ſcala Paradiſi ad Demetriadem fœminam.*
[f] *Colleg. Anglo-Rhem. in nou. Teſtament. Hoc idem reſpondet Bellarminus, & Salmeron Com. in 1. Cor. 16. diſp. 30*
[g] *Epiſc. Eſſenſ. Com. in Tit. cap. 1. & 2.*
* *Hom. 3. de Lazaro.*
* *Hom. 9. in Epiſt. ad Coloſ.*
* *Chryſoſt. hom. 2. in Matt. hom. 10. in Iohan & hom. 13. hom. 2. in Mat. 1.*

nam qui vulnera accipiunt quotidiana, magis indigent medicamine. * Ridiculum eſt quod paupertatem mihi obijcitis, non vos omnia artis veſtræ inſtrumenta habetis? abſurdum erit in diuino deflere paupertatem. *Denique, vt non legentibus maiorem, prohibentibus autem legere longè maximum pudorem incutiat.* * Si quis de Theatralibus cantibus aliquid velit interrogare, multi qui diligentiſſimè diſcerent, inuenirentur: at Pſalmum vnum nolint audire, ad ſpiritualia deſides atque remiſſi. Dices, non hæc legi, non eſt hæc excuſatio, ſed crimen. *Veſter verò popellus dicturus eſt, hæc legere nobis minimè permittitur. Eſt, igitur, hæc eorum excuſatio, crimen (ô Pontificij) veſtrum. Quid enim?* * Num Deus (*inquit Lactantius*) linguæ & artis opifex loqui non poteſt, imò ſummâ prouidentiâ carere eo fuco voluit, ſic diuina temperauit, vt omnes intelligerent, quæ omnibus loqueretur. *Quomodo?* * Scriptura (*inquit Iſidorus*) vt Manna communis perfectis, & paruulis, & ſingulis, iuxta ſenſuum ſuorum capacitatem congruit. *Quare?* * Deus non tantùm dignitatis ſuæ rationem habuit in edendis Scripturis, ſed rudibus & incultis verbis, cœleſtes diſciplinas temperauit, vt & MVLIER, PVER, & OMNIVM etiam indoctiſſimus aliquid commodi ex earum LECTIONE perciperet, GREGALIVM hominum ſaluti benignè proſpiciens, neminem vtilitate ſuâ priuans. *Quod ſimilitudine illuſtratur.* * Scripturæ (*inquit Fulgentius*) vt ditiſſima fercula, habent quod omni ætati congruat, omni profeſſioni conueniat; potum lacteum, quo infantia nutriatur, & cibum ſolidum, quo robuſta iuuentus ſpiritualia virtutis incrementa accipiat. *Quorſum hæc? nimirum.* * Si vis habere filios eruditos (*inquit Anſelmus*) inſtitue eos in verbo diuino, nec dicas religioſorum eſſe tantùm diuina ELOQVIA legere: CVIVSLIBET enim CHRISTIANI hoc munus eſt, & maximè eorum, qui verſantur in mundo, qui maiore auxilio opus habent, vtpote ij qui tempeſtate agitantur. *Denique.* * Scriptura fluuius eſt, (*inquit Gregorius*) in quo Elephas natare poſſit, agnus ambulare. *Hic Pontifex erat verè paſtor agnorum, hodiernus magis Elephan-*

* *Lactantius lib. 6. Inſtit. cap. 21.*

* *Iſidor. lib. 1. de Summo bono. cap. 19.*

* *Lib. 2. Epiſt. 5.*

* *Fulgent. Ser. de Confeſſ.*

* *Anſelmus Com. in Eph. 6.*

* *Gregorius magnus.*

Elephantum, ne dicam Aſinorum.

Conſequentia ſuperioris argumenti ex Patribus infirmatur.

* Dici poteſt, Scripturæ difficiles ſunt, NIHILOMINVS ſi eas LEGERIS, PROFVERINT tibi, nam Dominus Ieſus ſi nos in LECTIONE occupatos viderit, paſcere nos dignabitur: non eſt Diabolo tormentum maius, quàm ſi quem viderit verbo Dei operam dare. Vtilis eſt, & animo prodeſt, ETIAMSI ſenſus noſter in præſens intelligentiam non capit. *Populóne hoc conuenit?* *Ibit populus ad montes, id eſt, ad Moſen, Prophetas, Euangeliſtas, ETSI non inuenerit qui eum doceat, TAMEN illius ſtudium comprobabitur. *Etiámne in Catechumeno?* *Omnia quæ poſt Chriſti aſcentionem conſcripta ſunt, quis fidelis, vel etiam Catechumenus non æquo legit animo, ETIAMSI non ſicut oportet, ea intelligat? *Quamuis doctiſſimus?* * Ita Spiritus Sanctus magnificè & ſalubriter Scripturas ſanctas modificauit, vt locis apertioribus fami occurreret, obſcurioribus autem faſtidia detegeret; nihil enim ferè de iſtis obſcurioribus eruitur, quod non planiſſimè alibi reperiatur. *Quamuis etiam indoctiſſimus fuerit?* * Omnis artifex omnia vitæ ſuæ incommoda ſuſtineret potiùs, quàm vt artis ſuæ inſtrumenta væneant, quod illis ſunt inſtrumenta artis ſuæ, malleus, cuneus, forceps; ſic & nobis inſtrumenta ſunt Apoſtolorum & Prophetarum ſcripta: vt illi per inſtrumenta, quidni ita nos per Scripturas animas deprauatas corrigimus? inueteratas renouamus? ETIAMSI multa NON INTELLIGIS: TAMEN EX LECTIONE IPSA multa naſcitur ſanctimonia: quanquam fieri non poteſt, vt omnia ex æquo ignores, ſic Spiritus Sanctus diſpenſauit, quò *(rideant Ieſuitæ licèt)* piſcatores, opifices, idiotæ, per has ſalui fierent; nequis ad hanc excuſationem confugiat: Voluit Deus vt opifex omnium indoctiſſimus ab earum lectione aliquid vtilitatis reportet. *In hunc modum Patres cauſam noſtram*

* *Origenes.*

* *Origen. hom. 20 in Ioh. & ho. 27. in Num. ho. 20. in Ioſhu.*

* *Hieron. Com. in Nahum. 3.*

* *Auguſt. lib. 2. de doctr. Chriſt. cap. 6.*

* *Chryſ. ſt. hom. 3 de Lazaro.*

defenderunt, nunc pro Scripturarum vſu communi Patres Patrum, id eſt,

CAPVT XXI.

Ipſas Scripturas diuinas conſulamus: in { *Euangelijs,* / *Epiſtolis.*

Primò Matthæus. Aduocatus. [a] Matthæum (vt referunt) conſcribere Euangelium cauſa compulit talis: cùm facta fuiſſet in Palæſtina perſecutio grauis, vt periclitaretur, diſpergi omnes, ne carentes fortè doctoribus fidei, carerent doctrinâ. [b] *Secundò Lucas.* Luc. 1. [Viſum eſt mihi tibi ſcribere, optime Theophile.] Et Act. 1. [Primum ſermonem feci, optime Theophile.] Origenes, Auguſtinus, Beda videntur ſentire hoc nomen eſſe commune. Theophilus enim Græcè amicum Dei ſignificat; vt doceant, ſi nos pij fuerimus, hoc nobis eſſe ſcriptum. Nomen reuera proprium eſt, & Oecumenius ex epitheto κράτιστε, colligit eum alicuius Prouinciæ præſidem fuiſſe: quòd eo honoris titulo præſides ſæpè in Actibus Apoſtolorum honorentur; neque minus authoritatis (quod AD HOMINEM PRIVATVM) quàm ſi ad omnes ſcriptum eſſet, habere putandum eſt. Nam quòd Theophilo Lucas ſcribit, OMNIBVS ſcribit, quemadmodum Diuus Paulus cùm ad Timothæum, Titum, Philemonem, homines PRIVATOS ſcripſit Epiſtolas.

a Eduus Oecon. Bibl. lib. 3. pag. 328. ex opere imperfecto. Chryſoſt. in Matth.

b Maldon. Jeſ. Com. in Luc. 1.

Epiſtolarum Epigraphas inſpicite.

[c] Epiſt. ad Ro. 1. 7. [Omnibus, qui ſunt Romæ dilectis.] INVNIVERSVM OMNIBVS ſanctificatis gratulatur. Et 1. Cor. [Cum omnibus] id eſt, quocunque gradu & conditione, ſiue Miniſtris, ſiue ex PRIVATORVM ORDINE.

c Arias Mont. in hos locos.

[d] In

[d] In 2.epiſt.ad Corin.1.[Cum omnibus ſanctis qui ſunt in Achaia,] AD OMNES pertinet huius Epiſtolæ argumentum: [Eccleſiæ Dei] id eſt, toti populo Dei fideli, tam ex Clericis, quàm Laicis. [e] Epiſt.ad Gal.ca.3.[O inſenſati Galatæ!] & Epiſt.ad Eph.ca.1.[Omnibus fidelibus.] Epiſt.ad Phil.cap.1.[Omnibus Sanctis & Epiſcopis.] Epiſt.ad Col. cap.1.[Fidelibus fratribus.] In prima perſtringit Apoſtolus omnes, qui veritatem deſerunt. In ſecunda [Omnibus] id eſt, maioribus & minoribus, perfectis & imperfectis. In tertia [Omnibus] omnibus baptizatis, & Epiſcopis, vbi populum præponit. In quarta, Omnibus, id eſt, tam perfectis extra communem aleam poſitis, quàm imperfectis, qui ſaltē fidem veram tenent. [f] Et manifeſtum eſt ex hac Epiſtola ad Col.cap.3.vſum legendi Scripturas populo publicum conceſſum fuiſſe. In 2.Tim.3.15. [Neque à puero ſacras literas nouiſſe] [g] Laudat Apoſtolus in Timotheo ſtudium ſacrarum literarum ab INFANTIA: ſicut parentes Suſannæ commendantur apud Danielem, quòd filiam ſuam erudirent ſecundum legem Moſis: & Salomon verba Lamuelis ait: Regis viſio, qua erudiuit eum mater eius. Quæ te (inquit Apoſtolus) poſſunt inſtruere ad ſalutem: oſtendit ex his eum poſſe conſolationem capere. 1.Pet.1. [Electis aduenis diſperſionis] &c. [h] Scribit ad omnes Iudæos Chriſtianos, vt eos in veritate Euangelij confirmet. Epiſt. Ioh.1.[Senior electæ Dominæ & natis eius.] 1.Ioh.1.Catholica. [i] Inſcribitur Catholica Epiſtola vt indicet eam ad omnem Eccleſiam pertinere. Et in cap.2.[Scribo vobis patres, ſcribo vobis filioli.] Eſt gratulatorius ſermo ad OMNES QVACVNQVE SERIE. 2.Ioh.1.[Senior electæ Dominæ & liberis eius, &c.] [k] Perſona cui ſcribit erat Matrona Babylonica, & tamen inſcribitur, Catholica Epiſtola, [l] quia ad omnes communione fidei præditos pertinet: in qua familiam Dominæ illius, tanquam piorum hominum Eccleſiam inſtruit. 3.epiſt. Ioh. [Senior chariſſimo Gaio.] [m] Is erat Gaius, quem Paulus Rom.16. HOSPITEM ſuum vocat. Liber Apocalypſeos [Septem Eccleſijs: Beatus qui legit & audit, &c.] [n] Quoniam omnes

d *Aquinas com. In hanc epiſt.*

e *Epiſ. Eſpenſeus com. in Tit. ca. 1. 2*

f *Eſpenſeus ſupra*

g *Salmer. Ieſuit. Com. in 2 Tim. 3*

h *Salmeron Ieſu. in Petrum.*

i *Eſpenſeus Com. in Tit. 1.*

k *Aquinas.*

l *Arias Montan. in hunc locum. & Salm. Ieſ. ſup. in Lyran. & Sal. in hunc locum.*

legere non possunt, necesse erat addere [& audit.] *Denique Scripturarum omnium vsum, Apostolus communem facit.* Rom.15. [Quæcunque scripta sunt ad nostram doctrinam sunt scripta vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.] °Hæc duo, viz. patientiam & consolationem Scripturarum LECTIO mirabiliter & multipliciter efficit, per exempla, quæ in ea continentur, & per adhortationes, quas in ea LEGIMVS, per promissiones, multa alia sunt, sed horum meminit Paulus, quia agebat de INFIRMORVM imbecillitatibus sustinendis. *De vniuerso Bibliorum volumine eleganter sanctus Gregorius:* *Scriptura est epistola omnipotentis Dei ad creaturam suam. *Quæ ex Epistolarum epigraphis liquet: Episcopis, vt* Angelis Ecclesiarum: *Laicis præsidibus, vt* Theophilo: *plebeis, vt* Gaio: *Mulieribus & pueris, vt* Electæ Dominæ & liberis eius. *Denique,* Sanctis omnibus, fidelibus omnibus, omnibus vocatis *commendata est. Concludam igitur ex Augustino,* Impium est si non legimus nos quod scriptum est propter nos. *Sic pro publico Scripturarum vsu, damno (quod Aduersarij obtendunt) coniecturali, vtilitatem certam; suspicioni hæreseos, ipsam hæresin, praxi fictæ, veram; Patrum autoritati detortæ, genuinam; ingenio, denique, humano, consilium diuinum opposuimus. Vernaculas uersiones euicimus, supereſt (nos enim adhuc Bellarmini methodum sequimur) nunc*

° Tolletus Iesuita com. in hunc locū

* Gregorius magnus Epist. 40.

* Aug. lib. 6. cont. Faustum. ca. 9

CAPVT XXII.

Alterum huius quæstionis membrum de vernaculis precibus: quæ vel [a] priuatæ sunt vel publicæ.

De Priuatis.

[a] Catechism. Trident. de Orat.

[b] Ledesma Iesuit. lib. de quâ lingua scripturæ legantur. cap. 13.

[c] Colleg. Ang. Rhem. in 1. Cor. 14. p. 462 vbi angli, scribentes hoc, Pater noster, Aue Maria, latine proferunt.

A Duersarius. [b] Non necessarium est vt quæ in priuata oratione dicuntur, omnes intelligant. [c] Populus Catholicus

tholicus ex antiquiſſimo ſuo iure precibus Latinis (nempe Pater noſter, Aue Maria, & Matutinis) vti debet, quemadmodum à principio facere ſolebat; hoc conſuetudini populi Chriſtiani à prima ſua conuerſione ſemper conſentaneum fuit. *Vbi non obſcurè in priuatis quoque precibus linguam ignotam hi Pontifici aſciſcunt: praxis, quam populus Pontificius vſu quotidiano nimis manifeſtè profitetur. Etiamſi Aduocatus.* [d] Priuata cuiuſque oratio vulgari lingua rectè fieri poſſit, vt ſit vtilis ijs præſertim qui Latinè ignorant. *Noſter hic addit (iam non noſter)* ſed de publica Eccleſiæ oratione alia eſt ratio. *Hanc aliam rationem ſi placet exprome.*

[d] *Salmeron Ieſu. com. in 1. Cor. 14. diſp. 30 & Azorius Ieſ. Inſt. Mor. lib. 8. cap. 16.*

De Precibus publicis. Status quæſtionis.

[e] Oratio publica, quæ fit à Miniſtris in Eccleſia neceſſum non eſt, vt in vulgari & patria lingua dicatur. Eccleſia noſtra PROHIBET, ne diuinia officia, & præſertim Miſſæ ſacrificium vulgata lingua celebretur: nam poſtremum Concilium Tridentinum, Seſſ. 22. cap. 8 & 9. tradit aliter docentes anathemate eſſe percellendos. [f] At Lutherani & Caluiniſtæ contendunt officia diuina, & precationes publicas in vulgari & materna lingua tradi oportere, vt ſinguli intelligant quid orent, petant, recipiant. *Agite, inquiramus,*

[e] *Salmeron. quo ſupra. & Bellar. li. 2. de verbo Dei. cap. 16 & Ledeſma Ieſ. li. de diuinis ſcripturis &c. cap. 13.*

[f] *Azorius Ieſ. quo ſupra.*

Hoc Proteſtantium dogma: primùm { *quàm vetus,* / *quàmq; verum ſit.*

De Antiquitate.

Aduerſarius. [*] In Græciæ, Chaldææ, Romæ, regionibus non vulgari populorum Idiomate, ſed in linguis communibus diuina perficiebantur. *Mera impoſtura. Nam.* [g] In initio Euangelij forſan aliter obſeruabatur. *Forſan? Tenebræ. Aduocatus.* [h] In Primitiua Eccleſia benedictiones & cætera communia FIEBANT IN VULGARI. Tem-

[*] *Goſterus Ench. cap. 19. §. Tertia propoſitio.*

[g] *Catharinus annot. aduer. Caiet. pag. 88.*

[h] *Lyranus in hunc locum.*

i Hardingus art. 3. Sect. 18.

k Bellar. lib. 2. de verbo Dei. ca. 16. § Sed neque.

i Tempore Primitiuæ Ecclesiæ populus in lingua VULGARI sacra celebrabat. k Tempore Apostolorum *(ex quo probat illiuia, quem Clericum vocamus, vsum tunc nullum extitisse)* totum populum respondere SOLITVM in diuinis officijs, nec fuisse vllum pro Laicis constitutum, ex Iustino constat, qui sub finem secundæ Apologiæ pro Christianis disertis verbis dicit, totum POPVLVM in Ecclesia respondere CONSVEVISSE, Amen, cum sacerdos terminabat orationem, vel gratiarũ actionem. *Nec tamen hoc Primitiuæ Ecclesiæ peculiare fuit: quia,*

l Bellarm. lib. 2. de verbo Dei. cap 16 § Idem etiam.

l Idem etiam postea LONGO tempore seruatum esse tam in Oriente, quàm in occidente patet ex liturgia Chrysostomi, vbi apertissimè distinguuntur, quæ sacerdos, & quæ populus in diuinis officijs canebant. Item ex Cypriano: & ex Hieronymi præfatione, li. 2. in epist. ad Gal. Qui scribit in Ecclesijs vrbis ROMAE quasi cœlestis tonitru audiri POPVLVM REBOANTEM, AMEN. *Quid igitur interest? Protestantes antiquitatem proferunt, asserunt q. Nos itaque ad Ecclesiam Apostolicam* *quod *enim* primum, verum: *vel, si placet, ad Romanam libenter prouocamus, sed ad matrem illam antiquam, non hanc iniustam nouercam, quæ non modo à Primitiua Ecclesia, verumetiam à seipsa iamdiu tantopere degeneranit.*

* Tertul.

m Erasmus com. in hunc locum.

m Hac in re mirum est, quomodo MVTATA est Ecclesiæ consuetudo, in templis enim multi clara voce sonant eas preces, etiamsi NIHIL intelligant. *Eóque propemodum stupiditatis res venit, vt nihil in publicis precibus homines sciant, præterquam* Nescio. *Quia* Vituperandum est quòd non modo Minister, quem CLERICVM vocamus; sed nę Presbyteri quidem aut Diaconi (°plerumque) INTELLIGVNT quid legant aut orent.

n Seruat. Rib. lib. 6. annot. 263.

o Catharinus annot. aduersus Caict. pag. 88.

Ecqua vobis constat antiquæ consuetudinis antiquandæ ratio? duplex opponitur, sed vtraque ter misera.

Ratio prima.

p Salmeron Iesu. com. in 1. Cor. 6. disp. 30. § Septimò certum est.

Aduersarius. p Non sequitur nunc similiter fieri à nobis debere,

debere, quemadmodum initio Primitiuæ Eccleſiæ, defectu cœlebum promouebantur ad ordines vxorati, quod tamen nunc nequaquam licet. *Inſulſe, His enim verbis errorẽ errore defendis. Ecqua (inquam) ratio?* [q] Exemplum Primitiuæ Eccleſiæ non eſt ad hæc tempora trahendum, quia aucto fidelium numero, in tanta multitudine videmus ſpiritum refriguiſſe. *Frigidè, cum ideo potius repetendum ſit exemplum Apoſtolorum, vt ex cognitis precibus, deferneſcentis atque languidi ſpiritus orantium, maiori orandi deuotione & conſolatione incendantur. Quia Aduocatus.* [r] Oratio intellecta plus valet ad deuotionem & conſolationem excitandam, quàm non intellecta. *Adhuc igitur mutatæ conſuetudinis rationem aniàm expecto.*

[q] *Idem opinor.*

[r] *Bellarm. Aquinas, & alij infra.*

Ratio ſecunda.

Aduerſarius. [s] Tunc quia Chriſtiani pauci erant, omnes ſimul pſallebant, & intelligebant, & reſpondebant Amen. At poſtea creſcente populo diuiſa ſunt officia, & ſolis Clericis relictum, vt communes preces peragerent. *Prauaricaris planiſſimè, neque enim ignoras illam conſuetudinem olim inualuiſſe, cùm eſſet etiam innumeroſiſſima, adeoq; florentiſſima Eccleſiæ multitudo. Aduocatus.* [t] Longo tempore poſt in OCCIDENTE & ORIENTE, tempore Chryſoſtomi & Cypriani, atque etiam Hieronymi ea conſuetudo valuit. *Hoc, vti nôſtis, liturgia veteres euincunt.* [u] Objiciunt Proteſtantes, quod Iacobus Apoſtolus Caldaicè aut Syriacè apud Iudæos liturgiam compoſuit, qua nunc quoque fortaſſe vtuntur Æthiopes, Armeni, Morauitæ: Baſilius & Chryſoſtomus græcè pro Græcis: Hieronymus perhibetur Dalmaticâ linguâ liturgiã compoſuiſſe. CONCEDO, ſed id factum eſt, quia id illi extorſerunt. &c. *Reſponde igitur*, verùm quicquid Lutherani obſtrepant, error eſt aſſerere publicas Eccleſiæ preces in vulgari idiomate fundi debere. *Olim, igitur, ſolere concedis, nunc debere negas: nos verò iam antiquitate cauſæ facti ſuperiores, pro æquitate eius animoſè magis pugnabimus, quanquam veritate viciſſe eſt, iam antiquitate valuiſſe. Quia Aduocatus.*

[s] *Bellar. lib. 2. de verbo Dei. ca. 16. §. At objicies.*

[t] *Bellarm. ibidem §. Idem etiam.*

[u] *Azorius Ieſuita lib. 8. cap. 26. §. Sextò quærirur.*

x Eckius Enchirid. de hac quæst. § 37.
* Augustinus ad Ianuarium.

x Antiquus mos populi Dei, inquit * Augustinus, pro lege habendus est. *Proximo loco*

CAPVT XXIII.

De vulgatæ linguæ vsu publico, quoad æquitatem atque necessitatem disseritur.

Status Quæstionis.

a Azorius Iesuita Inst. Moral. lib. 8 cap. 26. § Verum enimuero.
* Sess. 22. cap. 8.
b Ibidem.
c Salmeron Iesuita d Azorius quo supra.
e Salmeron Iesuita com. in 1 Cor. 16. disp. 30. § Nec vero.
f Sixt. Senensis Bibl. lib. 6. annot. 263.

Aduersarius. a Accedit Concilium * Tridentinum, quod statuit non expedire, vt diuinum officium vulgari passim lingua celebretur: b Mos enim generalis Ecclesiæ habet vt TANTÙM tribus linguis, Hebraica, Græca & Latina celebretur. c Tantùm his tribus contenti esse debemus. d Intollerabilis est Lutheranorum error contrarium asserere. e Valeat ergo impium Caluini dogma, neminem dicentis esse participem (*videlicet vt orantem*) publicæ orationis, nisi intelligat idioma, quo funditur Oratio. f Hæc Lutheri doctrina (inquit Catharinus) quæ in precibus linguam cognitam exigit Diaboli caliditatem sapit. *Et valeat hoc dogma, per me licet, nisi veritate valeat.*

Protestantium præsidia pro parte Affirmatiua.

g Azorius quo supra.

g Opinionem suam confirmat ex loco Pauli, 1. Corin. 14. Si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea caret fructu: quid ergo est, orabo spiritu, orabo & mente? cæterùm si benedixeris spiritu qui supplet locum Idiotæ, quomodò dicet Amen super tuam benedictionem, quoniam quid dicis nescit? nam tu quidem benè gratias agis, sed alter non ædificatur. *Et.* Omnia ad ædificationem fiant. *Hoc beati Apostoli Pauli decretum decreto vestri* * *Pij Pontificis videtur*

* Vide supra Con. Trid. Sess. 22.

ex

ex diametro aduersari. Ex Scripturis enim alijs scimus quid sit à Deo petendum, ex hac petendum esse quod scimus. Agite, ita q; experiamur, si istos possitis ab isthoc propugnaculo suovllis vestris machinis propulsare: mihi cùm hanc Scripturam lego, verba singula, veluti totidem tormenta esse videantur ad vestrum illud Concilij Tridentini *munimentum expugnandum diuinitùs nobis allata. Primùm in genere: sed heus, quo tu te proripis Ecchiũ*

Subterfugium primum.

Aduersarius. [h] Malè hunc locum ad Missam torquent hæretici: Respondemus Paulum loqui de Propheta, Interprete & Doctore, [IN ECCLESIA volo LOQVI VT ALIOS INSTRVAM] expende INSTRVAM, quod sit de prædicatione, non de Missæ celebratione. [i] Ad obiectionis difficultatem tollendam; aliqui respondent agi, hoc in loco de exhortatione, non de precibus. *Aduocatus.* [k] Sed videtur difficile hoc defendere (*hæc verba, Ecchi, etiam atque etiam expende*) nam sequuntur hæc [προσεύχομαι, ψαλῶ, εὐχαριστῆς, oro, canam, gratias agis] quibus verbis Apostolus non significat concionari, sed PRECARI. *Quid tu igitur Bellarmine respondes?*

h *Ecchius in Enchirid. de hac qu. Missam latinè, nõ Germanicè dicend.* §. Quod ad Missam.

i *Bellar lib. 2. de verbo Dei. cap. 16* § Ad hanc.

k *Ibidem.*

Subterfugium secundum.

Aduersarius. [l] Vera sententia est Apostolum hoc loco non agere de diuinis officijs, sed de Canticis spiritualibus, quæ Christiani componebant ad laudandum Deum, & gratias ei agendas: *Vera sententia? sed ne verisimilis quidem. Aduocatus.* [m] Alij dicunt Apostolum quidem loqui de diuinis officijs: ita intellexerunt hunc locum Haymo, Primasius, Petrus Lombardus, D. Thomas, & alij quidam ex Latinis. *Respondeant igitur isti.*

l *Bellar. quo supra* § Vera sententia *eodem modo Ieuenalis Iesuita lib. de lingua in qua scripturæ legantur. cap. 26.*

m *Idem ibid.*

Subterfugium tertium.

Aduersarius. [n] Sic illi dicunt & respondent, quamuis lo-

n *Bellar. quo supra,* § Alij ergo.

loquatur Apoſtolus de diuinis officijs, non requiri tamen vt totus populus intelligat, ſed ſolùm vt intelligat is (*Clericus*) qui vice populi reſpondet: atque hoc ſignificari his verbis [Qui ſupplet] [°Qui ſupplet locum Idiotæ] id eſt, qui vice populi fungitur, vt Clericus. *Doctorum commentum fateor, ſed indoctum, & idiota aliquo dignum. Quod tamen in ludo veſtro (Bellarmine) edoctus tenet mordicus.* P Ex hoc loco manifeſtè conuincitur, tempore Pauli fuiſſe aliquē in Eccleſia, qui ſuppleret locum Idiotæ, ac populi, ſiue docendo, ſiue benedicendo, nec omnium fuiſſe ex populo indiſcriminatim loqui in Eccleſia, vt nunc falſò volunt hæretici: Non enim ait Idiota, ſed [qui ſupplet locum Idiotæ] quod ſanè vrgendum eſt aduerſus hæreticos. *Vel potius aduerſus Idiotas, aut etiam fungos & ſtipites. Etenim apud doctos Aduocatus.* q Non videtur hæc ſolida ſolutio (*nec tamen habuerunt iſti quomodo ſe alter expedirent*) [ἀναπληροῦν τὸν τόπον, ſupplens locum] non ſignificat ſecundum vſum græcæ linguæ, gerere vices Idiotarum, ſed vnum eſſe ex Idiotis. r Græca phraſis reſponſum illud non admittit, quia τόπος non accipitur pro vice, ſed ſed pro eo, qui implet locum Idiotæ, hoc eſt, qui ſedet inter Idiotas, & eſt vnus ex illis. Vt ſenſus ſit: quomodo dicit Amen, qui eſt Idiota, & ignorat quid precatur? *Expoſis reſponſis*

° *Senenſis Bibli. lib 6 annot.263. eodē modo Hardingus.*

p *Ludouicus Jeſuita lib de lingua qua Script. legantur. cap.27. §. Præterea. Eodem modo exponit Eman. Sà Ieſuita annot. in hunc locum.*

q *Bellar. quo ſupra*

r *Salmeron Ieſuita com. in 1. Cor. 14. diſp.22. §. Illud etiam. Idē Colleg. Rhemenſe concedit annot. in eum locum.*

Argumentum Proteſtantium corroboratur in hunc modum.

Qui vſus ex inſtituto Chriſti maiorem populo ædificationem, conſolationem, deuotionem, affert: is in Eccleſia potius obtinere debet: at Oratio cognita ad hæc ſingula maximè conducit: ergo eſt ignotis precibus anteponenda. Ecquid in hoc argumento reprehendere aut eludere quis poſſit? Antecedens an conſequens? De priore. Aduerſarius. s Experientia ſatis nos edocuit preces vernaculas ad ædificationem, id eſt, fidei augmentum, & cognitionem, & bonos mores

s *Rhemenſ annot. in 1. Cor. 14. pag. 461.*

mores non magis valere, quàm ignotas. [t] Experientiâ ſatis compertũ eſt, id (*cognitionẽ orationis*) plus ad Eccleſiæ deſtructionem, quàm ad ædificationem pertinere. [u] Et manifeſtum eſt eos qui ſine intelligentia precum orant, non minori, ſæpè etiam maiori cum conſolatione, & deuotione orare, quàm qui intelligentiam orationis dilucidam aſſequuntur. [x] Conſolationem adiuuant verba illa ſacra, quæ recitantur, etiamſi non intelligantur. *Aduocatus.* [y] Quando quis orat linguâ quâ ipſe non intelligit, ad INSTRVCTIONEM eius MINVS eſt fructuoſa, quàm ſi particulariter intelligeret. *Veſtram, igitur, experientiam expoſitio veſtra refutauit. Secundo loco de conſolationis fructu.* [z] PRAECIPVVS vſus canticorum, tempore Apoſtolorum, erat inſtructio & CONSOLATIO populi. ÆQVVM, igitur, erat vt cantica illa intelligerentur, alioqui periiſſet PRAECIPVVS vſus illorum. *Quid, igitur, intereſt? Rhemenſes*, Magna quoque CONSOLATIO, *inquiunt*, ex ignotis precibus oritur. *Bellarminus verò*, Sine orationis intelligentia, conſolatio percipi omninò nulla poteſt. *Tertio, quod ad deuotionem attinet.* [*] Quantum ad fructum deuotionis, priuatur quiſquis non intelligit quæ orat. *Probato antecedente, alij conſequens oppugnant, ſed ita vt ſit*

t *Catharinus quo ſupra.*
u *Rhem. pag. 462*
x *Coſter. Enchi. cap. 19 §Secunda propoſitio.*
y *Colleg Rhem. annot. in 1. ad Cor. 14. verſ. 14. pag. 460.*
z *Bellar. lib 2. de verb. Dei cap. 16. § At obijcies.*
* *Aquinas Com. in hunc locum.*

CAPVT XXIIII.

Quartum κρυφύγετον & ſubterfugium longè turpiſsimum iam recens à Ieſuitis ipſis fictum potiùs quàm ab alijs acceptum.

A *Duerſarius.* [a] Reſpondeo, non eſſe verum quod aſſumitur, quòd finis proprius diuinorum officiorum ſit populi inſtructio, & ædificatio, ſed potiùs cultus Deo debitus. [b] OLIM ædificatio populi in precibus neceſſaria FVIT, & præcipuus vſus precum FVIT, ædificatio & conſolatio populi; NVNC VERO vſus precum præcipuus non eſt ædificatio aut conſolatio populi; ſed cultus Dei ab Eccleſia debitus.

a *Salmeron 1. ſ. Com. in 1 Cor. 14. diſp. 30. § Quartò obijcitur.*
b *Bellar. cap. 16 § Obiectio 4. & § Secunda obiectio. & § At obijcies.*

bitus. *Et hoc eſt cauſæ perditiſſimæ vltimum refugium deſperationis pleniſſimum, omnis authoritatis, rationis, ac conſenſus præſidijs omnibus deſtitutum: nullius enim negotij erit probare Orationis intelligentiam liquidam ad debitum Dei cultum neceſſariò pertinere.*

Argumentum primum ſic inſtitui poteſt.

Quod Apoſtolus præcipit, tanquam orationi neceſſarium, vt melius Deum colamus, id in diuino cultu minimè eſt negligendum: at hoc præcipit Apoſtolus tanquam Orationi neceſſarium.

Aduocatus. [c] Vt preces intelligantur melius eſt ad inſtructionem. [d] Et vtilius eſt ad conſolationem orantis. [e] Et ad fructum deuotionis conducibilius. *Quæ ſingula Deus cultoribus ſuis ineſſe vult, & ad cultum ſuum perpetuò pertinere. Hoc enim Apoſtolus exigit.* [f] Apoſtolus PRAECIPIT, vt preces ad AEDIFICATIONEM fiant, quemadmodum probatur, Rom. 15. [Vnuſquiſque proximo ſuo placeat ad ædificationem, PLVS lucratur, quoad INTELLECTVM, & quoad affectum, qui non ignorat quæ orat.] *Hoc, inquam, Apoſtolus præcipit tanquam melius.* [g] IVBET Apoſtolus verſ. 20. vt ad AEDIFICATIONEM abundent, MELIVS eſt orare mente, DISTINCTE INTELLIGENTE ea quæ ORAS, quàm CONFVSE: & ex hac doctrina habetur MELIVS eſſe Eccleſiæ NOSTRAE, vt publicæ preces noſtræ audiente populo dicantur in lingua Clericis & POPVLO COMMVNI, quàm Latinè. *Deinde vult etiam Deus populum ſuum in cultu ſuo aliquantùm proficere, at* [h] QVID PROFICIT populus non intelligens ea quæ orat? *Ius etiam illud Religionis antiquum ſuperſtitionis ſtupor recentior antiquauit: nam* [i] MAXIMA PARS populi cùm NVNC orat, NON in MENTE orat, cùm in lingua orat, quàm non intelligit: AT Paulus VLT OMNES homines orare etiam in mente. *Quid igitur?* [k] OPTANDVM videtur, vt iuxta APOSTOLICVM mandatum, & PRISCVM Eccleſiæ morem, in PVBLICIS Eccleſiæ precibus, conuenticulis, lectionibus, quæ populi

c Rhem. ſuprà.
d Bellar. ſuprà.
e Aquinas in 1. Cor. 14.
f Aquinas ibid.
g Caietanus Com. in hunc locum.
h Lyranus in hunc locum.
i Faber in hunc locum.
k Defenſor lib. de officio Pij viri contra Luther.

puli cauſſâ ſuſcipiuntur, POPVLI quoque ratio habeatur.

Secundum argumentum.

Quo cultu Deus ſanctiùs colitur, is eſt præcipuè Deo debitus, at vbi animus orantis maiori cognitione, deuotione, ſpiritualiq; lætitiâ perfruitur, Deus ardentiùs ſanctiuſq; colitur. Ergo preces intellectæ, In quibus plus eſt ædificationis: *Rhemenſes:* Conſolationis:* *Bellarminus:* Deuotionis:* *Aquinas: præcipuè ſunt adhibendæ ad Dei cultum celebrandum, Vos, vt aſſumptionem tollatis, ad Concilij Tridentini decretum confugitis; nos, vt eam confirmemus, Tridentini Concilij Commentarium, & Catechiſmum conſulemus. Aduocatus.* [l] Cur Deus (cùm ſciat quibus indigeamus) vult Oratione noſtrâ ſolicitari? Primò, vult beneficentiſſimus Pater à filijs inuocari. Secundò, VULT NOS ritè petendo petere fidentiùs, vt magis ad eius amorem incendamur: vt ſæpiùs MAIORI in ſingulas preces AFFECTI LAETITIA (*qua magis ex precibus cognitis efflorescit*) ad eum COLENDVM atque AMANDVM INCITEMVR ARDENTIVS. *Orationis finis vltimus eſt, vt Deum colamus; ſed fides, affectus, intellectus orantis medium neceſſarium eſt, ſine quo cultus nullus præſtatur, teſte Spiritu Sancto. Aduocatus.* [m] Eccleſiaſt. 5. 2. [Ne feſtines ore tuo, neque cor tuum acceleret proferre verbum ante Deum, nam Deus eſt in cœlo.] Dehortatur Aben Ezra, ne quis talibus vtatur Orationibus, in quibus non intelligitur, quid oratur; vndè temerè fecerunt NOSTRI, qui conſuetudinem orandi in lingua ignota introduxerunt, quam ſæpenumerò nec ipſi intelligant, nec populus. *Hoc figura portendit.* [n] Exod. 15. [Cantemus Domino, cantabant Moſes & Myriam vxor eius, ductabat virorum chorum Moſes.] id eſt, intellectus perfectus [mulierum Myriam] id eſt, ſenſus purificatus: IVSTVM enim eſt intelligibiliter & ſenſibiliter Deo hymnos DICI, vtrumque inſtrumentum concinnè pulſari, tam INTELLECTVM quàm ſenſum, in ſolius Dei ſeruatoris laudem & Gratiarum actionem.

* *Vide ſuprà.*

l *Catechiſ. Trid. part. 4. ſap. 2. §. 7*

m *Mercerus Com. in hunc loc. Profeſſor linguæ ſacræ in ſchola Pariſienſi.*

n *Petrius Joſa com. in Exod. 15 Diſp. 2 §. Excercitus porro.*

nem. Hactenus Philo. Pulcherrimus hic tractatus moralis, quem viſum eſt aſcribere. *Veſtra igitur eſt ridicula, niſi quòd etiam ſacrilega futilitas, dum vt præcipuum precum vſum teneatis, vſum alium tollitis, quo ſublato, aut præcipuus non omninò, aut non præcipuè, (id eſt,) ſanctiſſimè præſtetur.*

Obiectionis ſolutio.

o Bella quæſtiõ. § In poſteriore.

Aduerſarius. o In poſteriori Scriptura, ab Apoſtolo non reprehenditur oratio non intellecta, ſed ei anteponitur oratio quæ intelligitur, quod declarat Apoſtolus his verbis: [Nam tu quidem benè gratias agis.] Non enim dicit Apoſtolus, orationem eſſe ſine fructu, ſed mentem. p Nam fructuoſa eſt oratio, etiam quam non intelligebat ſæpè is, qui orabat, vt illa verba indicant. [Si orem linguâ, ſpiritus meus orat, ſed mens eſt ſine fructu, id eſt, ſi orem dono linguæ, nimirùm quam non intelligam, Spiritus, id eſt, affectus meus orat; ſed mens eſt ſine fructu, id eſt, intellectus non eruditur. *Eruditè Apoſtolus, inquis*, Non intellectæ orationem intellectam anteponit. *At* q Eccleſia noſtra, *inquitis*, Latinas preces, Pater noſter, Aue Maria, & Matutinas, iuſtis de cauſis MAGIS probauit. *Quaſi magis eſſe iuſta cauſa poſſit, quam ætate ſuâ Apoſtolus minùs approbauit. Sed ad rem: Tu duo Scripturæ loca vrges, contra mentem Apoſtoli, vel etiam (ſenſus adeò eſt manifeſtus) tuam. Locus primus:* [Tu quidem benè gratias agis, ſed alter non ædificatur.] *Aduocatus.* r Ne benedicens (*Sacerdos*) diceret, Ego quidem intelligo, & gratias ago peregrinâ linguâ, reſpondet Apoſtolus: [At alter non ædificatur.] Id eſt, Indè nullam deriuari ædificationem Eccleſiæ, cuius imprimis ratio habenda erat; nam omnia tunc ad Eccleſiæ ædificationem & conſolationem fieri debebant, vt docet Apoſtolus, ita vt nolit vllas preces publicas in Eccleſia celebrari, ignoto prorſus ſermone, qui non ſit græcus græcis, hebræis hebræus

p Ibid. § Vera igitur.

q Colleg. Rhem. Annot. in 1. Cor. 14.

r Salmeron Ieſ. Comment. in 1. Cor. 14 diſp. 22. § Ac ſubdit.

bræus, latinis latinus. *Vides te, Bellarmine, à Symmiſta tuo abunde refutari? Tu ponis Miniſtrum illum ignoràſſe quid orauerit, Apoſtolus ſupponit illum non ignoràſſe.* [Qui loquitur lingua ſeipſum ædificat.] [r] Id eſt, ipſe intelligit ([s] vt Ambroſius exponit.) *tu concludis:* Idcò benè poſſit quis orare, ignorans penitùs quid oret. *Apoſtolus prorſus contrarium:* [Omnia ad ædificationem.] *diſtinguit enim inter* Tu & Ille, *tanquam inter ædificatum, & non ædificatum.* Tu, *igitur,* bene, *quatenus preces tuas intelligis; in eo autem quòd* Alius non ædificatur, *id eſt, non intelligit,* non benè. *Schola Archimoderatorem conſulamus.* [Tu quidem.] [u] Id eſt, licet tu gratias agis benè Deo, in quantum INTELLIGIS; [ſed alter,] qui audit, & non intelligit, [non ædificatur] in quantum non intelligit in SPECIALI, etiamſi in generali intelligat. *Alioqui nulla eſſet Antitheſis inter,* Tu quidem, & Alter verò. Tu quidem* qui linguâ tibi notâ rectè: Alter verò. [x] Id eſt, alius linguam non intelligens, non ædificatur. *Locus ſecundus elucidandus eſt.* Spiritus meus orat, *id eſt, (inquis)* Affectus meus orat; ſed mens eſt ſine fructu. *Ergo, te moderatore, licebit Affectu ſine mẽte precari: quod ego affectu abs te dictum ſine mente puto; nam Spiritus apud Apoſtolum hoc in loco non ſignificat affectum, ſed donum linguæ ignotæ, non tamen miniſtro pronuncianti, ſed populo audienti. Adnocat.* [y] His [Nam ſi orem linguâ, Spiritus meus orat] vides idem eſſe loqui linguâ, & orare Spiritu, quarè ſuperius cum dictum fuit: [Qui loquitur linguâ] & [Spiritu loquitur myſteria] pro eodem ſumpſit, ſicut quod ſequitur, [Spiritus meus orat.] Vox Spiritus à principio ad finem vſque *(ſepties autem occurrit)* Donum Spiritus Sancti peculiare *(id eſt, externum Donum miraculoſum, non internum affectum)* ſignificat *(rurſus)* hoc in loco donum Spiritus, quo impellebatur quis ad LINGVIS *(peregrinis)* loquendum. *pergit Ieſuita:* Si Apoſtolus in hac voce SPIRITVS aliquâ admitteret homonymiam, Patres Græci nos de eo admonuiſſent. *hic igitur, te irritari, & reuinci neceſſe eſt.* verſ. 1. Eſtote æmulatores Spirituum.] [z] Sæpè hic Spiritus pro ſpirituali dono accipitur,

[r] *Idem* §. In quarto dubio.
[s] *Idem in Epiſtola ſua ad Cardinalem Caraffam, quæ ſic incipit.* Admodum.
[u] *Aquinas Com. in hunc locum.*
* *Ambroſ. in hunc locum.*
[x] *Acoſta Ieſuita infra.*
[y] *Salmeron Ieſ. in hunc locum.*
[z] *Ibidem.* § Quanquam.

pitur, vt ibi: [Probate Spiritus.] & rursus: [Æmulatores estote Spirituum.] *Annè affectuum? apage tàm crassam somnolentiam: Et ne habeas quò refugias.* [a] Propterea Apostolus: [Orabo Spiritu, Orabo & mente.] id est, curabo vt *(nequaquam affectui)* dono linguæ accedat donum intelligentiæ, & interpretationis: quemadmodum si quis priuatè oret, & quæ precatur non intelligantur, tempus inaniter terit: ita qui publicè ignotâ linguâ loquitur, quam alij non percipiunt, nullum fructum edit.

[a] *Idem ibidem.*

CAPVT XXV.

Argumentum tertium.

SIne quo nemo ratione præditus orare rectè possit, id ad orationis cultum diuinum est imprimis necessarium: at sine precum vero intellectu populus Amen *adhibere, id est, precibus consentire nequit. Ergo &c. Vtraque propositio ex Apostolo luculenter confirmatur: Totus enim quisque est, qui non duarum affectionum, iræ aut gaudij, ceu* Tibiæ, *aut* tubæ *vicissitudine quadam plurimum afficiatur? his irrationalibus instrumentis Apostolus nos ad rationis & intellectus vsum rectum diserte atque eleganter erudiuit. Quemadmodum enim* * tibia nisi distinctionem soni dederit, πῶς, quomodò cognoscetur quid tibiâ canitur? * Tuba etiam si ἄδηλον φώνην, incertum sonum dederit, τίς, quis apparabitur ad bellum? *id est, sicut vbi* tibiæ *aut* tubæ *sonus certus & expressus ignoratur, populus erit cùm ad agendas choreas, tum etiam ad bellum suscipiendum ineptissimus:* * οὕτω, Ita *prorsus in prædicantis & precantis sermone non intellecto solet accidere: nisi enim* * εὔσημον λόγον, bene significantem sermonem dederitis, quomodò intelligitur quod dicitur? * Qui implet locum Idiotæ, πῶς, QVOMODO dicturus est Amen? *Aduocatus.* [a] Manifesta sunt verba Apostoli; eum, qui, ob imperitiam linguæ latinæ, quod dicitur, non intelligit, scire non posse, vt ad Alterius gratiarum actionem

* *Vers.7.*
* *Vers.8.*
* *Vers.9.*
* *Vers.9.*
* *Vers.16.*

[a] *Defensor libelli de officio Pij viri contra Caluinum.*

nem reſpondeat Amen. [b] Neſcit ſe conformare Miniſtro dicendo Amen. *In promptu Ratio eſt:* [c] Quomodò enim dicet Amen, cum quid orat neſcit; quia non poteſt intelligere quid boni dicas, niſi quod bene-dicas tantùm? *Nullusne ex toto choro Ieſuitarum in hac parte partibus noſtris auſit accinere?* [d] Si is, qui ſupplet locum Idiotæ, ad tuam benedictionem, quam non intelligit, non poteſt dicere Amen (quamuis enim tu benè gratias agis, at ille nihil ædificatur) quomodo concionanti tibi (quamuis mirabiliter, quamuis diuinè de Chriſto) Populus ignotæ linguæ reſpondebit in corde ſuo, Amen; hoc eſt, animi præbebit aſſenſum? Cum mere Babylonicæ confuſionis, qui ſermonibus diſſident, nequaquam ſenſu animiſque conſpirent? *Quibus in verbis verè & graviter taxat cum in Concionante, tum etiam in precante linguam ignotam. Non dubito quin Apoſtolus illuſtrem illam ſimilitudinem, quam conciſis quibuſdam hyperbatis complexus eſt, lectorum ingenio amplificandam explicandamq́, reliquerit. Aduocatus.* [e] Muſici Artifices ſonos quoſdam edunt, quibus percipimus quæ cantio ſit futura, & in quem affectum per eam ſimus rapiendi: deindè, in bello vno modo tuba canitur claſſicum ad conſerendas manus; alio verò modò canebatur receptui: ita nihil debet eſſe in cultu diuino confuſum. *Iam verò in oratione publica cui debet populus ſuũ accinere* Amen? [f] Verbis alijs Dei nomen inuocamus, alijs imploramus auxilium, alijs deprecamur, alijs bona impetramus, alijs terrena, cœleſtia alijs petimus, alijs gratias agimus, alijs peccata noſtra confitemur. *Quibus ſingulis cum vnus populus* * ὁμοθύμαδον, *vno quaſi ſpiritu conſentire debet; cum tot tamque diuerſas chordas, diuerſis & diſſonantibus cordibus pulſauerit; qualis hec erit & quam horrenda ἀσυμφωνία?*

b Lyranus.
c Aquinas Com. in hunc locum.
d Acoſta Ieſuita lib. 4 de procurand. Indorum ſalut. cap. 6. pag. 371.
e Salmeron quo ſupra. § Subdit de.
f Catechiſ. Trident. de Orat. petitionib.
* *Alij*

CAPVT XXVI.

Argumentum vltimum.

SI Cantores Eccleſiaſtici ab Eccleſia ſunt remouendi, quatenùs cantando nec intelligi ab aliis poſſunt, nec ſe ipſi intelligunt: ſequitur tam corrigendum eſſe vſum precandi in lingua ignota, quàm altum planè ſilentium eſſe illis cantoribus imponendum: at Cantus Eccleſiaſtici in Eccleſia Romana, quia eandem confuſionem pepererunt, nonnullis Pontificijs Doctoribus perquam eruditis meritò diſplicuerunt: illam, igitur, controuerſiam libet attingere, huic vſque-adeò cognatam, vt propemodum eadem eſſe videatur. ſed paucis. Aduerſarius. [a] Cantus Eccleſiaſticus non ad Populum INTELLIGENTIA verborum inſtruendum, ſed ſuaui melodia, maieſtatéque actionis ad reuerentiam cultumque excitandum, eſt inſtitutus. *Imò. Aduocatus.* [b] Ego diuinis interfui laudibus, NEC vnum quidem potui INTELLIGERE verbum: Illarum, IGITVR, Eccleſiarum potiùs admiror conſtantiam, quæ Muſicam illam Choro maluerunt excludere: quàm illarum veneror (vt ipſi iactant) magnificam MAIESTATEM, qua cantici verba ſenſuſque ſepelitur, atque obruitur, de quo abuſu HODIE Cathedrales paſſim laborant Eccleſiæ. Hanc verò labem Eccleſia indè fortè contraxiſſe videatur, quòd quæ nunc paſſim cantantur, non tàm ad populi INTELLIGENTIAM erudiendam (quod PRISCOS vbique ſpectaſſe indubitatum eſt) quàm ad MERAM laudem Dei quocunque modo celebrandam, frequentantur. [c] Hieronymus non ſimplicitèr improbat cantum, ſed reprehendit eos, qui in Eccleſia cantant more THEATRICO. Auguſtinus Confeſſ. lib. 10. Cum mihi (inquit) accidit, vt me magis Cantus, quam RES, quæ cantatur, MOVEAT, pænaliter me peccaſſe exiſtimo, & tunc mallem me non audire Cantantem. *Quid hodie?* [d] HODIE verò tanta eſt Muſicæ licentia, vt etiam vnà cum Miſſæ ipſius

a Coſterus Ieſuit. Enchirid. cap. 19 § 4. Propoſitio.

b Lyndanus Panopl. lib. 4. cap. 78

c Aquinas ſecunda ſecundæ. Q. 91. Art. Ad ſecundum. Sencnſis. Annot. 304. lib. 6. Bibl.

d Agrippa de vanit. cap. 17.

ſius Canone obſcenæ cantiunculæ, etiam in Organis pares vices habeant: Non humanis vocibus, ſed belluinis ſtrepitibus cantillant, dum hinniunt diſcantum pueri, mugiunt alij tenorem, alij latrant contra punctum, alij boant altum, alij frendunt Baſſum, faciuntque vt ſonorum plurimum audiatur, verborum & orationis INTELLIGATVR NIHIL. *Quid ex his?* [e] Non leuiter peccant nonnulli qui praua conſuetudine dimidiata verba in Pſalmis pronunciant. D. Bernardus in Pſalm. 47. in Cant. Non precidentes, inquit, verba dimidia, non integra tranſilientes, non fractis & remiſſis muliebre quiddam balba de nare ſonantes, ſed virili vt dignum eſt, & ſonitu & affectu voces Sancti Spiritus depromamus. *In quo Romana Eccleſia noluit non peccare: quia,* [f] Cantores NOSTRI in templis noſtris conſtrepunt, vt nihil præter vocem audiatur, & qui interſunt (interſunt autem quotquot Ciuitas capit) clamorum CONSENSV CONTENTI, de vi VERBORVM nihil curant; vndè eò ventum eſt, vt omnis diuini cultus ratio in iſtis Cantoribus ſita eſſe videatur. Proculdubiò ex Religionis vſu foret, vel iſtos Graculos ex templis ejicere, vel ita eos inſtituere, vt more potius legentium, quàm obſtrepentium hymnos recitarent. *Quem locum Cenſores Pontificij in Indice ſuo expungendo expurgârunt: in quo diſtorti ingenij ſui ſpecimen egregium exhibuerunt, quibus hiſtoriæ veritas vſquè adeò inuiſa eſt, vt nec illud in Polydori monumentis æqui conſulant, quod tamen* * *Bellarminus Ieſuita verum eſſe non poteſt non agnoſcere, perinde ac ſi contenderent vel nos oculis, vel poſteros noſtros lumine omni ſpoliare. quid multa?* [g] Malim quinque verba, inquit Apoſtolus, ſenſu meo loqui, quàm decem millia in lingua, id eſt, ignota, & non intellecta. 1. Cor. 14. 19. Ecce exemplum proprium, vnde diſcere debemus eligibilius eſſe vt in Eccleſia dicantur diuina, horæ, ſcilicet, Canonicæ, ſine melodia & Muſica intelligibiliter, quàm ſic vt non intelligi poſſint, qualiter ſunt tàm particulæ, quæ ſonis committuntur Organorum, quàm quas Cantus reddit imperceptibiles, vel multi-

[e] *Bellar. lib. 1. de bonis operibus in part. cap. 18.*

[f] *Polydorus Virgilius lib. 6. Inuent. Cap.*

* *Supra lit. l.*

[g] *Caietanus Com. in 1. Cor. 14.*

tudine clamoris occupantis, vel qualiter cantus notas magis quam verba concinentis. *Hæc vester Cardinalis, Aduersarius.* [h] Non debuit reuerendiſſ. Cardinalis, friuolis adductus argumentis, derogare cantibus Eccleſiaſticis. &c. *Imò. Aduoc.* [i] Hoc Cajetani votum non eſt omninò contemnendum, quia interdum clamores cantus imperceptibiles reddunt, quæ canuntur; & organa plerumque partem intelligentiæ eripiunt, & tempus, terendum in audienda prædicatione, adimunt. *Concludamus igitur.* [k] Pſallite ſapienter (inquit * Propheta) nemo autem quicquam facit ſapienter quod non intelligit. *His Aduocatorum inſtructi armis, Aduerſariorum impetus nihil formidabimus. Horum*

h Catharinus Annot aduerſus Caietanum. § De hac Quæſt.
i Salmeron Ieſ. Com. in 1 Cor. 14. diſp. 22. § Quod ſi.
k Caſſiodorus in Pſal. 46.
* *Pſal. 46.*

CAPVT XXVII.

Obiectionibus occurremus.

Prima.

Aduerſarius. [a] Oratio Eccleſiæ non fit populo, ſed deo pro populo; itaque, non opus eſt vt populus intelligat, vt ei proſit, Sed ſatis eſt ſi intelligat Deus. [b] Nihil refert quâ linguâ mediator veniam petat, dummodò ego abſoluar. [c] Quemadmodum ſi quis Regem latinè oraret pro aliquo Ruſtico, certè Ruſticus fructum hîc percipere poſſit, etiamſi non intelligat orationem Aduocati ſui. *Ruſticè omninò. Aduoc.* [d] Cùm enim Apoſtolus præcipit, vt populus adhibeat, Amen, id eſt, Conſenſionem voce ſua præbeat: *Vix quidem, fingi poſſit, vt quod non ſentiat, eidem quiſquam conſentiat. quid? quod ſæpe etiam Patronus ille tuus, ſiue* * Clericus, *ſiue* * Diaconus, *ſiue, denique,* * Preſbyter Orationis nihil percipit; *nonne tu diſputando iocari penitus videare? Denique hanc primam Obiectionem tuam ſuffragia tuorum* * *ſuperiora ſubuertunt.*

a Bellar. lib. 2. de verbo Dei Cap. 16. § 2. Propoſitio.
b Salmeron Ieſ. Com. in 1. Cor. 16. diſp. 30. §. Nec verò.
c Bellar. quo ſupra.
d Vide ſupra cap. 24 & 25.
* *Vide ſupra cap. 22.*
* *Vide ſupra lit. c.*

Obiectio

Obiectio 2.

Aduersarius. [e] Concil. Trident. eos anathemate percellit qui tribus linguis nolunt esse contenti. *Quid ita?* [f] Reuerentia quædam & Majestas linguis Ecclesiasticis indita est, quæ in cruce Christi consecrabantur: igitur, in his tribus, Hebraica, Græca, Latina, plus virtutis & momenti inest, quàm in alijs. [g] Est latina magis veneranda, quatenùs est non vulgaris. [h] Deindè omnibus persuasum est, nullum barbarum idioma elegantia & sermonis proprietate conferri posse cum Latino. *Respondeo ex D. Petro, Non est προσωποληψία* [* respectus personarum apud Deum,] *an γλωσσοληψία, linguarum erit?*

Aduocatus. [i] Sed omnis populus lingua. &c. [k] Non dicenda est Latina lingua alijs venerabilior, quatenùs verba spectamus: Latina non est alijs melior, quatenùs est Latina. [l] Nihil interest an verba Christi alio referas Idiomate, modò eundem referas sensum, nos enim Christum adorantes, dicimus, Aue; Iudæi quoque illudentes eum dicebant, Aue, sed sensu vario: illi illusionem, nos reuerentiam exhibentes. [m] In hoc præstat Ecclesia Synagogæ, quòd hæc vna lingua, illa in varijs linguis confessa est Deo. [n] Cyrillus ante sexcentos annos à Romano Pontifice impetrauit (vt refert * Æneas Syluius) & Methodius Episcopus acriter contendebat, vt sacræ preces in linguam verterentur Sclauonicam: tandem hæc Sententia, OMNIS LINGVA LAVDET DEVM, obtinuit, vt Pontifex consentiret. *Itaque cuiuis in promptu erit concludere; Vox illa Concilij Tridentini,* [Tantùm tribus linguis Ecclesia contenta esse debet] *vndè profecta sit; quæ huic verè cœlesti,* [Omnis lingua laudet deum] ausit tàm præsactè contradicere.

[e] *Salmeron Com. in 1. Cor. 16. disp. 30.*
[f] *Colleg. Rhem. Annot. in 1. Cor. 14. pag. 463.*
[g] *Bellar. lib. 2. de verbo Dei cap. 15. §. Septimò.*
[h] *Ludouicus Iuf. lib. de lect. Script. cap. 21.*
[*] *Act. 10.*
[i] *Vulgata editio.*
[k] *Bellar. quo tam supra.*
[l] *Alphonsus de Castro. lib. 1. hæres. cap. 4.*
[m] *Ferus Com. in Act. 2.*
[n] *Azorius Iesuita lib. 8. Inst. Mor. Cap. 26. § Verum enimuerò, & Auentinus lib. 4. Annalium. &* [*] *Aeneas Syluius hist. Bohem. cap. 13.*

Argumen-

Argumentum retorquebimus ex Apostolo.

* 1. Cor. 14. * 1. Cor. 14. Si ignorat quæ dico, ero illi Barbarus, & ille mihi. *Orans audienti non debet Barbarus videri, sed talis est omnis orans tantum in lingua ignota. Ergo &c. Aduersarius.*

o Rhemens. Com. in hunc locum & Ledesma Iesuita loco supra citato idem vrget nugamentum.

o Hoc intelligi (Lector) non debet de lingua Hebræa, Græca, aut Latina, quibus sacræ Scripturæ consignatæ fuerunt, sed de alijs, nam hæ tres nusquam Barbaræ habebantur. *Huic deliramento textus ipse apertissimè repugnat:* Tu *(quicunque)* Illi *(cuicunque)* Barbarus eris, & *(non minùs quam)* ille tibi. *Chrysostomo interprete.* Βάρβαρος ὁ φθεγγόμενος τὴν τῶν φωνῶν φυσὶν ἀλλὰ παρὰ τὴν ἡμετέραν ἀγνοιάν. id est, Nō quoad naturā linguæ, sed quoad nostrā ignorantiā Oratio aliqua Barbara

p Salmeron Iesuita Com. in 1. Cor. 14.

dicitur. *Aduoc.* p Græcus Hebræo, & Hebræus Græco non intelligenti Barbarus videbitur. Quamobrem Græci quicquid erat exoticum, & peregrinum vocabant Barbarum. Nulla est tam culta lingua, quæ non Barbara censeatur, si absit intelligentia: vt Poeta elegans apud Tomitanos exulans de se

Barbarus hîc ego sum & non intelligor vlli.

Etiam Scythæ Athenienſibus barbari; & Athenienſes viciſſim Scythis barbari ſunt. *hæc Ieſuita, qui huius ſuæ ſententiæ penè verba ſingula* * *Eraſmo debet, ex quo illa deprompſit. hæc ad propoſitum referamus,* & q Latinas horas Canonicas non intellectas alteri recenſens Barbarus erit.

* Eraſmus Com. in hunc locum.

q Lyranus in hunc locum.

Obiectio. 3.

r Ecchius hom. 3. de Pestis Rogat. pag. 90.

ſ Salmeron Ieſ. Com. in 1 Cor. 16. diſp. 3. §. Septimo.

t Idem ſaxum voluit Rhemenſis Annot. in Math. 21. in verſ. 16. & 1. ad Cor. 14. pag. 463.

Aduerſarius. r Satisfacit Sacerdos cùm preces quoque non intellectas abſoluit, & etiam meretur, modò in Dei laudes preces nō intellectas peroret: ſic in Monaſterijs profeſſæ, & ex Monachis non pauci orant, quæ intellectu non modò non aſſequuntur, ſed nè elongè quidem ſequuntur; ſic enim pueri orant & bene-placitū eſt Deo. ſ Etiam pueri orabāt Hozanna. t Etiam pueri, & tamen eorū preces fuerūt

Chriſto

Christo gratissimæ. Ergo oratio intellecta non est necessaria. *Ratio, meâ quidem opinione, tam omninò puerilis, vt non magis à puerorum exemplo deducta, quàm puerili ingenio conficta & formata esse videatur: quod textus ipse facile euincet.* Vers. 20. [Nolite fieri pueri sensu, sed malitiâ pueri estote.]

Aduocatus. [u] Non vult Apostolus nos fieri pueros sensibus, nam sensibus (inquit) perfecti estote. [x] Non sapientum sed puerorum est res nouas sibique non vtiles mirari. [y] Nolite fieri, id est, ne sitis pueri sensibus, Græcè, φρέσι, mentibus: sic Augustinus legit, ac meo iudicio rectiùs. [z] Non sensibus sed malitiâ pueri esse debemus, id est, non intellectu, sed affectu: Sensibus non paruuli sed viri, id est, ad discretionem boni & mali, perfecti.

u *Lyranus in 1. Cor. 14. vers. 20.*
x *Montanus in eundem locum.*
y *Erasmus in eundem locum.*
z *Aquinas in hunc locum.*

Argumentum retorqueo.

Neque enim video quomodò disertius possit Ecchij, & Iesuitæ futilitas perstringi, quàm si fingamus, filium infantulum, qui iam manuum applausu, risu, rictu, saltu, balbutiens, Patris benedictionem petit, eum, postquam èx ephebis excesserit, sumptâ virili togâ, easdem quoque teneræ etatis suæ pueriles gesticulationes adfectare, Patremq́, Pappa (vt Græci solebant) matrem (vt Angli Græcos imitantes Mam *nominare: quicquamne obsecro, parentibus magis aut dolori, aut dedecori esse possit? Quapropter non mediocriter verendum est (cùm præsertim Apostolus à nobis exigat* λογικὴν λατρείαν, Rationalem cultum, *ne dum nos* [a] *vitulos labiorum Deo ignoranter præbemus, offeramus simul* Labia vitulorum. *Sed vt hunc locum determinemus.*

Osee. 14. 3.

Aduocatus. [a] Apostolus 1. Cor. 14. de se: [Cùm essem, *inquit*, paruulus, loquutus sum vt paruulus, cogitabam vt paruulus, nunc verò vir factus exui pueritiam. 2. Corin. 13. Sic hic nos monet, vt in affectu, non in intellectu pueri esse velimus. *Etenim mysterio non caret illud Apostoli.* Rom. 8. In quo spiritu clamamus, Abba Pater. E Iudæis conuersi clamabant [Abba:] ex Gentibus autem [Πατερ] Pater. Propter mysterium Apostolus vtramque vocem posuit, vt ostendat filios adoptionis, tam ex Iudæis, quàm ex Gentibus

a *Aquinas Comment. in 1. Cor. 14.*
b *Rogerdus homil. in Dominicam 8. post Pentecosten.*

collectos, vno eodemque Spiritu LINGVIS DIVERSIS patrem inuocare. *Quod idem occurrit apud* [a] *Augustinum, Denique.* [c] Esa. 65. [Puer centum annorum maledicetur.] puerorum innocentiam sectari debemus, non imperfectam cognitionem.

[a] *Aug. lib. de Liter. & Spiritu Psal. 117.*

[c] *Dion. Carthus. in 1. Cor. 14*

CAPVT XXVIII.

Obiectio quarta ab Incommodis.

Primum

Aduersarius. [a] Periculum esse possit, ne pueri & rudiores homines verba sacra ad iocos & res prophanas, & ludicras accommodent, ergo necesse non est vt celebratio Missæ aut Baptismi, aut precum in vernacula fiant. *Ad primum: primò, Aduocatus.* [b] Christiani omnes fideles in articulis & mysterijs fidei instruendi sunt, omnes ad Concionem publicas inuitandi. *Siccine? omnes? quid illic? aut verba sacra audituri, aut non: si non, Catechismus vester vt non sacer tollendus; sin sic, populus ad sacra admittendus est. Secundò,* Rudiores, *si sacra audiuerint, ea fortè ad res* profanas accommodabunt: *sed nisi sacra audiuerint, certè ipsi profani manebunt: quod igitur vos periculum magis monere debuit? certúmne animarum, an incertum syllabarum? Tertiò, Quare periculum est, ne rudiores sacris verbis abutantur? si quia intelligunt? Admittite igitur, nam iam rudiores non sunt: si quia ignorant? admittite & instruite ne sint. Quartò,* Baptismus, (*inquis*) aut &c. *quid tibi vis, Costere, argumentari, an iocari? vos enim,* [c] In casu necessitatis siue Iudæus, siue paganus, siue infidelis, siue vir, siue mulier, possit baptizare. *Non modò rudiores ad Baptismum, sed etiam ad baptizandum admittitis, cauetis scilicet, ne per iocos sacra profanent, quos sacra seriò profanare palam docuistis.*

[a] *Costerus lesuit Enchirid. cap. 19 § Quinta propositio*

[b] *Catech. Trid.*

Dilemma.

[c] *Bellar. lib. 1. de Sacram. cap 7.*

[d] *Colleg. Rhem. Annot in 1 Cor. 14. pag. 463.*

Secundum.

Aduersarius. [d] Ne cùm audiat, Ne nos inducas in tentationem,

tionem, ſtatim Deum peccati autorem eſſe facilè ſuſpicetur. *Ad ſecundum. Primò, reſpondeo, quaſi nõ magni negotij eſſet, hoc periculum tollere. Aduocatus.* [e] Inducit Deus in tentationem, non ad malum impellendo, ſed à malo non impediendo. *Si itaque, vos doctiores diſcendo intellexiſtis, cur rudiores veſtros non inſtruitis, vt intelligendo orent; ſed vt orando nihil intelligant?* Secundò, [f] In priuatis precibus licet vti ſermone cognito, & vulgari. *Licet? imo etiam oportet: ſed eſto, liceat modò, tum etiam petitionem,* [Ne inducas in tentationẽ] *abſq; periculo tentationis repetere licebit.*

e Catechiſ. Trid.

f Salmeron Ieſu. in 1. Cor. 16. diſp. 30. § Nec verò pag. 268.

Tertium ex Inſtantijs. Prima.

Aduerſarius. [g] Concil. Tridentin. Seſſ. 22. Can. 9. refert Eccleſiæ ritum, quo ſecretè Canonis partem pronunciamus, quam SECRETA IN SECRETIS, vocamus. [h] Satis eſt quòd populus linguam ignorans, nouit tamen quid illic fiat in genere, nempe Deum coli & honorari. *Reſpondeo ad primum, profers tu Concilium, ego ad idem Concilium prouoco. Aduocatus.* [i] Concilium Tridentinum, Seſſ. 22. Cap. 8. De Miſſæ ſacrificio verba faciens, ait: Mandat ſancta Synodus Paſtoribus, vt frequenter inter Miſſarum celebrationem, ex ijs quæ in Miſſa leguntur, aliquid exponant, atque inter cætera ſacrificij illius MYSTERIVM DECLARENT: *qui declarare iubent, prohibent celare.*

g Salmeron Ieſu. Comment. in 1. Cor. 16. diſp 30. § Sexto enitendum.

h Ledeſma Ieſ. inculcat. lib. de Ieſ. Script. cap. 21. § Sed.

i Azor. Ieſuit. Inſtit. Moral. lib. 8. cap. 26. § Verum enimuero.

Inſtantia ſecunda.

Aduerſarius. [k] Certè verba Conſecrationis apertè dici non debent, vt ait Dionyſius. *Quid ita?* [l] Quia ſacratiora ſunt myſteria, quàm vt omnibus debeant euulgari: & Conc. Trident. nuper celebratum Seſſ. 22. Can. 9. ob id, altâ voce proferri prohibuit. Et quidem meritò, tum ob ſuperſtitiones vitandas, quæ inde poſſent obrepere; tum ob reuerentiam maiorem, ſic conſtituitur. *Quaſi maior vlla ſuperſtitio ſit, quàm ita linguam venerari, vt animam neglig amus. Nos Chriſtum ducem ſequamur. Aduocatus.* [m] Chriſtus altâ voce loquutus eſt, vt Apoſtolos doceret ritum conſecrandi. *Aduerſarius.* [n] Sic Sacerdotes inter Sacerdotes, at ad populum alia eſt ratio, &c. *Contra Apoſtolum, qui in hoc myſte-*

k Salmeron quo ſuprà. § Quintò producendæ.

l Ledeſma Ieſuit. lib. de Script. legend. cap. 21. num. 20.

m Bellar. lib. 2. de Miſſa cap. 12.

n Ibid.

rio populum erudiendum esse docuit. Sed quid illud est mysterij, quod silentio, seu arcanum, populum latere voluistis? nimirùm, quod vel rudissimi milites iam decantatum audiuerunt, hæc tria verba, [Hoc est corpus meum] *acsi eorundem verborum in pulpito vilior esset ratio, in altare sacratior. Quanquam etiam,*

o Salmeron Jes. infrà. cap. 31. ad lit. a.

Aduocatus. o In Liturgijs Clementis, Iacobi, Chrysostomi, atque Basilij manifestum est, quod cùm Sacerdos verba consecrationis ALTA VOCE protulisset, POPVLVS acclamabat dicendo, Amen.

Instantia tertia.

p Salmeron quo supra. § Sextò enitendum.

Auersarius. p Vnde est, quòd in Missæ consecrationis tempore, vt idem ait, Catechumeni à mysterijs arcebantur? *Cur sunt excluſi Catechumeni quæris? Aduocatus.* q Quia quando ventum est ad Eucharistiam, statim canebat Diaconus dicens, Ite Missa est, id est, recedite foras, cùm incipit sacrificium (*Eucharistia,*) cui vos non potestis adesse DONEC BAPTIZATI sitis. *Antiqua Missa tantùm non credentes, & non baptizatos missos fecit; at nostra de fidelis populo instituta est quæstio.* Olim Missa *ex eo,* dicta est, *quod dictum erat,* Ite, Missa est, r id est, Dimissa est congregatio Catechumenorum, *& non fidelium: at priuata iam vestra Missa, cui fidelis populus nullus interest, rectiùs Amissa dici videatur. Similis est quam subdis,*

q Toletus Jesuit. Instruct. Sacerd. lib. 2. cap. 5.

r Bellar. lib. de Missa.

Instantia quarta.

Aduersarius. s Agnus intra ipsas domus in noctis silentio manducabatur: panibus propositionis vesci non licebat cuiquam, nisi solis sacerdotibus: *at Aduocatus.* t Agnum debere sumi per * domos & familias: significatur, vna congregatio domestica, quæ constat ex marito & vxore, & filijs: & sequuntur in textu, [Immolabit eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam.] & vers. 45. [Omnis alienigena non comedet ex eo, sed circumcidetur, &c.] De personis ad edendum agnum paschalem idoneis, & inidoneis sic statuit Deus: Vetuit quenquam hominem, qui esset in-' circumcisus, ad esum Agni paschalis admitti: voluit autem OMNIBVS circumcisis, siue indignis, siue alienigi-

s Salmeron quo supra § Sextò enitendum.

t Pererius Jes. Comment. in * Exod. 12.

nis,

nis, comedendi ius & poteſtatem eſſe: *Summa eſt. Excluſos fuiſſe ſolùm infideles Ægyptios: tu verò id contendis, vt etiam* Circumciſi, *id eſt, fideles excludantur: quæ eſt (vt ita dicam) incircumciſa concluſio. Quartò.*[u] Panibus propoſitionis (*inquis*) veſci licebat Sacerdotibus. *Conclude. Ergo ſolos Sacerdotes participes eſſe licet Sacramenti Euchariſtiæ. Si hoc agis, ἀθεόλογον ponis; niſi hoc ponas, nihil agis.*

[u] *Salmeron quo ſupra. tit.5.*

Inſtantia quinta.

Aduerſarius.[x] Deinde Chriſtus verbo docuit [Nolite ſanctum dare canibus, nèc margaritas ante porcos mittere] idem indicat nomen myſterij, quod eſt ſacrum ſecretum, vel arcanum: quod euulgatum myſterium eſſe deſinit. *Reſpondeo an indocti Chriſtiani omnes inter canes? an omnes docti inter oues ſunt cenſendi? quàm hoc falſum, tam illud impium eſt iudicandum: hæc igitur tua inſtantia futilitate ſua diſſoluitur.*

[x] *Salmeron quo ſupra. §. Sexto enitendum.*

Inſtantia vltima.

Aduerſarius.[y] Denique omnis religio externa, etiam in Idololatria, minimè propria & vulgari lingua vtebatur in ſacris, ſed aliena & externa. Sic Babylonij, Romani, Græci: igitur noſtri Germani non debent exigere ab Eccleſia ius ſacra celebrandi in lingua vulgari, nec debet totum parti cedere, ſed pars toti. *Hîc opus non eſt reſponſo meo, tu potiùs tibi ipſe reſponde.*[z] Objiciunt nobis Proteſtantes Ægyptios, Æthiopes, Armenos (*omnes tum Chriſtianos*) & quoſdam alios celebraſſe diuina officia in vulgari lingua. Reſpondemus, nos non permoueri Barbarorum moribus. *Tu reijcis Barbarorum (quamuis Chriſtianorum) mores, Barbarorum Idololatrarũ obijcis? Hæ ſunt illæ ſcilicet* Bonæ Rationes *de quibus dixti.* Enitendum eſt vt bonis rationibus confirmemus ſacrum & diuina officia non decere vt in vulgari lingua celebrentur. *Quas nemo literis Logicis vel Theologicis leniter tinctus non rectiùs quiſquilias rationum eſſe arbitretur.*

[y] *Idem ibidem §. Porrò.*

[z] *Salmeron Ieſ. com. in 1. Cor. 16. diſp. 30. §. Septimo ergo.*

CAPVT XXIX.

Argumentum retorqueamus.

QVæ enim quantǽ, ſunt verè, id eſt, vt ego interpretor intelligenter Orationem Dominicam repetendi vtilitates?

[a] In oratione Dominica infinitam erga nos Dei charitatem, benignitatemque recolimus; eius iuſticiam, gratiam, omnipotentiam, prouidentiam recognoſcimus; in ea obedientiã Deo vouemus, noſtram indignitatem agnoſcimus, fidem remiſſionis profitemur, & nos fraternæ charitatis vinculo obligamus. *Deinde, ô quanta non intellectarum precum quámque pernicioſioſa pericula? quippe preces ignorantibus nihil procliuius erit, quàm in huiuſmodi blaſphemiam incidere:* [b] Gloria Deo Patri, & beatæ virgini Mariæ dominæ noſtræ, item Ieſu Domino noſtro. [c] Gloria & honor Deo, & beatæ virgini Mariæ, & Ieſu Chriſto. *Non inquam δοξολογία hæc dicenda eſt, ſed planè blaſphemia, quam tamen contra Ieſum etiam Ieſuitæ non ſemel eructarunt: blaſphemiam dico, quia ſi vel ſolam Chriſti humanitatem reſpicimus.* [d] Chriſtus in quantum eſt homo prædeſtinatus fuit, vt eſſet filius Dei, & talem gratiæ plenitudinem haberet, quæ redundaret in omnes, ſecundùm quod dicitur [de plenitudine eius omnes accepimus.] Sed B. Virgo tantum gratiæ obtinuit, vt eſſet propinquiſſima Saluatori. *Etiam alia multa pericula impendent, præſertim iis, qui Romanis precibus aſſentionem vllam præbent. Quippe. Aduocatus.* [e] Epiſcopus ille Lugdunenſis, qui dixit ſe in Miſſalibus & Antiphonarijs ſuperſtua, ridicula, blaſphema correxiſſe, ſi nunc viueret, & ea conſpiceret, Deum immortalẽ! quo ea nomine depingeret? ſunt enim preces noſtræ turpiſſimis mendis conſpurcatæ: ſed cætera non patiuntur emendationem, Epiſcoporum malo & merito, qui ceſſant. Driedo Louanij egregius Theologus non ita dudùm moriens dixit, multa de Sanctis ſcripta iuſtâ ratione videri vel ſuſpecta, vel ab hæreticis conſcripta. *Poſtremò, non mediocriter miror, eos ad vernaculas preces remouendas incertum*

[a] *Catech. Trident. de orat. Dom.*

[b] *Greg. de Valentia Ieſuita in fine Tract. de Purgat. & Indulg. et alijs. Idem etiam.*

[c] *Bellarm. lib. 3. de cultu Sanctor. in fine impreſſ. Lugduni.*

[d] *Suarez Jeſuita in Thom part. 3. qu. 27. art. 5.*

[e] *Epiſ. Eſpenſeus com. in Timot. 1. digreſſ. lib. 1. pag. 225.*

certum periculum prætexere, qui in Imaginibus defendendis certum periculum non modo non cauent, ſed ne curant quidem. Quot enim, obſecro, homines Anthropomorphitas Imaginum cultus, & genuit & aluit? De quo ſuo loco.

CAPVT XXX.

Patres ſunt à nobis ſalutandi.

A*Duerſarius.* [a] Auguſtinus de Baptiſmo, lib. 6. cap. 25. Multi irruunt in preces etiam ab Hęreticis compoſitas, & per ignorantiæ ſimplicitatem, non valentes diſcernere, vtuntur ijs. Et, plerumque, inquit, precis vitium ſuperat precantis affectus. [b] Origenes hom. 20. in Ioh. Quæ nos proferimus ſæpè non intelligimus, ſed virtutes intelligunt. Ergo licet preces non intellectos vſurpare. *Sic ille. Hæc duo ſunt omnia illa teſtimonia, quæ aut Bellarmini memoria ſibi ſuppeditare, aut acumen eius ad hanc cauſam contorquere potuit. Reſpondeo, hæc teſtimonia ſatis perſpicuè docent non loqui Auguſtinum de lingua ignota, ſed de re obſcura, in qua difficile eſt oranti bonum à malo, verum à falſo diſcernere: ſimplicitatem igitur iſtam condonandam eſſe docet, non, vt Pontificij ſuam etiã commendandam. Hunc locum Auguſtini lector videat: quem Auguſtinus ipſe alibi expedit.* Qui verbis orare cupit, verba quæ INTELLIGIT conuenienter adhibet, vt ſeipſum ad orationem internam excitet. [*] *Deinde diſpar omnino eſt ratio, nam ſimplicem ignorantiam Deus (quæ eſt eius bonitas) ſæpe remittit, at voluntariam & affectatam (qualem Pontificij tenent & profitentur) damnat & deteſtatur. Origenem etiam de Lectione Scripturarum, non de oratione eſſe locutum.* Aduocatus. [c] Sic (inquit Origenes) potentiorem credimus eſſe quamcunque ſacræ SCRIPTVRAE, vel ſermonum, vel nominum appellationem, & credendum eſt etiam de SCRIPTVRA ſancta, quia vel non intellecta vtilis eſt. *Hoc igitur nihil ad rhombum, nam legentes Deus alloquitur nos, ita vt propter imbecillitatem ingenij noſtri expreſſam & conſtantem ſermonis*

[a] *Bellar. lib. 2. de verbo Dei. ca. 16. §. neque ſolùm.*

[b] *Ibidem.*

[*] *Auguſt. ep. 121. ad Probam. ca. 9. tom. 2.*

[c] *Bellar. ibidem.*

monis intelligentiam ſæpe non facilè percipiamus : at orantes nos Deum ipſum alloquimur; nec igitur oportet apud Deum
Eccleſ.4.17. *ſtultorum ſacrificium offerre, & affectatam ignorantiam noſtram effutire.*

Obiectionis ſoluitio.

Aduerſarius. [d] Attentio in precibus triplex diſtinguitur à Doctoribus: vna, ad verba; altera, ad ſenſum; tertia, ad ipſum Deũ, qui oratur & laudatur. Quælibet verò harũ triũ ſufficit: neque neceſſe eſt vt ſit ſemper actualis, modò ita ſit intẽtionalis, vt nunquam voluntariè interrumpatur: vide Thomam. *Libentiſſimè. Aduocatus.* [e] Obijcitur quod oratio eſt aſcenſus INTELLECTVS ad Deum: ſed quando oratio non eſt attenta, non aſcendit ad Deum. Item obijcitur illud Baſilij: Mente hùc & illùc in oratione vagante, magis Deum irritari. Reſpondeo, ſi quis ex propoſito in oratione mente vagatur, habet peccatum, & impedit orationis fructum. Contra quod Auguſtinus; VERSETVR IN CORDE QVOD PROFERTVR EX ORE: at quando præter propoſitum vagatur, non tollit fructũ orationis, quia Deus ignoſcit, vt ait Baſilius, quod non ex negligentia, ſed ex fragilitate fit. *Nuſquam S. Thomas docuit quòd* attendere tantum ad verba orationis ſufficit ad rem *impetratam conſequendam; Nuſquã hoc ſomniauit Theologus quiſquã: verum enim orationis ſenſum ignorare, ſine peccato non poſſumus. Aduocatus.* [f] Cum oratio ſit MENTIS aſcenſus ad Deum: *Paulo poſt*: Minimè mirum eſt ſi Deus noſtræ non obſequitur voluntati, cum vel ipſi nolle id nos quod petimus, penè probemus negligentia, & IGNORATIONE precationis, vel poſtulamus ea, quæ nobis obfutura ſunt: SCIENTER ac diligenter orantibus multò plus tribuitur, quàm à Deo poſtulauerunt.

d Bellarm. lib.1. de bo nis operibus. in partic. cap.18. § Attentio triplex.

e Thomas 2.2. qu.83.art.13.

f Catech. Trident. part.4. cap.2. num.4 & 5.

CAPVT

CAPVT XXXI.

Patroni veri

Satis demonstrant intelligentiam populi in diuinis officijs esse necessariò adhibendam: primo in Missa. Aduocatus. *Preces fundimus (inquit *Iustinus) & precibus peractis, panis offertur, &c. Et Præpositus iterum, quantum pro viribus sua potest, preces & gratiarum actiones fundit, & POPVLVS fauste acclamat Amen. Hæc ille. Certè si liturgias Græcorum consulas inuenies, tam in Missa Iacobi & Clementis Romani, quàm in illis quæ æditæ sunt à Basilio magno, & Chrysostomo, quod vbi sacerdos protulisset ALTA VOCE verba consecrationis, tam post panis, quàm post vini benedictionẽ POPVLVS acclamabat dicendo, Amen. Idem etiam confirmatur ex Leone, Augustino, Ambrosio, & alijs multis patribus. *Hæc omnia Iesuita, nec in hymnis decantandis alius mos fuit.* [b] Refert* Tertullianus in Apologetico consuetudinem primorum Christianorum, qui horis antelucanis conuenerunt, ad hymnos decantandos. *Referre Tertullianum, dixisti, quæ te proferre piguit, relatu tamen dignissima.* *QVISQVIS (*inquit Tertullianus*) de Scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, prouocatur in medium Deo canere. [c] Idem etiam meminit Cantus Ecclesiastici, in lib. 2. ad vxorem. *Et qualis obsecro fuit Cantus Ecclesiasticus Clericis proprius, an ijs cum Laicis communis?* Sonant inter duos *(maritum & vxorem)* psalmi & hymni, & mutuò prouocent quis melius Deo suo canat, his pacem suam Christus mittit: [Vbi duo, ibi ipse.] [d] Etiam * Hilarius meminit cantus Ecclesiastici his verbis: Audiat, inquit, ORANTIS POPVLI, consistens quis extra Ecclesiam VOCEM. [e] Certè testimonium ex Hilaro ductum, videtur omninò COGERE vt credamus in Gallia fuisse consuetudinem, vt POPVLVS IN ECCLESIA CANERET, etiam ante Ambrosij tempora. *Non possum non veritati suum tribuere epinicion:*

a Salmeron Iesuita com. in 1. Cor. 14. disp. 30. § His igitur.

** Apolog. a. in fine*

b Bellarm. lib. 2. de bonis operibus. cap. 16. § Tertullianus.

** Tert. Apolog. cap. 39.*

c Bellar. quo supra.

d Bellar. ibidem:

** Hillar. com. in Psal. 65.*

e Bellar. quo supra. § fortasse.

*Magna eſt veritas, & prævalet; *etiam Aduerſarium ſuum* COGIT *teſtimonium antiquitatis præbere ſibi, qua antiquitas longè lateq; obtinebat, teſte Origene.* *Græci græcè, Latini latinè, Deum nominant, & ſinguli in vernacula ſua Deum precantur, ille enim omnium linguarum Dominus eſt. *Atque etiam adhuc obtinere debet, ex autoritate Apoſtoli, teſte Ambroſio.* *Apoſtolus in his [*Ero illi barbarus, & ille mihi] monet nitendum eſſe, vt (quia concordiæ res eſt) per vnanimitatem INTELLECTVS communi lætitia glorientur: & ex his verbis, [Si orauero linguâ, ſpiritus meus orat, mens autem eſt ſine fructu.] Manifeſtum eſt ignorare animum noſtrum ſi linguâ loquatur, quam neſcit, ſicut aſſolent Latini homines (*non autem in Eccleſia*) græcè cantare oblectati ſono verborum, neſcientes tamen quod dicant: at quem poteſt habere fructum, qui ignorat quæ loquatur? Imperitus enim audiens quod non intelligit, neſcit finem orationis, & non reſpondet Amen, id eſt verum, vt impleatur confirmatio precis, qua reſpondent Amen, vt omnia dicta VERI teſtimonio in audientium mentibus confirmentur. *Ergo hi Clientes Patronorũ ſuorum orationes & intelligere & confirmare debent. Pergit Ambroſius.* In his [tu bene gratias agis, ſed alius non ædificatur] de eo loquitur, qui ſcit quid orat, ſed auditore neſciente: ſed ſi vtrique ad ædificandam Eccleſiã conuenitis, ea DEBENT dici, quæ intelligant audientes: nam quid prodeſt vt quis lingua loquatur, quam ſolus ſcit, qui audit nihil proficiat? *Teſte Chryſoſtomo.* *Docet Apoſtolus lingua loquentem, intelligere verba ſimul DEBERE, nam hoc niſi fiat, confuſio alia naſcatur oportet: quomodo enim indoctus dicturus eſſet Amen, quum quid dicas ignorat? Indoctum verò promiſcuam plebem vocat, monſtrátque non leue (*Pontificij commodum dixerunt*) incommodum eſſe, ſi Amen dicere non poſſit. *Teſte Theophylacto.* *Si lingua ignota oraueris, quomodò indoctus, id eſt, Laicus reſpondebit? aut vllum profectum à precibus accipiet? *Cui igitur aſſimilem generationem hanc Idiotarum, qui tantoperè preces ignotas affectant? Teſte Auguſtino.*

*Origen. lib 8. contra Celſum.

*Ambroſ. com. in 1 Cor. 14.

*Chryſoſt in hunc locum.

*Theophylact. in hunc locum.

Me-

*Merulæ, Pſittaci, Corui, Picæ, & huiuſmodi volucres ſæpè docentur ab hominibus ſonare quod neſciunt; ſcienter verò cantare non audi, ſed homini diuina voluntate conceſſum eſt. *Ad concluſionem feſtino. Teſte Baſilio.* *Cantet lingua tua, ſed & ſimul cor tuum, & mens ſenſum efferat illius quod cantas. *Quia teſte Iſidoro.* *Oportet quando pſallitur, ab omnibus pſallatur; cùm oratur, ab omnibus oretur; cùm lectio legitur, facto ſilentio ea audiatur à cunctis.

** Auguſt. Exp. 2. in Pſal. 18.*

** Baſil. in Pſal. 28.*

** Iſidor. de offic. Eccleſ. lib. 1. c.*

De cauſis conſuetudinis mutatæ quæribundi quærimus.

Ecqua tandem ſpes ſit antiquæ & Apoſtolicæ conſuetudinis reſtituendæ? non omnino, nam. [f] Extat Gregorij ſeptimi Pontificis epiſtola ſua manu ſcripta ad ducem Bohæmiorum, in qua ſe dicit, iuſtis de cauſis nolle permittere, vt Bohæmi in lingua patria diuina officia peragerent. *Cauſa iuſtiſſima, ſcilicet. fuit, ne fortè neſcias. Aduocatus.* [g] Ne ſi hoc illis conceſſiſſet, Eccleſia Romana iamdiu erraſſe videretur. *Eccleſia, ſcilicet Catholica, quæ errare nauult, quàm erraſſe videri. Quid illa?* [h] Prohibet Eccleſia ne diuina officia vulgata lingua celebrentur. *Decretum de diuinis minimè diuinum. Quia. Aduocatus.* [i] Ante ſexcentos annos Pontifici deliberanti an concederet Bohæmis vſum vulgarem, audita eſt vox de cœlo: Omnis lingua confiteatur ei. *Diuinum plane ac cœleſte decretum, ex verbo diuino depromptum. Cuius interpretatio eſſe debet decretum Eccleſiaſticum, quale eſt illud Iuſtiniani.* [k] Ex doctrina Pauli, 1. Corinthianorum cap. 14. Iuſtinianus omnes Epiſcopos & Presbyteros iuſſit ſacras preces, & myſteria clarâ, & vernaculâ voce peragere. *Non eſt igitur, quod in hac cauſa, lector, hallucineris, neque enim te fugit, nos primò antiquitatem nouitati: ſecundò deuotionem ſanctam & diuinam, cœca atque fanatica ſuperſtitioni: tertiò animæ conſolationem ſpiritualē rigidæ ſtupiditati: quartò, infantiæ prudentiam: quinto torpori, conſenſum: ſextò ficlis & ementitis*

f Bellar. lib. 2. de verbo Dei. ca. 15. § In Bohemia.

g Hæc ſumma fuit oratt. Gaſparis Trid. vt refert Gallobel. 3. part. 2. lib. 7.

h Salmeron Jeſ. comm. 1. Cor. 16.

i Acoſtus Ieſ. Inſt. lib. 3. cap 26. § Verùm enimuero. ad finem. ex Æneæ Syluio.

k Nouella. 123. Iuſtin. de Eccleſ. diuerſ.

ementitis periculis commoda penè infinita: ſeptimò, ſacroſanctam denique, Spiritus ſancti ſapientiam humana ſtultitiæ ac temeritati anteponere.

CAPVT XXXII.

De verbo Dei ſcripto quoad Editionem authenticam, ſeu formam eius genuinam iam conſtat. Proximo loco quoad materiam ipſam videndum eſt: vt quemadmodum verbum (ἐγγραφὸν) ſcriptum, iudicij Eccleſiaſtici principium verum eſſe liquet, ſic idem quoque vnicum eſſe demonſtremus: contra illud quod Aduerſarij comminiſcuntur, verbum (ἀγραφον) non ſcriptum, ſiue hoc Traditionibus, ſiue etiam nouis reuelationibus nitatur. Primò

De Traditionibus.

Vt verum controuerſiæ ſtatum enucleemus:
Quæſtio 1. Traditionis vox
quid ſibi vult?

[a] ANimaduertendum eſt vocem Traditionis æquiuocam eſſe & ambiguam, nam in genere ἀνάθεσις doctrinam traditam deſignat, cui accidit vt ſcribatur, vel non ſcribatur: at ſtrictiori modo traditiones dicuntur νόμιμα ἄγραφα, vt Plato loquitur, id eſt, legitima non ſcripta, præcepta extra ſcripturam, ſiue Apoſtolica, ſiue Conciliorum, &c. [b] Nomen Traditionis generale, ſignificans omnem doctrinam, ſiue ſcriptam vel non ſcriptam, vt Theſſalon. 2. [Tenete traditiones, quas accepiſtis, ſiue per perſonam, ſiue per Epiſtolam] pro ſcriptâ, vt Exod. 17. [Scribe, &c.

[a] *Salmeron Ieſ. com. in 2 Theſſ. 2. diſp. 3. § ne tamẽ*

[b] *Bellar. lib 4 de verbo Dei. cap. 2. in initio.*

&

& trade eum ibus Ioſhuæ] & Act. 6. [Mutabit traditiones, quas Moſes tradidit, videlicet, nobis in Scripturis. & 1. Cor. 11. [Quod accepi à Domino tradidi vobis.] Alibi traditio vocatur doctrina viuâ voce expoſita. *Iam*

Quæſtio ſecunda, quomodo vox Traditionis in hac cauſa vſurpatur.

[c]Nomen Traditionis accommodatum eſt à Theologis ad ſignificandum TANTVM doctrinam non ſcriptam, quæ admodum omnes ferè veteres vſurpârunt, & hoc modo deinceps vtemur hoc nomine.

[c] *Bellar. quo ſupra.* § Tametſi.

Quæſtio tertia, quomodò Traditionem non ſcriptam *intelligitis; an vt nullis omninò literarum monumentis tradatur?*

[d]Non ideò dicitur non ſcripta doctrina, quòd nuſquam ſcripta eſt, ſed quia non inuenitur ſcripta in vllo libro Apoſtolico, etiamſi ſcripta ſit in libris veterum Patrum.

[d] *Bellar. ibid.* § Vocatur. & *Salmeron Ieſuit. Comment. in 2. Theſ. 2. quo ſupra*

CAPVT XXXIII.

Iam igitur pro hac Scripturarum defenſione duo efficere contendimus:
1. *Neceſſariò ſcripta eſſe, quæ ad ſalutem pertinent.*
2. *Neceſſaria quæ ſunt, perſcripta eſſe omnia.*

Primò, de neceſſitate ſcribendi.

[a] *Ecebius Enchir. Theol. de Eccleſ. Authorit.* § Chriſtus non. [b] *Coſterus Ieſuit. Enchir. de Relig. cap. 1.* [c] *Greg. de Valent. Ieſuit. Analyſ. fidei. lib. 8. & cap. 6.*

Aduerſarius. [a]Chriſtus non ſcripſit aliquem librum, nec præcepit Diſcipulis vel Apoſtolis aliquid ſcribere. *Quid tum poſtea? Ergòne aut Chriſtus nihil ſcripſit; aut Apoſtoli nihil ſcribere debuerunt? Aduocatus.* [b]Chriſtus licèt nihil ſcripſit ſuis, ſed tamen amanuenſium Apoſtolorum & Euangeliſtarum manibus ſcripſit. *Ad alterum,* [c]Deo dictante

& inſpirante Apoſtoli ſcripſerunt. *Itaque.* [d] Rectè Sextus Gregorius in præfat. in Iob, linguas & manus ſacrorum ſcriptorum Spiritus ſancti calamos appellandas eſſe ſenſuit.

[d] *Bellar. lib. 1. de verb. Dei cap. 2. § Secundò Teſtis.*

Obiectionis ſolutio.

Aduerſarius. [e] Doctrina Eccleſiæ fuit eo modo ab Apoſtolis Eccleſiæ tradenda, quo pura conſeruari COMMODISSIME poſſit: ſed talis modus erat, vt non omnia ſcriptis traderent, ſed quædam TANTVMMODO VIVA voce vt multis exemplis Canus docet. Imprimis verò Eccleſiæ ante Moſen viuæ vocis duntaxat Traditionibus conſeruata & gubernata eſt. *Aduocatus.* [f] Scripturæ veteris Teſtamenti multæ cauſæ fuerunt: prima, vt hoc modo hominum SALVTI OPTIME conſuleretur, vt faciliùs eius cognitio ad alios deriuari poſſit, & faciliùs eſſet in promptu. *Sic idem Ieſuita, vbi homo lubricus in veram ſententiam vel inuitus delabitur: hunc ego ſuis vinculis facile conſtrictum dabo. Diſputo:* Dilemma. *Si* per Scripturam optimè conſulitur hominum ſaluti, *tum* non commodiſſimè abſque Scripturis: *Sin rectè teneas hoc* commodiſſimè, *tum malè & perincommodè tibi excidit illud tuum,* Optimè: *peſſimè verò quod aliter.* [g] Melius actum fuiſſet cum Eccleſia, ſi nullum extaret ſcriptum Euangelium. *Hoc de Hoſio legi, quamuis non ex Hoſio; in hoc (ſi ſic affirmauerit) blaſphemus, non error: quia.* *Aduocatus.* [h] Literis artes omnes ſeu theſauro quodam conſeruantur, ne vnquam intercidant. Diuinum hoc literarum & mirabile beneficium, nam vſus literarum eſt, (ſic enim loquitur Quintilianus) vt cuſtodiant voces, & veluti depoſitum reddant abſentibus. *Quamobrem?* [i] In hominibus ſemper fuit mutabilis, & ad nouas opiniones deſultoria natura, idcircò Deus, HVMANAE FRAGILITATI CONSVLENS, per Scripturæ iuuamen, & velut theſaurorum diuinorum memoriale auxiliari VOLVIT, ad PERPETVAM rerum MEMORIAM, & geſtorum & mandatorum teſtimonium, neque alia de cauſa toties IVSSIT Deus legem ſuam fideliter cum diligentia deſcribi,

[e] *Greg. de Valent. Analyſ. fid. lib. 8. cap. 6. § Probatio tertia, &c. & Canus loc. theol. lib. 3. cap. 3.*

[f] *Valent. ibid. § Tertia probatio. pag. 83.*

[g] *Hoſius Card.*

[h] *Viues de cauſa Corrupt. artium.*

[i] *Toloſſ. has iuris vtriuſque Doctor de Repub. lib. 12 cap. 5. §. 1. & 17.*

ſcribi, quàm vt populus audiens Dei voluntatẽ retineret,& exequeretur. *Nunc*

Confirmationem ipſam aggrediar.

Aduocatus. [k] Quæſtio eſt, cur Deus literis legem ſuam mandari voluerit, cùm præſertim dicat ſe cordibus hominũ imprimere legem ſuam. Hier. 31. Et ante legem, Noah, Abraham, eorumque poſteros, Chriſtus etiam ſuos Apoſtolos ſine Scriptis ab erroribus ſeruabat: Solutio vna eſt ferè omnium Patrum: in principio Operis imperfecti. Oportuerat quidem nos nihil indigere auxilio literarum, ſed tam mundam habere vitam, vt librorum vice gratia Spiritus ſancti ſuppeteret animabus noſtris; & ſicut atramento libri, ita corda noſtra inſcripta eſſent à Spiritu: quia verò hanc à nobis excuſſimus gratiam, age, vel ſecundam nauigationem amplexemur. Communis igitur Solutio. Scripturam in DEFECTVM NOSTRAE naturæ corruptæ ſubrogatam eſſe. *Recte: nam de veteris Teſtamenti ſcriptis.* [l] In* Roman. 15. [Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt, &c. Et nulla neceſſitas ſcribendi fuiſſet niſi PROPTER NOS.] *De noui Teſtamenti ſcriptis, & primò de Euangelio.* [m] In Luc. 1. [Scripſi tibi, Theophile, vt cognoſcas certitudinem, ἀσφάλειαν, id eſt, ſecuritatem, vt falſorum Euangeliſtarum narratione exploſa, rerum geſtarum narratio VERA agnoſceretur. *Vel etiam.* [n] Quia liberiùs ſolent homines ſcribere quàm loqui, magis ſcribentibus quàm loquentibus credi ſolet. *Secundò, de Epiſtolis Apoſtolicis.* [o] Sunt Pauli literæ in omni genere conſcriptæ, vt nihil in illis deſiderari valeat, noſque de illis rebus certiores facit, ſine quibus aut vita aut ſalus noſtra, aut denique Euangelica doctrina conſtare non poſſet: vt enim lex Chriſti vniuerſalior eſſet & amplior NECESSARIVM fuit non ſolùm pluribus linguis agere, iuxta illud: *[Exiuit ſonus eorum in fines orbis terræ] ſed etiam opus fuit Epiſtolis, quia eò penetrarunt Epiſtolæ, quò Apoſtoli peruenire non poterant. *Et tamen non puduit Cardinalem Hoſium, & Ieſuitam Valentianum contrarium aſſerere, hunc imperitè* commodiùs eſſe non ſcribi, *illum verò etiam*

[k] *Ederus Oecon. Bib. de Scriptura quæſt. 2. pag. 42.*

[l] *Aquinas part. 3 quæſt. 42 Art. 4. ad primum. & Com. in* Rom. 15*

[m] *Ianſenius Concord in* Luc. 1.

[n] *Maldonat. Iſ. in eandem locum*

[o] *Salmeron Iſ. Com. in Rom. Tract 1. paulò poſt principium.*

* *Rom. 1.*

etiam impiè, Melius fuiſſe ſi non ſcriberentur. *Vtriuſq; paradoxon indignum non modò literatorum hominum iudicio, verumetiam ipſarum memoria literarum, quæ in rebus profanis* * Theſaurum rerum præteritarum continet, & veluti depoſitum reddunt abſentibus. *In negotijs ſacris* * Ex Spiritus ſancti calamis Apoſtolis profluxerunt, *vt quaſi Legati & nuntij Euangelij*, Ad omnes terrarum fines penetrarent, * ad ſubſidium memoriæ, *ad maximam contra hæreticos ἀσφάλειαν & ſecuritatem. Hæc de neceſſitate ſcribendi, nunc de Scripturarum ſufficientia, quod eſt*

* *Supra in hoc capite.*

CAPVT XXXIIII.

Secundum huius quæſtionis membrum, oſtendens quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, omnia liquidò ſatis in ſacris literis contineri. Et hoc eſſe totius huius controuerſiæ τὸ κρινόμενον patet.

[a] COntrouerſia inter nos & Proteſtantes in duobus conſiſtit: primum eſt quòd nos aſſerimus in Scripturis non contineri expreſſè totam doctrinam neceſſariam ſiue de fide, ſiue de moribus, & proindè præter verbum Dei ſcriptum, diuinas & Apoſtolicas Traditiones eſſe neceſſarias. Lutherus huic doctrinæ dicit Anathema: Omnes volunt omnia ad ſalutem neceſſaria in ipſis Scripturis contineri. Secundò, diffidemus, quòd illi exiſtimant Apoſtolos quædam inſtituiſſe præter Scripturas, quæ ad ritus & ordinem Eccleſiæ pertinent, quæ tamen non ſunt neceſſaria nec præcepta ſed libera. *Ordo diſputationis efflagitat vt clypeo gladioq; armati in arenam deſcendamus, & quantum reſpondendo, opponendoq; poſſimus, experiamur. Primò, ἐλεγκτικῶς*

[a] *Bellar. lib. 4. de verbo Dei cap. 3. in initio.*

Obiectiones, quæ ad infringendam ſacrarum Scripturarum authoritatem afferri ſolent, diluuntur.

Obiectio prima.

Aduerſarius. [b] Si Scriptura ſufficiens, tum vel libri ſinguli,

[b] *Bellar. lib. 4. de verbo Dei cap. 4. § Quod autē.*

guli, vel totus Canon Bibliorum: non ſinguli, quia Traditionis vſus neceſſarius fuit, fatente Chemniſio, ad complementum totius Canonis Scripturarum: nec totus Canon ſufficiens videri debet, quia multi libri ſacri perierunt. Nam ex Teſtamento veteri Eſdras poſt Captiuitatem Babylonicam non reparabat libros Bibliorum perditos, ſed tantùm emendabat ea, quæ extabant. Ex Teſtamento nouo perijt Epiſtola ad Laodicenſes, cuius meminit Paulus ad Coloſ. 4. verſu vltimo. Viderint Proteſtantes vndè reſarciant tam inſignem defectum. *Facillimè, idque duplici ratione: prima, negando aut vllum veteris Teſtamenti librum Canonicum, aut illam ad Laodicenſes noui Teſtamenti Epiſtolam periſſe.*

Reſponſio ad Inſtantiam primam.

Aduocatus. [c] Dubitandum non eſt librum Moſis cæterorumque diuinæ Scripturæ exemplaria plurima fuiſſe apud Iudæos, præſertim apud Sacerdotes, quorum in eo populo multa fuere millia: quod etiam illo argumento conſtat, quod 1. Malach. 1. Scriptum eſt ex mandato, Regis Antiochi ſacros omnes libros, apud quoſcunque reperiebantur combuſtos eſſe, multi enim Iudæi in varijs locis diſperſi erant, quos tanta Regis diligentia non potuit attingere. Erant enim tunc Iudæi in Maſpha, 1. Mach. 3. Et Ionathas dixit ſe habere libros ſanctos, 2. Machab. 12. Deinde Hieremias qui tantâ curâ altare ab incendio ſeruabat, multò magis libros ſanctos ſeruâſſet: teſtimonium libri Eſdræ, 4. quod obijciunt, eſt Apocryphum. *Hæc Ieſuita vſque adeò doctè & ſeruosè, vt alius quoque Ieſuita, eiſdem credo niſius argumentis, non dubitet dicere.* [d] Prima editio Bibliorum Hebraica fuit, quam NVNQVAM PERIISSE rationibus ſolidiſſimis euincitur. *Secunda via expediendi nos eſt in promptu, nam ex veteris Teſtamenti libris, quid ſit ſtatuendum, ſi quid fortè perierit, Origenes nos docuit.* [e] De his libris qui in veteri illo ſtatu Eccleſiæ citantur, nec in noſtris Biblijs inueniuntur, ſic dicit Origenes, hom. 1. in Cantic. Operoſum eſt inquirere quæ ſint: ſiue quod aliqua ſuper humanam intel-

[c] *Petrus Com. in Gen. præfat.*

[d] *Poſſeuinus Ieſuit. Apparat. Sacr. Tit. Biblia.*

[e] *Ederus Oecon. Bibl. lib. 1. pag. 19*

intelligentiam continebant, placuit Spiritui ſancto ferre de medio, ſiue quod eſſent de ijs Scripturis, quæ vocantur Apocryphæ, propterea quod multa inueniuntur in ijs contra fidem tradita, non admittebantur ad authoritatem: ſupra nos eſt pronunciare de talibus.

Ad ſecundam inſtantiam reſponſio.

f Bellar. quo ſuprà. § Præterea.

g Baronius Ieſui. & Cardin. in Epit. Annal. Ann. Dom. 60. pag. 52

h Salmeron Ieſ. Com. in Coloſ. 4.

i Tolletus Jeſuit. & Cardinalis.

k Salmeron quo ſuprà.

l Sixtus Senenſ. Bibl. lib. 2. Tit. Paulus. & Gagneus Annot in Coloſſ. 4.

m Pererius Ieſui. Comment. in Ro. prolegom. num. 50. pag. 50.

Aduerſarius. [f] Ex Teſtamento nouo certum eſt epiſtolam Pauli ad Laodicenſes, cuius mentio facta eſt in quarto ad Coloſ. perijſſe. *Ain' certum? ad quod probandum, pro authore profers tantùm eundem te, qui dixti: pro ratione, tantùm eam vocem quâ dicitur* Certum eſt. *Cùm tamen. Aduocatus.* [g] Paulum ſcripſiſſe Epiſtolam ad Laodicenſes, VERVM NON EST: lectio Græca eſt, ἐκ Λαοδικείας. legatis eam, quæ eſt, EX Laodicæa, non Ad Laodicæam. [h] Eſt hæc ex verbis Apoſtoli ſolida probatio: *quod etiam præterea* [i] Probatur ex ijs verbis [Salutate fratres qui ſunt Laodicæ.] [k] Theophylactus putat hanc illam fuiſſe, quam ad Timotheum per Tichicum antè Paulus miſerat, quæ, vt inſcriptio Græca habet, [Miſſa eſt ex Laodicæa.] Opinio valde probabilis. [l] Chryſoſtomus, Epiphanius, item Tertullianus, & Hieronymus NEGANT Apoſtolum aliquam Epiſtolam miſiſſe ad Laodicenſes. [m] Huic ego ſententiæ cum Chryſoſtomo, Theodoreto, & Oecumenio aſſentior.

CAPVT XXXV.

Obiectiones duæ aliæ ſequuntur.

a Bellar. cap. 4. § Secundò probatur.

Aduerſarius. [a] Ex Domini mandato docuerant per orbem terrarum, & nullum mandatum legimus, quo tenebantur ſcribere, erat inſtituti eorum viuâ voce prædicare, ad ſcribendum verò non niſi neceſſariâ quadam occaſione coacti animum applicuerunt, & cùm ſcripſerunt, Deo volente (fateor) & inſpirante, ſcripſerunt, ſed non Deo præcipiente.

cipiente. *Tu eos præceptum accepiſſe ſcribendi perpugnaciter negas, ne dicam, pertinaciter. Nam. Aduocatus.* [b] Omnibus diſcipulis, tanquam membris ſui corporis, Chriſtus (vt ait * Auguſtinus) caput eſt; nequaquam, igitur, dicendum eſt quòd ipſe non ſcripſerit, quòd ſcribendum illis (*Apoſtolis*) tanquã ſuis manibus IMPERAVIT. *Enimuerò ſatis etiam abunde eſt, ſi eo ſuggerente ſcripſerunt.* [c] In* Luc. 1. 3 [Viſum eſt mihi tibi ſcribere.] Cùm dicit [Viſum eſt mihi] non humanum tantùm ac ſuum, ſed diuinum conſilium ſignificat, ac ſi dicat: Viſum eſt mihi in Domino. Sicut Act. 15. [Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis] *Aliud eſt, igitur, fateor, viuâ voce præcipere, aliud interna inſpiratione adducere, ſed aliud quoad modum mandandi, non quoad authoritatem mandati; niſi aliud eſſe in aure loqui, aliud in corde, dixeris. Quin hic inſuper teipſum, Bellarmine, appello, id eſt, conſcientiam tuam.* [d] Ex mandato (*inquis*) Apoſtoli docuerunt per orbem terrarum. *At docendi ratio (vt noſti) eſt duplex, ſcribendo, videlicet, & non ſcribendo.* [e] Doctrinam (*inquis*) ſcriptam & non ſcriptam defendimus. *Ergo, inquam, non minùs ſcribere, quàm prædicare ex mandato habuerunt. Inſtas verò tertiò.*

[b] *Ederus Oecon. Bibl. lib. 3. pag. 3. 6.*
* *Auguſt. de conſ. Euang. lib. 1. cap. 5.*
[c] *Maldon. Teſti. Comment. in* * *Luc. 1. 3.*
[d] *Bellar. lib. 4. de verbo Dei, cap. 4. § Secundò probatur.*
[e] *Idem.*

Tertia inſtantia tollitur.

Auerſarius. [f] Erat inſtituti eorum viuâ voce prædicare, & non, niſi occaſione coacti, animum ad ſcribendum appli-cuerunt. [g] Epiſtolæ ab Apoſtolis ſcriptæ hunc habebant ſcopum, vt extirparent errores contra Traditionem ortas, & pro particulari neceſſitate Eccleſiarum vel perſonarum, vt Philemonis, Timothei, Titi, Electæ, & Caij Epiſtolæ, non autem vt omnia complecterentur. *Quaſi verò quæ ad particulares perſonas, & ex occaſione particulari ſcriptæ fuerunt, non generalia præcepta contineant, quæ ex inſtituto Spiritus ſancti ad totius Eccleſiæ ſalutem communem conferant.* *Aduocatus.* [h] Etiamſi Lucas vni Theophilo Euangelium ſuum ſcripſerat, non tamen pro illo ſolo ſcripſit, ſed pro OMNIBVS; ſicut & Paulus multas Epiſtolas aut hominibus particu-

[f] *Bellar. quo ſupra.*
[g] *Salmeron Ieſ. in Epiſt. ad Rom. diſp. 8.*
[h] *Toletus Jeſuit. & Cardin. Com. in Luc. præfat. Annot. 11. pag. 8*

particularibus, aut prouincjis, quæ tamen in vtilitatem TOTIVS ECCLESIÆ ordinabantur. [i] Non minus authoritatis habet hiſtoria Actorum, quòd ad vnum priuatum hominem ſcripta fuit, nam quòd Theophilo Lucas ſcribit, OMNIBVS ſcribit, quemadmodum Paulus, cùm ad Timotheum, Titum, Philemonem, homines priuatos ſcripſit. *Hîc libuit tantùm duos Ieſuitas cum duobus committere, quæ huc, ex aliis, faciunt,* * *ſuprà fusè explicantur.*

[i] *Maldon. Jeſui. Comm. in Luc. 1. in hec verba.* [Optime Theophile.]

Tertiæ obiectionis ſolutio.

Aduerſarius. [k] Iudæos habuiſſe aliquas Traditiones extra Scripturas docet Origenes, & Hilarius. [l] *Aduocatus.* Non deſunt aliqui Catholicorum, qui negant vllam fuiſſe Traditionem non ſcriptam apud Iudæos. *Sed addis.* Quibus non poſſim aſſentiri, cùm vt ſuprà docuimus. *Quid obſecro ſuprà? nimirum:*

[k] *Bellar. lib. 4. de verbo Dei cap. 8. § His.*
[l] *Ibidem.*

Quarta Inſtantia infringitur.

Aduerſarius. [m] In veteri Teſtamento Circumciſio inſtitura pro Maſculis tantùm erat: quod autem pro fœminis erat ad purgandum Originale Peccatum, Scriptura nuſquam habet. [n] Deinde, non eſt credibile non fuiſſe vllum remedium Maſculis morientibus antequam circumciſi eſſent, & tamen nihil de hoc extat in Scripturis. [o] Infantes veteris Teſtamenti habuiſſe aliquod remedium externum, ſine quo ſaluari non potuerint, certiſſimum eſt, & tamen nuſquam in Scriptura reperitur: vel ex hoc, igitur, exemplo diſcant Proteſtantes multa credenda eſſe, quæ ſcripta non ſunt. *Facilis erit ad vtrumque reſponſio: ad primum. Natura virilis principium eſt generationis actiuum, illáq; pars viri circumcidebatur, quæ inſtrumentum eſt ſeminis: propterea fœminæ in Maſculis, tanquam prototypis circumcidebantur: nam vnà cum ſigno fœdus ipſum fœminis impactũ fuit. Gen. 17. 14.* Erit pater tuus, & ſeminis tui. *Quanquam aliâ etiam*

[m] *Bellar. lib. 4. de verbo Dei cap. 4. § Probatur tertio.*
[n] *Gretzerus Ieſ. in colloq. Ratisb. Seſſ. 1.*
[o] *Tannerus Ieſ. expreſſius in exam. Hunniane Relat. his verbis.*

etiam ratione hanc difficultatem expediemus. Vbi enim. Aduocatus. [p]Quæritur quod fuit remedium culpæ originalis paruulis ante legem datam circumcisionis, vt etiam in masculis, qui ante diem octauam moriebantur. Respondetur, nullo vnquam tempore Deus suos dimisit absque interiori medicina. *Et huic sententiæ Scriptura iam citata fauet. Idcirco.* [q]Dicendum est, quòd sicut ante institutionem Circumcisionis fides Christi futuri iustificabat tam pueros quàm adultos: ita Circumcisione data. *Quid ita?* [r]Circumcisio non erat necessaria ad iustitiam consequendam, quod apud nos aqua Baptismatis, hoc egit apud veteres sola fides. *Denique,* [s]Quoniam peccatum originale non per fœminas, sed per masculos transfundebatur in posteros, sacramentum, quod in eius remedium dabatur, voluit Deus esse peculiare virorũ: fœminarum autem tollendo peccato originali alia ratione consultum fuit. *Ad te redeo. Si Scriptura vetus erat insufficiens, quia nihil de hac re extat in Scripturis; tum traditio quoque non magis sufficit, quæ de eadem planè tacuit, id quod non obscurè fateris cùm ais,* Non est credibile, quin &c. *Si insuper Scriptura non erat sufficiens, tum traditionis necessitas scripturæ credentibus non est obtrudenda. De hac obiectione plura infra.*

p *Ecchius tom. 3. de Circumcis. homil. 1.*

q *Aquinas par. 3. qu. 70 art. 4.*

r *Tolletus com. in Rom. 3. annot. 19. altera pars huius sententiæ est Pereiry com. in Gen. 17. disp. 1. nu. 32.*

s *Percrius Iesuita com. in Rom. 4. disp. 6. num. 29.*

CAPVT XXXVI.

Obiectio quarta omnium difficillima, & ferè difficilior omnibus: de qua olim Ecchius, [a]Achilles pro Catholicis, *de qua Lindanus,* [b]necesse est (*inquit*) Aduersariũ in hoc fidei articulo seipsum, velit, nolit, victum agnoscere, *& Iesuitæ vniuersi in hoc argumento seu triumpho quodam vehementer exultant.*

a *Ecchius Enchirid. tract. de Eccles. § Quarta propositio.*

b *Lindanus Panopl. lib. 1. cap. 4.*

Achilles vester prodeat. Responsum 1.

Aduersarius. [c]Etiamsi Scriptura dicit libros Prophetarum & Apostolorum esse diuinos, tamen quomodo credam

c *Bellar. lib. 4. de verbo Dei. cap. 4. §. 4. necesse.*

credam hanc Scripturam esse diuinam magis quàm Alcoranum, cui tantùm non credimus nisi ex Traditione? Respondent Protestantes, Scripturas ipsas esse lucernas, & distingui à profanis per se, vt lumen à tenebris. At contra. Cur Lutherus Iacobi Epistolam stramineam sensit? Caluinus Apostolicam? *Hæc est Bellarmini ratio, si tamen ratio dici potest, quæ coniuncta est cum intollerabili blasphemia et insigni mendacio. Hæc duo monstra expugnanda sunt priusquam cum Achille vestro congredi possimus. Primum, siue enim dixeris, siue cogitaris, dubitaueriſve, somniaueriſve sacram Scripturam non (vt solem alias stellas) scripta alia vniuersa lumine suo ac splendore obfuscare, meritò blasphemus existimari possis. Ecclesia debet inter Scripturam veram & Apocryphan discernere, quid, vt Ecclesia tantum per Ecclesiæ autoritatem ad sacrosanctam Dei vocem agnoscendam adduceretur? Aduocatus.* [d] Intermedia præter simplicem Ecclesiæ authoritatem, quibus & ipsa Ecclesia, & nos vti debemus ad discernendas Scripturas: primo loco pono characterem, & phrasin Apostolicam: *Quæ phrasis Spiritus sancti omnem eloquentiam humanam maiestate sua superat. Nam,* [e] Certè (quod puer olim magno ascensu virorum sapientum dixi) si aut Christus aut Paulus istorum *(Philosophorum aut Oratorum)* mihi linguâ loqueretur, nec Christus mihi, nec Paulus esset, non est, mihi crede, nitidulus Christus, non est comptulus, non elaboratè ornatus. Permitte Christo linguam suam, permitte Paulo suam, vterque est Calamus scribæ velocitèr scribentis. [f] Litera Scripturæ sacræ omnes argumentationum machinas elidit, & fateri compellit [* Digitus Dei hic est] [* quia nunquam sic loquutus est homo] *Quia.* [g] Cum multa sint in ipsa doctrina Christiana, quæ ipsa per se fidem illi atque authoritatem conciliare possunt, tamen mihi maximum illud esse videtur (vt est à patribus obseruatum) quod suâ nescio qua, admirabili vi, diuinè prorsus hominum animos afficit, atque ad virtutem impellit: est scripta verbis simplicibus, & caret ferè artificio orationis, & ornamentis: nihilominùs

d Staplet. lib. 2. de autoritate Scrip. cap. 5. fol. 8.

e Canus li. 2. c. 15

f Agrippa de Vanit. cap. 100.
**Exod 8. 19.*
**Iob. 7. 46.*

g Greg. Val. in Isc. Analyſ fidei lib. 1 cap. 15.

ominùs ita vehementer commouet Lectoris mentem, vt nulla alia doctrina. Nam humana omnis vtitur lenocinijs, ſine quibus ad animarum motum nihil valet. Sacræ Scripturæ virtutem *Machabæi cum eſſent experti, licet hoſtibus vndique ſepti eſſent, magniſque difficultatibus premerentur, nulla re tamen indigere ſe aiebant: hoc Machabæorum teſtimonio audito, nemo qui non ſit omnino malæ mentis, ſalutarem hanc & diuinam Scripturæ ſanæ virtutem non ſentire poſſit. Vnde Apoſtolus [*Quæcunque ſcripta ſunt, ad doctrinam noſtram ſunt ſcripta, vt per patientiam & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus.] *Deinde*, [h] Quòd res grauiſſimas & diuinas tractet ea grauitate & caſtitate ſermonis, vt omnia ad Dei gloriam, & legentium inſtructionem ſcripta videantur, non ad perſonarum commendationem, aut rerum, quas tractet, amplificationem, ſed vt homines planè DIVINOS decet, vt ſcribit *Auguſtinus, HIS ET ALIIS MEDIIS Eccleſia libros SVPPOSITITIOS A VERIS ET DIVINIS DISCERNEBAT. *Vides igitur dubium tuum, Bellarmine, à ſocijs tuis doctè diſertéſque exploſum. Paradoxon, quod Luthero imponis, intelligo non tam paſſim in diſputationibus veſtris obiectari, quam in Lutheri libris (vt alij reſpondent) nuſquam reperiri. Ad cauſam reuertor.*

*1. Mach. 12.

*Rom. 15.

h Stapleton. lib. 2. de autorit. Script. c. 5

*Lib. 4. de doctr. Chriſt. cap. 16.

Achillea obiectio inculcatur denuò, & multiplici reſponſo refelitur.

Aduerſarius. [i] Si quis Manichæus exiſtat, qui vtrumque Teſtamentum neget, quomodo quis (*ſine Traditione*) hos libros probabit eſſe verbum Dei? [k] Quomodo hanc aut illam Scripturam credam eſſe diuinam? [l] Quomodo hoc cognoſcam? *Hæc quidem de Traditione & Scriptura contentio adeo perplexa eſt & inſidioſa, vt explicatione accuratiore indigeat. Tria igitur reſpondeo.*

i Sacrobos. Ieſ. defenſ. pyr. 1. cap. 6.
k Bellar. ibi ſupra.
l Tannerus Ieſuita aduerſus Relat. Hunnianã ca. 12.
Reſponſum ad obiect. de Manichæis infra pet. 1. ocul. ca. 38.

Reſponſum

Responsum secundum: videlicet, obiectionem hanc præposteram esse à causa prorsus alienam. Quia,

Aduocatus. [m] Defensio Protestantium in colloquio Ratisbonensi fuit: hoc argumentum locum habere contra eos tantùm, qui Scripturæ autoritatem non recipiunt; non autem contra eos (*quales sunt Protestantes*) apud quos præsuppositа est Scripturæ sacræ autoritas. *Vt ergo argumentum vestrum valeat, Manichæus, Sacrobosce, tuus, aut tuus, Bellarmine, Mahomitanus aliquis aduersarius comparandus vobis fuit, quocum pugnetis; Protestantes verò dimittendi, qui Scripturarum autoritatem infallibilem pariter vobiscum* præsuppositam, *& plusquam vos principijs aliis omnibus præpositam habent. Primùm.* [n] Brentius in Apologia, Nequid, ait, ambiguitatis in nomine Traditionis relinquatur, non loquimur de ea Traditione, qua nobis sacra Scriptura, & quæ in ea continentur à maioribus nobis tradita sunt, nam hanc traditionem affirmamus esse certam & indubitatam, sed de traditionibus alijs, quæ non sunt ab Apostolicis scriptis mandatæ. *Alterum.* Volunt Protestantes in verbo scripto dogmata omnia necessaria ad salutem contineri, nos contra. *Reus.* * Nos ab Aduersarijs nostris audenter postulare audemus, vt vel vnum locum, aut articulum Scripturæ proferant, quem irritum fecissemus, aut non rectè doceremus, siquidem in Augustinis Comitijs confessi sumus doctrinam nostram meram esse Scripturam: illi verò ob hoc vociferantur, & nos damnant, quod Pontificum decreta, & putridas, ac vermibus scatentes Traditiones non obseruamus. * Quo tempore atrocissimè nobis comminabantur, erantque stricti gladij, & bombardæ omnes adaptatæ, acsi nos Diabolus omnes deglutire decreuisset: cum tamen Deo precibus nostris commoto, nobis Annus tam tranquillus euasit, vt nunquam antea.

[m] *Tannerus Iesuita quo iam supra. cap. 12. § Et quid tibi.*

[n] *Lindanus Panopl. lib. 1. cap. 3. & cap. 4. § Quid tum.*

* *Lutherus Enar. in cap. 5. Mat. § Tauto.*

* *Idem in cap 7. Mat. § Hæc omnia.*

CAP.

CAPVT XXXVII.

Reſponſum 3. Ex hac Obiectione contra Proteſtantes nihil pro Eccleſiæ autoritate effici poſſe, vt non ſacrilegâ mente aliquid ſacræ Scripturæ dignitati detrahatur. hîc iudicium veritatis (quoad nos) ſupremum diſcutitur.

A*Duerſarius.* [a] Hæretici huius temporis paſſim clamant nos ſubjicere Scripturam Eccleſiæ. Caluinus, Subjicere in eum modum, inquit, Dei oracula hominum cenſuræ, vt ideò rata ſint, quia placuerint hominibus, blaſphemia eſt indigna, quæ commemoretur. ſimilia apud alios paſſim inueniuntur. Cæterùm hæc non noſtra Blaſphemia, ſed ipſorum impoſtura eſt: Catholici enim Scripturam ſacram non ſubjiciunt, ſed anteponunt Concilijs; neque in hoc vlla Controuerſia eſt. *Imò verò inter vos Controuerſia magna eſt, maior autem tibi, Bellarmine, tecum. Primò alios deſignans. Aduocatus.* [b] In Eccleſiæ reuelantis vocem tanquã ſupremam autoritatem acquieſcendum eſſe Scholaſtici aliqui INCAVTIVS IMPERITIVSQVE tenuerunt. *Quorum tamen imperitiam etiam Ieſuitæ (Stapletone) veſtri imitari malunt, quàm prudentiam eam quam præ te fers, tuam. nam vnus Aduerſ.* [c] In Eccleſia ſit vltimò controuerſiarum fidei reſolutio. *alius.* [d] Scripturæ pendent ab Eccleſia, non contra, vt ſæpè diximus. *In eoque ſæpè blaſphemus: nec tamen ſolus. Tertius.* [e] Act. 15. [Viſum eſt nobis] quod decretum Eccleſia poſtea mutabat. Ecce poteſtas Eccleſiæ ſuper Scripturam: *Blaſphemus, inquam, quia credere vltimò propter teſtimonium humanum eſt fides acquiſita & prorſus humana. Aduoc.* [f] Cum fides acquiſita tantùm humanis incitamentis nititur, nè noſtra fides vacillet ALTIVS petenda eſt SACRAE SCRIPTVRAE AVTORITAS etenim

[a] *Bellar. lib. 2. de Conc. Cap. 12. in principio.*

[b] *Stapletonus. Vide Apolog. huius part. 1. lib. 2. cap. 24.*

[c] *Armandus Ieſ. in epiſt. ad Camierum pag. 21.*

[d] *Bellar. lib. 4. de notis Eccl. Cap. 2. §. Secunda nota.*

[e] *Ecclius Enchirid. tract. de Eccleſ. § Scriptura.*

[f] *Canus. Vide Apolog. huius part. 1. lib. 2. cap. 42.*

g Mulhuſteus Ieſ reſp. ad Dauidem Parcum Theſi.92

h Bell.1r Lib.2. de Conc.cap.12. in initio.

*Supra.

i Sacrobоſc.Ieſ defenſ Bell.1r. par.1. c.6.§Poſteriorib

g fidem catholicorum in humano teſtimonio fundari, eſt Pelagianum. *nunc Contradictio tua proferenda eſt. Aduerſarius.*

h Quod ſi interdũ (*quod tu* * Sæpe, *hic, quaſi quærens,* Quodſi interdum) Catholici aliqui dicunt, Scripturam pendere ab Eccleſia, ſiuè à Concilio, non intelligunt, quoad autoritatem, & ſecundum ſe, ſed quoad explicationem, & quoad nos. *Quoad nos? ergò nos, id eſt, noſtra fides (te definitore) non pendet à Scriptura propter ſe, ſed propter Eccleſiæ autoritatem;* Ita[i] vt (*defenſore tui clariùs loquente*) verum ſit multos Sanctos viros quædam mordicus tenuiſſe, & propugnáſſe acerrimè, quæ contra dei verbum fuerunt, nec tamen pro Hæreticis habitos: quóniam per autoritatem Eccleſiæ tempore ipſorum contrarium non fuit definitum. *Hæc cùm ita ſint, noli Proteſtantibus impoſturam obijcere, velis potius veſtram confiteri blaſphemiam: quam ratione, exemplo, ſimilitudine & confeſſione denique veſtrâ explanabo ſimul & expugnabo.*

Ratio.

k Nic.Claming. vide Apolo huius pa.1.li.2.cap.42.

Aduocatus. k Vt ſi demus Eccleſiam aliquid Scripturis contrarium docere (quod quamuis fieri non poſſit, tamen fingamus poſſe) hoc dato, vtrum potius Scripturæ, an Eccleſiæ adhæreres? ſi Scripturæ, clarũ eſt Scripturam (*quoad nos*) excellentioris eſſe autoritatis, *hùc facit celebre illud Auguſtini exemplum, cum dixit:* * Non credidiſſem Euangelio niſi me Eccleſiæ autoritas commoueret. *vbi Eccleſiam medium facit per quod, non principium vltimum, propter quod Catholicus credidit.* Non rationem per ſe mouentem, ſed ſine qua non.

* De his vide Apolog.huius.par.1 lib.2.cap 42.

* *Canus.* Proponentem cauſam, non fundamentum fidei.

* *Aquinas. Exemplum ſi cupis appoſitum magis & ad oppoſitum conuenientius.*

Exemplum.

Dilemma.

Arius ille, qui contra Scripturæ autoritatem, Eccleſiæ decreto in Concil. Niceno tanquam Archihæreticus damnatus eſt, fuitnè ante prolatum Concilij decretum hæreticus, an non? ſi non, tum (quod abſit) decretum illud impium fuit, nam eum hæreticũ eſſe pronun-

pronunciauit; ſin fuit, tum dogma tuum impium dum Hereticũ eſſe negas, ſed eſſe Sanctum quoq; ais (*loqueris in genere, ergo etiam de Articulis fundamentalibus*) licet quis contra Euangelium, modò non contra Eccleſiæ autoritatem, errorem mordicus teneat.

Similitudo.

Similitudo illuſtris imprimis ea eſſe poteſt. * Mulier Samaritana abijt in Ciuitatem, & dixit ciuibus, venite, videte prophetam, nonne ipſe eſt Chriſtus? deinde multi exeunt ex ciuitate, & crediderunt propter verbũ Mulieris, Teſtimonium perhibentis de eo: cum ergo, veniſſent, & audiuiſſent, multò plures crediderũt, propter ſermonem eius, & dicebãt Mulieri: Iam NON PROPTER LOQVELAM TVAM CREDIMVS, ipſi enim AVDIVIMVS, & ſcimus, quia hic eſt verè ſaluator mundi. *Aduocatus.* [l] Cum dicebant [Iam non credimus propter ſermonem tuum,] id eſt. quaſi dicerẽt, priùs credidimus propter ſermonem, ſed nunc MAIVS habemus teſtimonium credendi, quàm tuum; non indigemus minori, vbi adeſt maius: ſignificantes ſe propter verbum Chriſti, quod audiuerunt, credituros etiamſi propter Mulierem Samaritanam non credidiſſent. [m] Hæc mulier myſticè Eccleſiam repræſentat, & ſignificat, homines primò credere, quia ſic tradit Eccleſia, poſtea ipſis Scripturis multò MAGIS confirmari. *nempe* [n] vt Regina Sabæ audito Salamone, verus eſt, inquit, ſermo, quem audiui ſuper ſermonibus tuis & ſapientiâ tuâ; SED MAIOR EST SAPIENTIA TVA, quàm rumor, quem de ea audiui 3. Reg. 10. Sic MAGIS Samaritani crediderunt propter verbum quod ipſi audiuerunt, quàm propter miraculum: tanta erat (inquit Heronymus) in eius verbis & tam diuina vis. *Hæc ſimilitudo (nè videamur in cauſa tanta exiliter & frigidè agere) non lucem modò ſed calorem nobis & robur præbet.* Quomodo quis *inquitis*, credat hoc eſſe verbum Dei, & Scripturam ſacram, cum ipſa Scriptura non dicit ſe eſſe verbum Dei? *nimirum quomodo Samaritani cognorunt Chriſtum eſſe Meſſiam,*

* *Ioh. 4. 28.*

l Toletus Ieſ. in hunc locum.

m Colleg. Rhem. in hunc locum, in margine.

n Maldon. Ieſ. Com. in Ioh. 4.

quamuis ipſe Meſſiam eſſe non expreſsè affirmauerit: videlicet, teſte Hieronymo, (etiam quoad nos) propter ipſius ſermonis majeſtatem: *ergò*, magis propter Chriſti quàm Mulieris ſermonem, crediderunt; *vos autem*, Fides pendet *(inquitis)* ab Eccleſia, non contra. *id eſt, Mulieri plus Autoritatis tribuitis, quàm ipſi Meſsiæ: cùm tantò maior fides (etiam quoad nos) Scripturæ, quàm Eccleſiæ debeatur quantò magis ſciendo, quàm opinando; ex præſentia, quàm fama; ab ipſo principe, quàm præcone; denique à Deo, quàm ab homine, in rebus diuinis diiudicandis valere poſsimus. ad Confeſsionem feſtinamus.*

Confeſsio Pontificiorum (quod loco Reſponſi tertij eſſe poſsit) Pontificios ipſos in orbem agi, & ad concedendam Catholicæ fidei rationem formalem vltimam non in Eccleſia, ſed in Scripturæ autoritate conſiſtere, redigi vel inuitos.

Quid enim (viri Pontificij) ex ſolius Eccleſiæ teſtimonio, quæ hanc Scripturam iudicat Diuinam atque Canonicam Scripturam diuinam eſſe creditis? Omninò *(inquitis)* ex ſolius Eccleſiæ teſtimonio: *& quare (inquam) quod Eccleſia iudicat, hoc vobis verum eſſe perſuaſum habetis atque exploratum?* Quia *(inquitis)* Eccleſia eſt infallibilis. *quare verò infallibilis?* quia ducitur ſpiritu dei. *hoc obſecro, qua ratione Manicheo veſtro ſuadeatis?* Ex Scriptura. Matth.18. Ego ſum in medio. &c. Ioh.16. Spiritus veritatis ducet vos. &c. Matth.16. Super hanc petram ædificabo Eccleſiam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. *Optimè. Videtis igitur reſolutionem veſtram vltimam in Scripturarum Autoritate fundari: at ſine dubio Autoritas probans notior & certior eſt (quoad nos Chriſtianos) concluſione probanda. hic Ieſuita reſponſum vehementer efflagito. Aduerſ.* ° Cum dicimus Scripturæ autoritatem probari ab Eccleſia; non loquimur de Eccleſia, vt eſt ſimpliciter & præciſè hominum quædam congregatio, quæ decipere & decipi poteſt: ſed prout à deo ad docendum alios iuxta Scripturas, in ijs, quæ ad fidem cul-

° *Mulhuſinus Ieſ. in Reſp ad Pauam de Script. Autor. Theſ. 33.*

cultumque pertinent; vt ſit firmamentum & columna veritatis ex Eccleſiæ autoritate ſupernaturali fide cognita atque perſpecta, vt nobis notiori & certiori ſcripturæ autoritatem; deindè vt poſterius quid cognoſcimus, ex qua cognita, in Eccleſiæ autoritate cognoſcenda, melius iuuamur. *Miſerum ſubterfugium. ſiue enim infideli, ſiue etiam fideli de Scripturæ, atque Eccleſiæ autoritate perſuadendum ſit: in hoc mutuo earum teſtimonio, ſemper Scripturæ autoritas fidem noſtram certiùs, atque diuiniùs informat. de Infideli* * *ſupra conſtat. hæc facit illud teſtimonium ex aureo ore emiſſum.* * Gentilis *(infidelis)* mihi dicit, vellem fieri Chriſtianus, ſed tot ſunt inter vos pugnæ, vt, cui parti adhæream, neſciam: Reſpondeo, hoc multum pro nobis, nam cùm omnes Scripturas ſuſcipimus, facilè illi eri: iudicare, quis ſit verus Chriſtianus. *Idem multò magis de fideli oſtendo, quia, Aduocatus.*

* *Cap.* 32 & *Cap.* 33.

* *Chryſoſt. hom.* 33. *in Act. Apoſt.*

p Finganus (etiamſi fieri nequit) poſſe fieri Eccleſiam aliquid docere Scripturis contrarium. *Hoc dato, vtrum Scripturæ potius an Eccleſiæ concedendum putes? Eccleſiæ? non dices,* q Quia * Si vel Angelus de cœlo (iuxta præſcriptum Apoſtoli) aliquid contrarium docuerit Anathema ſit. *An igitur Scripturæ? proficlo, quia* * Si teſtimonium hominum acceperitis, teſtimonium (*verbi*) Dei maius. *Proinde diuina ſcripturæ autoritas virtute Spiritus ſancti, imprimit in animis audientium vltimam formalem rationem fidei: id quod Reſponſio vltima firmat robuſtius.*

p *Clauingius ſupra. cap.* 33.

q *Canus locis Theol. lib.* 2. *cap.* 8.

* *Gal.* 1.

* *Ioh.* 5.

CAPVT XXXVIII.

Reſponſum vltimum. Proteſtantes firmioribus veræ Religionis principijs in diſcernenda Scriptura nituntur, quàm Pontificij.

A *Duerſarius.* a Credendi modus eſt duplex: 1. ex parte ſubiecti, vt qui credit nihil dubitet, & malit mori potius quàm fidem deſerere. 2. ex parte obiecti, quando id quod creditur à Deo reuelatum eſt, nec vllo modo fal-

a *Bellar. lib.* 6. *de lib. Arbit. Cap.* 3.

ſum eſſe queat: ad quod duplex cauſa infallibilis requiritur, reuelans articulos fidei, & proponens, & declarans: reuelans non eſt niſi Deus, proponens non niſi Eccleſia. Hæretici nõ credunt propter Deum reuelãtem, quia fidem non habent Eccleſiæ proponenti: nam quærenti vndè habẽt, quòd credant Deum hunc articulum fidei reuelaſſe; reſpondent, à diuinis literis: ſi quis vrgeat vnde habẽt, hanc eſſe Scripturarum expoſitionem, imò etiam vnde has eſſe Scripturas; nihil reſpõdere poſſint, niſi ita ſe credere: judicium enim Eccleſiæ iam reiecerũt. Catholici verò fidem infallibilẽ habent, qui cauſam proponentẽ & declarantem infallibilẽ audiũt.

b Sacrobuſc. Ieſuit. defenſ. par. 1. ca. 6

[b] Ergo Hæreticorum fides eſt humana. *Ratio Aranea tela ſimilis, mira arte elaborata, leui excuſſa vento, ac citiſſimè diſſipata. primò, quia ea fides minùs eſt diuina, qua magis teſtimonijs fundatur humanis. Aduoc.* [c] Fides tantùm humanis nixa teſtimonijs eſt fides acquiſita, & vacillans: Altiùs ergò (*ſic Proteſtantes*) petenda eſt ſacræ ſcripturæ autoritas. *nam, die ſodes, quis verius certiúſq; mellis dulcedinem percipit, qui credit dicenti mel eſſe dulce; an qui id ita eſſe guſtando perſenſit? Quemadmodũ in naturali ita in ſpirituali.* [d] Gũſtate & videte. *vos in cauſa proponente inſiſtitis: videndum, igitur, reſtat, vtra pars Pontificiorũmne, an Proteſtantium, proponentem cauſam veriorem amplexentur. Aduerſ.* [e] Dicunt Proteſtantes ſe per Eccleſiam non intelligere Romanam, quia eâ autoritate ipſi adduci non poſſunt, vt credant, cùm tamen non alia niſi Eccleſia Romana vera ſit. *Reſpondeo, Si hæc fuit ſemper vera, & nunc eſt ſola Eccleſia, cuius in Scripturis diſcernendis eſt infallibilis autoritas: cur licuit antiquis Patribus (quod & nunc quoque nobis neceſſe eſt) Eccleſiam Græcam Romana, & Antiquam hodierna anteponere? olim. Aduoc.* [f] Auguſtinus cum aliquos Latinos hanc Epiſtolam ad Hebræos non recipere audijt, MALLE ſe, dixit, Orientalium (*id eſt, Græcarum*) Eccleſiarum autoritatem ſequi. *quarum Eccleſiarum fidem primitiuam nos in hac parte iam ſequi neceſſe eſt, præſertim cum* [g] Maximum eſt Eccleſiæ ſignum cum Primitiuâ Eccleſiâ noſter in Religione conſenſus. [g] Neceſſaria eſt Eccleſiæ

c Canus ſupra.

d Tanner. Ieſ. Relat. Hunnius. c. 12. § Sed alio.

e Sixtus Senenſ. Bib. lib. 7. in fol. Obiect. de præſt. ad Hebr. pag. 605.

f Salmeron. Ieſ. com. in Rom. diſp. 6. in initio.

g Caniſius Ieſ. in ſumma doctr. chr. Tract. de præceptis Eccleſ. §. 16

ſiæ autoritas, vt Scripturas Canonicas ab adulterinis certò diſcernamus. vnde teſtatur Hieronymus nouum & vetus teſtamentum recipimus in eo librorum numero, quē Sanctæ Eccleſiæ tradit autoritas.* *At Hieronymus libros veteris Teſtamenti quos pontifex tanquā Canonicos habent*, vt Apocryphos reiecit; ſimiliter eos explosit * Origenes, * Euſebius, * Melito, * Iulius Africanus, * Athanaſius, * Epiphanius, * Hilarius, * Ruffinus, * Damaſcenus: & poſt eos * Catholici multi, etiam * Concil. Laodicænum: quos libros etiam Proteſtantes nolunt admittere; eos Conc. Tridentinum decreuit eſſe Canonicos. *Iam ad finem perducta eſt quæſtio, vtrum, ſecundum hodierna Romana, an illa primitiua Chriſtiana teſtis nobis fidelior videri debeat. Aduoc.* [h] Proteſtantes aſſerūt, ad Apoſtolos, & propriè Apoſtolicos viros ſolos pertinuiſſe Canonicas ſcripturas nobis tradere; poteſtatem verò ad ſequentem Eccleſiam minimè pertinere, librum aliquē nondum à Cōcilio conſignatum in Canonem referre: ideoque Waldenſis, & Driedo, viri doctiſſimi, dixerunt Eccleſiam primitiuam, quoad hæc, maioris autoritatis fuiſſe; noſtram verò antiquis Scripturis uiti debere. Sed quos *ſcilicet, refutabis tu, ſed audi. Aduoc.* [i] Maior eſt Eccleſiæ priſcæ autoritas, quoad prædicta, quàm nunc eſt: non enim eſt in poteſtate Papæ aut Concilij mutare Traditiones ab Euangeliſtis datas, vt (*inter quos ſenex noſter Stapletonus*) quidam delirant *pernitioſum deliramentū, quod hæreſin ſapit. at* [k] Qui negat hoc quod dictum eſt de approbatione Scripturarum per Eccleſiam, intelligi ſolùm de tēpore Eccleſiæ primitiuæ, hæreticus eſt cenſendus, cuiuſcunque ſit ſtatus aut conditionis. *Quod obiectionem illam* De * Manichæis *penitùs diluat, cū præſertim.* [l] Si alios (inquit * Auguſtinus) quos dicat Apoſtolorū noſtrorum codices; protulerit, quomodo eis ipſe (*Manichæus*) autoritatē dabit, quā per Eccleſias Chriſti, ab ipſis Apoſtolis conſtitutas, nō accepit, vt indè ad poſteros firmatā commēdatione tranſcurrerit? Apocrypha (inquit * alibi) nuncupantur, eò quòd eorū occulta origo non claruit Patribus, à quibus vſq; ad nos autoritas veracium ſcripturarū certiſſimā ac notiſſimā ſucceſſione peruenit. *Hanc vos Traditionē integram*

* *Hæc ſingula ex teſtibus ſuapte. ſupra.*

h *Stapl. de doctr. Chriſt. prin. lib. de conſig. Can. Scrip. cap. vii. & ca. 13.*

i *Gerſon de vita ſpirit. lect. 2. Corol. 7.*

k *Durandus li. 3. ſent. diſt. 24. q. 1.*

* *Supra cap. 22.*

l *Malbuſinus lect. contra Perrum. de autorit. Scrip. cap. 5. Theſ. 25.*

* *Tom. 6. lib. 13. contra Fauſtum. cap. 4. &*

* *Tom. 5. de Ciuit. Dei lib. 15. ca. 23.*

gram tradidiſſe oportuit, ſi pro Traditionum neceſſitate verè aut etiam verecundè contendere velitis. quid multa? [m] Hac igitur *(vos enim ego perſequar, Lindane, verbis tuis:)* Hac, in lucta & prima quaſi coitione, nempè in qua Controuerſiarum ferè vniuerſarum ſumma eſt comprehenſa, vide mihi, quæſo Lector, (nam tibi vni ceu Agonothetæ arbitrarij damus partes) vter alterum antagoniſta vincat ac ſuperet. *Et, te quæſo, Lector, etiam atque etiam vide, vtra pars certiorem Traditionem ſequatur; qui primitiuæ an qui poſteræ Eccleſiæ iudicium ſectatur, vtra magis Scripturarum maieſtatem veneretur, ỳ qui eam Eccleſiæ preeſſe (quoad nos) an qui illam Eccleſiæ, ceu ancillam Dominæ (etiam quoad nos) famulari & obſequi debere profitentur.*

[m] *Lindanus Panopl. lib. 1. cap. 4.*

CAPVT XXXIX.

Solutio Obiectionis. 5. 6. 7. 8.

Obiectio 5.

Aduerſarius. [a] Quomodo intelligeremus Euangelium Marci eſſe Marci, & Euangelium Bartholomæi nomine oblatum eſſe falſum, cum ratio potius dictet magis credendum eſſe libro præ ſe ferenti titulum Apoſtoli, quam non Apoſtoli? *quomodo? ex Collega tuo diſcas velim. Adnoc.* [b] Si quæratur cur Marcum & Lucam, qui, non vt cæteri, ipſius Chriſti, ſed tantum Pauli & Petri diſcipuli fuerunt, Euangeliſtas admittimus; ratio prima eſt, quod Sancti Patres, veri iudices rerum non dignitatum, non tàm perſonam & titulos, quàm verum Spiritus Sancti afflatum quærebant. *præclarè enim papa* * *Gregorius.* In Pſal. 44. [lingua mea (inquit propheta Dauid) eſt calamus ſcribæ velociter ſcribentis] cùm ergo rem cognoſcimus eiuſque rei ſpiritum ſanctum autorem tenemus, cum ſcriptorem quærimus, quid aliud agimus, niſi quærentes literas de Calamo perſcrutamur? *Et eſt hæc obiectio Achillis ſuperioris quaſi aſſecla, cui non eſt diſſimilis quæ apud Bellarminum ſequitur ſexta.*

[a] *Bellar lib. 4. de verbo cap. 4. § Quintò.*

[b] *Medina lib. 2. cap. 4. vt refert & approbat Edcrus Oeconom Bibl. lib. 3. pag. 322.*

* *Præfat. in lib. Iob. cap. 1.*

Obiectio

Obiectio sexta: De Quartodecimanis.

Denique, Quartodecimani Traditionem ab ipso Ioanne vrgere potuerunt, & quidem paulò antiquorem. *Fecit Victor, inquit Irenæus, abscindi Ecclesias, quæ MOREM sibi ANTIQVITVS traditum custodiebant. *Vnde igitur,* inquies, *Quartodecimani hæretici censebantur, quasi hoc ipse ignoret.* cBlastus Romæ hæresin suam seminare cæpit tempore Victoris, vt testatur *Eusebius: Qui latenter vult, inquit *Tertullianus, Iudaismum introducere, pascha enim dicit non aliter custodiendum esse, nisi secundum legem Mosis, quartadecima die mensis. Propterea Victor sentiens illam diuersitatem de paschate, non esse solùm diuersitatem, sed etiam afferre secum hæresin, imò ipsum Iudaismum, maturè occurrendum putauit. Probauerunt Victoris sententiã Con. Niceni Patres, vt ex *Eusebio patet. Et Quartodecimani appellati, qui contrarium senserunt, vt patet ex * Epiphanio, & ex *Augustino. *Na tu igitur es argutus disputator scilicet, qui Polycarpum sanctissimum Martyrem cum Archihæretico Blasto, & Quartodecimanos (id est, decimamquartam diem primi mensis Iudaicè obseruantes) cum Orientalibus Ecclesiis iuxta *MOREM sibi antiquitùs traditum, *nempe* dper Ioannem Apostolum, *ortodoxè eundem colentibus in obiectione tua tam insciè confundis? Doleo equidem in summo Theologo tantam aut in ignoranda veritate cæcitatem animi, aut in non agnoscenda impudentiam. Quid enim obsecro in hac tua obiectione moliris? quid machinaris? videlicet Aduersarius.* eErgo Scripturæ non sufficiunt, in quibus nihil extat hac de re contra quartodecimanos: ergo Traditio est necessaria, per quam possint refutari. *Ergo tu nec Traditionem, nec Scripturam nosti: illam, qua paschatis libertas asseritur* *Iuxta morem ANTIQVITVS traditum, inquit Irenæus, *Qua hæresis ista Iudaizantium expressè refutatur. Hanc verò, quia. Aduocatus.* fApostolus ad *Galatas explicans obseruantias Iudaicas, subdit: [Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos.] Mensium obseruatio

*Eusebius.

*Bellar. paulo post.

c Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. ca. 19. § Est autem.

*Euseb hist. lib. 5. cap. 15.

*Tert. de Præscr. in fine.

*Lib. 3. de vita Constantini.

*Hæres. 50.

*Hæres. 29.

*Irenæus supra. d Agrippa infra.

e Bellar. supra. lib. 4. de verbo Dei ca. 4. § Nono

*Iam supra ex Eusebio.

f Salmeron Iesuit. com. in hunc locum.

*Gal. 4.

erat in primo menſe Niſan ob PASCHA, temporum obſeruatio,&c. Hoc in loco reprehendit Apoſtolus eos, qui obſeruantias Iudaicas iam extinctas,tanquam IVDAIZANTES obſeruare volebant. *Rectè,non omninò obſeruantes.ſed Iudaicè obſeruantes, nimirum, tanquam feſta, ex lege Moſaica, neceſſariò,non tanquam ex lege Euangelica, liberè obſeruanda.* Hoc *libertatis ius vendicamus, quo poſito, certum eſt quod* [f] Paſchæ celebrandæ illa olim varietata per Regiones diuerſitas NIHIL FIDEI OFFICIEBAT.

[f] Lindanus Pan. lib.4.cap.100. § Verum.

Obiectio ſeptima. De Baptiſmo Infantum.

Aduerſarius. [g] Tertiò, Baptiſma Infantum contra Anabaptiſtas Scripturis Lutherani probare non poſſunt, Catholici non ſolent. *Imo illi non minùs quàm veſtri poſſint,& veſtri æquè ac illi ſolent. Quia. Aduocatus.* [h] Omnis qui poſſit eſſe membrum Eccleſiæ poſſit eſſe particeps Baptiſmi. Epheſ.5. [Mundans eam per lauacrum aquæ in verbo vitæ.] Et paruulos pertinere ad corpus Chriſti PATET. Ioel.2. [Effundã ſpiritum meum ſuper omnem carnem.] Et Math.19. Dominus benedicebat paruulos, Sinite (inquit) illos venire ad me,quia talium eſt regnum cœlorum. Idem etiam probatur ex Circumciſione, quæ pro paruulis valuit. Deinde ex Act. 10.16. vbi legimus, integras familias baptizatas fuiſſe, non enim veriſimile eſt, quin aliqui paruuli inter eas fuerint. His teſtimonijs Patres vſi ſunt. [i] Circumciſio figura erat baptiſmi, pueros autem circumcidi ſolitos, nemo eſt qui ignoret: ac quibus Circumciſio manufacta in expoliatione corporis Carnis proderat, ijſdem Baptiſmum, qui eſt Circumciſio Chriſti non manufacta prodeſſe PERSPICVVM eſt. *An hoc non eſt probare Baptiſmum paruulorum ex Scripturis?* [k] Imo non poſſit (*inquis*) ex ſolis Scripturis probari. *Satis ne tu ſanus es? redi tu,quæſo,ad te. Aduocatus.* [l] Infantes poſſe baptizari deducitur EVIDENTER EX SCRIPTVRIS.

[g] Bellar.lib 4. de verbo Dei.cap 4. § Decimo credere

[h] Greg de Valen. lib.de Baptiſ.c.2. § Tertio probatur.

[i] Catech. Tridint. part.2 in Tract. de Baptiſmo.

[k] Bellar. iam ſupra.

[l] Bellar. lib.1. de Sacram. Bapt.c.9. § Octauum argumentum.

Obiectio

Obiectio octaua, De Purgatorio.

Aduersarius. [m] Credit Lutherus purgatorium esse, art. 37. & tamen in Art. 37. asserit Purgatorium non posse probari ex sacris literis. Ergo traditio est necessaria. *Ita Purgatorium esse Lutherus credidit, vt doceat illud minimè esse credendum.*

Reus. [*] Etiamsi non credas Purgatorium, haudquaquam ob id es hæreticus, quod de eo nihil Scriptura testetur, ac multò satius est, vt quæ Scriptura non habet, NON CREDAS, quàm vt fidem neges ijs, quæ Scriptura præscribit. Sanè hìc irascatur Pontifex, & Pontificij omnes, qui articulum fidei fecerunt esse Purgatorium, quo certè rationibus suis mirè consuluerunt, at tanta maiora damna dederunt animabus, quas magnis turbis in Gehennam hoc suo commento abduxerunt: dum de Purgatorio persuasas fecerunt operibus suis confidere, vt inde liberarentur. *Ultima Bellarmini ratio cum superiore prorsus consentit, alias alibi suffarcinatas, hic persequemur.*

[m] *Bellar lib 4. de verbo Dei, cap. 4. § Vndecimo.*

[*] *Lutherus Enar. in Euang. dic Epiph. ex Math. 2. § Hic.*

CAPVT XL.

Obiectio nona, ex Ratione.

Ratio prima.

Aduersarius. [a] Postremo accedat dignitas mysteriorum multorum, quæ silentium requirunt, nec decet, vt in Scripturis, quæ toti mundo leguntur explicentur: at si omnia essent apertè scripta vt etiam Pagani & hæretici Iudæi scirent, [b] Diuina mysteria Deus non patitur in aures pollutas introire, quæ à contemptu & prophano abusu defendimus: consentaneum enim est mysteria sacra clam rudi populo habere, perfectis & maioribus communicanda, nec enim mysterium est quod ad populi

[a] *Bellar. lib. 4. de verbo Dei. cap. 8. § Accedat.*

[b] *Canus lotis Theol. lib. 3. ca. 3. sparsim.*

aures effertur, & hæc eſt prima ratio cur Apoſtoli quædam ſine ſcripto tradiderunt, Catholici myſticas & ſacras Eccleſiæ traditiones muliercularum & homuncionum vulgo prodere, piaculi loco habent. *Ecquid præterea?*

Ratio ſecunda.

Aduerſarius. [c] Pythagoras & alij Philoſophi, Pindarus & alij Poetæ multa ſecretioris doctrinæ documenta occultabant. Hebræi velum Templi habuerunt. Reſponſa oraculorum dabantur per ænigmata, Ægyptij literis Hieroglyphicis tegebant myſteria. Iulianus, Diuina myſteria, Deus, inquit, non patitur in aures vulgi introire pollutas. Hermes in Aſclepio de diuinis tractans, nullum, inquit, voca alterum, ne multorum præſentia ſermo religioſiſſimus violetur. Hæc illi & his ſimilia ſcribebant, ſola ducti ratione & naturæ lumine illuſtrati: vnde Paulus ait, Sapientiam loquimur inter perfectos. Dominus quoque poſtquam legit in libro, poſtea (*quem antè aperuit & explicauit*) plicuit librum, & reddidit Miniſtro; quo facto admonuit pauca eſſe populo euulganda de diuinis. Sacramentum Incarnationis inter Angelum tantum & Virginem (*iam patefactum omnibus*) peractum eſt. Natus Dominus Paſtoribus (*ſed tamen Paſtoribus*) tantùm, ac regibus magis manifeſtatus eſt. Coram duodecim Apoſtolis maximum Euchariſtiæ ſacramentum (**ab omnibus fidelibus celebrandum*) celebratum fuit. Chriſtus item clauſis ianuis (*ipſe non clauſus*) ad ſuos (*quales ſunt fideles omnes*) diſcipulos venit: ſuſcitaturus filiam Archi-ſynagogi, præter (*laicos*) patrem & matrem (*excluſis tantum* * Irriſoribus) tres tantum Apoſtolos admiſit: coram tribus duntaxat Apoſtolis (*quia per tres voluit omni poſteritati annunciari*) tranſfigurari voluit. Denique verbo docuit, Nolite dare ſanctum (*vos, ouibus*) canibus.

[c] Salmeron. 1eſ. com. 31 1. Cor. 16. diſp. 30. Hæc eadē ex eodem pene ijſdem verbis habet, Ledeſma 1eſ. lib. de Scripturis non vulgari lingua legendis. cap. 22.

* 1. Cor. 11.

* Luc. 8.

Reſponſum

Responsum ad primum & secundum.

Me hæc legentem non solùm piguit ociosæ vestræ, sed etiam profectò puduit. Dabo equidem operam, vt vos quoque nunc salubriter pudeat, ne posteà nimis pigeat. Primò, quia Traditiones quas non scriptas *dicitis, scriptas esse agnoscitis. Aduocatus.* [d] Traditio, qua de agitur, vocatur Doctrina non scripta, non, quia nusquam scripta est, sed quia non est scripta in vllo libro Apostolico, tametsi SCRIPTA est in libris ferè omnium veterum Patrum. [e] Traditiones quas defendimus, extant sparsim SCRIPTAE in veterum Patrum libris, Conciliorum volumìnibus, & tamen dicuntur non scriptæ, sed quia voce pronunciatæ fuerunt. *At nulli hæretico, nulli Iudæo, Pagano nulli Patrum scripta pernoluendi facultas interdicitur: quid ergo? mysticæ illæ Traditiones maiorem merentur dignitatem, quòd antiquorum Patrum & hominum scriptis sunt tradita, quàm si Apostolorum,* [f] qui erant calami Spiritus sancti, *scriptis* sacris *consignata fuissent? affirmare immane sacrilegium ponit, negare verò fictum tollit priuilegium. Secundò, quia.* [g] Omnia de Dei natura secreta, omnis morum & legum ratio, omnis præteritorum, præsentium, & futurorum notitia in ipsis sacris Bibliorum eloquijs traduntur. [h] Ineffabilia MYSTERIA conceptionis beatæ Virginis, & incarnationis Christi, nostræ redemptionis, Ascensionis in sacris literis EXPRESSE traduntur. [i] Mysteria sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis filij Dei, historia passionis Dominicæ, remissio peccatorum, promissio vitæ æternæ PERSPICVE in Scripturis ponuntur. [k] Rom. 3. Quæ est prærogatiua Iudæorum? magna: vobis enim concredita sunt ORACVLA Dei, id est, Lex Mosaica, & Prophetiæ. *Et ab aliis Biblia dicuntur libri* Mysteriorum. *Quibus sacramenta (fatente Bellarmino) mysteriorum pleniſſima produntur. Iam disputo.* Non decet, *inquitis*, Traditiones publicis tradi Scripturis, *& tamen*, In ipsis Scripturis multa (*inquitis*) maximaque fidei mysteria, continentur. *Aut, igitur, decuit Traditiones*

d *Bellar. cap. 3. § Vocatur autem.*

e *Greg. de Valen. Analys. fidei lib. 8 cap. 6.*

f *Iesuita supra. cap. 35.*

g *Agrip. De vanit. cap. 102.*

h *Catechis. de his singulis Bellar. infra.*

i *Costerus Ies. Enchir. de relig. cap. 1. § An omnia.*

k *Cai. t. Com. in Rom. 3 & Toletus Ies. supra.*

Dilemma.

aures effertur, & hæc eſt prima ratio cur Apoſtoli quædam ſine ſcripto tradiderunt, Catholici myſticas & ſacras Eccleſiæ traditiones mulierculorum & homuncionum vulgo prodere, piaculi loco habent. *Ecquid præterea?*

Ratio ſecunda.

Aduerſarius. [c] Pythagoras & alij Philoſophi, Pindarus & alij Poetæ multa ſecretioris doctrinæ documenta occultabant. Hebræi velum Templi habuerunt. Reſponſa oraculorum dabantur per ænigmata, Ægyptij literis Hieroglyphicis tegebant myſteria. Iulianus, Diuina myſteria, Deus, inquit, non patitur in aures vulgi introire pollutas. Hermes in Aſclepio de diuinis tractans, nullum, inquit, voca alterum, ne multorum præſentia ſermo religioſiſſimus violetur. Hæc illi & his ſimilia ſcribebant, ſola ducti ratione & naturæ lumine illuſtrati: vnde Paulus ait, Sapientiam loquimur inter perfectos. Dominus quoque poſtquam legit in libro, poſtea (*quem ante aperuit & explicauit*) plicuit librum, & reddidit Miniſtro; quo facto admonuit pauca eſſe populo euulganda de diuinis. Sacramentum Incarnationis inter Angelum tantum & Virginem (*iam patefactum omnibus*) peractum eſt. Natus Dominus Paſtoribus (*ſed tamen Paſtoribus*) tantùm, ac regibus magis manifeſtatus eſt. Coram duodecim Apoſtolis maximum Euchariſtiæ ſacramentum (*ab omnibus fidelibus celebrandum*) celebratum fuit. Chriſtus item clauſis ianuis (*ipſe non clauſus*) ad ſuos (*quales ſunt fideles omnes*) diſcipulos venit: ſuſcitaturus filiam Archi-ſynagogi, præter (*laicos*) patrem & matrem (*excluſis tantum* * Irriſoribus) tres tantum Apoſtolos admiſit: coram tribus duntaxat Apoſtolis (*quia per tres voluit omni poſteritati annunciari*) tranſfigurari voluit. Denique verbo docuit, Nolite dare ſanctum (*vos, omnibus*) canibus.

[c] *Salmeron. Ieſ. com. 1 1. Cor. 16. diſp. 30. Hæc eadē ex eodem pene ijſdem verbis habet, Ledeſma Ieſ. lib. de Scripturis non vulgari lingua legendis. cap. 22.*

* *1. Cor. 11.*

* *Luc. 8.*

Reſponſum

Reſponſum ad primum & ſecundum.

Me hæc legentem non ſolùm piguit oſcitantiæ veſtræ, ſed etiam profectò puduit. Dabo equidem operam, vt vos quoque nunc ſalubriter pudeat, ne poſteà nimiù pigeat. Primò, quia Traditiones quas non ſcriptas *dicitis, ſcriptas eſſe agnoſcitis. Aduocatus.* [d] Traditio, qua de agitur, vocatur Doctrina non ſcripta, non, quia nuſquam ſcripta eſt, ſed quia non eſt ſcripta in vllo libro Apoſtolico, tametſi SCRIPTA eſt in libris ferè omnium veterum Patrum. [e] Traditiones quas defendimus, extant ſparſim SCRIPTAE in veterum Patrum libris, Conciliorum voluminibus, & tamen dicuntur non ſcriptæ, ſed quia voce pronunciatæ fuerunt. *At nulli hæretico, nulli Iudæo, Pagano nulli Patrum ſcripta pernoluendi facultas interdicitur: quid ergo? myſticæ illæ Traditiones maiorem merentur dignitatem, quòd antiquorum Patrum & hominum ſcriptis ſunt traditæ, quàm ſi Apoſtolorum,* [f] qui erant calami Spiritus ſancti, *ſcriptis* ſacris *conſignatæ fuiſſent? affirmare immane ſacrilegium ponit, negare verò fictum tollit priuilegium. Secundò, quia.* [g] Omnia de Dei natura ſecreta, omnis morum & legum ratio, omnis præteritorum, præſentium, & futurorum notitia in ipſis ſacris Bibliorum eloquijs traduntur. [h] Ineffabilia MYSTERIA conceptionis beatæ Virginis, & incarnationis Chriſti, noſtræ redemptionis, Aſcenſionis in ſacris literis EXPRESSE traduntur. [i] Myſteria ſanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis filij Dei, hiſtoria paſſionis Dominicæ, remiſſio peccatorum, promiſſio vitæ æternæ PERSPICVE in Scripturis ponuntur. [k] Rom. 3. Quæ eſt prærogatiua Iudæorum? magna: vobis enim concredita ſunt ORACVLA Dei, id eſt, Lex Moſaica, & Prophetiæ. *Et ab aliis Biblia dicuntur libri* Myſteriorum. *Quibus ſacramenta (fatente Bellarmino) myſteriorum pleniſſima produntur. Iam diſputo.* Non decet, *inquitis*, Traditiones publicis tradi Scripturis, *& tamen*, In ipſis Scripturis multa (*inquitis*) maximaque fidei myſteria, continentur. *Aut, igitur, decuit Traditiones*

[d] *Bellar. cap. 3. §* Vocatur autem.

[e] *Greg. de Valen. Analyſ. fidei lib. 8 cap. 6.*

[f] *Ieſuitæ ſuprà. cap. 35.*

[g] *Agrip. De vanit. cap. 102.*

[h] *Catechiſ. de his ſingulis Bellar. infra.*

[i] *Coſterus Ieſ. Enchir. de relig. cap. 1. §* An omnia.

[k] *Cai. c. Com. in Rom. 3. & Toletus Ieſ. ſuprà.*

Dilemma.

 tiones

tiones eas in Scripturis exprimi, aut decet myſteria fidei è Scripturis expungi. Tertiò, [l] Pleræque Traditiones ſunt in vſu & OBSERVATIONE CONTINVA, vt ritus Sacramentorum, dies feſti, ieiuniorum tempora, celebratio Miſſæ, & eiuſmodi. *Nimirùm, baptizatio paruulorum per mulieres, cultus imaginum, veneratio Sanctorum, ſacramentum Matrimonij, ſingulæ opinione veſtrâ, Traditiones Apoſtolicæ. Diſputo.* Traditiones non ſunt ſcriptæ, (*inquitis*) quia non decet eas eſſe populares, & tamen in vſu populari quotidiano verſantur. *Ex quo ſequitur, aut eas indignas non fuiſſe, quæ Scripturis traditæ à populo legantur: aut planè indignas, quæ in populari obſervatione aſſiduâ exerceantur. Quartò.* 1. [m] Scripturæ ipſæ obſcuriores ſunt, *inquitis.* quàm vt poſſint à Laicis intelligi. 2. [n] Non ſunt Scripturis mandatæ, *inquitis,* ne populo innoteſcerent. 3. At myſteria redemptionis quæ, in Scripturis traduntur, ruſtici & mulieres intelligunt. *Diſputo. Si Traditiones, quas nobis obtruditis, ideò ſacris literis non mandantur, ne populo pateant, tum* ſacræ literæ *non ſunt* obſcuriores quàm vt à populo intelligantur: *ſin etiam populo innoteſcere debeant, ſacris literis contineri oportuit, in quibus* Myſteria Redemptionis ruſtici intelligunt. *Aut, igitur, ſacris Scripturis tradi myſteria veſtra decuit, aut non decuit populum à Scripturis ſacris abterreri. Deindè cùm Traditiones Patrum ſcriptis mandantur, ne populus eas percipiat, qui ipſas Scripturas propter ſummã earum obſcuritatẽ percipere non poſſit, docetis eodem argumento Traditiones iſtas ſcribendas fuiſſe, quo in Patrum literis ſcriptas eſſe oſtenditis. Quintò,* Ariſtotelem *alia quidam ἐσωτερικὰ, id eſt, interna; alia verò ἐξοτερικὰ, id eſt, externa ſcripſiſſe fatebimur: dabimus quoque Pythagoram diſcipulos ſuos alios ἀκουσματικοὺς, i. auſcultatores habuiſſe, alios verò Mathematicos, qui intimam Philoſophiam attingebant.* [o] Platonem, Egyptios, Pindarum, Iulianum, & Oraculorum reſponſa omnia ſua placita *obſcuris amphibologiæ & ænigmatum involucris occultaſſe non inuiti largiemur. Quid, vt, quia Philoſophi, Poetæ,* * *Apoſtatæ,* * *Dæmones* hunc *Religionis typum fixerint, idcircò nos imitemur, & non potiùs religioſè*

[l] *Bellar. lib. 4. de verbo Dei, cap. 12 § Secunda eſt.*

Dilemma.

[m] *Bellar. ſuprà.*

[n] *Idem ſuprà.*

Dilemma.

[o] *Salmeron & Lea ſuper Iſ. quo ſupra.*

* *Quales Iuliani.*

* *Quales Oraculorum Autores.*

religioſè caueamus: tùm præſertim. Aduocatus. P In hoc Apoſtoli (vt ait Hieronymus) à Philoſophis diſſentiunt, diſcipuliq́ue Chriſti (inquit Origenes) hanc humanam ſapientiam (loquimur de neceſſarijs) valere iuſſerunt. *Hæc quæ pro myſticis veſtris Traditionibus congeſſiſtis, qui velit ſingula excutere, neſcio quod myſterij, ſeu potiùs ænigmatis facilè cernat, videlicet, Traditionis* ſcriptæ, non ſcriptæ, *mandatæ & non mandatæ, ſacris Scripturis tradendæ populo, & non tradendæ. Obiectiones Aduerſariorum diluimus. Nunc*

p *Eſpenſæus ſuprà cap.* 20.

(CAPVT XLI.)

Proteſtantium argumenta ſtabiliemus, quibus quæ obijci ſolent alia omnia, vt, orto ſole, tenebræ, euaneſcant.

Argumentum primum ab inductione ſpecierum.

Omnes Traditiones, quas vrgetis, vel in ſacris literis ſcriptæ continentur, vel extra Scripturarum terminos vagantur.

Traditiones quæ ex Scripturis ſatis demonſtrantur, perperam à Pontificijs cum hac cauſa commiſcentur.

Aduerſarius. a Has Traditiones probamus ex Patribus. *Prima:* Non eſſe participandam cuiquam Eucharistiam, niſi poſt baptiſmum. *Secunda.* b Diem dominicam. *Tertia.* c Baptiſmum puerorum. *Quarta.* d Symbolum Apoſtolicum: e Vt & illud nomen ὁμοούσιος, licèt nouum & non ſcriptum, tamen retinendum eſſe. *Quinta:* f numerum Canonicarum Scripturarum non ex Scripturis, ſed ex ſola Traditione habemus. *Reſpondeo: ea quæ vi neceſſariæ conſequutionis ex Scripturis deriuantur, ſunt pro Traditionibus ſcriptis habenda, neque enim dogmatis verba moramur, dummodò ſenſum expreſſum teneamus: quippe.* *Aduocatus.* g Logomachia

a *Bellar. lib. 4. de verbo Dei cap.* 7. § Iuſtinus.
b *Caietan. Com. in* 2. *Theſſ.* 2.
c *Bellar. quo ſuprà.*
d *Ibidem.*
e *Ibidem* § Denique Baſilius.
f *Ibid.* § Sanct. Hilarius.
g *Campianus Ieſ. Rat.* 9.

chia est, cùm de sensu constat, de verbis litigare. Quid? Trinitas & Persona in Bibliis non sunt, quia voces istæ non sunt. [h] Nonne Christus [Matt. 22. Ego sum Deus Abraham, &c.] ex collectione Scripturarum Resurrectionem probauit? *Hisce Iesuitis absurdum videtur, eam Traditionem scriptam esse negare, quæ ex Scripturarum consequentia necessariò deducitur, & quidem merito: nam* * Quædam sunt (*vt verbis Nazianzeni vtar*) in Scripturis, & non dicuntur, vt si dixeris, bis duo, dicam te dixisse quatuor. *Nunc assumptionem confirmabimus, videlicet, has singulas ex Scripturarum consequutione apertissima probari, ideoq; inter Traditiones* (*de quibus instituitur quæstio*) non scriptas, *non esse censendas. De prima, id est,*

De Eucharistiæ vsu.

Aduocatus. [i] POST Baptisma discebant quæ ad alia mysteria pertinebant, vt Act. 2. patet. *Exemplum est in promptu.* [k] Act. 2. Eunuchus PRIMÒ Baptisma petebat, sic instituebantur adulti in primitiua Ecclesia. *Idq; ex analogia circumcisionis clariùs elucescit, sed & ex natura Sacramentorum adhuc multò magis: quia* [l] Baptisma est IANVA Sacramentorum, nam per hoc INCIPIMVS esse membra Ecclesiæ. *Atque natura ordo hoc efflagitare videtur, quia Baptisma regenerationis spiritualis sacramentum est, Eucharistia refectionis; at nos prius Esse nostrum habemus, quàm modum essendi.* [m] PRIMÒ, homo nascitur in vita spirituali, quâ anteà erat priuatus: DEINDE indiget cibo spirituali, quo anima nutritur in gratia, hoc per regenerationem fit. [n] In Epistola ad Ephes. dicitur Baptisma lauacrum REGENERATIONIS; & in Euangelio Iohannis Eucharistia dicitur animæ ALIMENTVM cœleste, quo in huius vitæ peregrinatione sustentamur, vt docet Apostolus, 1. Corinth. 10. *Ergo, inquam, hæc non est* non scripta *Traditio. De secundâ eadem est ratio.*

Ad secundam, de die Sabbati.

Aduocatus. [o] Nam in Apoc. 10. [Fui in Spiritu die Dominicâ]

h *Salmeron Iesuit. Comment. in 1. Tim. 2 disp. 7. § Quartò Deus.*

* *Nazian. Orat. 5 de Theologo & Spiritu sancto. Disertè refutatis Macedonijs hæreticis, qui diuinitatem Christi negârunt, quia totidem verbis non extaret in Scripturis.*

i *Bellar. cap. 11: § Hæc distinctio*

k *Ecbius de Baptismo.*

l *Vega lib. 7. de Iustif. cap. 2.*

m *Toletus Iesuit. instruct. Sacerd. lib. 2. cap. 17.*

n *Catechismus Tridin. Tract. de Sacramentis.*

o *Vega Iesuit. Com. in hunc locum.*

minicâ) obſeruanda eſt diei dominicæ antiquitas. *Obſerua, igitur, eam eſſe Traditionem ſcriptam.* [p] Videmus hìc (*obſeruat eundem Scripturæ locum*) tempore Apoſtolorum mutatam eſſe Sabathi ſolennitatem, & die dominicæ reſurrectionis celebrationem conſecratam, cuius meminit Paulus 1. Corinth. 16. Monens, vt ILLO DIE collectæ fiant, quoniam TVM omnes conueniebant, SOLENNITATIS diei cauſâ. Et Act. 20. [Vna Sabbathi cùm conueniſſem ad frangendum panem.] Vna Sabbathi eſt dies Dominica, vt exponit Hieronymus, & alij. *Qui alij?* [*] *Auguſtinus: quomodo probat?* In Actis 20. Vna dies Sabbathi vocatur Dominica dies, quod APERTISSIME in Euangelijs reperiatur. *Ergo hæc quoque eſt ſcripta Traditio: lucem huius veritatis vidimus, vmbram intueamur.* In Iohan. 20. 26. [q] Et poſt octo dies hoc in loco tenuis coniectura ſumi poteſt, diem Dominicam ex Chriſti voluntate originem ſumpſiſſe. *De tertia idem affirmamus.*

[p] *Ribera Ieſuit. Com. in Apoc. 1. num. 68. eodem modo hoc dogma probat Catechiſmus Trident. part. 3. de præcept. 3. cap. 4.*

[*] *Auguſt. Epiſt. 86.*

[q] *Maldon. Ieſuit. Comm. in hunc locum.*

Ad tertiam de Baptiſmo paruulorum.

Aduocatus. [r] Baptiſma paruulorum ex Scripturarum teſtimonijs probamus: &, [*] Cùm legimus in Act. totas familias ab Apoſtolis baptizatas fuiſſe, SATIS APPARET etiam pueros fonte ſalutari ablutos fuiſſe. *Denique,* [ſ] Euidenter deducitur ex Scripturis. *Ergo ſatis quoque apparet hanc ad Traditionem non ſcriptam (qua de agitur) minimè pertinere.*

[r] *Greg. Valent. Ieſ. ſupra.*

[*] *Catechiſ. Trid. Tract. de Bapt.*

[ſ] *Bellar. ſupra.*

Ad quartam, de Symbolo Apoſtolico.

Idem de quarta conſtat, quæ ſi non quoad formam, tamen quoad ſenſum & veritatem in Scripturis continetur, quia, Aduocatus. [t] Notitia ſymboli ſcripta fuit ab Apoſtolis: & [u] Credo in Deum, Exod. 20. & in Ieſum Chriſtum, probatur, Eſa. 44. Et reliqui ex Scripturis confirmantur. *Denique,* [x] Dico articulos fidei primarios de Deo, Chriſto, Trinitate, & alijs præcipuis fidei noſtræ myſterijs, propteteà

[t] *Bellar. cap. 11.*

[u] *Catechiſ. Trid. Tract. de Artic.*

[x] *Multuſanus Ieſ. contra Pareũ de autor. Script. Theſ. 19. § At inquis.*

ſcriptos eſſe, vt credantur. *Ergo non ex ſola non ſcripta Traditione. Huic attexis illam,*

Ad quintam: de vocabulo ὁμοούσιος.

Quam conſultiùs multò omiſiſſes, quia nos de Traditione Apoſtolicâ contendimus: tu nomen ὁμοούσιος premis, quòd Nouum eſt vocabulum, *ſanè.* yPatres Conc. Nicæni VOCABVLVM NOVVM tradiderunt, REM MINIME NOVAM ſignificantes. *Rectè, nam vt ſcitè* * *Lyrinenſis*: Hoc eſt dogma nouè dicere, non nouum. *Neſcio igitur, quâ fronte obijcere nomen nouum poſſis, cùm de Traditione antiqua & Apoſtolica diſſeritur? ſi rem ipſam ſpectemus, eſt reuerà antiquiſſima, ſed tamen ſcripta Traditio.* zOcto ſunt in Scripturis argumentorum ſedes, quibus diuinitas Chriſti demonſtratur; quarum aliæ propriè oſtendunt Chriſtum eſſe (*hic habes ὁμοούσιον*) conſubſtantialem Patri. *Hæc, igitur, veſtra, quæ fuit etiam Arianorum obiectio, antiquorum Patrum voce Catholicâ explodenda eſt.* *Quid eſt ὁμοούσιον niſi vnius & eiuſdem ſubſtantiæ? at hoc ex Scripturis probatur, licet verbis eis vti, quæ MENTEM illam, quæ in Scripturis ineſt, ſeruant.* * ETSI VERBVM hoc conſubſtantialitatis in Scripturis non habetur, TAMEN RES ipſa deprehenditur, filium non eſſe alienum à ſubſtantia Patris. *Et* *immane eſt verbum pertimeſcere, vbi res ipſa cuius eſt verbum non habet difficultatem. Si igitur,* vocabulum, *ipſum vrges, non eſt Traditio Apoſtolica: ſi rem eſt hæc ſcripta Traditio, ita vt tu aut planè nihil agas, aut nihil ad rem. Ad vltimam eſt* * *ſupra à nobis copiosè reſponſum.*

y Greg. Valent. Jeſ. lib. 1. de vnit. & Trinit. cap. 16 & 17.

* Lyr. cap. 27.

z Greg. Valent. loco iam citato.

* Auguſt. contra Max. lib. 3. cap. 14.

* Baſilius lib. de Fide.

* Athanaſ. de Sent. Dionyſ. contra Arianos.

* Hilarius de Synodis.

* Suprà cap. 32. & deinceps.

CAPVT

CAPVT XLII.

Traditiones, quæ extra Scripturas obijciuntur, ſunt prorſus Rituales: quarum aliæ Scripturis conſonæ ſunt, ſiue illæ fidei certæ aut dubiæ fuerint: aliæ fidem nullam merentur.

Prioris generis ſunt quæ inferuntur.

Aduerſarius. [a] Paſchatis, Pentecoſtis, natalis Dominici, & magnorum Feſtorum obſeruatio; *Et ſi quæ aliæ ſunt quæ ad ordinem & ritus cultus diuini pertinent, eas omnes vltrò amplectimur, modò ne veritati, pietati, charitati, ſimplicitati, & libertati Chriſtianæ aduerſentur. Nos cum hac cautione Traditiones quaſdam obſeruare rituales non ignoras. Admocatus.* [b] Illi concedunt Apoſtolos quædam inſtituiſſe, quæ ad ritus & ordines Eccleſiæ ſpectant, *Alterius ordinis facimus ea, quæ ponis.* [c] Celebratio Paſchæ die Dominicâ poſt quartam Lunam Martij, Ieiunium Sabbathi, quod (*inquis*) Petrus tradidit. *Quia.* [d] Sanctus Polycrates Martyr profitebatur ſe conſuetudinem obſeruandi diem Paſchatis contrariam à IOHANNE APOSTOLO accepiſſe. [e] Ieiunium Sabbathi tempore Auguſtini non fuit ab omnibus Eccleſijs obſeruatum. *Denique, quid nobis negotij eſt in hac cauſa cum Traditionibus ritualibus?* [f] Proteſtantes rituales non negant.

[a] *Bellar. lib 4. de verbo Dei cap. 4.*

[b] *Bellar. cap. 3. § Secundò, diſſidemus.*

[c] *Idem lib. 4. de verbo Dei cap. 2. § Traditio, &c.*

[d] *Agrippa ſupra.*

[e] *Bellar. cap. 2. § Traditio vniuerſalis &c.*

[f] *Bellar. ſuprà.*

Traditiones, quæ fidem nullam merentur, ſunt vel poſt tempora Apoſtolorum conficte, vel ab Aduerſarijs mutatæ, aut ſaltem mutabiles cenſentur. Quæ ad primum genus ſpectant non neceſſariæ veritatis, quæ ad ſecundum, non veræ neceſſitatis eſſe deprehenduntur.

Primò, Traditiones conficte.

Prima, de Aſſumptione Corporis beatæ Mariæ.

Aduersarius. [g] Beatæ Mariæ corpus assumptum in cœlum, [h] Est ex Traditione verissimum & antiquissimum. *Aduocatus.* [i] Sunt nonnulla Apocrypha (*inquit* [*] *Augustinus*) de Assumptione Mariæ conscripta: non inuenitur apud Latinos Patres de eius morte quicquam apertè dictum; nullus fidelior Iohanne id narrare potuit, si Deus id nobis manifestari voluisset. *Augustinus huic vestræ Traditioni fidem omnem detrahit. Atque etiam* [k] APOCRYPHVM DOGMA: (inquit Hieronymus) multi Latinorum pietatis amore chariùs complectuntur, verùm corpus eius à quibus è sepulcro ablatum, vbi transpositum, an resurrexerat, NESCITVR. Et venerabilis Beda historiam de obitu beatæ Mariæ REFELLIT, tanquam SACRAE HISTORIAE CONTRADICENTEM. *Disputo, Non est æstimanda Traditio Apostolica non scripta, quæ scriptæ historiæ Apostolicæ contradicit. Postremò,* [l] Quæres qua fide hæc veritas tenenda sit, Author enim libri de Assumptione, Hieronymi nomine, eam DVBIAM relinquere visus est: & ferè cùm eadem FORMIDINE hoc asseruit Augustinus (si eius est) libro de Assumptione. Albulensis solùm dicit esse PROBABILIOREM sententiam, Caietanus vocat piam; idem ferè solus Canus addit, temeritatem esse hoc negare; Catharinus asserit esse de fide. Sed reuerâ NON EST, quia neque est ab Ecclesia definita, nec est testimonium Scripturæ, NEC ECCLESIAE TRADITIO SVFFICIENS, quæ infallibilem faciat fidem. *Hæc Iesuita.*

g *Collig. Anglo-Rhem. Comm. in Act. 1. 14.*
h *Bellar. lib. 3. de cultu Sanctorum cap. 16.*
i *Senensis. Bibl. lib. 2. Tit.* Mariæ Transitus.
* *August. Serm. 35 de Sanctis.*
k *Senensis ibid.*
l *Suares Tom. 2. in Thō. part. 3. q. 37. Art. 4. disp. 21. §* Sed quæres. *pag. 239*

Secunda, de ieiunio Quatuor Temporum.

Aduers. [m] Ieiunium quatuor temporum fuit ab Apostolis institutum. *In huius defensione es tu tibi Aduersarius maximè* [n] Mendacium est quod dicunt Calixtum Papam instituisse quatuor temporum ieiunia: ipse enim Calixtus in Epistola prima, dicit se tantùm addidisse vnum ieiunium ad tria, quæ antè erant. *Perstringis (Bellarmine) opinione tuâ, mendacium: ipse verò semel* Quatuor (*inquis*) temporum ieiunia Apo-

m *Bellar. lib. 4. de verbo Dei, ca. 2. §* Tradit.
n *Bellar cap. 3. §* Sextum mendacium.

ſtoli inſtituerunt. *Rurſus.* Quartum fuit à Calixto excogitatum. *Mendacium igitur prodis, ſed tuum quanquam etiam tria reliqua non mendaciter Calixto tribuit Chemnſius. Quia.* °Calixtus Pontifex inſtituit vt ter in anno ieiunaretur, inchoando anno more Hebræorum: tamen poſtea, mutatâ ſententiâ, in quatuor anni tempora tranſtulit. *Et inſuper expreſſius alius.* P Calixtus primus inſtituit, vt ter in anno ieiunium ageretur; inde, mutato conſilio, in quatuor partitum eſt anni tempora id ieiunium; in ver, æſtatem, autumnum, hyemem.

o Platina in vita Calixti. idem habet Damaſus.
p Polydor. Virgil. lib. 6. de Inuent. cap. 3.

De tertia, quarta, quinta, ſexta, ſeptima.

Tertia.

Aduerſarius. q Infirmos ante diem obitus eſſe vnguendos, non à Felice Romano Pontifice, vt Aduerſarij mentiuntur, ſed à Chriſto & Apoſtolis: vt patet Marc. 6. & Iac. 5. *Aduocatus.* * Non erat à Chriſto inſtitutum. * Hæc vnctio non olim, vt hodiè. * Quæ fundamentum nullum habet in Scripturis. Felix Pontifex iuſſit infirmos antè tranſitum vngi. *Quarta. Aduerſarius.* r Quadrageſimale ieiunium Traditioni acceptum ferimus: de hoc ſuprà. * Multiplex erat diuerſitas obſeruandi Quadrageſimam. * Nec nos ieiuniamus eo tempore, quo Chriſtus ieiunauit. *Addo. Aduocatus.* ſ Et per Teleſphorum Romanum Pontificem, ex Quadrageſima Quinquageſima facta eſt. t Quod inter eas numeramus, quæ mutari poſſint, ſicut & ſacerdotum cœlibatus. *Quinta. Aduerſarius.* u Aqua ſale conſperſa, quâ populo benedicimus, merito dicitur Apoſtolica Traditio. *Aduocatus.* * Eſt ex iure poſitiuo. * Per Alexandrum Romanum Pontificem. & x Fuit olim vſus aquæ luſtralis apud Iudæos in Leuitis conſecrandis, Num. 8. cùm præcipit Moſi Dominus, vt Leuitæ aquâ luſtrationis ſpargantur, & radiant omnes pilos carnis ſuæ: quo factum eſt, vt Alexander 1. Rom. Pont. autor fuerit, vt huiuſmodi luſtralis aqua conſe-

Vncti extrema.
q Bellar. cap. 3. § Nonum eſt.
**Pont. ficij multi: vide Apolog. huius part. 1 lib. 1. cap. 77. lit. r. & deincep.*
4. Ieiunium quadrageſimale.
r Bellar ſupra.
** Vide Apolog. huius par. 1. li. 1. cap. 75. & 88.*
ſ Polydor. lib. 6. Inuent. cap. 3.
t Azorius Ieſuita Inſt. Mor. lib. 8. cap. 6 & 7.
5. Aqua luſtralis.
u Bellar. cap. 3. § Quartum.
** Vide Apolog. huius part. 1 li. 2. cap. 87.*
x Polydor. Virgil. lib. 5. de Inuent. cap. 8.

craretur, & ad Dæmones fugandos in templo, domiq; ſeruaretur. *Sexta. Aduer.* [y] Pane azymo ex Chriſti inſtituto vtendum, [e] *Ad hanc* [*] *ſupra.* [*] Aliter in Eccleſia Græca, & legitimè. [*] Et hoc erat ab Alexandro primo Romano Pontifice inſtitutum vt omninò obſeruetur. *Septima. Aduerſarius.* [z] Ex Cypriano intelligimus aqua vinum eſſe miſcendum. *Ad hanc quoque* [*] *ſupra* [*]. Huius exemplum nullum habemus ex traditione. [*] Et eſt conſecratio valida ſine aqua. [*] Ab Alexandro, [a] Alexander qui primus aquam vino miſcuit, inſtituitque vt oblatio ex Azymo, non ex fermento, vt ante conſueuit, fieret pane, *Hoc genus, alia ſi noſcere cupis, Lector,* [e] *Apologia huius partem primam petas: habet enim ea quod det, & quidem largiter.*

6. *Panis Azymus.*
y *Bellar. lib. 1. de Euchariſt.*
* *Vide Apolog. huius part. 1. li. 1. cap. 78.*
z *Vinum miſtũ.*
z *Bellar. lib. 4. de verbo Dei. cap. 7.*
§ Beatus Cyprianus.
* *Vide Apol part. 1. lib. 1. cap. 78.*
a *Polyd. Virg. lib. 5. Inuent. cap. 9.*

CAPVT XLIII.

Traditiones, quæ aut mutatæ, aut extinctæ iamdiu fuerunt.

Duocatus. 1. [a] Baptizatus ter mergitur in aqua, in ſimilitudinem mortis Chriſti, qui tres dies ſepultus fuit. *At.* [b] Trina merſio in Baptiſmate, quam canon Apoſtolorum ab Apoſtolorum traditione profluxiſſe dicit, iamdiu per contrariam conſuetudinem abolita eſt. 2. [*] Tertullianus inter Apoſtolicas traditiones numerat, vt Chriſtiani ſtando orent. *Hoc nemo neſcit nuſquam obſeruari.* [*] Ignatius, Ieiunare (inquit) in Sabbato eſt Chriſtum occidere. [*] *Idem.* Tertullianus. Nefas eſt in Sabbato ieiunare. [e] *At hæc antiqua Traditio iamdiu extincta eſt.* [c] Quia Manichæi hæretici die Dominico ieiunandum eſſe docebant. Ignatius eorum refellebat errorem: cum tamen die Sabbati licitè fieri poſſit ieiunium, atque etiam hodie ex præcepto rectè ieiunamus Sabbato. *Nam in ieiunio Quadrageſimali dies nullus excipitur.* [*] *Cyprianus*, Eccleſia olim, ait, infantibus Euchariſtiam porrigebat. [d] Miſſam ego faciam Auguſtini

a *Aquinas com. in Col. 2. lect. 3.*
b *Canus lib. 3 c. 5. & Valent. Anal. lib. pag. 78.*
* *Tertullian.*
* *Ignatius in epi. ad Philadelphe.*
* *Tert. lib. de Corona Milit. et lib. de Lapſu.*
e *Leo ſuus Ieſuit. lib. de diuinis quæſtionibus linguæ non legend. c. 14.*
* *Cyprianus.*
d *Maldonat. lect. 10 a in lib 6.*

ſtini & Innocentij primi ſententiam, Euchariſtiam etiam Infantibus neceſſariam (quæ circiter ſexcentos annos viguit in Eccleſia) multorum ſæculorum vſu tanquam non neceſſariam, ſed ne decentem quidem, omiſſam. [c] Nocturnæ vigiliæ, quarum quidem [*] Tertullianus, & [*] Hieronymus meminerunt, quaſque aliqui Patres laudarunt, in deſuetudinem abiere, & poſtea in [*] Concilio Eliberitano decretum eſt, ne fœminæ ad eas ſe conferant. [f] Euchariſtia dabatur alicubi olim in manibus, vt ex [*] Euſebio colligitur: at modò eius vſum non imitamur.

[c] *Ledeſma Ieſuit. quo ſupra ca.19.*
[*] *Lib.2.ad vxor.c.*
[*] *In Matt.25.*
[*] *c.ip.35.*
[f] *Idem Ledeſma ibid.*
[*] *Lib 6.hiſt.c.33.*

Traditiones, quæ mutabiles & non neceſſariæ.

Aduocatus. 1. [f] Chryſma non eſt in confirmatione neceſſarium. 2. [g] Cùm Hebionitarum hæreſis inualeſceret de legalibus cum Euangelio ſeruandis, & negarent poſſe in fermentato confici; Eccleſia contrarium præcepit, vt in fermentato pane ſacra conficeretur Euchariſtia. Cum res tamen alioqui eſſet indifferens ad ſacramenti veritatem, ſiue in Azymo, ſiue in pane celebrarent. *Tertia*, [h] ſine Azymo valida eſt conſecratio. *Denique*, [i] Aſperſio aquæ luſtralis, vt omnis traditio, quæ traditur in forma conſilij, non in forma præcepti libera dicitur. [k] Hieronymus dicit impoſitionem manuum multis in locis magis in honorem ſacerdotij, quàm ad legis neceſſitatem facere, ſignificat eam non eſſe ad ſalutem ſimpliciter neceſſariam. [l] Vt vinum aqua miſceatur, non eſt de neceſſitate ſacramenti. *Huius quoque generis multa alia Apologiæ huius pars prima ſuppeditat, interim hoc de nouo accipe. Aduerſarius.* [m] Precatio verſus Orientem eſt Traditio Apoſtolica. [n] Sic omnes Patres veteres docent. Rationes huius ceremoniæ ſunt quinque: prima, quia ad Orientem erat Paradizus, ergo nos peregrinos eſſe, & ad patriam vnde eiecti ſumus ſuſpirare: ita Gregorius

[f] *Tolletus Ieſuita ſupra.*
[g] *Ledeſma Ieſuit. quo ſupra. ca.24.*
[h] *Bellar.cap.2.* § Traditio neceſſaria.
[i] *Idem alibi.*
[k] *Greg Val.lib.de num.Sacram.c.3* § Reſpondeo quod
[l] *Aquinas par.3. q.74.art.7.*
[m] *Azor.inſt. Moral lib 8 ca.7*
[n] *Bellar.lib.3.de cultu Sanctorum. cap.3. Orare verſus orientem.*

rius Nyſſenus. Secunda, Quia ab Oriente cælum ſurgere, & mouere incipit. 3. Quia Chriſtus Sol mundi. Ioh. 8. Oriens nomen eius, Zach. 6. 4. Quia cùm Chriſtus moriens occidentem reſpiciebat, nos ad orientem oramus, vt quaſi in faciem crucifixi intueamur: poſſumus addere quintam, quia Iudæi ad occidentem orant. *Tot tamq́, ſplendidæ rationes, miror quomodo Lindanum tuum doctorem antiquitatis venatorem ſagaciſſimum latere potuerint? Aduocatus.* [o] Nam quod ex omnibus cœli plagis ad ſolam Orientis partem conuerſi orationem fundimus, non facilè puto cuiquam ratione compertum. *Demus verò te plus quoquam ſapere, & (ne rationes tuas aſpernari videamur) quæſtio ſit an ſit ritus iſte omnino neceſſarius.* [p] Iſraelitæ, vt eſt Ezechiel. 8. 16. adorantes conuerſi erant ad occidentem, & contra ortum ſolis adorabant, vt manifeſtè probat porta orientalis, per quam adoraturi ingrediebantur conuerſi ad occidentem. *Quare?* Ne cum illo Ethnicorum adorandi ritu conuenirent, qui ſolem orientẽ adorabant. Leo Pont. in Ser. 7. de Nat. Si quoſdam partim ignorantiæ vitio, partim paganitatis ſpiritu ſolem adorare nihil dolemus: quia etſi quidem creatorem potius luminis, quàm ipſum lumen, quod eſt creatura veneretur, abſtinendum tamẽ eſt ab huiuſmodi ſpecie officij. Iam ergo TEMPORE LEONIS illa prima Eccleſiæ conſuetudo adorandi & templa erigendi verſus Orientem OBSOLESCEBAT. Proinde, *Rationem illam tuam, Bellarmine, expunge, & tu, ſi malis, Lector, bibere hæc pocula, quàm delibare, ad partem primam reuertere: Ego progredior, & reliqua ſequentia proſequor. Superiorum omnium ſumma hæc eſt: Quæ Traditiones vt neceſſaria introducuntur, ſi veræ, tum antiquæ, & liberæ: ſin fictæ, tum non neceſſaria fuerunt. Hactenus argumentum primum abſoluimus: ſequitur*

[o] *Lindanus Pano. lib. 4. cap. 100. §. Quæ aurea.*

[p] *Pinda Ieſuita com. in Ioh. ca. 31. verſ. 26.*

CAPVT

CAPVT XLIIII.

Argumentum 2. à minori.

Aduersarius. [a] Scriptura non est sufficiens regula totalis, sed tantùm partialis. [b] Sunt Protestantes semi-euangelici Doctores, qui existimant omnia necessaria vno Bibliorum libro contineri; cùm verbum Dei ex duabus constet partibus, scripto, & agrapho, siuè, non scripto. *Ego contra pugno, & argumentum contexo: Si volumen Bibliorum satis abundè continet omnia quæ fidelibus omnibus necessaria sunt, ad omnem institutionem veritatis, tum non potestis non blasphemum illud,* Regulam partialem, *obijcere; at Assumptio probatur; Si enim vetus Testamentum populo Dei ante Christum sine Traditione sufficiebat, tum post aduentum Christi, multo magis vtrúmque Testamentum possit satisfacere, at primum ex Apostolo confirmatur.* 2. Tim. 3. [Omnis Scriptura vtilis est, vt homo dei perfectus sit ad omne opus bonum.] *Aduersarius,* [c] Hic locus est Achilles Protestantium: [Seruit (inquit Apostolus) Scriptura primò ad docendum,] id est, dogmata fidei. 2. [Ad arguendum.] id est, refutandos errores in fide. 3. [Ad erudiendum in justitia,] id est, docenda præcepta morum. 4. [ad corripiendum.] id est, corrigendos errantes in moribus; ex quo concludunt, summam Scripturarum sufficientiam. *Age, tu hunc Achillem expugna si potes.* [d] Primò possit responderi, In eo Scriptura sufficienter instruit, & perficit hominem Dei, quia multa expressè continet, & quæ non continet, ostendit vndè sint petenda. *Imò verò ex se sufficit, & hue faciunt, quæ de Scripturarum vsu publico necessario per Aduocatos, & Patronos nostros* * *supra copiosè disseruimus. atque insuper hoc tuum responsum, quo sufficientiam ponis, responsi secundo, quo eam tollis, repentè prosternitur. videlicet:* Deinde dico, *inquis* Paulum eo loco NE HANC quidè SVFFICIENTIAM Scripturæ TRIBVERE. id est, (te definitore) *responderi potest, quod non potest responderi:*

a *Bellar. lib. 4. de verbo Dei cap. 12.*
b *Ratio secunda Lindanus Panopl. lib. 5. cap. 7.*
c *Bellar. quo supra cap. 10. § Ad alterum. Eodem modo Rhemens. Annot. in* * *2. Tim. 3.*
d *Ibidem*
* *Supra.*

deri: oracula fundis! Vin', tu me itaque Oedipum agere? pates tu quidem negari, potes & tergiuersari, sed subterfugientem persequar. [e] Secundò *(inquis)* respondeo: Paulum sufficientiam Scripturæ non tribuere, ex duobus colligitur; primò ex illo, [Omnis Scriptura] nam vox Omnis non solum toti corpori Scripturarum, sed etiam singulis libris tribuit eam laudem, [vt vtiles sint ad &c.] & tamen Chemnisius fatetur non sufficere quemlibet librum sacrum. *Responsum tuum duobus modis labefactatur, primò quia vox πᾶσα*, omnis, *idem est interdum quod* ὅλη tota vt 1.Cor. 13. 7. Si habeam *πᾶσαν τὴν πίστιν*, *videlicet, integrum donum operandi miracula*, [ita vt transmoueam montes.] *sed sine* omnis *aut* Tota *eodem recidit. quia Aduocatus,* [f] Quæ in Scripturis de multis simul dicuntur, non omnia singulis conueniunt, sed quædam his, quædam illis, scilicet *imprimis & theologicè: iam verò*, Docere, arguere, erudire, corrigere, *multiplices sunt vtilitates, quæ de omni* Scriptura *enunciantur, non ita tamen*, vt singula singulis *conueniant*, sed quædam his, quædam illis. *Quid multa?* [g] Ad hoc data est Scriptura (vt docet Ambrosius) vt proficiat imperitis, instauret deformes, attrahat iniquos ad iustitiam: & ex multis Sedulij & Primasij fragmentis sic colligas licet, Datam esse Scripturam, quâ possint ignorantes doceri, insolentes argui, errantes corripi, pœnitentes corrigi, vt homo Dei, id est, (vt non malè Cajetanus) Quicumque fidelis, qui totum seipsum Deo dedit, cuiuscumque sit gradus, siue præsit siue subsit, ad suum opus bonum exercendum consummatus esse possit. *At singuli libri Scripturæ veteris non hæc singula, sed πᾶσα, id est*, omnis *pro cuiusque vsu propria omnibus præstitit.*

[e] Bellar. quò supra.

[f] Ribera Com. in Zach. 10. 7. Et hoc designatur in Indice libri titulo, Omnis.

[g] Episc. Espens. Comm. in hunc locum.

Secundum Iesuita Subterfugium.

Aduersarius. [h] Cùm hæc epistola scripta fuit, nondum

[h] Bellar. quo supra.

dum extiterunt multi noui teſtamenti libri, vt Apocalypſis &c. *Reſponſum ἀπροσδόκητον. nos enim de veteris inſtrumenti volumine argumentamur, tu ad nouum tranſcurris, ad extremum addis:* Siue hoc aut illo modo Scriptura vtilis dicatur, nunquam tamen efficietur, eam ſolam ſufficere. cibus dicitur vtilis ad nutriendum hominem, ſed tamen ad hoc non ſufficit, quia calor naturalis, & inſtrumentum aliquod corporis requiritur, vt cibus nutriat: itaque Apoſtolus dicit Scripturam vtilem eſſe ad docendum. &c. non tamen ad hæc ſolam ſufficere. *Erat, qui inter homines hominem quærebat, Ego in magno Theologo Theologum. Etenim. Aduocatus.* [i] Omne verbum Dei *(ſiue ſcriptum, ſiue prædicatum,)* cibo comparari ſolet, quo animæ paſcuntur. vnde 1. Cor. 3. [Tanquam paruulis lac, vobis potum dedi.] *At dixti fidei regulam totalem & ſufficientem* in verbo ſcripto & non ſcripto, *ſeu Traditione, conſiſtere. vtrumque ſe habet ad modum cibi; neutrum, tamen, (vbi Spiritus ſanctus tanquam calor naturalis, vbi inſtrumentum credendi, attentio, intellectus deſunt) per ſe ſufficit ad ſpiritualiter nutriendum. Ergone (vt ex parte cibi, ita ex parte regulæ) non eſt in illis ſufficientia? ſi ſic concludis, eam, quam tueri maximè velis, Traditionum quoque partialem ſufficientiam oppugnas; niſi ſic concludas, eam Scripturarum ſufficientiam non tollis omninò, quam nos pro virili noſtra defendimus.*

[i] Maldon. Jeſuit. Comm. in Mat. 22. 2.

Diletta.

Ad textus ſenſum reſpice. Aduocatus. [k] Ecce quo tendat vtilitas diuinæ Scripturæ, ad perfectionem hominis Dei, id eſt, cuiuſuis fidelis, tum quoad partem intellectiuam, tùm etiam quoad partem operatiuam, vt ſit perfectus ad omne bonum. *quid verò ad ſufficientiam deeſſe poſſit vbi adeſt perfectio? Patronus.* [*] Vt perfectus ſit homo Dei.] id eſt, qui ſecundum Deum inceſſerit: ſi, itaque integer fieri vis, has Scripturas conſule *(Ne Traditionem non ſcriptam exigeret)*

[k] Caietanus, Aquinas, Stapletonus in hunc locum.

[*] Theophylactus. eodem modo Primaſius.

* *Oecumenius.* CVM MEA CAREBIS PRAESENTIA. * Non partem quandam habens, ſed ad omne opus bonum perfectus & completus. * vt perfectus: quaſi diceret, Pro *(traditione viuæ vocis)* me, has habes, Si Sanctus Paulus Timothæo iſta ſcribit, ſpiritu ſancto repletus, quantò magis *(valet igitur Conſequentia quoad nos)* nobis dicta eſſe putare debemus? *Antecedens adhuc fortiùs confirmatur, quòd* Catholici aliqui negant vllam fuiſſe apud Iudæos traditionem non ſcriptam. *& Traditionum neceſſariarum exemplum, niſi ex inſulſo & impio Thalmund depromptum, Aduerſarius omninò nullum habet, in quo poſſit conſiſtere.*

* *Chryſoſt. nec aliter Ambroſ. ſuprà.*

Bellar. ſuprà.

CAPVT XLV.

Argumentum tertium à comparatis.

a Bellar. ſuprà. *Aduerſarius.* [a] Traditiones, quas defendimus, non ideò non ſcriptum verbum dicimus, quod omninò ſcriptæ non ſunt, ſed quod non in ſacris literis continentur, quamuis in Sanctorum Patrum ſcriptis habeantur. *ſed Aduoc.*

b Salmeron. Ieſ. in 2. Tim. 3. [b] Sanctus Paulus vocat omnem Scripturam ſacram θεόπνευστον, diuinitùs inſpiratam,] id eſt, non humano ſenſu ſcriptam, ſed vt Autores eius, vt B. * Petrus loquitur, Spiritu ſancto Dei inſpirati fuerunt, quod NON conuenit ſacrorum Doctorum libris: etſi enim hi multa præclara, & fide digniſſima ſcripſerint, quæ meritò ſunt tribuenda Spiritui Sancto, ſunt tamen non-nulla in ijs, minùs certæ ac conſtantis veritatis, & interdum grauiores lapſus, & ideò ad autoritatis pondus & faſtigium quale Scripturæ obtinent, non pertingunt, ita vt Biblia ſacra SOLA digna ſunt, vt abſolutè dicantur Scripturæ. [c] Per quam aliorum ſcripta omnia examinari debent, & explicari. *Diſputo. Ex quo veſtræ ſcriptæ, ſcilicet* non ſcriptæ *Traditiones examinari debent, is eſt in omnibus fidei negotijs canon perfectiſſimus; ſed ſcripta antiquorum Patrum, in quibus Traditiones veſtras* non ſcriptas *ſcribi & recondi affirmatis, per Scripturam ſacram* θεόπνευστον, *ceu per Deum*

* *2. Pet. 1.*

c Infra ex teſtibus locupletiſſimis.

Deum homines; per perfectum & constantem Spiritum veritatis, spiritus erroribus obnoxij explorari & probari debent. Itaque sacra Scriptura *digna est, quæ vt* sola scriptura, *ita sola fidei regula absoluta haberi debeat.*

CAPVT XLVI.

Argumentum quartum.

QVod in se continet omnia, quæ sunt Sacra scriptura credentibus cognitu necessaria, id pro absoluto fidei canone est æstimandum, at Sacra Scriptura, ei credentibus, præbet omnia necessaria: Ergo, non est partialis sed totalis regula Ecclesiæ. tantum de Assumptione ambigitur, hanc inductione locupletissima stabiliemus.

1. *Continet omnia facta & signa Christi, quæ Christiano sunt cognita necessaria.*

Aduerſ. [a] Sunt multa facta Iesu, quæ tantum viua voce tradebãtur. *quî hoc constat?* [b] Ioh. 16. 12. [Adhuc alia multa habeo, quæ non potestis portare modò. Ioh. 21. 25. [Alia multa fecit Iesus, quæ si scriberentur, puto nec mundus illa contineret.] [c] Alia multa. &c. Ergo Euangelia vt partem tantum doctrinæ traditæ narrarent, conscripta sunt. [d] Velis nolis, hæretice, multa credere debemus, quæ non sunt in sacra Scriptura: ita enim Ioannes: [Multa alia fecit Iesus. &c. Ergo multa alia credere debemus, quæ Apostoli docuerunt & prædicarunt. [e] Etiam Apostolus alia populum docuit ad salutem necessaria, alia Episcopos. vt patet 1. Cor. 2. 6. [Sapientiam loquimur inter perfectos.] *somnia, nam. Aduocat.* [f] Multa alia &c.] hæc multa non erant diuersa ab his, quæ hactenùs dominus præsens docuerat; sed plenior & clarior eorum explicatio. sicut cùm Apostolus dicit 1. Cor. 2. [Non potui loqui vobis, sicut spiritualibus, sed sicut carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac vobis potum

a Greg. Valent. Iesuit. Analys. lib. 8. cap. 6.
b Bellar. lib. 4. de verbo Dei. cap. 5. § Ad primum.
c Salmeron I. 5. Comm. in Rom. disp. 8. § Quod.
d Pintus Com. in Isa. cap. 8. ad finem.
e Bellar. lib. 4. de verb. Dei cap. 11 § Non secunda. Eodem modo Ledesma Iesuit. lib. de Eccl. Script.
f Lansen. Concord. in illa verba Ioh. 16. [Adhuc multa habeo vobis.]

* *Oecumenius.* CVM MEA CAREBIS PRAESENTIA. * Non partem quandam habens, ſed ad omne opus bonum perfectus & completus. * vt perfectus : quaſi diceret, Pro *(traditione viuæ vocis)* me, has habes, Si Sanctus Paulus Timothæo iſta ſcribit, ſpiritu ſancto repletus, quantò magis *(valet igitur Conſequentia quoad nos)* nobis dicta eſſe putare debemus ? *Antecedens adhuc fortiùs confirmatur, quòd* [1] Catholici aliqui negant vllam fuiſſe apud Iudæos traditionem non ſcriptam. *& Traditionum neceſſariarum exemplum, niſi ex inſulſo & impio Thalmund depromptum, Aduerſarius omninò nullum habet, in quo poſſit conſiſtere.*

* *Chryſoſt. nec aliter Ambroſ. ſuprà.*

Bellar. ſuprà.

CAPVT XLV.

Argumentum tertium à comparatis.

Aduerſarius. [a] Traditiones, quas defendimus, non ideò non ſcriptum verbum dicimus, quod omninò ſcriptæ non ſunt, ſed quod non in ſacris literis continentur, quamuis in Sanctorum Patrum ſcriptis habeantur. *ſed Aduoc.* [b] Sanctus Paulus vocat omnem Scripturam ſacram θεόπνευστον, diuinitùs inſpiratam,] id eſt, non humano ſenſu ſcriptam, ſed vt Autores eius, vt B. * Petrus loquitur, Spiritu ſancto Dei inſpirati fuerunt, quod NON conuenit ſacrorum Doctorum libris : etſi enim hi multa præclara, & fide digniſſima ſcripſerint, quæ meritò ſunt tribuenda Spiritui Sancto, ſunt tamen non-nulla in ijs, minùs certæ ac conſtantis veritatis, & interdum grauiores lapſus, & ideò ad autoritatis pondus & faſtigium quale Scripturæ obtinent, non pertingunt, ita vt Biblia ſacra SOLA digna ſunt, vt abſolutè dicantur Scripturæ. [c] Per quam aliorum ſcripta omnia examinari debent, & explicari. *Diſputo. Ex quo veſtræ ſcriptæ, ſcilicet* non ſcriptæ *Traditiones examinari debent, is eſt in omnibus fidei negotijs canon perfectiſſimus ; ſed ſcripta antiquorum Patrum, in quibus Traditiones veſtras* non ſcriptas *ſcribi & recondi affirmatis, per Scripturam ſacram* θεόπνευστον, *ceu per Deum*

[a] *Bellar. ſuprà.*

[b] *Salmeron. Ieſ. in 2. Tim. 3.*

* *2. Pet. 1.*

[c] *Infra ex teſtibus locupletiſſimis.*

Deum homines; per perfectum & constantem Spiritum veritatis, spiritu erroribus obnoxij explorari & probari debent. Itaque sacra Scriptura *digna est, quæ vt* sola scriptura, *ita sola fidei regula absoluta haberi debeat.*

CAPVT XLVI.

Argumentum quartum.

QVod in se continet omnia, quæ sunt Sacræ scripturæ credentibus cognitu necessaria, id pro absoluto fidei canone est æstimandum, at Sacra Scriptura, ei credentibus, præbet omnia necessaria: Ergo, non est partialis sed totalis regula Ecclesiæ. tantum de Assumptione ambigitur, hanc inductione locupletissima stabiliemus.

1. *Continet omnia facta & signa Christi, quæ Christiano sunt cognita necessaria.*

Aduerſ. [a] Sunt multa facta Iesu, quæ tantum viua voce tradebãtur. *quî hoc constat?* [b] Ioh. 16.12. [Adhuc alia multa habeo, quæ non potestis portare modò. Ioh. 21.25. [Alia multa fecit Iesus, quæ si scriberentur, puto nec mundus illa contineret.] [c] Alia multa. &c. Ergo Euangelia vt partem tantum doctrinæ traditæ narrarent, conscripta sunt. [d] Velis nolis, hæretice, multa credere debemus, quæ non sunt in sacra Scriptura: ita enim Ioannes: [Multa alia fecit Iesus, &c. Ergo multa alia credere debemus, quæ Apostoli docuerunt & prædicarunt. [e] Etiam Apostolus alia populum docuit ad salutem necessaria, alia Episcopos. vt patet 1. Cor. 2.6. [Sapientiam loquimur inter perfectos.] *somnia, nam. Aduocat.* [f] Multa alia &c.] hæc multa non erant diuersa ab his, quæ hactenùs dominus præsens docuerat; sed plenior & clarior eorum explicatio. sicut cùm Apostolus dicit 1. Cor. 2. [Non potui loqui vobis, sicut spiritualibus, sed sicut carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac vobis potum

a Greg. Valent. Iesuit. Analys. lib. 8. cap. 6.
b Bellar. lib. 4. de verbo Dei. cap. 5. § Ad primum.
c Salmeron 1. 5. Comm. in Rom. disp. 8. § Quod.
d Pintus Com. in Isa. cap. 8. ad finem.
e Bellar. lib. 4. de verb. Dei cap. 11 § Nona secunda. Eodem modo Ledesma Iesuit. lib. de Iesu. Script.
f Lanscen. Concord. in illa verba Ioh. 16. [Adhuc multa habeo vobis.]

potum præbui, non eſcam.] & Sapientiam loquimur inter perfectos.] non vult dicere ſe aliud docere perfectos, quàm imperfectos, cùm vtriſque eandem fidem prædicaret, ſed quod myſterium fidei perfectius alijs prædicaret. *ſecundò Lutherum, tu Pinte, hæc* Alia *non admittentem Hæreticũ vocas: ſpecimen ingenij hæretici ſcire lubet?* [Ioh. 16. Alia multa] [g] omnes Hæretici (inquit Auguſtinus) ex occaſione huius ſententiæ, omnia ſua figmenta colorare conantur, quaſi fuit hæc ipſa de quibus Chriſtus loquitur, quæ diſcipuli non poterant portare. quis autem noſtrum audeat dicere, ſe iam eorum capacem eſſe, quæ illi capere non valeant? Dicet aliquis, nihilnè Spirituales viri habent in doctrina, quod carnalibus taceant, & Spiritualibus eloquantur? nulla quidem neceſſitas eſt, vt aliqua ſecreta taceantur fidelibus paruulis, ſeorſim dicenda maioribus, ſed omnibus Catholicam vitam, quæ omnibus prædicanda eſt, patefecerunt. *poſtremò (vt dubitationis anſam omnẽ præripiamus.)* Ioh. 21. Alia multa fecit Ieſus.] [h] Eſſe hyperbolen in hac ſententia, omnes conſtanter Græci Patres teſtantur, & Auguſtinus. & hac ſua Concluſione Ioannes reſecuit omnem quorundam curioſitatem, qui alioqui voluiſſent dicta & facta omnia proſequi. Scripſerat Ioannes poſt alios tres Euangeliſtas, & ea ferè ſcripſit, quæ alij prætermiſerunt. Scripſerant autem Euangeliſtæ omnia, quæ erant ad fidem, & religionem, & mores, MAGIS NECESSARIA, quibus qui non credit, neque pluribus fidem habiturus eſſet: qui verò credit, alia NON ſunt ei neceſſaria: proindè nos his contenti, quæ ab ipſis ſcripta ſunt, diligentèr attendamus, gratias agentes Deo, qui per hos cognitionem Chriſti deriuari voluit. Concluſio enim Apoſtoli hæc eſt. Hæc autem ſcripta ſunt, vt qui credit habeat vitam æternam. *Idem* * *Cyrillus:* Non omnia, quæ Dominus fecit, ſcripta ſunt, ſed tam quæ ad mores, quàm ad dogmata putárunt SVFFICERE, vt recta fide & operibus ad regnum Dei perueniamus.

[g] *Aquinas in Catena aurea & Caiet. in hunc lo.*

[h] *Ianſen. in concord. in verba Apoſt. pag. 1093. & vlt. libri.*

* *Cyrillus lib. 2. cap. 62.*

2. *Sufficit ad omnem Apocryphan doctrinam, & fanaticam Reuelationem explodendam.*

Aduocatus. [i] Theophilus nihil admittens extra Scripturas tanquam diuinum, loquitur contra libros quosdam Apocryphos. [k] Nititur fides nostra reuelationi Apostolis & Prophetis factæ, qui Canonicos libros scripserunt, non autem reuelationibus (siquæ fuerunt) alijs Doctoribus factæ. *Hoc testimonio Purgatorius ignis vester prorsus extinguitur: de quo* * *infra.*

i *Bellar lib. 4. de verbo Dei ca. 11. § Profert nono.*
k *Aquinas part. 1. qu. 1. Art. 8. ad secundum.*
* *Infrà.*

3. *Sufficit tum ad falsas opiniones nouas; tum etiam veteres consuetudines incertas expugnandas.*

Aduocatus. [l] Qui supra doctrinam docere præsumunt, hi sunt nulla sacræ Scripturæ autoritate fulti, secundùm suas opiniones (quas pro articulis fidei habent) fingunt adinuentiones nouas, onera grauia, circumstantias delictorum innumeras, vsque-adeò conscientias hominum illaqueantes, vt nonnullos deduxerint ad insaniam, qui tamen grauiora, vtpote iudicium de seipso, & miserationem Proximi parui pendentes, colant culicem, Camelum deglutiunt: *quid ergo?* [m] Frustra nobis objiciunt consuetudinem, quasi consuetudo maior sit veritate: annon est in spiritualibus sequendum, quod melius à Spiritu Sancto reuelatum est? *præsertim cùm* [n] Hæretici consuetudinem consuetudini oppoſuerunt, cum, igitur, ex contrarijs consuetudinibus nihil certi haberi possit, ideò Basilius prouocabat à consuetudine ad Scripturam, cuius vtrique iudicio stare debent. *Et hæc lex nobis arridet maximè, vos verò excruciat, quod vero sequitur κρεῖττον quartum multo vos pungit vehementiùs.*

l *Royardus hom. 2. Domin post Epiph.*
m *Gratian. dist. 8*
n *Bellar. cap. 11. § Alium locũ.*

CAPVT

CAPVT XLVII.

4. *Sufficit ad omne dogma Hæreticum labefactandum.*

a Stapl. lib. 2. de autor. Eccle. ca. 6
b Greg. Valent. Iesuit. lib. 6. cap. 8. idem Tannerus Iesuit. colloq. Ratisb. Sess. 8.
c Aquinas in Catena.
d Bellar. cap. 12. §Argumentum quartum.
** Lib. 1. cap. 23.*
** Cap. 24.*
d Bellar. cap. 12. §Argumentum quartum.
** Loco citato.*

ADuersarius. [a] Nonne ad solas Scripturas hæretici appellabant, Traditiones repudiabant? *Id tu quidem strenuè defendis, nec non ille:* [b] Omnibus hæreticis in more positum fuit, vt ad Scripturas solas prouocarent, nec vllum præterea principium fidei admitterent. *Imò verò. Aduocatus.* [c] Omnes Hæretici, inquit Augustinus, occasione huius sententiæ. Ioh. 16. [Multa alia habeo.] &c. Omnia sua figmenta colorare conantur. *Et* [d] * Irenæus sic scribit de Basilidianis: Dicunt non oportere omninò eorum mysteria affari, sed in abscondito continere per silentium. Et de Carpocratianis: Iesum (inquit) dicunt in mysterio, discipulis suis & Apostolis seorsum locutum, & illos expostulasse, vt dignis & assentientibus seorsim hæc traderent. [e] Tertullianus quoque in libro de præscriptionibus: Solent dicere Hæretici (inquit) Apostolos omnia scisse, sed non omnia omnibus tradidisse. *progredere, quid sententiam Tertulliani delumbas? haud temerè est, proculdubio, lux te meridiana offendit. sequitur enim apud Tertullianum.* * Solent dicere Christum quædam secretò paucis demandasse, quia sic scribit Paulus ad Timotheum, [O Timotheæ, custodi depositũ. *& verbis proximis hæreticos perstringens, quòd* hoc dicto aliquid remotioris doctrinæ subostendere vellent, *in his hæreticorum documentis*, Mysteria non effandi, in mysterijs seorsim loquendi, vt dignis traderentur, non omnia omnibus tradidisse. *In quorum hæreticorum deliramentis agnoscere possitis principia, verba, ipsam etiam Conclusionem vestram. vos inflatis.*

Prima Inſtantia tollitur.

Aduerſarius. [f] Marcion & Valentinus confugiebant ad ſolas Scripturas. *Falſum. Primò, quia. Aduocatus.* [g] Mos fuit hæreticorum Scripturas non admittere, ſed facere. *Vt exempli cauſa.* [h] Duo libri, vnus de ortu & ſtirpe Mariæ, alter de infantia Saluatoris, quorum Matthæus Euangeliſta fingitur eſſe author, Valentinorum & Gnoſticorum commẽta ſunt, & inter alia Apocrypha Origenes Matthię Euangelium numerat; ex cuius autoritate Clemens Alexandrinus ait Marcionem & Baſilidem hæreſes ſuas firmaſſe. *Secundò,* [i] Eucratidæ, Seueriani, Marcionitæ, Manichæi, Ariani, Aëriani Anabaptiſtæ, & plerique alij Hæretici, eas ſaltem epiſtolas Pauli reſpuere ſunt auſi, quas maximè dogmatibus ſuis infeſtas cognouerant. *At nos diſputamus de vt, à quibus non eſt exploſa, ſed ſuppoſita Scripturarum authoritas. Secundò, cuinis notum eſt (niſi cui Irenæus & Tertullianus ignoti) hæreticos veteres omnes omni Scripturarum præſidio deſtitutos, ad neſcio quem fictititium paracletum, prophetiam nouam, & omni Idæa futuliores Æonas, aliaſq; falſitatis latebras confugiſſe, vnde eſt quod nihil Tertulliano conſultius eſſe videbatur, quàm iſtos hæreticos (quos vocat Lucifugas Scripturarum) ad ipſas Scripturas, tanquam Latrones ad Tribunal attrahere.* * Coge, *inquit,* hæreticos vt ad ſolas Scripturas opiniones ſuas ſiſtant, & ſtare non poſſunt. *Nec deeſt nobis in hac parte Aduocatus.* [h] Ipſæ hæreſes, inquit * Tertullianus, ab ipſa Philoſophia ſubornantur, inde Æones, & formæ, neſcio quæ, apud Valentinum, quum Platonicus erat, inde Marcionis Deus melior à Stoicis. Quid, ergo, Athenis & Hieroſolymis? quid Academiæ & Eccleſiæ? Patriarchæ hæreticorum Philoſophi. *Manichæus quoque addidit fictæ Epiſtolæ* fundamenti, * quæ ſic incipit (*inquit Auguſtinus*) Manichæus Apoſtolus Ieſu Chriſti, prouidentiâ Dei Patris. [l] Initio Eccleſiæ Cerinthus falſas reuelationes finxit, tales Prophetiæ ſectatorum

[f] *Bellar. & Valẽt. Iſſ quo ſupra.*
[g] *Maldonat. Ieſ. præfat. ante Euang. Math.*
[h] *Senenſis Bibl. lib. 2. Tit.* Matthæus.
[i] *Idem Senenſis lib. 7. §* De Epiſtolis Pauli.
* *Tert. lib. de reſurrect carnis.*
[k] *Iuſtus Calninus præſcrip. aduerſus Proteſt.*
* *Tert. lib. aduerſus Hermogenem*
* *Auguſtin. lib. in Epiſt. Manichæi. cap. 5.*
[l] *Dubius Iſſ. diſq Magic lib. 4. ca. 1 qu. 2. § 2. pa. 134.*

torum Marci Magi; tales Prophetiſſarum & ipſius Montani; tales Archonticorum, qui librum confinxere quem vocabant REVELATIONES PROPHETARVM; Manetis quoque tales reuelationes, de quibus Auguſtinus. [m] Valentinus Platonicas fabulas inuexit quas ſecuti ſunt Gnoſtici. Hermogenes Stoicorum opinionem eſt ſequutus. Montaniſticum dogma de Matrimonio Paracleto authore defendit.

m B. Rhenanus in arg. Tert. aduerſus Valent & arg. in Hermog. & in lib. aduerſus Marc.

Secunda inſtantia refellitur.

Aduerſarius. [n] Marcion & Valentinus ad Scripturas ſolas prouocabant, nec vllum præterea principium fidei admittebant: vt eſt apud Tertullianum. [o] Etſi quædam Scripturæ poterant afferri contra Arianos: tamen quia Ariani etiam ſcripturas proferebant, Conc. Niceni Patres ex doctrina non ſcripta, ſed per manus Patrum ſibi traditâ eos damnauerunt. [p] Quod caput Religionis maius quàm myſterium Trinitatis? hoc tamen tam parum clarè inſinuatur in Scripturis, vt contrarium è ſacris literis ita probabiliter docuerunt Ariani, vt multos annos vexarint Eccleſiam. *Præclarus tu quidem diſputator, qui vt decreti Concilij Tridentini defenſor, iam decreti Concilij Niceni penè proditor factus. Dignum hoc argumentum veſtra cauſa & ingenio, Sacroboſce, tuo. Nonne Satis luminis præſidijq; fuit in ſacris literis, quo Concilij Niceni patres ſanctiſſimi, Arianum illud monſtrum profligarent, ſi modo hæretici Scripturarum lumine acquieuiſſent? Aduocatus.* [q] Ariani hæreſis ex his quæ iam alibi diximus (*loquitur de Scripturis ſuperius à ſe citatis*) PACILE poſſit conuinci. [r] Myſterium Trinitatis PERSPICVE SATIS eſt in ſcripturis ſacris comprehenſum. [s] Ita vt de huius myſterij veritate nullus ampliùs dubitandi locus relinquatur. *Sed præſtat ipſum Bellarminum ex dictis ſuis ad palmodiã (ſcilicet) cogere.* [t] Cum dixit Athanaſius, ſufficiunt ſanctæ & diuinitus inſpiratæ Scripturæ ad inſtructionem veritatis, loquitur ibi ſolum de duobus dogmatibus, vnum quod non ſunt

n Greg. Valen. Ieſ. lib. 6 cap. 8. & Tannerus Ieſ. Colloq. Ratisb. § 8.

o Bellar. cap. 6. § Iam verò.

p Sacroboſc. Ieſ. defenſ. decret. Con. Trid. part. 1. ca 9 § Primum quod

q Alphõ. de Caſtro lib. 5 hæreſ. 1. Deus, hær. 6.

r Coſſerus Ieſuit. Enchirid. c. p. 1. § An omnia.

s Catec. Trid. part. 1. de art. 8. num. 4

t Bellar. lib. 4. de verbo Dei non ſcripto cap. 11. § Profert quarto.

Dij;

Dij; alterum, quod Chriſtus eſt verus Deus, & homo, contra Arium, quorum duorum habentur in ſcripturis EXPRESSA TESTIMONIA. *Etiam.* [u]Auguſtinus contra Maiorianum Arianum, qui nullo modo admittebat Concilium Nicenum, ex ſolis ſcripturis diſputabat: primò, vt expeditiùs ageret: ſecundo, quia in iſtis quæſtionibus extant in ſcripturis CLARISSIMA TESTIMONIA. *Vnde, ergo confutatus Arius? per quam regulam? Scripturarum an Traditionum?* [x] Arium condemnatum fuiſſe per ſcripturam, vt nonnam (*negante tamen veſtro Sacroboſco*) non negamus. *Poſtremò, tantum abeſt vt hæretici eam, quam nos vendicamus, ſufficientiam concederent, vt planè potius contrarium profiterentur.* Nam [y]Ariani, Origenis libros in dogmatis ſui defenſionem citabant. Valentiniani & Gnoſtici duos libros tenebant, alterum de ortu, alterum de ſtirpe Mariæ, de quibus extant aniles fabulæ, quas Irenæus & Epiphanius refellunt. [z]Ex libro Hermetis, Ariani execrabilium dogmatum præſidia ſumebant.

[u] *Ibidem.* §. Reſpondeo imprimis.

[x] *Gretzerus Ieſ. Conc. Ratisb pag. 296 & lib. 4. de verbo Dei.*

[y] *Senenſ. lib. 7. pag. 601.*

[z] *Idem. a Tit. Hermes.*

Inſtantia tertia.

Aduerſarius. [a] Donatiſtæ ſemper ſcripturas vrgebant, quibus Auguſtinus traditiones & conſuetudinem objiciebat. *An aut Auguſtinus ſolam traditionem & conſuetudinem objiciebat: an ſolam Scripturam vrgebant Donatiſtæ? vtrumq́, falſiſſimum; ſed tui ſimilis es, Bellarmine, idcirco ſimili modo, id eſt, contradictione tua, refutandus. Primò. Aduocatus.* [b] Sunt libri Dominici (inquit [c]Auguſtinus) quorum autoritati vtrique conſentimus, ibi quæramus Eccleſiam, ibi diſcutiamus cauſam noſtram. Reſpondeo, hæc ratio præcipuè locum habet contra Donatiſtas in quæſtione de Eccleſia, quia in ipſis Scripturis extabant CLARISSIMA TESTIMONIA CONTRA DONATISTAS. *Quorum tamen lucem tu obiectione tua obfuſcare voluiſti. Auguſtinus traditionem obiecit; non quod illis Scripturæ perſpicuæ ſatis, ſed quod illis Scripturis defuerint: 1. probauimus, 2. oſtendemus.* [c] Falſas reuelationes hæretici confinxere, tales fuerunt Donatiſtæ. *Quomodo?* [d] Donatiſtæ (vt

[a] *Bellar. cap. 8. § Donatiſtæ.*

[b] *Bellar. lib. 4. de verbo Dei. ca 11. § Quinto illud.*

[c] *Auguſt. lib. 3. de vnit. Eccleſ. ca. 3.*

[c] *Delrius Ieſ. diſq. Magic. Tom. 2. lib 4. cap. 1. qu. 2. § 2. pag. 134.*

[d] *Colleg. Rhem. annot. in Gal. 2.*

guſtinus meminit) fingebant Angelum de cœlo ſibi apparuiſſe, vt amicum ſuum ab Eccleſiæ Catholicæ gremio abſtraheret. *Poſtremò, quòd ſi verò hoc hæreticorum ingenium ſemper fuerit, vt ad ſolas Scripturas prouocarent, qualis tandem Catholicorum mens eſſe debet? non ex ſolis Scripturis præſidia ſumpturi ſunt ad hæreticos ipſos obruendos? ſequamur Chriſtum ducem.* [e] Chriſtus falſas Diaboli de Scripturis ſagittas (inquit Hieronymus) veris frangit Scripturarũ clypeis. [f] Vt Dauid Goliam tribus lapidibus de torrente proſtrauit: ſic Chriſtus diabolus tribus teſtimonijs de lege. *Quorſum ex Scripturis?* [g] Chriſtus Diaboli tentationes tres Scripturarum authoritate propulſabat, & Scripturam à Diabolo malè citatam aliâ Scripturâ, ſeu clauum clauo, retudit: rectè docens, Scripturam ſcripturæ conferendam eſſe, ſi non ex Scripturæ lectione errare volumus. *Deinde,* [h] Ex vno libro Deuteronomij tres reſponſiones aduerſus tres tentationes excerpſit Chriſtus, vt doceat ad ſacram Scripturam arma habere contra Aduerſarios veritatis. Quid multa? [i] Eutychetis, Neſtorij, Acephalorum hæreſes ex ſcripturis manifeſtè, Ariani & Donatiſtæ clariſſimè refelluntur. *Nec mirum. Quia.* [k] Non vllum genus oſtenſionis conuenientius eſt in his quæ ſunt ſupra rationem, quàm per ſacram Scripturam. *Denique lumen quod Stella veſter affert, nolite, quæſo, contemnere.* [l] Non aliter impios hæreticos perfrictæ frontis poteramus conuincere, niſi ſacros habeamus codices, ex quibus clara veritas eluceſcit.

e Emmanuel Sà Jeſuita annot. in Mat. 4.

f Gloſſa Ordinar. in eum locum.

g Janſenius Concord. cap. 15.

h Stella in Luc. 4

i Alphonſus de Caſtro lib. 4. de hæreſ. tit. Chriſtus: & Bellarm. ſupra.

k Peraldus Epiſt. Summa vitiate. Trall. de fide c. 19

l Stella in Luc. 1. in præfat.

CAPVT XLVIII.

Argumentum quintum.

Argumentari poſſe negatiuè ex Scripturis ſatis arguit Scripturarum ſufficientiam, at apud fideles lucebit nobis in omni fidei negotio à Scripturis negatiuè argumentari propterea hinc demonſtratur Scripturam eſſe fidei normam, omnibus numeris abſolutam. Aſſumptionem aſtruemus.

Aduer-

Aduersarius. [a] Vtuntur Protestantes argumento ab autoritate Scripturarum negatiuè. Hoc non habet Scriptura (inquiunt,) ergo non est asserendum: quæ argumentatio futilis est & parum solida. [b] Huiusmodi Lutheri argumenta ETIAM PVERIS RIDICVLA SVNT. *Hæc vos, scilicet, tanquam puerilia illudatis, quæ tamẽ esse viris Theologis cordatioribus, etiam sanctis Patribus, etiam vobis, etiam Apostolo Paulo, in panoplia Christiana tanquam arma necessaria sunt visa: Primò, Apostolo. Aduocatus.* [c] Non dissimulabo quod interdum videtur Apostolus hanc rationem argumentandi in vna & eâdem Epistola quater vsurpasse: in cap. 1. semel sic: [* Cui ENIM dixit (*Deus*) Angelorum aliquando, * Filius meus es tu, hodiè ego te genui?] id est, quòd Pater tantam filij Dei dignitatem Angelo tribuat, in SACRIS LITERIS NON INVENITVR: ergo, &c. Deinde in fine capitis arguit NEGATIVE in hunc modum [Nunquam dictum est Angelis] *Ad quem Angelorum dixit (*Deus*) aliquando, *Sede à dextris meis? &c.] id est, nunquam in Scripturis hoc Angelis dictum, ergo. Tertius locus est in * Cap. 2. [Nusquam enim Angelos apprehendit] id est, nullo in loco Scripturæ legi potest, quòd Angelum assumpserit: ergo. Quartò, in cap. 7. de Melchisedech: [* Hic ENIM Melchisedech, Rex Salem, sacerdos Dei summi, sine patre, sine matre, &c.] vbi apertè agnoscit in eo, quòd Scriptura suppressit argumentum sumi. *Quid tu, igitur, ad hæc tam aperta respondebis? Aduersarius.* [d] Respondeo duplici modo: primò, Apostolus non expressit se de sola Scriptura loqui, non enim dixit: Cui enim Angelorum in Scripturis dictum est; aut: Nusquam nisi in Scripturis dictum est, sed excludit tam Scripturam, quàm Traditionem. *Tu in dictis verba exigis, nos ex dictis sensum. Aduocatus.* [e] Probat Apostolus Christum, etiam quà homo est, tantò præstantiorem omnibus Angelis esse, quantò filij legitimi seruis & Ministris excellunt. Hoc conquisitis ex SACRA LECTIONE testimonijs confirmat Paulus, vtpote qui cum Hebræis agit, quibus curæ erat (*non igitur Traditionibus non scriptis*) PROPHETICO

[a] *Salmeron Iesuit. Arg. Epist. ad Rom. disp. 6.* § Non.
[b] *Bellar. lib. 1. de Missa cap. 24* § Secundum Lutheri.
[c] *Salmeron Jes. quo supra.*
* *Heb. 1. 5.*
* *Ex Psal. 2.*
* *Heb. 1. 13.*
* *Ex Psal. 109.*
* *Heb. 2. 16.*
* *Heb. 7.*
[d] *Idem.*
[e] *Arias Mont. Annotat. Heb. 1.*

ferùori attendere, & obſeruare an hæc ita ſe haberent. *Huic Autori (quod ſciam) author nullus refragatur, ſingula enim Apoſtoli teſtimonia ex ſolis Scripturis petuntur. Vltimum verò maximè Traditionum, fucum omnem excludit.* [Melchiſedech ſine patre & Matre, &c.] [f] Non quod abſque Patre & matre fuerit, ſed quod ſubitò introducatur in (*Scriptura*) Geneſi, occurriſſe Abrahæ à cæde hominum reuertenti, & nec antè nec poſt eius nomen feratur (*in Scriptura*) ASCRIPTVM; hæc eſt omnium Patrum expoſitio, nimirum, quòd diuina Scriptura aliorum genealogiam, quoad auos & abauos recenſuit, tam eorum qui præceſſerunt Melchiſedech, quàm qui eum ſequebantur: Melchiſedech autem, NEC Patrem NEC genus DOCVIT DIVINA SCRIPTVRA, neque quanto tempore vixit, neque quando vitam finiuit: eâ, ergo, ratione ſine Patre & matre fuit, diuina enim SCRIPTVRA NIHIL horum nos docuit.

[f] *Ribera Ieſuit. Commun Heb. 7.*

Reſponſum ſecundum ſublatum.

Aduerſarius. [g] Secundo modo poſſumus dicere SATIS eſſe Scripturam tales dignitates Angelis nunquam tribuiſſe, quia illis minimè conueniebant, nec illis poſſint vllo modo conuenire: ideoque qui argumentaretur huiuſmodi perfectiones nunquam tribui illis, SOLIDE quidem argumentatur & efficaciter, etiamſi NEGATIVE ex Scripturis. *Rectè, Iudæi in articulo fidei de Chriſto Meſſia confirmandi ſunt, Paulus huc incumbit, & id ſatis ſolidè præſtat* argumentando negatiuè ex Scripturis. *Ain' ſolidè? ſolidè, inquis? Proteſtantes verò in quæſtionibus fidei Apoſtolum ſtudioſè imitantur: & tamen* ſolidè (*inquitis*) & pueriliter argumentantur. *In hoc tamẽ fortaſſe vobis minùs futiles videri debent, quod vos habeant ſocios (ſi qua eſt) ſoliditatis ſuæ: hoc enim iam ſecundo loco probandũ.* 1. [h] Dictum eſt Petro, Ioh. 21. [Paſce oues] non alijs, ergo. 2. [i] Dictum eſt Petro Luc. 22. [Ego pro te oraui, ne fides tua deficiat,] non alijs, ergo. 3. [k] Dictum eſt Petro, Matt. 16. [Supra hanc petram ædificabo Eccleſiam] non item alijs, ergo. 4. [l] Petri nomen mutatur, Mat. 16. non item aliorum, ergo. 5. [m] Petrus in Scripturis, quoties cum alijs

[g] *Salmeron Ieſ. quo ſuprà.*

[h] *Bellar. Ex. 1. de Rom. Pont. cap. 16.*
[i] *Idem lib. 4. de Rom. Pont. ca. 3*
[k] *Ibid. lib. 1. de Rom. Pon. ca. 10.*
[l] *Ibid. cap. 17.*
[m] *Ibid. cap. 18.*

alijs numeratur, in primo loco nominatur, nuſquam non primus. Ergo. *Quid ergo?* ERGO Petrus, adeoque Papa Romanus, conſtitutus fuit Monarcha Eccleſiæ. *Vis conſequutionis, hæc eſt*: In Scriptura *hæc de Petro legimus, quæ Apoſtolis alijs in Scriptura alia tribuuntur nuſquam: ergo Apoſtoli alij non erant æquales Petro. Videtis, viri Pontificij, Pontificiæ Hierarchiæ ſtructuram vniuerſam, argumento ducto à Scripturis negatiuè. planè (ſic enim dixiſtis)* ridiculo puerili, futili, ſtolido, *veluti caduco niti fundamento? Quid nos?* Non eſt ſcriptum de alijs, Ergo. *Veſtram argumentandi formam vehementer amplectimur, materiam reprehendimus, quia non eo ſenſu hæc ſcripta ſunt, quem fingitis: nam prerogatiuæ (quas obijciitis) fuerunt alijs Apoſtolis cum Petro communes. De quo* * *infrà vberrimè. Vos verò bis ridiculi videamini, tum quod Aduerſarios veſtros quoad formam legitimè diſputantes, tanquam ridiculos procaciter nominare, tum etiam multò magis, quòd vos eos contra Scripturarum ſenſum ridiculè imitari voluiſtis. Tertio loco hoc genus argumentandi ex Patribus probatur, ſed* * *infrà. Poſtremò ad Aduocatos Doctores Pontificios venimus.* n Cùm doctrina Purgatorij ſit Chriſtianis omnibus ita ſcitu neceſſaria, non eſt credibile illud non poſſe ex Scripturis probari. *Et rurſus*: Cùm Scriptura ſit quoddam quaſi conclaue veritatum omnium, quæ Chriſtianis omnibus neceſſariæ ſunt, non eſt ambigendum quin Purgatorij veritas ex Scripturis probari poſſit. *Huius argumenti antecedens*, Non exiſtimandum eſt dogma veritatis neceſſarium, quod non probatur ex Scripturis, *nos non admittimus modò, verumetiam exigimus.* o Dicit Baldus, quod in lege (*loquitur de humana, quantò nos fortiùs de diuina?*) non cauetur, in practica non habetur, & paria eſſe aliquid fieri ſine lege, & contra legem: & hoc genere argumenti. Si lex voluiſſet, hoc expreſſiſſet, vſus eſt infinitis locis: *quo poſito, Traditionum, non Scripturarum neceſſitas omnis corruit: vt de dogmatibus omnibus concludamus, quod de vno Magiſter.* f Sed quia illud autoritas (*Scriptura*) ſubticuit, meliùs filere hoc puto, vel neſcire, quàm aſſerere.

* *Infrà lib. vlt. huius Apologiæ.*

* *Infrà.*

n *Roffenſ. Epiſc. art. 37. aduerſus Lutherum.*

o *Tiraquellus Tract. de panis cauſ. 51. num. 87*

p *Lomb. ſent. lib. 3. diſt. 3. lit. c.*

CAPVT

CAPVT XLIX.

Controuersia hæc tota, quæ controuersiarum ferè summam, & quasi animam continet, ad Patrum antiquorum calculos reuocatur.

a Bellar. lib. 4. de verbo Dei cap. 11 in fine.

ADuersarius. [a] Testimonia à Protestantibus allata, non propria ad Traditiones pertinent, sed per malas consequentias eò tandem detorquentur.

Huius calumniæ aculeos facilè obtundam, etenim Protestantium in Patrum iudicijs asserendis studium syncerum, vestra aut in peruertendis Patrum testimonijs perfidia, aut in dissimulandis astutia, aut denique in contemnendis impudentia facilè comprobabit.

Primi ordinis Patres, quorum testimonia deprauarunt Pontificij.

Irenæus.

** Irenæus lib. 3. cap. 1.*

Irenæus. * Quòd Apostoli præconiauerunt, postea in Scripturis nobis tradiderunt, firmamentum & columnam fidei nostræ futuram. *Respondeo.* [b] Respondeo: loquitur de dogmatibus simpliciter omnibus ad salutem necessarijs, quorum est notitia explicita necessaria ad salutem. *Accipimus quod largiris, quod detines, vendicamus, videlicet, non modò Irenæum in dogmatibus, quæ sunt simpliciter omnibus necessaria; verumetiam eum simpliciter in omnibus necessarijs Scripturarum plenitudinem adorasse. Nam* * Traditiones (*inquit*) cum verbo coniungere, est miscére aquam cum vino. *Vos, igitur, (quandoquidem ita vultis)* Aquam *fluctuantem Traditionem sectemini, nos ad Scripturam* Ecclesiæ columnam *adhærescemus.*

b Bellar. lib. 4. de verbo Dei cap. 11. § Primum est.

** Irenæus.*

Secundus est Origenes.

** Lib. 4. cap. 35.* * NECESSE EST Scripturas sanctas in testimonium vocare, nam

nam SINE HIS teſtibus ſenſus noſtri & enarrationes non habent fidem. *Reſponde.* [c] Reſpondeo, loquitur de obſcuriſſimis quæſtionibus, quales, vt plurimum, non ſunt Traditiones in Eccleſia receptæ. *Ain'* vt plurimum? *Ergo iam hoc teſtimonio ſaltem aliquæ veſtræ, nempè obſcuriſſimæ, etiam plurimæ refelluntur, nam* Traditiones noſtræ (*inquis*) non erant Scripturæ committendæ, quia myſteria ſunt non populo diuulganda. *Sed ad oppoſitum. Argumentum Origenis ad ſyllogiſmum, tanquam ad Lydium lapidem exploremus: quæcunque enarratio Scripturam teſtem non habet, ea non habet fidem: aſſumunt Proteſtantes, (vobis non refragantibus) Traditiones non ſcriptæ in Scripturis teſtimonium nullum habent: ergo nec fidem. Quid negas? propoſitionem? ea eſt Origenis; Aſſumptionem? hæc veſtra; Concluſionem? ſanè, ſcilicet, toto deuorato bone, deficis in cauda. Nos verò Origenem ſui interpretem amplectimur.* * Sicut omne aurum, quod fuit extra templum, non eſt ſanctificatum: ita omnis ſenſus, quantumuis mirabilis, extra Scripturas non eſt Sanctus.

[c] *Bellar. cap.* 11. § Secundò profert.

* *Origenes.*

Tertius eſt Baſilius Magnus.

* Infidelitatis, inquit, argumentum, & ſignum ſuperbiæ certiſſimum eſt, ſi quis eorum, quæ ſcripta ſunt, aliquid velit reijcere, aut eorum quæ non ſunt ſcripta, introducere. *Reſponde.* [d] Reſpondeo: refutat Traditiones, quæ à priuatis hominibus excogitantur. *Eſto, ſed quo eas argumento refutat? hoc ad amuſſim dialecticam examinemus. Omnes, qui aliquid ſcriptum ad fidem faciendam introducunt, infidelitatem ſuam produnt: at qui nouas & priuatas Traditiones excogitant, aliquid non ſcriptum proferunt: Ergo Traditionum doctrinalium vis omnis illiſa concidit. Si igitur, aliquid concludat Baſilius, tum Bellarminus nihil reſpondet, ſed Baſilius alibi ſeſe ſatis explicat.* * Omnis operatio, *inquit*, quæ efficitur præter rectitudinem Scripturæ apud Deum abominatio eſt. *Et* * *infra plenius.*

* *Serm. de fide confeſſione.*

[d] *Bellar. cap.* 12. § Profert quintò.

* *Baſil. in Iſa.* * *In Pſal.* 95.

Quartus Chryſoſtomus.

* Quicquid dicitur, inquit, abſque Scripturarum authoritate auditorum cogitatio claudicat, nunc annuens, nunc hæſitans. Quis, promittit? Paulus, neque enim quicquam dicendum eſt ſine teſtibus, ſolâ animi intentione. *Secundò*, * Cùm habeamus omnium exactiſſimam regulam ex diuinarum Scripturarum aſſertione, oro vos omnes, vt relinquatis quod huic, quod illi videatur, & de his à Scripturis, hæc omnia inquirite. *Reſponde*, [e] Reſpondeo, primùm docet nihil ita facilè perſuadere, ex ſola animi intentione, ſi abſque Scripturis dicatur. Ad ſecundum non loquitur de dogmatibus fidei, aut morum obſcuris, ſed de opinione carnalium. *Scholam rurſus Dialecticam ſalutemus.* Quicquid dicitur abſque Scripturæ, ceu exactiſſimæ regulæ authoritate, non meretur fidem: *ſed omnis opinio carnalis, priuata omnis intentio, (nos eodem iure ſubijcimus) omnis non ſcripta Traditio de doctrina fidei, hâc regula fidei caret, proinde & fide. In hoc ſyllogiſmo aut nihil neges oportet, aut Chryſoſtomum dicas nihil agere. In quo vide, quæſo, præterea, quam tu te miſerè inuoluas. Etenim.* Chryſoſtomus loquitur, inquis, de opinione hominum carnali, NON DE fidei aut morum quæſtionibus OBSCVRIS. *Sic Chryſoſtomi teſtimonio ſatisfaciendum eſſe putas. At.* Origenes cùm dicit: Abſque Scripturarum teſtimonijs enarrationes noſtræ non habent fidem, loquitur, *inquis*, de fidei quæſtionibus OBSCVRIS: *ſic teſtimonio occurris Origenis, quaſi reſpondeas: nec Chryſoſtomus repugnat Traditionibus*, quia non loquitur de obſcuris fidei dogmatibus: *nec Origenes*, quia loquitur de obſcuris. *Enimuerò, Bellarmine, ſi Traditionum neceſſitatem infringit, qui aſſerit Scripturarum plenitudinem contra* quæſtiones fidei non obſcuras, *habes Aduerſarium tibi Chryſoſtomum: ſi qui* contra obſcuras, *Origenem. Sequitur.*

* *In 1. Cor. hom. 13.*

[e] *Bellar. cap. 11. § Sextò profert.*

Epiphanius.

Epiphanius.

[a] Nos, *inquit*, vniuſcuiuſque quæſtionis mentionem non ex proprijs ratiocinationibus, ſed ex Scripturarum conſequentia diſcere poſſumus. *Reſponde.* [f] Reſpondeo, non dicit ex Scripturarum conſequentia ſolùm, *ſed tamen ſolùm dicit ex Scripturarum conſequentia, & dicit in* vniuſcuiuſque quæſtionis mentione, *quod infert etiam ex conſequentia* ſolùm. *Sequitur*

[a] *Epiphanius.*
[f] *Bellar. cap.* 11. § Septimò profert.

Theophilus.

[a] Diabolicum eſt, *inquit*, extra diuinarum Scripturarum authoritatem, aliquid diuinum putare. *Reſponde.* [g] Reſpondeo, loquitur de libris Apocryphis, qui pro diuinis à quibuſdam ſupputabantur: ineptum autem eſſe, ne quid grauius dicam, quæ de vna re dicuntur torquere ad aliam. *Vel potiùs hoc reſponſum, ne quid acerbiùs dicam, ineptum videtur. Refellit Theophilus librorum Apocryphorum authoritatem? quâ ratione? non enim refutatio dicenda eſt, quæ ratione careat, nec etiam ratio, quæ à lege diſputandi ſyllogiſtica abhorreat. Huc nos pronocemus, Syllogiſmus talis erit.* Diabolicum eſt aliquid *(quodcunque ſit)* extra diuinas Scripturas diuinum putare. *Sed Hæretici* libros Apocryphos aliquos putabant eſſe diuinos: *Ergo fraudem ſapiunt Diabolicam. Tu ex præmiſſis Minorem tantùm cernis, Maiorem prætermiſſam eſſe nimis cupis, quanquam etiam ipſa Minor vos acriùs perſtringat, qui non modò libris Apocryphis, ſed Apocryphis etiam Traditionibus authoritatem diuinam tribuiſtis.*

[a] *Theophilus lib. 2. Paſchali.*
[g] *Bellar. cap.* 11. § Profert nono.

Tertullianus.

[a] Adoro, *inquit*, Scripturæ plenitudinem, ſcriptum eſſe docet Hermogenis officina, ſi non eſt ſcriptum, timeat Væ illud adijcientibus aut detrahentibus. *Reſponde.* [h] Reſpondeo,

[a] *Tertullianus lib. contra Hermogenem cap.* 22
[h] *Bellar. cap.* 11. § Profert vndecimo.

ſpondeo, loquitur de hoc vno dogmate tantùm, quod Deus omnia creauit ex nihilo, non vt Hermogenes voluit, ex præiacente materia. *Ruſticè ſanè, nec enim quæritur quid Tertullianus oppugnet, ſed quo argumento & modo ad Hermogenis hæreſin expugnandam vtatur: aut Theſis Tertulliana generalis eſt, videlicet,* Væ illis qui dogmata obtrudunt, quæ in Scripturis non habentur. *Atque ita Traditiones veſtræ plurimæ diris deuouendæ ſunt: aut Tertullianus non probat Hypotheſin: nimirùm, Hermogenis dogma hæreſin execrandam fuiſſe. Tu verò inſtas & vrges,* Hoc vnum dogma refellit. *Va Maiorum Logicæ, ſi huiuſmodi reſponſa obtinuerint: accipe tandem à Tertulliano, quod nullam non proſternat* * *Tertul. lib. de reſurrect. carnis.* *hæreſin.* * Auſer ab hæreticis, *inquit*, quod cum Ethnicis ſentiunt, vt de ſolis Scripturis opiniones ſuas ſiſtant, & ſtare non poſſunt. *Sequitur*

Hieronymus.

Aduerſarius. [i] Proteſtantes non ſatis fideliter citant teſtimonium Hieronymi, nam Hieronymus non dixit vniuerſaliter: [* Quod ex Scripturis authoritatem non habet, eâdem facilitate contemnitur, qua probatur:] ſed loquitur de particulari ſententia, quâ quidem nitebantur Iudæi ex libro Apocrypho aliquid falſi probare: propterea ait Hieronymus hoc, quia à Scriptura authoritatem non habet, &c. *Aduocatus.* [k] Hieronymi ſententia, [Quod ſine Scripturæ authoritate, &c.] eò referenda eſt, quorſum ab eo dicta eſt: agitur enim DE VETERIS TRADITIONIS, NON SCRIPTAE AVTHORITATE, quiſnam ille in Euangelio apud Matthæum Zacharias fuerit. *Hic Aduocatus contra Bellarminum Hieronymi vocem germanam* [Quod] *agnoſcit: ſed immediatè poſt cum Bellarmino Hieronymi mentem reſtringit.* *Aduerſarius.* [l] Non omnes in vniuerſum non ſcriptas hac ſententia Hieronymus damnat Traditiones: ſed eas duntaxat, quæ ex libris Apocryphis aut natæ, aut confirmatæ autho-

i *Bellar. cap. 11. §Decimotertio*

* *Hieron. in Matt. 23.*

k *Lindanus pano. pli. lib. 5. cap. 6. § Sed ne.*

l *Ibidem.*

authoritatem putantur habere certam atque indubiam. *Refutat, inquit, Hieronymus particularem quorundam traditionem Apocryphan, & multorum opinione indubiam: vellè, ſed qua propoſitione eam refutabit particulari ne? tum non omninò refutat, quia nihil concluditur ex particularibus: an generali? ergo eodem ſpiritu plurimas veſtras traditiones, opinione veſtra indubias, profligauit. In eandem incudem incidit alterum illud Hieronymi teſtimonium.* [m] Quæ abſque authoritate Scripturarum (inquit) quaſi Traditione Apoſtolica, ſponte homines confingunt, percutit gladius Dei. *Reſponde.* [n] Reſpondeo, agit aduerſus illos, qui confingunt aliquid, & tamen videri volunt ſuum figmentum Apoſtolicam traditionem eſſe. *Vetus tuus Coccyſmus. Sed hæc Hieronymiana ratio hominis dialectici viribus contorqueatur, & traditiones non ſcriptæ non poſſunt conſiſtere.*

[m] *Bellar. quo ſupra.*

[n] *Ibidem.*

Auguſtinus.

Aduerſarius. [o] Vltimò proferunt Auguſtini teſtimonia, ac primum lib. 2. de Doctrina Chriſtiana, cap. 9. In his, quæ apertè poſita ſunt in Scriptura, inueniuntur illa omnia quæ continent fidem moreſque viuendi. Etiam in libro de bono viduitatis, cap. 1. Sancta enim Scriptura noſtræ doctrinæ regulam figit, ne audeamus ſapere pluſquam oportet: Non eſt ergo mihi aliud te docere, quàm verba tibi doctoris exponere. Etiam lib. 2. de Peccat. merit. & Remiſſion. cap. 36. Vbi de re obſcuriſſima diſputatur, non adiuuantibus diuinarum Scripturarum certis clariſque documentis, cohibere ſe debet humana præſumptio, nihil faciens in alteram partem declinando. *Reſponde.* [p] Reſpondeo ad primum: loquitur de dogmatibus, quæ neceſſaria ſunt omnibus ſimpliciter, qualia ſunt quæ in ſymbolo Apoſtolico, & Decalogo continentur. Ad ſecundum, contra eos agit, qui fingunt nouas doctrinas, quæ Scripturis conſonæ non ſunt. Ad tertium, Loquitur de

[o] *Bellar. quo ſupra. §.* Vltimò proferunt.

[p] *Ibidem.*

quæſtionibus obſcuriſſimis, qualem eſſe putabat de origine animarum, ad quas definiendas non ſuppetunt vlla firma teſtimonia, ſed ſolùm coniecturæ quædam ex diuinis literis. *Verum reſpondes, ſed & verum taces, nimirum illud.* Ergo; *Connectionem Argumenti, qua* non neceſſaria dogmata; *qua* documenta obſcuriſſima; *qua* doctrinas illas nouas *excludi oportere docuit: videlcet*, quia Scriptura continet omnia: quia ſancta Scriptura regula eſt: quia non adiuuantibus Scripturis præſumptio eſt. *Sed quid ego in aranearum telis perrumpendis Lectorem fatigo? hæc ſatis eſſe poſſunt ad calumniam primam depellendam, cum dicis,* [q] Proteſtantium teſtimonia, quæ ex Patribus ſumunt, per malas conſequentias detorquentur. *Ex quibus omnibus hac vna neceſſaria conſequentia eſſe poſſit: Cum Patres contra* libros omnes Apocryphos, *contra* quæſtiones omnes obſcuras, *contra* omnes traditiones dubias, *contra denique* nouas omnes inuentiones, *haud aliter diſputarunt*: ex ſolis Scripturis, *quam vos ex traditionibus & Scripturis ſimul concludendam eſſe docetis, Regulam certè quidem totalem in Scripturarum voce poſuerunt.*

[q] Bellar. ſupra.

CAPVT L.

Teſtimonia Patrum quæ aut noſcere ignorantia Aduerſariorum nequibat, aut agnoſcere nolebat eorum nimis diligens negligentia.

[a] Bellar. quo ſupra cap. 11. § Hæc.

Aduerſarius. [a] Nos duplò plura teſtimonia Patrum citauimus pro parte noſtra, quàm Proteſtantes pro ſua. *Ita Ægyptij olim Iſraelitas numero ſuperarunt, nec mirum, ſi ſuum iactent duplum, cum aliorum dimidium ſuſtulerint: quod enim in perſonis opprimendis homicidium, hoc Authorum*

rum teſtimoniis ſupprimendis ſilentium efficit. Hos iam rediuiuos ſalutemus. Licétne à Scripturis negatiuè ratiocinari? Imò verò. *Neceſſe eſt, non ſine ſacris Scripturis temerè quicquam tradere: neque mihi hæc dicenti ſimpliciter credas, niſi demonſtrationem horum ex ſacris literis accipias. *Cyrillus.* *Nihil quod extra Euangelium ſit defendam. *Hilarius.* *Legite hæc nobis de lege, de Prophetis, de Pſalmis, de ipſo Euangelio, de literis Apoſtolicis, & credemus. *Auguſtinus* *nemens aliàs non eſſe credendum: quomodo?* *Cuncta quæ tradita ſunt, per Prophetas, Apoſtolos, Euangeliſtas ſuſcipimus, cognoſcimus, veneramur, nihil vltra illa perquirentes. *Damaſcenus.* *An hùc Scriptura ſatis confert?* *Neque te diſſerentem ſuſtinuiſſemus, niſi cuncta ad Scripturas referres, vnde argumenta & demonſtrationes adducere ſtudio tibi eſt. *Iuſtinus.* *Quod apertè ex Scripturarum authoritate non didici, illud quaſi ſecretum prætexij, (*vocabulum ſatis expoſcit*) &, SATIS eſt, *ait*, ad ſcientiam, quod Scripturarum diuinarum ſeries comprehendit. Sanctis Scripturis, *inquit*, non loquentibus, quis loqueretur? *Ambroſius.* *Quatenus ſatis?* *Quodcunque verbum vel factum corroborandum eſt diuinæ Scripturæ teſtimonio, ad plerophoriam bonorum, & confuſionem malorum. *Baſilius.* *Quid vt nihil neceſſariò addatur?* *Nihil addendum quod vel ſpecie bonum eſt, nam addidit mulier: [Neque tangetis ex eo quicquam] prima ſpecie nihil offenſionis habet, ſed tamen lapſus incipit eſſe principium (Deus autem non dixit, non tangetis: ſed non edetis) nam quæ addidit vel ſuperfluum erat, vel addendo de proprio ſemiplenum intellexit eſſe Dei mandatum. *Baſilius.* *Quibus ſimilitudinibus illuſtrari hæc ſimilitudo poteſt? Primò: ſufficientium gladiorum.* [b] Ambroſius duos gladios Interpretatur vetus & nouum Teſtamentum de his ſatis, quia nihil ei deſit, quem vtriuſque Teſtamenti doctrina munierit. *Secundò, ſufficientis ſtateræ.* *Non affe-

*Cyrillus Hieroſ. cap. 4.

*Hilar. lib. 4. de Trinit. ad Conſtantium Auguſtum. pag. 203.

*Auguſt. de vnit. Eccleſ. cap. 6.

*Damaſcen li. 1. de fide Orthodoxa cap. 1.

*Juſtin. in Tryph. pag. 215.

*Ambr lib 3 hexam. cap. 3 & li. 3. cap. 6 & lib. 2. de vocat. Gentiū. cap. 3.

*Baſil. in tit. 2. 6

*Baſil. de fide.

b Eraſmus com. in Luc 22.

*Auguſt. lib. 2. de Baptiſm. cap. 6.

afferamus, *inquit*, dolosas stateras, vbi appendamus quod volumus, & quomodò volumus pro arbitrio nostro, sed stateram diuinam, de Scripturis sanctis, in illis quid sit grauius appendamus, vel potius à Domino appensa recognoscamus. *Augustinus.* 3. *Sufficientium vrbis finium.*

Hieron. in Micheam, li. 1 ca. 1. * Ecclesia, *inquit*, Spiritus vnitate coniuncta est, & habet vrbes leges Prophetarum, Apostolorum, Euangelistarum, non est egressa de finibus suis, id est, Scripturis sanctis. *Hieronymus.* 4. *Sufficientis lucernæ.*

** Anselmus in Luc. cap. 16.* * Sacra Scriptura est (*inquit*) lucerna, quâ lucente fur comprehenditur: huic, igitur, credendum est, & de mortuorum apparitionibus non curandum. Et de omnibus, *inquit*, nobis rationem dant, de quibus voluerimus. *Anselmus.* *Vltimò sufficientis testamenti.*

** Basilius de fide* * Hominis testamentum nemo reprobat, aut aliquid ei superstruit. *Basilius.* *Quid igitur cum hæreticis agendum?*

** Hilar. quo supra* * Hæretici sunt, *inquit*, corrigendi testimonijs Euangelij, & scriptis Apostolorum. *Hilarius.* *Quænam erit horum pœna maxima?*

** Athanasius in expos. Psal.* * Lapidandi sunt hæretici diuinarum Scripturarum argumentis. *Athanasius.* *Concludamus tandem.*

** Bernar. trast. de Dispensationibus* * De quibus, *inquit*, Scriptura non tradit, nec præceptor expectandus, nec prohibitor auscultandus. *Bernardus.*

CAPVT LI.

Patrum testimonia, quæ Pontificij respuunt, atque reijciunt.

a Bellar. lib. 4. de verbo Dei, ca. 11. in fine. ADuersarius. [a] Cùm Protestantes negare non possint, passim vertuntur in conuitium. *Imò quàm illis necesse non sit eò refugere, caput proximum ostendet, vos verò non tam studio quàm odio quodam veritatis huc adigi hoc præsens docet.*

In

In Conuitio primo, Cypriano detrahitur.

Ille * vnde est, inquit, ista Traditio? an ex Dominica autoritate veniens? ea enim facienda esse quæ scripta sunt, testatur Deus. *Tu verò.* [b] Respondeo, Cyprianus hoc dixit, cum errorem suum defendere voluit, ergò non mirum est, si (*Conuitium*) more errantium ratiocinetur, & Augustinus meritò hanc Epistolam refellit. *Arguitè, in omni integra ratiocinatione præmissæ duæ sunt, propositio, Assumptio. propositio Cypriani fuit*; Traditio non scripta nullius est autoritatis. *Assumptio*; Hæc verò de Baptismo Traditio est non scripta. ergo. nullius est autoritatis. *Quærunt Protestantes qua in parte Cyprianum erràsse sentias; in Assumptione? non repugnabunt. in propositione? hanc illi tenent, accuratéque defendunt. quam etiam Augustinus (qui Cypriani errorem refellit) non modò cum Cypriano amplectitur, verumetiam ex Cypriano confirmat. attende.* * Quod Cyprianus monet, *inquit*, vt ad fontem recurramus, id est, Apostolorum Traditionem, & indè Canalem in nostra tempora dirigamus, OPTIMVM EST, ET SINE DVBITATIONE FACIENDVM. Traditū est, igitur, ab Apostolis, quod sit, [vnus Deus, vna Fides, vnum Baptisma. Ephes. 4.] *Hæc Augustinus. Si Cyprianus disputat, vt ais*, more errantium, *cum ad solas Scripturas prouocat, tum Augustinus similiter errat, qui hunc ratiocinandi morem, vt* optimum, *approbat atque amplectitur. Cùm, igitur, ita Augustinum opponis Cypriano, nè vnum Aduersarium habeas, nactus es duos: & conuitium, quo Aduersarius Cyprianus granatur, ad Patronum ipsum Augustinum redundat.*

* *Cyprian. 10. Epist. ad Pomp.*

[b] *Bellar. lib. 4. de verbo Dei. cap. 11 § Profert duodecimò.*

* *Augustinus li. 5. de Baptism. contra Donatist. cap. 26.*

Conuitium 2. Chrysostomum perstringit.

* Nulla probatio potest esse, *inquit*, veræ Christianitatis, nisi à Scriptura diuina: Christiani volentes fidei suæ firmitatem accipere, ad nullam rem aliam confugiant, nisi solas Scripturas. Tunc qui in Iudæa sunt, confugiant ad montes,

* *Chrysost. hom. 49. in Matt. 14.*

id eſt, in tempore hæreſeòn ad diuinas Scripturas. *Reſpon-*

e Bellar. cap. 11. § Sextò profert

de. [e] Reſpondeo, hoc teſtimonium non eſt Chryſoſtomi, ſed autoris operis imperfecti, qui fuit (*Conuitium*) Arianus: propterea hic locus ab Arianis inſertus eſt: quibuſdam codicibus, nuper emendatis, ſublatus eſt: *Autor eius non erat Arianus, ſed opus illud Arianiſmo in pancis multùm depranatum: ſed nec præterea nulla erit autoris huius autoritas.* *Aduocatus.* [d] Hoc de abhominatione deſolationis tradunt Irenæus, Hipolytus, Gregorius Nazeanzenus, Hilarius, Hieronymus, Ambroſius, & Autor operis imperfecti in Matthæum, eruditione ſuperioribus comparandus. *ſecundò pro veritate allegandus.* [e] Scripturam ſanctam eſſe omnibus accomodatam, & nihil quæri poſſe ad ſalutem, quod non eſt Scripturis adimpletum, declarat Chryſoſtomus in Hom. 41. operis imperfecti in Matthæum. 3. *Autor ille, quiſquis fuit, non eſt hæreticè loquutus.* *Aduocatus.* [f] Autor operis imperfecti in Matth. Hom. 49. Volentibus, inquit, cognoſcere, quæ ſit vera Eccleſia, non eſt alius modus NISI TANTVMMODO PER SCRIPTVRAS, quia omnia hæc, quæ ſunt propria Chriſti in veritate habent, & hæreſes in ſchiſmate: ſimilitèr Eccleſias, ſimilitèr & Scripturas, ſimilitèr Epiſcopos, cæteróſque ordines Clericorum, ſimiliter Sacramenta, denique Chriſtum. Volens, ergo, quis cognoſcere, quæ ſit vera Eccleſia, vndè cognoſcat in tantæ confuſione ſimilitudinis, NISI TANTVMMODO PER SCRIPTVRAS? hæc ille, elegantèr ſanè. *Ain'? eleganter omnia? tum profectò illi veſtri nequiter, qui hæc omnia tanquàm hæretica,* Ex antiquis codicibus ſublata eſſe voluerunt. *quod non modo Conuitium eſt, verum etiam flagitium. poſtremò in iſto Autore germanus & orthodoxus loquitur Chryſoſtomus* * *ſupra.*

d Acoſta lib. de Temp. nouiſſ. cap. 12.

e Ederus Occumb. lib. pag. 76.

f Salmeron Ieſ. Com. in Rom. diſ. 3 in Proem. Tit. De falſis Eccleſ. ſignis. § Ad hæc

* Vide ſuprà.

Tertium Conuitium Conſtantinum Magnum Imperatorem percellit, qui in Concilio Nicæno

* Conſtant. Mag. Imper. apud Theodoret. li. 1. ca. 7.

* Euangelici & Apoſtolici libri planè, *inquit*, nos inſtruunt,

ſtruunt, quid de diuinis ſentiendum ſit, proindè hoſtili poſita diſcordiâ, ex verbis diuinitùs inſpiratis ſumamus quæſtionum explicationes. *Cenſores ex decreto Concilij Tridentini perfidè atque præfractè omninò. Aduerſ.* [g] Non voluit Conſtantinus Magnus Eccleſiæ Imperator omnia ad ſolam Scripturam reuocare. *Bellarminus verò concedit factum, illudit facientem.* [h] Reſpondeo, Conſtantinus magnus Eccleſiæ Imperator, ſed non magnus Eccleſiæ Doctor erat. *Conuitium hoc (quia* in Magnum) *magnum, cum præſertim. Aduocat.* [i] Euſebius Conſtantinum dixit quaſi communem quendam Epiſcopum diuinitùs conſtitutum, quæ ad pacem Dei faciunt, vniuerſis diſpenſantem. *Et ſanè cum lego Teſtimonium Conſtantini loco citato apud Theodoretum Lib.* 1. *Cap.* 11. *vbi omnes Epiſcopi Conſtantino vnanimiter conſenſerant, planè video magnum Bellarminum, cùm Conſtantini Magni teſtimonium eludere conatur, à Magni Concilij conſenſu eſſe deiectum. Virum iam Proteſtantes in reſpondendo conuitio aliquo indigeant, an Pontificij iudicio, penes Lectorem erit exiſtimare; nos interim vnà ingemiſcimus cum Auguſtino meritò.* * Nimis doleo quòd multis præſumptionibus plena ſint omnia, ita vt grauius corripiatur, qui per octauas ſuas *(habnit hoc Traditionis ſpeciem)* terram nudo pede tetigerit, quàm qui vinolentiâ mentem vino ſepelierit.

[g] *Index Expurg. pag.* 159.

[h] *Bellar. cap.* 11. § Tertiò producit.

[i] *Eſpenſ. Epiſt. Com. in* 1. *Tim.* 3.

* *Auguſtinus.*

CAPVT LII.

Proteſtantium ad oppoſita Patrum teſtimonia, reſponſionum momenta.

REſpõdent Patrũ teſtimonia, quæ Traditionibus patrocinari videntur, alia ſuppoſititia eſſe, qualia ſunt (quæ citas) * Epiſtolæ Sancti Fabiani, & * Papæ Clementis, * Epiſtolæ Innocentij, Epiſtolæ Ignatij, ex duodecim ſex, *quas nõ extare* * Hieronymus *docet.* Libri Dionyſij Areopagitæ falſò præſcripti. *deniq;* Egeſippi libri, *quos certũ eſt* [a] modò nõ extare.

* *Vide infrà* ll. 2. *Has etiam Erafmus ſanctis illis Epiſcopis indigniſſimas eſſe docet.*

* *Vide infrà.*

* *Vide infra li.* 2.

[a] *Bellar. cap.* 9.

Hæc ergo, tanquam aliquod κατὰ παράδοσιν valere inbeamus. Secundum genus eorum, quæ à cauſa remota ſunt, nam de dogmatibus non de ritibus eſt quæſtio, quo ſpectat illud Clementis Alexandrini, in quo tamen admodum exultat.

b Bellar. quo ſup.

b Neſcio, *inquis*, quid clarius pro Traditionibus dici poteſt: *Item illud Euſebij, Nazianzeni, Theophili, Tertulliani, Cypriani, Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, Cyrilli. Tertium eſt ex Autoribus obiectis, Traditiones multas extare, quas*

** Ignatius epiſt. ad Philadelph.*

Pontificij ipſi non facilè admittent, vt ab Ignatio: * Nullum Epiſcopum vlli Epiſcopo rationem reddere debere, niſi Chriſto. In Dionyſio Areopagita, Mariæ virgini ipſe, inquit, morienti adfui, vnà cum Apoſtolis, cùm erant per aërem ad illam tranſlati. *Id quod eſt à multis Pontificijs iam*

** Vide ſuprà cap. 44.*

** ſupra exploſum. In Epiphanio Traditiones multæ allegantur, quæ propemodum omnes ex Romana Eccleſia exulârũt. Ex Cypriano, Tertulliano, Papia, aliæ Traditiones, quaſi antiquæ recenſentur, quæ iamdiu meritò antiquatæ ſunt. vide* ſupra. 4.*

** Vide ſuprà cap 45.*

Teſtimonia in alienum ſenſum detorta. Primò, Patres nomine Traditionum ſæpe Scripturas ipſas ſignificant, tu de non ſcriptis interpretaris. Ignatius *(inquis,)* hortatur omnes Apoſtolorum Traditionibus inhærere. Euſeb. 3. hiſt. 36. *Ipſum Ignatium interpretem ſuſtine.*

** Vide ſuprà cap 52. 53.*

* Sufficiunt ad inſtructionem quæ ſcripta ſunt, *ad Irenæum ex Irenæo, ad Athanaſium per Athanaſium ſupra reſpondimus: nunc etiam eodem modo ad Cyprianum.*

** Cyprianus Epiſt. 74.*

* Nihil innouetur, niſi quod traditum eſt, vndè hæc Traditio? vtrum de Dominica & Euangelica autoritate deſcendens, an de Apoſtolorum mandatis & Epiſtolis veniens? *Secundò, Traditiones, quas nonnunquam Patres non ſcriptas, impropriè, vocant, quia non ad literam in Scripturis exprimuntur, etiamſi neceſſaria conſequutione ex Scripturis deriuentur: tu ad Traditiones ſimpliciter, non ſcriptas traducis, hoc modo.* Iuſtinus, Chriſtianos ſingulis Dominicis conueniſſe, Euchariſtiam non niſi poſt Baptiſmum participandã, Origenes, Baptiſmum paruulis adminiſtrandum: Baſilius, credendum eſſe in Patrem & filium. Hilarius *ὁμοούσιον. id eſt, conſubſtantialitatem filij & Patris* profitendam; Ambroſius,

ſymbolum

ſymbolum Apoſtolorum eſſe tenendum, *vid.* * *ſupra. Tertiò, quod Patres de modo docendi loquuntur, id Pontificij tanquam de doctrina ipſa dictum eſſe interpretantur. Docuerunt ſanè Apoſtoli tum per Epiſtolas, tum etiam per ſermonem, ſed non ἄλλο, ſed κατ ἄλλο; quod ſatis docent, quoties Scripturarum plenitudinem prædicantes,* * nihil ſine, * nihil extra, * nihil præter, nihil vltra diuinam Scripturam *admittendum eſſe conteſtantur, vt non neceſſe ſit nobis amplius (ceu obtritis Gibeonitarum calceis) Traditionibus putridis & vetuſtatis fuco ementitis decipi. Sequitur*

* *Vide ſupra cap.* 43.

* *Patres ſupra. vide cap.* 51. 52. 53.

CAPVT LIII.

Totius huius Quæſtionis Concluſio, Scripturam ſacram eam colentibus, omnia ad ſalutem neceſſaria abundè præbere. *quam inexpugnabilis autoritatis ac rationis vallis firmauimus: nunc præterea duplici ante-murali, quaſi, muniemus, Primo Contradictionis, Secundo ingenuæ Confeſſionis aduerſariorum noſtrorum.*

Contradictio.

Aduerſarius. [a] Nomen Traditionis generale eſt, quod nos in hac diſputatione ad doctrinam NON SCRIPTAM accomodamus. [b] NON SCRIPTAM dicimus, quæ extra Scripturas Canonicas traditur. [c] Etiamſi in ſcriptis Patrum reperiatur. *Traditiones veſtras aliquas non ſcriptas nobis exhibete.* [d] Suffragia Sanctorum ex Traditione habemus. [e] Imaginum cultum ex Traditione veniſſe dicimus. [f] Item profeſſionem Monaſticam, cœlibatum Sacerdotalem, olei vnctionem, conuerſionem panis & vini in carnem & ſanguinem Domini, Auxilium Martyrum eſſe imploran-dum, ex Traditione habemus. *Si verò Traditiones iſtæ ſunt (vt dicitis)* EXTRA Scripturas, *cur eas ex Scripturis probari contenditis? nam* [g] Chryſma eſſe materiam confirmationis,

[a] *Bellar. lib. 4. de verbo Dei cap.* 2.
[b] *Lindanus panopl. lib.* 3. *cap.* 1 & 2.
[c] *Valent. Iuſ. ſupra.*
[d] *Bellar. lib. 4. de verb. Dei cap.* 3.
§ Vndecimum: [e] *Canus locis Theol. lib.* 3. *cap.* 100.
[f] *Et cap* 96 & 95.
[g] *Bellar. de Sacr. confir. cap.* 2.

[h] Crea-

h Creaturas esse religiosè honorandas, i Sanctos inuocandos, k Esse transubstantiationem, id est, mutationem panis in corpus Christi, l Vnctionem extremam esse propriè Sacramẽtum ex Scripturis probamus. *Si (vt vultis) & quidem perspicuè ex Scripturis probantur: cur eas* non scriptas *appellatis? id enim quod euidenter, & ex Scriptura Consequentia necessaria deducitur, satis expresiè scriptum esse iam *supra probauimus: atque reuera* non scriptas esse *tam manifestum * erit, vt non immeritò scripsisse Lutherus videatur.*

* Cum nostra Confessio anno 30. coram Imperatore & omnibus statibus Imperij, & ab altera Theologorum parte quærebatur, nùm nostra dogmata refutare ex Scriptura possint; respondebant, Scripturâ quidem refutari non posse, sed tantum Patrum & Conciliorum decretis: ibi nonnulli Principum risu diffluentes dicebant, Egregiè, scz. nos Theologi nostri defendunt, dicitur enim Aduersariorum causam Scripturâ niti, & nos eâ destitui. *Sequitur*

h *Lib. 2. de Imag. cap. 12.*
i *Lib. 1. de Beat. Sanct. cap. 19.*
k *Controuers. de Euchariſt.*
l *Tract. de Vnct. extrema.*
* *Suprà.*
* *Infrà in omni diſput.*
* *Luther. Tract. aduersus Papatũ. part. 2. § Tertiò cùm.*

CAPVT LIIII.

Diserta Confessio.

NVmquid non sufficiens est Scripturæ regula? Aduocatus. a Chrysostomus docet nullum esse vitium, ad quod sanandum non inueniatur in Scripturis aliquod remedium; at quid hoc valet contra Traditiones? *Rogas? nonne vides Chrysma, Vnctionem extremam, aquam lustralem, & id genus alia remedia, quæ quia in hoc sacro-sancto pharmacopolio minimè continentur, proinde nullius esse pretij? secundò, nec hoc sólum, verum etiam Aduoc.* b. Non inficiamur præcipua illa fidei capita, quæ omnibus Christianis necessaria sunt ad salutem, perspicuè satis esse in Apostolicis scriptis comprehensa: huiusmodi sunt mysteria Sanctæ Trinitatis, Incarnationis, historia passionis dominicæ, remissionis peccatorum, promissionis vitæ æternæ. c Quæcunque

a *Bellar. cap. 11. § Vltimò profert.*
b *Costerus Ioſ. Enchir. cap. 1. Tit. An omnia. § Cæterùm. & Acoſta suprà.*
c *Ederus Oecon. Bibl. li. 1. pag. 44*

cumque non ſunt neceſſaria, ea conſultò ſunt omiſſa, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, ea procul dubio præſcripta ſunt omnia. *Omnia?* [d] Omnia de Dei natura, omnis legum morumque ratio, omnis omnium huiuſmodi notitia in ſacris Bibliorum eloquijs traditur. [e] Scriptura ſufficienter continet doctrinam neceſſariam Viatori. *quid igitur de alijs, ſi cum Scriptis dogmatibus confirantur?* [f] Extra Biblia non eſt veritas infallibilis. *quomodo?* [g] Scriptura eſt officina, vbi cuneus regiæ monetæ ſpiritualis recuditur, quia ſi vel in aliquo, vel minimo punctulo *(dogma fidei)* denarius ab eo diſcrepat, proculdubiò falſatus eſt. *dicite etiam adhuc, ſi fieri poſſit, diſertiùs.* [h] Hæc *(loquitur de Scriptura)* ſufficit ad vitam, quæ vnica vitæ æternæ regula eſt, cætera, quibus non adlucet verbum Dei, tam non ſunt neceſſaria, quam ſuperflua. [i] Vtinam credendi forma à primæua peteretur Eccleſia, quæ tot Martyres Chriſto conſecrauit, quæ nullam regulam præter Euangelium nouit, nullum ſcopum præter Chriſtum, nullum cultum, præterquàm Trino Deo impendit. *Huic affine eſt illud Athanaſij:* [*] Fruſtra circumcurſantes prætexunt ſe ob fidem Synodum poſtulare, cum diuina Scriptura ſit omnibus potentior. *Quantum Scriptura aduerſus hareſes valeat?* [k] Scriptura eſt myſtica turris Dauid, ex qua omnis armatura fortium & Catholicorum virorum pendet, ideò Hæretici conantur ſacris Scripturis detrahere. *Quapropter?* [l] Qui verè loqui deſiderant, è ſacris literis ſumere debent, quod loquantur, vt omne quod loquitur ad diuinæ autoritatis fundamẽtum reuocent. *Quid ſi verò Eccleſia nouũ aliquod dogma credendũ nobis propinauerit? Aduerſ.* [m] Quædam *(doctrina)* tantæ ſunt fidei, vt etſi nondum fuit fidei definitæ & declaratæ, poſſe tamen ea Eccleſiæ definitione in articulos fidei redigi iudicẽ, qualia ſunt hæc: Petrũ fuiſſe Romæ: Antichriſtum nondũ veniſſe. *Stupendũ hominis deliramentũ. Aduoc.* [n] Eccleſia *(intelligit poſt Apoſtolos)* non ſtatuit, niſi de NON NECESSARIIS ad ſalutẽ. *& tamẽ. Aduerſ.* [o] Traditiones noſtræ Eccleſiaſticæ ſunt huiuſmodi, vota diſſoluere, iuramentũ relaxare,

Canoni-

d *Agrippa cap.* 102.
e *Scotus lib.* 1. *Sent. q.* 2 *fol.* 7 *&* *q.* 3. *fol.* 10. *col.* 2
f *Picus Comes Mirand. lib.* 1. *de fid. & ordine credendi. Et lib.* An liceat cauſis fidei, &c.
g *Gerſon Tract. diſtinct. veri à falſo.*
h *Stapelt. præf. in Euang.*
i *Idem Stapel. ib.*
* *Athanaſius in Epiſt. de Synodo Arminenſi.*
k *Alphonſ. lib. de Hæreſib. Tit.* Scriptura.
l *Greg. Moral. lib.* 18. *cap.* 4.
m *Lindanus panopl. lib.* 4. *cap.* 100 *fol.* 478. § Tertiũ verbo
n *Aduocati complures ſuprà.*
o *Azorius Ieſuit. inſtit. Moral. lib.* 8 *cap.* 6.

Canonizatio Sanctorum, Asseruatio Eucharistiæ, circumgestatio. *quid de huiusmodi statuendum esse iudicatis? iam audi, quo magis stupeas.* [p] Non obstat quod circumgestatio Eucharistiæ videtur res esse noua, quia valet ad deuotionem excitandam: Sed Christus, aiunt Aduersarij, in hoc Sacramento cibus est, vt sumatur, non vt ostentetur, & circumferatur: sed non sunt audiendi, qui circa Dei & Sacramentorum cultum omnia reduci volunt ad vetustum morem: non enim semper melius, quod antiquius. *Ex quo satis appareat, qui veram ac primeuam antiquitatem impensius colant, Protestantesne an Pontificij; Illi*, qui omnia ad vetustum Christi morem reduci cupiant, *aut hi, qui consuetudinem nouam præferunt, quo nihil dici potuit de Antiquitate abiectius? optandum potius vt vera & verè sacrosancta hæc Protestantium professio Christianorum animis penitus infixa inhæreat. Reus.* [*] Eam doctrinam vigere cupimus, quam Apostoli & Martyres Christi suo sanguine obsignârunt.

[p] *Espens. Episc. lib 2. de Adora. cap. 8. antefinem*

Venerande antiquitatis vis omnis à Pontificijs labefactatur.

[*] *Caluinus in cap. 23 in Matt.*

CAPVT LV.

Primum membrum verbi non scripti nobis obiectum, quod in Traditionibus consistit, absoluimus: Alterum, de Reuelationibus, expediemus.

Status Quæstionis.

[a] *Aduersarius.* Ea est Protestantium incredulitas vt reuelationes prorsus omnes damnent. [b] Homines proterui, qui hæc in vniuersum irrident. *Non est quæstio an credendum sit esse apparitiones ac reuelationes quasdam, sed an sit illis necessario credendum. Reus.* [*] Nos iuxta Mosis doctrinam findamus vngulam, & iuxta S. Paulum, discretionem Spirituum diligenter colamus, ne quid doctrinæ sequamur, nisi quod per Scripturæ autoritatem nobis fuerit commendatum:

[a] *Colleg. Rhem. Annot. in 2. Cor. 12.*

[b] *Greg. Valent. de Purgatorio cap. 6.*

[*] *Luther. Exar. in Euanhem. die Epiph. in Mat. 2.*

datum: non vt Aduerſarij noſtri per tumultuarios illos Spiritus, quos oberrantes defunctorum animas credunt, decipiamur; nam fictæ illæ animæ, petentes ſe iuuari Miſſis, factum eſt vt Miſſa in tantum abuſum venerit, totóque cæperint diuendi Miſſæ pro defunctis, quæ abhominatio nequit ſatis deplorari, etiamſi totus mundus die noctéque ſanguinem pro lachrymis funderet. *Et tamen Poniſicij ſic:* [c] Ratio quarta quâ Purgatorium probamus, ſumitur ab apparitionibus animarum, quæ ſe in Purgatorio eſſe renunciarunt, & opem à viuis implorarunt. [d] Ex quibus Purgatorij aſſertio rectiſſimè probatur. [e] Cultus reliquiarum ex reuelatione diuinitùs facta probatur.

[c] *Bellar. lib. 1. de Purg. cap. 7. §. Quarta ratio.*
[d] *Greg. Valen. Ieſ. de Purg. cap 6 in initio & Ecchius ſupra.*
[e] *Bellar. lib. 2. de Triump. Eccl. c. 3. § Sextò* probatur.

Veritas ipſa ex Scripturæ voce, ſuffragantibus Patribus, aſſeritur.

Aduerſarius. [f] Dicunt Proteſtantes in Scripturis prohibitum eſſe à mortuis teſtimonium petere. Reſpondeo, Scriptura vetat ne Magicis artibus (vt in Deut.) ab Ariolis & alijs ſeductoribus procurata mortuorum teſtimonia vſurpemus. * *Reus.* * In Luc. 16. Epulo in inferno dixit, ſi quis ex mortuis ad illos iret, pœnitentiam agent. Reſpondit, Abraham [Habent Moſen & PROPHETAS, illos audiant,] Ex quo loco ſatis apparet Deum nolle vt à mortuis diſcamus, ſed vt Scripturæ penitùs inhæreamus: quare ſi ſpiritus aliquis tibi appareat, noli quærere an bonus an malus ſit: objice tantum hæc verba liberè, fide crucis Chriſti munitus, [Habent Moſen & Prophetas:] ſi bonus eſt tanto te habebit chariorem, qui tui & ſui Dei verbo tam fortitèr confidas: ſi verò malus, vt ſunt omnes tumultuarij illi ſpiritus, mox euaneſcet Satanæ ludibrium, nihil enim magis odit quàm verbum Dei. *Sic ex hoc Scripturæ loco ſancti Patres ſtatuerunt. Aduocatus.* [g] Vbi * Abraham reſpondit, Habent Moſen & Prophetas, illos audiant; * Chryſoſtomus, * Tertullianus, * Athanaſius, * Iſidorus, * Theophylactus NEGANT animas mortuorum VNQVAM apparere, & cur non conueniat

[f] *Greg. Valè. Ieſ. de Purg. caſ. 6. in initio.*
* *Lutherus Enar. in Euang. quo ſupra.*
* *Luc. 16.*
[g] *Maldonatus Ieſuita com. in* * *Luc. 16. 27.*
* *Hom. de Lazaro.*
* *Lib. de anima.*
* *qq. ad Antioch. q. 11 & 13.*
* *Lib 8. Etym. cap 9*
* *In Matth. 8.*

ueniat multas rationes afferunt, inter alias eſſent multorum errorum cauſæ, & quia vult Chriſtus viuos Scripturarum teſtimonijs eſſe contentos. *Hæc Ieſuita de Patribus, eorum*

h Maldonat. Ieſ. quo ſupra.

authoritate ipſe minimè contentus. Pergit enim. Aduerſarius. [h] Non exiſtimo tamen legem eſſe Deo ponendam, quo minùs cum velit animas ad viuos mittat, id enim aliquando fieri ego mihi perſuadeo. *Eſto, at iam cauſam deſeris, non enim id agitur, an nos Deo legem ponamus, ſed an ille nobis, ne de*

i Ibidem in verſ. 29. pag. 340.

rebus fidei mortuos conſulamus, te appello Aduocatum. [i] Vult Chriſtus viuos Scripturarum teſtimonijs eſſe contentos, nec à mortuis quid in altera geratur vita audire velle. Vt Iſa. 8. 19. [Nunquid (inquit) non populus à Deo ſuo requiret viſionem? Pro viuis à mortuis? ad legem potiùs & teſtimonium.] [k] Certior eſt enim Scripturæ autoritas,

k Emman. Sà Ieſ. in Luc 16.

quia poſſit quis dicere phantaſma eſſe aut dæmonem, qui apparet.

Secundo probabitur ex illuſione Diabolica.

l Bellarm. lib. de purg. Valent. Ieſ. lib. de purg. Salm. Ieſ. com. in 1. Cor. 15.

Aduerſarius. [l] Probamus imaginum cultum, Purgatorij pœnas, Reliquiarũ vſum ex reuelationibus animarum, quæ ab inferis viuis apparuerunt. *Ratio Pædagogo infernali longè gratiſſima, qui ſæpè hoc artificio malum docet, ſemper male. Cum enim tortuoſus ille Serpens influebat in mentem mulieris, & venenum illud ſuum inſtillabat.* [Nequaquam *(inquit)*

o Gen. 2.

moriemini] *ſic.* (*Aduocatus.*) [m] Perſuaſit Hieroni Monacho, vt ſe in puteum præcipitem daret, futurum affirmans, vt inde educeretur diuinitus propter merita ſua: & Circumcellionibus perſuaſit vt ſe ſuffocarent, vt teſtis eſt Auguſtinus. *Et.* [n] Simulant dæmones animas defunctorum

m Salm. Ieſ. com. in 2. Cor. 11. diſp. 12. § Item Satanas.

n Peterius Ieſ. de Magia, lib. 1. c. 11. § Sed audiamus

ſecundum Auguſtinum & Chryſoſtomum, quò facilius errores gentilium animis hominum inſerant, ad eos decipiendos: quia homines animabus defunctorum, vel parentum vel cognatorum, vel amicorum ſuorum, quos diligunt, & à quibus ſe diligi non dubitant, lubentiùs ac promptiùs credunt,

credunt, quàm dæmoni, quem naturaliter horrent. Deinde perſuadet hominibus infernum (*qualem vos Purgatorij locum fingitis*) non eſſe carcerem perpetuum: nec adeò eſſe graues & perpetuas inferni pœnas, ſicut homines putant. *Male autem maximè cum ſpecie boni malum fucat.* °Optimè D.*Bernardus ait, ſe transfigurat malignus ſpiritus in Angelum lucis, vt virtutis ſimulatione plus noceat. Suadet enim alijs ieiunia quædam, vnde cæteri ſcandalizentur, non quia diligit ieiunium, ſed quia ſcandalo delectatur. *Exempli gratiâ.* PNoctu quadam oſtendit ſe dæmon cuidã, imagine B. Vrſulæ, crucis vexillum præferens, cum multarum virginum comitatu, atque loquutus eſt: videt Deus amatque tuum ſtudium tuendæ pudicitiæ, & quoniam difficile eſt in paterna domo in tanto ſtrepitu occurſantium, & periculorũ obiectu non contaminari mentem, nos ablegauit vt te duceremus in aliquod cœnobium ſacrarum virginum, omiſſis curis omnibus, eius numini ſtudioſè famulantium. *Similiter.* qSecundello Diacono precanti apparuit in ſpecie Domini, Sum (inquit) Chriſtus, quem continuè deprecaris, es tu ſanctus, & nomen tuum in librum vitæ cum reliquis Sanctis, egredere nunc & fac ſanitates in populis: his ille illectus DECEPTIONIBVS deceſſit, & cum nomine Chriſti infirmis manum imponeret, ſanabãtur; redijt tandem cum vana gloria, & ſocijs dixit, virtutes multas in populis feci, &c. rDæmon quinque ſolidos à quodã pro mercede exigebat, iuſſit ijs campanam emi, quâ Dominicis diebus fideles ad diuinum officium conuocarentur, haud dubie latebat aliquid fraudis. *Rectè, at quis homo iſtas inſidias niſi fugiendo poſſit effugere?* sAuguſt. lib. 10. Confeſſ. Miſericorditer ſe liberatum fuiſſe aſſerit à curioſitate viſionum, & ſignorum. Et B. Bonauentura ſcribit, toto conatu repellendam viſionem, vel reuelationem orationibus & macerationibus.

o Delrius Ieſ. quo ſupra, lib. 4. cap. 1 q. 3. § 5.

*Serm. de vitil. verb. Dom.

p Ibidẽ pag. 144.

q Ibidẽ pag. 146.

r Ibid. lib. 2. q. 27 §. 2. pag. 276.

s Sabellicus. com. 3a 1. Ioh. 3. diſp. 25. § Cauendum.

CAPVT LVI.

Inſtantias tollemus.

Prima.

Aduerſarius. [a] Quæſtio eſt quid ſit ſentiendum de anima Traiani, & an precibus B. Gregorij Romani Pontificis, pœnis Gehennæ liberata ſit: nonnulli extiterunt, qui hanc inter fabulas reponendam iudicârunt, hæretici quoque nobis libenter inſultant, quòd ſimilia credamus. Certè Iohannes Damaſcenus, vir tantæ ſanctitatis & doctrinæ dubiam, & minimè certam hiſtoriam ad dogma fidei corroborandũ minimè protuliſſet, qui ſic ſcribit: Gregorius veteris Romæ Epiſcopus validas preces ad Dominum habuit, vt Traiani *(iam in inferno manentis)* peccata remitterentur, mox vox diuinitùs allata, audita eſt: PRECES tuas audiui, & veniam Traiano do, tu verò deinceps pro impio hoſtiam ne mihi offeras. Teſtatur autem Oriens & Occidens totus miraculum hoc germanum & irrefutabile. Hactenus Damaſcenus. Expende quanta conſtantiâ animi & aſſeueratione, MIRACVLVM IRREFVTABILE eſſe tradit, TOTIQVE ORBI COMPERTVM. Etſi ſolus Damaſcenus dignus eſt fide, tamen voluit Deus hanc hiſtoriam à nonnullis alijs enarrari, vt fidem indubitatam inueniret, adiungimus ergo ſecundum teſtem Ioannem Diaconum, 3. Hugonem Ætherianum, 4. Bellouacum, 5. Sigebertum Monachum, 6. B. Brigittam, quæ lib. 4. 13. de orationibus viuentium pro defunctis, Quicunque offert (inquit) pro anima alterius vnum PATER NOSTER, hoc acceptus eſt Deo pondere magno auri: ſicut patuit in illo bono Gregorio, qui oratione ſua, etiam INFIDELEM Cæſarem eleuauit ad altiorem gradum. Hanc Scholaſtici omnes corroborant. Thomas cum multis alijs egregiè interpretatur Traiani animam precibus Gregorij reuocatam fuiſſe ad vitam, & ad pœnitentiam ductam, Baptiſmi Sacramento

[a] Salmer. Iuſcom. in 1. Cor. 15: diſp. 27.

ſacramento peccatorum remiſſionem & gratiam, deinde vitam æternam eſſe conſequutam. Quod ne quis inſolitum eſſe putet, probabo. *Quouſq́ (mi Salmeron) abuteris Lectoris ingenio, & otio tuo? quaſi probatione aliqua indigeat, id quod eſt* irrefutabile, *cùm* totius Orientis & Occidentis famâ *compertum, tum etiam* omnium Scholaſticorum *aſſenſione comprobatum: & tamen paginas iſtas omnes quas in huius hiſtoriæ probatione conſumpſiſti, vnicus Bellarmini tui calamus iamdiu obliteranit. Aduocatus.* [b] Cùm ſolius Damaſceni autoritate nitantur autores citati, qui hiſtoriam hanc defenderunt, magis ego propendeo in ſententiam [*] Melchioris Cani, qui SIMPLICITER improbat hanc hiſtoriam, vt confictam, & Dominici à [*] Soto, qui dicit hanc hiſtoriam ſibi creditu eſſe duriſſimam. *Aduerſarius.* [c] Probabo hiſtoriæ veritatem multis modis. *Siſte gradum paruumper & attende. Aduocatus.* [d] Ego rationibus quatuor oſtendam contrarium.

[b] *Bellar. lib 2. de Purg. cap. 8. paulò poſt initium.*
[*] *Locis Theol. lib. 11. cap. 2.*
[*] *In 4. diſt. 45. qu. 2. art. 2.*
[c] *Salmeron quo ſupra.*
[d] *Bellar. quo ſupra.*

Cominùs agitur.

Aduerſarius. [e] Oſtendam illud contigiſſe multis Paganis & Idololatris, qui dum in inferno torquerentur, legimus tamen per Apoſtolos, ſiue Apoſtolicos viros ad fidei corroborationem miraculo fuiſſe ad vitam excitatos, in qua ad fidem conuerſi conſeruati fuerunt, idem enim teſtatur [*] Ambroſius præſtitiſſe B. Agnetem, ſimile quid narrare videtur [*] Auguſtinus de fratre Dinocrate: quod autem aliqui dicant, animam Traiani non fuiſſe per Iudicis definitiuam ſententiam ad Gehennam damnatam, ſolidè dictum ab ijs non videtur; quia qui diſceſſerat in peccato mortifero, maximè in infidelitate, & qui Eccleſiam perſequutus fuerat, quî fit vt eius animus non fuerit ad æternam mortem obligatus? quod eſt abſurdum ſentire, & Dei iudicio indignum. *Aduocatus.* [f] Dico damnatum abſolutè ad pœnas æternas non poſſe reuocari ad vitam, quoniam alioqui eſſet incerta impiorum damnatio: & ſanè beatus Auguſtinus dicit eſſe nimiæ præſumptionis aſſerere eos non manſuros perpetuò in

[e] *Salmeron quo ſupra. § Quod ne.*
[*] *Serm. 90.*
[*] *Tom. 7. lib. de Orig. Animæ, ad Renatum cap. 10.*
[f] *Bellar. quo ſupra. § De damnatis.*

igne, quibus veritas dicit, ITE IN IGNEM AETERNVM dicit autem hoc veritas omnibus quos damnat, tam in particulari, quàm in vniuerſali iudicio. [g] Alioqui nullus eſſet damnatorum pro quo non eſſet orandum. At beatus Gregorius non magis pro Infidelibus mortuis, quàm pro Diabolo orandum eſſe cenſuit.

[g] *Ibidem.* § Tertia quia.

Reſponſum inſulſum.

Aduerſarius. [h] Cùm legimus à ſancto Seuero excitatum virum peſſimum, qui à Dæmonibus in Infernum deducebatur: ab Agnete excitatum filium præfecti, qui in peccato obierat: dico eos non fuiſſe damnatos, ſed ſuſpenſam eorum ſententiam fuiſſe, vt Thomas docet. *Aduocatus.* [i] Hoc eſt abſurdum ſentire, & Dei iuſtitia indignum. *Bellarminus Ieſuita dicit, aliquos etiam ex inferno damnatorum excitatos apparuiſſe, ſed qui non erant abſolutè damnati: quod Ieſuita Salmeroni* abſurdum *videtur. Salmeron Ieſuita excitatos etiam aſſerit, ſed tamen omninò damnatos: quod Bellarmino, ex Auguſtino,* præſumptionis *dogma videtur. Hæc inter ſe conferantur, & Apparitionum iſtarum aſſertio aut præſumptuoſa admodum, aut valdè abſurda eſſe apparebit. His in hac cauſa pluſquam ſex contradictionibus implicantur: qui, veluti homines vndis demerſi quicquid ſemel manibus ſunt nacti nunquam dimittunt: ita ad eam ſententiam, quam ſemel conceperunt, tanquam ad ſaxum adhæreſcunt.*

[h] *Bellar. quæ ſuprà.* § Quod autem: & § At quid.

[i] *Salmeron iam ſuprà.*

CAPVT LVII.

Inſtantia ſecunda tollitur.

Aduerſarius. [a] Quarta noſtra ratio ſumitur ab apparitionibus animarum, quæ ſe in Purgatorio eſſe renunciárunt, & opem à viuis implorárunt, vt ſcribit beatus Gregorius in Dialogis de anima Paſchatij. Beda de anima Furſeti, idem legi poſſit apud Vincentium lib. de ſpeculo hiſtor. de apparitionibus

[a] *Bellar. cap. 7.* § Quarta ratio.

ritionibus Brigittæ. Reſpondent Proteſtantes Magdeburgenſes fabulas eſſe. [b] Videte quàm diuerſo guſtatu ſapimus nos & hæretici, illi has reuelationes Brigittæ, & Gertrudis, ac aliorum reſpuunt, ego eas legendo ſatiari vix poſſum. *Eſt hic tuus guſtatus, omnia quæ Gregorius, quæq; Beda narrant, ſine diſcrimine probans, porcinus planè nec reſte conſtituis. Primò quia. Aduocatus.* [c] Magni Autores labuntur vulgoque interdum indulgent: quæ ego de GREGORIO & Beda fortaſſe dicere poſſim, quorum ille in hiſtor. Anglorum, hic in Dialogis vulgò iactata miracula ſcribunt. *Deinde.* [d] Diſtinguunt nonnulli loca Purgatorij, vnum (aiunt) eſſe inferno ſimilem, exceptâ æternitate ſupplicij, in quo ſunt qui diu in peccatis vixerint; alium ab illo diſiunctum, in quo ſolùm dolore abſentiæ à patria cœleſti animæ purgantur, quæ imperfectè vixerunt: quæ ſententia fundatur ſolùm in quadam VISIONE, quam refert BEDA: quamuis non dicam fuiſſe confictam, aut mendacem, nihilominùs aliqua proferam, propter quæ mihi ſuſpecta videtur, vt dare fidem illi viſioni non poſſim, vt ſonat. [e] Quidam (aiunt) animas priùs purgari vno loco, vbi ignis acriùs & intentiùs vrit: deinde tranſire ad locum, vbi mitiùs puniuntur; poſteà ad alium amœnum & ſine pœna aſcendere: quod iudicatum eſt in quibuſdam REVELATIONIBVS, quas commemorat DIONYSIVS CARTHVSIANVS. *Quid de illis ſtatuendum eſſe arbitramini? Aduerſarius.* [f] Beda hiſt. 13. viſionem adducit valdè probabilem, cui ipſe fidem adhibere non dubitauit, quâ docetur, præter infernum, & Purgatorium, ac regnum cœlorum, locum alium, ceu pratum amœniſſimum & luciditſſimum, in quo degebant animæ, quæ nihil patiebantur. Multas alias conſimiles adducit Dionyſius Carthuſianus, & Gregorius in Dialogis. Videtur, igitur, mihi dicendum, non eſſe improbabile talem aliquem locum reperiri, qui ſit Purgatorium mitiſſimum, & quaſi carcer quidam Senatorius, atque honoratus, vbi nulla ſit pœna ſenſus. *At Aduocatus.* [g] Hæ Reuelationes Bedæ & Carthuſiani, niſi Metaphoram aliquam contineant, mihi non faciunt fidem, quia

b Caſtrus Ieſ. Enchir. Tract. de Eccleſ. § Si Reuelationibus. & in tertia parte Apologiæ.

c Melchior Canus locis Theol. lib. 11 pag. 337.

d Suarez Ieſuit. Tom. 4 in Thom. diſp. 46. § 1. num. 8. 12. 13.

e Ibid.

f Bellar. lib. 2 de Purg. cap. 7. § Quantum ad primum.

g Suarez Ieſuit. quo ſupra § 4. num. 9 & § 1. num. 12. & 13.

quia illa viſio apud Bedam dicit, in loco illo amœno maneri vſque ad diem iudicij, quod incredibile eſt de omnibus affirmare, & contra Eccleſiæ ſuffragia. 2. Incredibile eſt temporalem aliquam pœnam, propter peccata remiſſa, æqualem eſſe cum alijs grauioribus vel duratione, & contra omnium Theologorum, imò totius Eccleſiæ ſenſum. 3. Ipſa deſcriptio loci amœni, in qua dicitur nullam eſſe obſcuritatem, ſed lucem maximam, & ſuperat nimiam lucem Solis, videtur præ ſe ferre abſurditatem. *Tu, Coſtere, hac legendo* ſatiari nequis, *omnia pleno hauſtu deuoras, illis (vt verba ſonant) fidem certam habes, Bellarminus tuus tantùm* probabilem, *Suarez veſter* nullam. *Vah quàm* diuerſo guſtatu! *Tertiò, Brigitta & Catharina nonne fœmine fuerunt? At*

b Salmeron Ieſ. Com. in 1. Ioh. 3. diſp. 24.

[b] In Reuelationibus accipiendis probanda eſt perſona, ſi fœmina ſit, aut maſculus; nam ſi fœmina, cautius agendum, quia Dæmon per illam decepit primum hominem, vt per Priſcillam & Maximillam, decepit Montanum & Nouatianos: & in vniuerſum præcepit Paulus mulieres, vt in Eccleſijs taceant. Videndum an perſona ſit ſancta: videndum an Reuelatio contineat aliquid inutile, aut curioſum, quia ex his facilè diſcerni poſſit, debet eſſe vt aurea moneta, habens pondus humilitatis, obedientiæ flexibilitatem, patientiæ durabilitatem, & inſcriptionem LEGITIMAM VERITATEM. *Priſcilla illa Tertulliano ſancta & humilis videbatur, & tamen* [i] Ex eius Reuelatione deceptus * Tertullianus, probare volebat animam eſſe corpoream, Reuelatio riſu reiectuque dignſſima: ex quo exemplo prudens Lector alias mulierculas, quæ noſtro ſæculo extaſin patiuntur, & mirabilia quæ viderunt, annuntiant, agnoſcere poſſis. *Quid ni etiam ſuperioris ſæculi Brigittam & Gertrudem pariter poſſumus agnoſcere? Cùm præſertim*

i Ibidem.
** Lib. de Anim. cap. 9.*

k Delrius Ieſuit. diſq. Magic. lib. 4 cap. 1. q. 3. § 4.

[k] Henricus de Haſſia, & Sybillinus, ambo Catholici, ambo religioſi (*addit*, ſed non-nihil audaces) negant Reuelationes Diuæ Brigittæ debere haberi pro indubitanter veris, certitudine morali, idque multis argumentis contendunt: Iohannes Picus Mirandulanus aliud argumentum affert.

affert. [l] Illas Caietanus oppugnat. [m] Miror ex Catholicis Hieronymum Magium ausum fuisse scribere, quæ circa sepulchra vel cœmiteria conspiciuntur simulacra, non mortuorum animas esse, sed Dæmones & deceptores: & nihil probans, nudè affirmat se habere hæc omnia pro meris insomnijs. Idem asserit Titaquella. *Idem multi Patres* [o] *suprà. Denique abstinendum etiam est à Reuelationibus opinionum nouarum, ne palato hæretico Opium pro Apio gustemus.* [n] In initio Ecclesiæ Cherinthus hæreticus Reuelationes finxit: Tales Marcus, tales Archontici, Manes tales confinxit, tales quibus illusi Messaliani gloriabantur, talia Anabaptistarum deliria fuerunt.

[l] *Salmeron Iesuit. Com. in Rom. 7. disp. 52. § Septimum.*

[m] *Delrius Iesuit. quo supra lib. 2. q. 26. § 2. pag. 194.*

[o] *Supra.*

[n] *Delrius Iesuit. lib. 4. cap. 1. q. 2. § 2.*

Instantia vltima.

Aduersarius. [o] Sanctus Hieronymus mortuus suo discipulo Eusebio apparuit, cuius cilicio, quo viuus vtebatur, posito super corpora mortuorum, factum est, demortui tres reuiuiscentes edicerent, vndè tandem hæresis illa, quæ negat Purgatorium, refelleretur, vnus ex illis Cyrillo coram vniuerso populo respondit, coram Tribunale Dei immensam Dæmonum turbam astitisse, se accusasse, peccata sua & circumstantias narrasse, cumque iam proferenda esset sententia, interuenisse Hieronymum, orasse vt sententia iudicij prorogaretur, per quod tempus illi pœnitentiam agentes, rursum mortui sunt. Quòd si Ethnicorum Historiographis fidem damus, Liuio, Salustio, Iustino, quâ fronte sanctis Patribus credere recusabimus? *Non frontem desiderares, Ecchi, si frontem haberes. Quippe potiùs.*

[o] *Eccbius hom. 1. dom. 3. Aduentus.*

Aduocatus. [p] Pudendum est Historicos Gentium veraciores fuisse quàm nostros, dolenter hoc dico, potiùs quàm contumeliosè, multò verùs à Laertio vitas Philosophorum esse scriptas, quàm à Christianis vitas Sanctorum, longeque incorruptiùs Ethnicos res Cæsarum exposuisse, quàm exposuerunt Catholici res, non dico Imperatorum, sed Martyrum, Virginum, Confessorum: multa nimirùm con-

[p] *Canus locis Theol. lib. 11. ca. 6. § Prima lex. pag. 333.*

confingunt, vt eorum me non solùm pudeat, verumetiam tædeat. *Quid ergo?* ¶ Nititur fides nostra Reuelationi Apostolis & Prophetis factæ, qui Canonicos libros scripserunt, non autem Reuelationibus (si quæ fuerunt) alijs Doctoribus factis. *Quod diserte Patronus.* * Sanè Scripturæ credendum est, & de mortuorum apparitionibus non curandum. *Ex his omnibus concludam. Cùm Pontifices ex Reuelationibus vnius nouas sua dogmata fabricentur Protestantes Scripturâ sacrâ, veluti absoluto Dei Oraculo acquiescant, horum tutior est Religio, illorum verò astutior.*

¶ *Aquinas part. 3. qu. 1. Art. 8. ad 2.*

* *Anselmus in Luc. 16.*

Libri primi finis.

LIBER

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

Hactenùs ſacras literas ab Apocryphis, Editiones depravatas à puris & ſynceris diſtinximus, earumq. vſum publicum ab iniquis Poſſeſſoribus vindicauimus, probauimuſq. in his Canonicis Scripturis, omniũ, quæ fidelibus neceſſaria ſunt ad ſalutem, Canonem ac Regulam iudicij abſolutiſsimam contineri: nunc Iudicem ipſum exquirimus.

Status queſtionis.

[a] Conuenit inter nos & Aduerſarios, Scripturas eſſe intelligendas eo ſpiritu quo ſcriptæ ſunt, i. Spiritu ſancto: tota, igitur, quæſtio eſt, vbi ſit ille Spiritus interpretationis.

[a] Bellar. lib. 3. de verbo Dei cap. 3. § Conuenit etiam.

Queſtio, igitur, eſt, vbi vera interpretationis Spiritum ac Iudicem publicum ac infallibilem reperiamus: in qua queſtione diſcrepantes ſunt Pontificiorum & Proteſtantium ſententiæ. Primum de Pontificijs, & quantum autoritatis illi tribuant:

Vel { *Antiquis Patribus,* { *Theologis,* / *Hiſtoricis:* } / *Aliis Doctoribus.* { *Pontificijs,* / *Ipſis etiam Pontificibus.* }

Hæc de Patribus quæſtio in duplicem diſquiſitionem dirimitur: Prima eſt in genere, de eorum ſcriptis ac monumentis, vtrùm nullâ Hæreſi contaminata ad manus noſtras integra ac illibata

bata pertenerint. Secunda est, de eorum opinionibus, vtrum ea sententia necessariò sequenda sit, quam aut Patres aliqui, aut plures, aut etiam omnes tenuerunt?

Calumnia prima, de antiquorum Patrum scriptis pseudepigraphis diluitur.

b Campianus Iesuit. Rat. 5. § Ad Patres.

c Posnanienses Iesuit. in Thesibus.

d Rhemenses Annot. in Act. 17 vers. 34.

e Gretzerus Iesuit. de iure prohib. libros lib. 2. cap. 6 § Simili necessitate.

Aduersarius. [b] Nos tenemus Patrum antiquorum volumina integra. [c] Solennis est Protestantium querela, cùm conantur euadere, vt Patrum antiquorum scripta nonnulla supposititia, plurima multis erroribus conspurcata esse respondeant. [d] Est perfugium hæreticis familiare. [e] Quicquid in Patrum scriptis ijs non arridet, id aut suppositicium esse clamitant, aut nævum esse mentiuntur. *Hoc Protestantium ψευδεπίγραφον, & refugium, scilicet, prima ex Thesi, secundo ex Hypothesi examinabimus.*

Thesis Pontificiorum.

f Campanus Iesuit. suprà.

g Senens. Bibl. 4 Adrianus Papa Rom. nuncupauit lib. 4 in singulorum Patrii. Tit.

h Salmeron Iesuit. Com. in 2. Thess. 2 disp. 2. § Tertia species.

i Maldon Iesuit. Com. in Ioh. cap. 12. vt videre est in Indice ſi, uente.

k Possevinus Iesuit. Apparatu, Tit. Ambrosius.

l Salmeron Iesuit. Com. in Rom. disp. 19.

Aduersarius. [f] Nos tenemus Patrum antiquorum volumina integra. *Respondemus: vel potius vos, quæso, respondete, suntne volumina, quæ Patrum nominibus inscribuntur, integra? an non sunt multa, quæ aut negligentia amiſit, aut ſubmouit audacia, aut ſuppoſuit aſtutia, aut malitia denique, depranauit? Hæc (proh impiorum malitiam, bonorum incuriam!) nimis iuſta querela eſt. Aduocatus.* [g] Incertum est quid definiant Patres, i. propter libros supposititios, qui falsò Patribus ascribuntur. ([h] Multa his libris affinguntur, quæ eorum non esse solidè reuincuntur) Augustino enim falsò tribuuntur libri viginti & quatuor: Cyrillo libri sedecim in Leuiticum: Hieronymo Annotationes tredecim, Commentarij in tredecim Pauli Epistolas: Origeni opera varia: Ambrosio Commentarij in Psalmos. [i] Neque est Ambrosius Author Commentariorum in Epistolas ad Romanos, Corinthios, Galatas, ([k] qui alicubi sapere videntur Pelagianismum.) Athanasio quæstiones falsò sunt ascriptæ. [l] Ambrosius non erat Autor duorum librorum de vocatione Gentiũ, sed Prosper Aquilanus. Com. in Apoc. qui nostrâ ætate prodierunt, opera

opera Tunstalli Episcopi Dunelmensis nomine Ambrosij, erant potius Ambrosij MONACHI fœtus.[m] Opuscula alia Ambrosio ascripta, quæ non sunt eius commentaria, vt, De virtutum & vitiorum conflictu liber ad Simplicianum: Expositio fidei, de Spiritu sancto libellus: De concordia Mar. & Lucæ: De Pœnitentia liber: Ad Pœnitentiã Exhortatio: De origine & moribus Brachamorum: Expositio in Cant. Canticorum: Epistolam ad Demetriadem multi rejiciunt: Opuscula quæ ad calcem Tomi adiecta sunt, ascripta sunt quidem Ambrosio, sed non sunt eius.[n] Liber ad Osorium non est Augustini.[o] Non videtur esse Augustini liber de vita Eremitica: nec epistola Augustini ad Cyrillum: nec epist. 56. ad Bonifacium: nec liber de Spiritu & Anima: de Libro de Quæst. de Trinitate incertum cui similiter liber sexaginta & 5. Quæstionum: Liber de Prædest. & gratia: Libellus de Prædest. Dei: Liber hypognosticon: Liber de speculo: Liber de conflictu virtutum & vitiorum: Liber de Antichristo, non sunt eius: Incertum est de Expos. in Euan. Ioan, & in epist. Ioan, de Pastoribus, de Ouibus, de disciplina Christiana, De Homilijs, de verbis Apostoli.[p] Falsò ascribitur Cypriano liber de Symbolo, quem scripsit Ruffinus.[q] Sermo de cœna Domini, in quo habentur hæc verba, [Panis non effigie, sed natura mutatus omnipotenti verbi factus est caro] non est Cypriani Carthaginensis. *Hæc si minus sat iusticum, habeo quæ sutiam: ville non infra.*

m Possinus Iesuita in Apparatu, tit. Ambrosius.

n Bellar. lib. 2. de Missa cap. 12. § Ad locum Augustini.

o Possinus Iesuita quo supra, tit. Augustinus.

p Bellar. lib. 2. de script. Sacram. R.

q Bellar. lib. 2. de Eucharist. cap. 9.

Calumnia asperior & virulentior, de sanctorum Patrum libris, partim non sanctis, partim etiam pseudepigraphis.

Aduersarius:[r] Protestantes omnes nævos, putidas naevias, zizania monstra opinionum, fœcesque, fabulas, hæreses, denique blasphemias ex spiritu satanico, Montanorum, Pelagianorum, Manichæorum, Arianorum editas, in Patrum antiquorum libris se deprehendisse palam clamitant: sed coarent hæ ranæ Egyptiacæ, incircumcisi Philistæi

r Canisius Iesuita in epist. nuncupat. ad Guarinum comitem Palatinũ in præf. in lib. Andr. Vegæ de iustificatione.

agminatim conſpirent, an idcirco patrum perduelles iſti nos abſtrahent à præcriptis patrum terminis, bonorumque poſſeſſione exerudent? auertat tantam à nobis amentiam Deus! *Et vos precor ad ſaniorem mentem conuertat. Quid enim Proteſtantes commiſerunt, tanta tua vociferatione dignum? Dicunt hæreſes vel etiam blaſphemias in voluminibus patrum reperiri, qui ſi id falsò dixerint, meritò tu quidem Proteſtantiũ blaſphemiam perſtringis: ſin verè, enomis in eos tuam, quod profectò etiam procaciter facis. Nam. Aduocatus.* [f] HERETICOS multa ex libris Clementis ſumpſiſſe ſcribit Epiphanius, hæreſ. 30. [t] Quia in Epiſtola Iacobi ad Clementem habetur, Petrum ſibi ſucceſſorem Clementem conſtituiſſe; qui tamen Jacobus (inquit) ante Petrum octo annis martyr obijt. [u] Commentarij in epiſt ad Rom. Ambroſij nomine inſcripti multis olim de PELAGIANA hæreſi ſuſpecti fuerunt: & reuera verba illa ediſſerens Rom. 5. PELAGIANVM dogma amplectitur. [x] Origenes quaſi ARIANORVM & EVNOMIANORVM pater fuit. [y] Habet quidē Origenes in ſuis libris apertas BLASPHEMIAS contra filium Dei, quas valdè credibile eſt poſtea AB HERETICIS fuiſſe inſertas. [z] Hoc ipſum Origenes ipſe queritur. [a] Homiliæ decem & octo, quæ in nono tomo Auguſtini continentur, ſunt potiùs TYCONIO HERETICO aſcribendæ. [b] Liber de Trinitate, qui Tertulliano inſcribitur, eſt potiùs NOVATIANI cuiuſdam, vt ſcribit Hieronymus. [c] Annotationes tredecim in epiſtolas à PELAGIO inuentæ ([d] vel viro aliquo PELAGIANO) ſub Hieronymi titulo habentur. [e] Opus quod inſcribitur Auguſtino de veteri & nouo Teſtamento, NON eſt opus Auguſtini, ſed NEC hominis CATHOLICI; eſt opus HERETICI alicuius, qui multa docet contra fidem. [f] Clementis libros, qui appellantur Recognitiones, ab HAERETICIS contaminatos fuiſſe autor eſt Ruffinus, & ſanè ita in aliquibus inſcribitur, Eunomij dogma, vt IPSE EVNOMIVS diſputare credatur. Decē poſteriores libri, quos ſub eodem titulo habemus, Clementis ſuſpicor non eſſe, ſunt enim in illis multa FABVLOSA,

f Bellar. lib 4. de verbo Dei, et Poſſeuinus Ieſ in Apparatu. tit Clemens.

t Cuſanus Card n. lib. 2. de Concord. Cathol. cap. vlt.

u Salmeron. Ieſ. com. in Rom. diſp. 19. Idem docuit Poſſeuinus Ieſ. ſupra lit. k.

x Maldonat. Ieſ. com in Iob. 1. 3.

y Bellar. lib. 1. de Chriſto. cap. 10. § Tertiæ ætatis.

z Senenſis. lib. 4. tit. Origenes.

a Ribera Ieſ. com. in Apoc.

b Bellar. lib. 1. de Chriſto cap. 6. § Ad locum Tertul.

c Senenſis lib. 4. tit Hieronymus

d Salmeron. Ieſ. com in Rom. diſp. 19.

e Bellar. lib. de gratia Actu ca 3. § Ex his intelligi, &c. & lib 2. de effect. Sacramentorum, & idem Salmeron com in Rom. diſp. 19.

f Senenſis lib. 2. tit Clemens, & de Origen. Tert. Clementis Recog.

idem aſſerit Greſerus Ieſuita lib. 2. de probib. lib. malis cap. 6.

non-

nonnulla Catholicis dogmatibus aduerſaria. Beda tamen (*fabuloſam igitur*) ex his expoſitionem ſuam in Geneſin ſe accepiſſe fatetur.[g] Indicabo in comment. ad Rom. (qui falſo tribuuntur Hieronymo) ſententiam plane PELAGIANAM in hæc verba, Sine lege, &c. negans per traducem Adami peccatum veniſſe.[h] Canones Apoſtolorum à NICOLAITIS HAERETICIS contaminatos fuiſſe, conſtat ex Canone 56. & 62.[i] Opus operis imperfecti in Matthæum varijs multorũ HAERETICORVM portentis ſcatet.[k] Leo Papa doluit ſuas epiſt. HAERETICORVM manibus illotis deprauatas fuiſſe.

[g] *Percrius Jeſ. com. in Rom. 7. diſp. 11 nu. 9.*

[h] *Senenſis lib. 2. tit.* Clemens.

[i] *Idem lib 4. tit.* Ioann Chryſoſt.

[k] *Idem tit.* Leo.

CAPVT II.

Hypotheſis prima, in quâ Proteſtantes defenduntur.

Aduerſarius. [a] Id in Patrum ſcriptis Lutheranis & Caluinianis (*ſaltè*) Naſonibus extraneum videtur, quod illis gratum odorem non ſpirat: & quoties vrgentur aliquo veterum patrum teſtimonio, quod tam certum eſt ab ijs profectum, quàm hoc ab illis negatum, ſtatim PARTVM SVPPOSITITIVM ingeminant. *Et quidem merito. Prodeant itaque veſtri autores, vt (*[*] *ſicut aquila pullorum ſuorum indolem ſolis intuitu) in communi luce illorum ingenia exploremus; agite γνῶθι, ſcilicet, Patrum ſcripta obijcite.*

[a] *Gretzerus Jeſ. lib. 2. de iure prohib. lib. malos ca. 2. § Non.*

[*] *C. Plinius.*

Baſilius.

[b] Poſſuntnè Proteſtantes non inimiciſſimi eſſe Baſilio, cuius excellentes libri de Monachorum inſtituto, regulâ, virtutibus, feruntur? [c] Habemus Baſilij teſtimonium in Conſtit. Monaſt. pro cælibatu. [d] Baſilij ſententia de vita Monaſtica Proteſtantibus diſplicet. [e] In his libris Melanchthonus præpoſtero iudicio, fictas notat fabulas, & opiniones de cælibatu falſas, & alias ludicras nugas. *Eſt (inquis) hoc* præpoſterum *Proteſtantium* iudicium, *imò, inquam, accuratiſſimum.* [§] In iſtis.

[b] *Campianus Jeſ. Rat 5.*

[c] *Bellar. lib. 2. de vita Monaſt. cap. 5. & 27.*

[d] *Gretzerus de Cruce. lib. 2. cap. 4.* § Brentius.

[e] *Feuardentius dialog. lib. 1.*

tissimum. Aduocatus. [f] Non constat an hæ quæstiones sint Basilij magni, an potiùs Eustathij, & Sebastiani, cuius multi graues errores damnati sunt in Concilio Gangrensi: huic enim autori HAC OPVS ascriptum fuisse testes sunt, Sozomenus, lib. 3. hist. cap. 13. & Nicephorus lib. 9. cap. 16. *Hoc opus* Quæstionum (*quod etiam de Basilij opere institutionis Monasticæ, perinde affirmari possit*) *quale sit tuus Sozomenus testis locupletissimus esse queat.* [*] Nonnulli affirmant librum Basilij magni esse, qui ἀσκητικὸς, id est, DE VITA & DISCIPLINA MONASTICA, inscribitur: dicitur porrò præ nimis exquisita disciplinæ normâ, ad ABSVRDAS obseruationes delapsus esse, easque à legibus Ecclesiasticis penitus discrepantes, quales hæ sunt: in æ dibus eorum, qui matrimonium contraxerunt, non orare; Presbyteros coniugatos contemnere, diebus Dominicis ieiunare, diuites è regno Dei omninò excluſos pronunciare; detestari eos qui carnibus vescuntur; non visitato sed peregrino & insulso vestitu vti, quæ omnia dogmata Conc. Gangrense reiicienda esse decreuit. *Dic igitur sodes, an his fabulis & nugamentis Feuardenti, quicquam dici possit nugatius? dic tu, Bellarmine, hoccine esse* Basilium testem habere, *an potiùs* Eustathium? *nec igitur Protestantes Basilio aduersantur, sed pro Basilio vobis, ne, videlicet, Basilio indigna in ipsum Basilium conferantur.*

[f] *Bellarm. lib. 1. de Amiss. grat. cap. 13. in initio.*

[*] *Loco à Bellarmino citato.*

Autor 2. Cyprianus.

Aduersarius. [g] Cyprianus de cœna Domini: Panis iste communis, inquit, quem Dominus discipulis porrigebat, non effigie, sed natura mutatus, omnipotentia verbi factus est caro. Hæc Cyprianus. Ex quo Transubstãtiatio probatur, quæ est mutatio substantiæ panis in substantiam corporis Christi. *Quotusquisque est Pontificiorum, qui in hac causa sententiam hanc non ingerat?* [*] Alij *eam faciunt palmariam. Quanquam. Aduocatus.* [h] Sermo de cœna Domini, in quo hæc verba habentur [Panis non effigie, sed natura mutatus] non est Cypriani Carthaginensis.

[g] *Eccbius Ench. tract. de hac quæstione.*

[*] *Whitgiftus tract. de reali præsentia.*

[h] *Bellar. lib. 2. de Euchar. cap 9. § Extat.*

Tertius

Tertius eſt Ambroſius.

Aduerſ. [i] Sacrificium probamus ex Liturgia Iacobi. *Et.* Non obſtat, quod obiicitur nobis Liturgia Iacobi in multis. [k] Cuius hodiè rector eſt Damaſus. Ambroſius hoc in commentarijs dicit, [Cuius hodiè rector eſt Damaſus. &c.] quod facit pro autoritate Romanæ Eccleſiæ. *cum tamen Aduoc.* [l] Eruditi omnes nôrunt hoc NON eſſe opus Ambroſij, NEQVE cuiuſquam Catholici. *Deinde, ſed me reuoco, infinitum enim eſſet recenſere, quæ ex variis Pontificiorum ſcriptis huc adduci poſſunt omnia: idcircò comprimam me, &*

i *Bellar ſupra.*

k *Collet. Rhem. in 1. Tim. 3. 15.*

l *Bellar. partim lib. 2. de Euch. cap. 14. § Diluamus nunc partim alibi.*

CAPVT III.

Tantum in ſcenam producam Patronos eos laruatos, per quos vel in ſola Purgatorij defenſione Lectoribus veteratoriè miſeréque imponitis.

Aduerſarius. [a] Primus ex Patribus pro Purgatorio eſt Clemens Lib. 8. Conſtit. Cap. 47. [b] Liber hic eſt Spiritu Apoſtolico pleniſſimus. *Aduoc.* [c] Conſtitutiones Clementis inter Apocrypha ab omnibus numerantur, & hoc reſponſum eſt honeſtum confugium.

a *Bellar. lib. 1. de Purgatorio in initio.*

b *Stapleton. de author. Eccleſ. lib. 2. cap. 11.*

c *Baronius Card. Tom. 2. huſt. pag. 15. & ruſtes ad Annum Domini 102. pag. 72. in Epitom.*

Secundus, Clemens in Epiſtolis.

Aduerſ. [d] Clemens Epiſt. 1. ad Iacobum fratrem Domini loquitur de Purgatorio. *Aduocat.* [e] Hanc Epiſtolam Turrecremata Cardinalis rejicit. [f] Fictitius Clemens. [g] Incertæ fidei. *Huc adduci ſimul poſſunt libri Recognitionum Clementis nomine ſæpè nobis in Diſputationibus obiecti, cum tamen Ieſuita primò de iis dubitat.* [h] Si tamen ſunt libri Clementis. *ſecundò,* [i] Fatemur, *inquit,* iſtos ab Hæreticis corruptos fuiſſe, *quod etiam de Liturgia Clementis non obſcurè* * *concedit.*

d *Bellar. lib. 3. de bonis operibus, cap. 11. § Cæterùm non.*

e *Senenſ. lib. 4. vide ſuprà.*

f *Bellar. lib. 3 de bonis operibus, cap. 11. § Cæterùm non.*

g *Baron. Tom. 1. pag. 72. in Epit.*

h *Bellar. infrà.*

i *Idem infrà, & ſupra.*

Tertius eſt Dionyſius Areopagita.

Aduerſarius. [k] Dionyſius de Eccleſiæ hierarchia Purgatorium aſſerit. [l] Dionyſij Areopagitæ hierarchiæ quas claſſes, quæ ſacra, quos ritus edocet? tàm valdè pupugit Lutherum, vt huius opera ſimillima ſomnijs, nec-non pernitioſiſſima judicaret. *nec in hoc omninò ſomniabat Lutherus. Aduocatus.* [m] Multi eam ſententiam (*loquitur de hierarchia & ordinibus Angelorum*) vnius autoritate Dionyſij ſequuntur, verùm grauiſſimi Patres Græci & Latini eum ſequi noluerunt. Gregorius Papa Dionyſij autoritate noluit acquieſcere, nè fortè Scripturæ diuinæ verbis aduerſari videretur, ſi rem illam abſtruſam ratione noſtrâ metiri velimus, ſæpè multumq; aberrabimus, nec Dionyſius à Paulo hæc ſe vnquam accepiſſe dixit, nec quiſquam probare poſſit. *Hac vna Ieſuitæ voce Hierarchia excuſſa inſomnij inſtar euanuiſſet, niſi Rhemenſes eam corruentem adminiculis ſuis ſuffulciſcent. Aduerſarius.* [n] Hic eſt ille Dionyſius, de quo eſt in actis apoſtolorum tàm celebris mentio. hic ſcripſit de hierarchia, & diuinis nominibus præclara volumina, in quibus, quæ in noſtrorum Sacramentorum vſu habentur, quæque controuerſa ſunt omnia, probantur ab ipſis Apoſtolis profluxiſſe. Nullum aliud effugium Proteſtantes habent, quàm negando hoc eſſe opus illius Dionyſij, ſed neſcio cuius recentis, & obſcuri. *O ſanctum, ſcilicet, veſtræ Miſſæ propugnaculum! quod nec veri Dionyſij opere, nec opere vero nititur. Primum non eſſe Dionyſij opus genuinum. Aduocatus.* [o] Alij dubitant an illius Dionyſij opera ſint, cuius titulo inſcribuntur. [p] Et eſt incertum, tùm quia Hieronymus in libro de viris illuſtribus huius non meminit; tum quia Gregorius Pontifex non eſt auſus aſſerere, hunc eum Areopagitam fuiſſe. [q] Ante complures annos, vt memini, Gulielmus Grocinus ſummus Theologus Londini, in æde Diuo Paulo ſacra enarrationem Hierarchiæ cœleſtis auſpicaturus meditata oratione aſſerebat

k Bellar. lib. 1. de Purg. cap. 6. in initio.

l Campianus Ieſ. Rat. 5. pag. 32.

m Ribera Ieſ. Com in Epiſt. ad Heb. cap 1. lege Commen. integrũ de hac quæſtione.

n Rhemenſ. annot. in Act. 17. 34. pag. 325.

o Senenſ. lib. 6. Annot. 229.

p Caietanus Cõ. in Act. 17.

q Eraſmus Ann. in Act 17. pag. 261.

aſſerebat hoc Dionyſij opus fuiſſe, vehementèr deſtomachans in eorum impudentiam, qui diſſentirent: at idem, priuſquàm operis dimidium confeciſſet, ingenuè coram auditorio faſſus eſt, verſo calculo, ſibi non videri id opus Dionyſij Areopagitæ fuiſſe. & ſanè mihi non videtur, priſcis illis temporibus tantum Chriſtianarum cæremoniarum fuiſſe, quantum ille deſcripſit. *Secundum quoque probatur.* [r] Dionyſius oppugnans Sabellij errorem, in aliam foueam incidit, confundendo ſubſtantias. ſic de eo ſcribit Baſilius, Pamphilus Martyr, Euſebius, Didymus, Ruffinus, & alij vehementèr conqueſti ſunt, Dionyſij & aliorum nobilium Patrum ſcripta peſſimè olim tractata fuiſſe ab Hæreticis *denique.* [f] Hæc opera, vt eius nomine cõficta, Valla deridet. *Quia* [t] In libro de diuinis nominibus citatur Clemens Stromateus, qui tamen vixit annos 200. poſt ætatem Dionyſij.

Quartus eſt Athanaſius in quæſt.

Aduerſar. [u] Athanaſius quoque Quæſt. 34. ad Antiochum. *Aduoc.* [x] Qui liber Athanaſij eſſe non videtur, quia. &c. & [y] Quæſtiones Athanaſio falsò ſunt aſcriptæ. [z] Quas non eſſe Athanaſij conſtat.

5. *Euſebius Emiſſenus.*

Aduerſarius. [a] Euſebius etiam Homil. 3. de Epiphan. *Aduocat.* [b] Prodierunt proximis annis homiliæ ſub nomine Euſebij Emiſſeni. &c. Sunt quidam librorum inſtitores, qui vulgarium & obſcurorum virorum libros Nobilium Scriptorum titulis coronant.

6. *Eſt Ioſephus filius Gorionis.*

Aduerſarius. [c] Ioſephus filius Gorionis pro Purgatorio ſtat. *Aduocat.* [d] Ioſephus recens eſt Autor. [e] Et eſt hic liber fabuloſiſſimus.

7. *Hieron. in Prouerb.*

Aduerſ. [f] Hieron. in Prou. 11. pro Purgatorio facit. *Aduoc.*

[r] Sixtus Senenſ. lib 5. in præfat. § Sunt deinde, &c.

[f] Eraſmus Anno. in Act. 17.

[t] Ipſe valla.

[u] Bellar quo ſup. de Purgatorio.

[x] Senenſ lib. 4. Tit. Athanaſius.

[y] Maldon. in Indice.

[z] Poſſinius Ieſ. Apparatu ſacro. Tit. Athanaſius.

[a] Bellar. lib. 1. de Purg. cap. 6. § Euſebius.

[b] Senenſ lib. 4. Tit. Euſebius. Et Baronius Ieſ. in Anno 443.

[c] Bellar lib. 1. cap. 7. § Tertia Ratio.

[d] Ribera Ieſ. Cõ. in Obed. nu. 110.

[e] Maldon. Ieſ. Com. in Matt. 16 14.

[f] Alanus Card. cap. 9. de Purgatorio pag. 101.

g *Senensis lib.4. Tit.Hieronym.*

g Libri tres Commentariorum in Prouerbia negantur fuisse Hieronymi tum propter sententiarum & eloquij dissimilitudinem, tum quod & in annotationibus 30. Cap. allegat nominatim D. Hieronymi sententiam ex Comment. in Ieremiam. Trithemius hos Commentarios Bedæ tribuit, cuius etiam titulo in antiquissimis exemplaribus prænotantur.

8. *Est Damascenus.*

Aduersarius. h Damascenus hanc sententiam multis testimonijs probat, in libro de ijs qui de fide migrârunt. *Aduocat.* i At hunc librum (*qui inscribitur* oratio de defunctis) non esse Damasceni facilè probari possit. *de Basilio, Ambrosio, & alijs infra.*

h *Bellar.lib.1 de Purg. cap.6.* § Theophylactus.

i *Idemlib. 2. de Purg.cap.58.* § Prima quia.

9. *Augustinus.*

Aduersus. k Augustinus ad fratres in Eremo, Cap.48. Et in Libro de vera & falsa Pœnitentia, Cap.18. loquitur de suffragijs &c. *Aduoc.* l Sermones ad fratres in Eremo satis constat esse confictos. m Liber de vera & falsa pœnitentia, licet non videatur esse Augustini, tamen est alicuius antiqui Scriptoris. &c. *Quid tum postea? quasi verò quæ falsò inscripta sunt nequeant continere. at Aduersus.* n Probatur ex Augustino Lib.21.de Ciuit.Dei.Cap.24. Qui ex Scriptura. Qui dixerit verbum contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro. Non veracitèr diceretur, inquit Augustinus, [Non remittetur eis neque in hoc sæculo, neque in futuro] nisi essent quibus etsi non in isto tamen non remitteretur in futuro. *Aduoc.* o Isti decem aut duodecim versus in antiquis libris Brugen. & Colonien. non habentur, sed neque in exemplaribus Friburgi excusis.

k *Suarez Iesuit.Tom 4.disp.45. § 1. num.30.*
l *Censor Louaniens.Tom.10. Append. & Possinus Iesuit Apparat. Tit Augustinus.*
m *Bellar.lib.3.de Pœnit.cap.9.* § Habetur. *Eodem modo Trithemius Tit. Augustinus.*
n *Valent. Iesuit lib. de Purgatorio. cap 3. & Bellar. in disp.de Purg.*
o *Vide scholijs in eum locum Augustini.*

10, 11, 12 } *In Liturgijs* { *Iacobi. Basilij. Chrysostomi.*

Aduersarius. p Argumentamur validissimè pro Purgatorio

p *Salmeron Iesuit. Comm in 1. Cor. 15 disp.25.* § Est ergo.

torio ex ſacrificio Miſſæ, cuius pars quædam deputata eſt orationi pro mortuis, vt tradunt Patres, & præſertim Iacobus frater Domini in ſua Liturgia, & Baſilius, atque Chryſoſtomus in ſuis. [q] Ex his ſacrificium probamus. *Eſt hæc, opinione veſtra, valida probatio, re vana, & euanda, quia. Adhuc.* [r] Neque obſtat quod Græci objiciunt, in Liturgia Sancti Iacobi, & *(Chryſoſtomi, & Baſilij)* aliorum Patrum, hæc verba haberi: [fiat hic panis corpus Chriſti tui. &c.] nam non omnia, quæ in Liturgia habentur, deprompta ſunt ex Domini exemplo, aut præcepto; conſtat enim multa eſſe addita ab alijs: itaque probare debent Græci illa verba ex Domini dictis aut factis manaſſe, at non poſſunt. *Quid, ergò, obſtet, quin nobis liceat contra Traditiones illas Liturgicas negatiuè pariter à Scripturis argumentari*, probare debetis quæ defenditis ex Domini verbis aut factis manaſſe? *quod profectò de ſacrificio Miſſæ nunquam potuiſtis. denique cum Pontificij Doctores non ex Patrum antiquorum autoritate germana, ſed ſucato nomine arguere, Cyprianum falſum, & fictitium Clementem, Pſeudo-Dionyſium, Commentitium Athanaſium, Euſebium, Ioſephum, Hieronymum, Damaſcenum, omnes ſuppoſititios, atque etiam in vna cauſa nobis obtruſerint: non eſt, Gretzere, quod acerbè feratis, ſi Proteſtantes, quibus (in hoc verè* Naſonibus) *fraus hæc veſtra ſuboluit, in reſpondendo* ingeminare *ſæpè cogantur illud* Suppoſititium. *laruati iſti Autores pueris terriculamento eſſe poſſint, viris autem cordatis eſſe ludibrio debent. Sequitur*

[q] Bellar. lib. de miſſa.
[r] Bellar. lib. 4 de Euchar. cap. 13. § Neque obſtat

CAPVT IIII.

Hypotheſis 2. an Pontificij aut fictitijs ſuis teſtibus tentati, aut Autoribus veris impulſi, neceſſe habeant interdum opponere illud, Suppoſititium.

Aduerſarius. Imò hoc ſolenne eſt Proteſtantium, ac familiare perfugium. *vel potiùs vobiſcum commune: vobis pater obijcitur, qui vſum poculi in Euchariſtia communem*

* Ioſ ſupra cap. 1 ad lit. b.

esse à populo voluit. *Respondeo.* [a] Respondeo, Non multum fidendum est Græcis codicibus Ignatij. *Quasi non conueniat, vt Autor Græcus græcè loquatur: secundò genuinus Chrysostomus Helenam vestram Transubstantiationem oppugnat, vbi post Consecrationem ait:* * etiam panis remansit, *nunquid vobis arridet?* [b] Respondeo, At Turrianus ostendit hunc alium fuisse Ioannem, non Chrysostomum, *vix credo. quin etiam verus* * *Eusebius*, Iacobum, qui dicitur iustus, Apostolorum Episcopum statuerunt. *ex quo Pontificis Cathedra subuertitur. quid respondes?* [c] Respondeo, Hic locus videtur esse corruptus. *Origenes vocat Sacramentum Corporis Christi* Typicum & Symbolicum corpus: *contra Transubstantiui corporis figmentum vestrum. respondeo.* [d] Suspicor eum ab Hæreticis deprauatum fuisse. *Crassum subterfugium & tenebricosum. Deinde Ambrosius facultatem diuortij parti permittit innocenti. respondeo.* [e] Respondeo. Alij dubitant an id sit opus Ambrosij, alij eam sententiam falsam esse dicunt, & à falsarijs insertam. *Præterea Cyrillus Traditiones non scriptas diserte exposit: quid vos?* [f] Non sunt illæ homiliæ Cyrilli, sed Origenis vel nescio cuius, qui literam destruit, nec sunt magnæ autoritatis. *Solenne, sed cum verè fidelitij ac fabulosi testes vobis obijciuntur, (vah!) quanta vestra vertigo apparet? exempli causâ: Clemens Romanus Pontifex libero arbitrio aduersatur libere. æqui, haud dubium, à vobis præsertim Pontificijs, consulendum est Pontificis testimonium. Respondeo.* [g] Respondeo. Si tamen Clemens autor libri Recognitionum fuerit. *rursus.* [h] Fatemur librum Clementis ab Hæreticis corruptum fuisse, sed tamen, esse librum Clementis Romani Pontificis, vel alius docti, & pij viri. *Arguitè, si enim opus hæresi is fictum est, quid valet fuisse Clementis? si non corruptum; quorsum resposum.* non fuisse Clementis. *Hinc faciùt alia, quæ in hypothesi præmisimus. nec tamen Protestantes in eodem crimine falsi vobiscum implicantur, quia vos scripta supposititia obiectando fidem falsam conciliare illis studetis; illa verò eadem vobis opponendo,* (* Argumento ad hominem) *vestram futilitatem redarguere*

a Bellar. lib. 4. de Euch. cap. 26. § Respondeo primum.

* Hom in Joh. 16

b Greg. Valent. Iesuit. lib. 2. de Transub. cap. 7. pag. 390. § Similiter ad

* Lib. 2. hist. ca. 1.

c Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. ca. 26.

d Sanctus lib. 6. Annot. 66.

e Greg. Valen. Iesuit. lib. de Jud. Vin. Matrim. cap. 5. pag. 682. § De illo autem

f Bellar. lib. 4. de verbo Dei cap. 11 § Item profert.

g Bellar. lib. 3. de lib. arbit. cap. 3.

h Bellar. lib. 5. de lib. Arb. cap. 23.

* Sic enim Arist. lib. 2. Elench. cum Sophistis agere nos docuit.

darguere voluerunt.

CAPVT V.

EXpunctis illis pſeudepegraphis, vbi conſtat de Patrum ſcriptis genuinis atque germanis, ſiqui fortè errores ex his emerſerint, noſtris tamen digitis, reuerentiæ cauſâ, obtegendi ſunt potiùs, quàm pruriginoſis vnguibus petulantèr exulcerandi. Nos profectò inuiti facimus, cùm patrum næuos producimus, nullo modo eos ſignificaturi, niſi Aduerſariorum noſtrorum (nè quid acerbius dicam) procax audacia nos ad hanc contentionem laceſſiſſet. Aduerſarius. [a] Proteſtantes ſub ſuam ferulam cunctos Patres reuocant, atque caſtigant, Ariſtarchi his fœdam inſciliæ notam inurunt, ſæpiſſimè ſingulos, nonnunquàm etiam conſentientes reijciunt & inſectantur. *Eadem eſt Ieſuitarum omnium calumnia. Quid habent Proteſtantes quod contra opponant? nihil? imò, Etſi, inquient, digni ſimus hac contumelia maximè, at viri Pontificij indigniſſimi, qui faciant tamen, vtpotè qui venerandam Antiquitatem ſæpè, non modò pertinaciter verum etiam contumelioſè aſpernantur. Quoad hoc*

1. *De ſingulorum autoritate propria, deinde*
2. *Complurium conſtanti conſenſu videamus.*

Sigillatim. 1. *quoad Theſin: Patres aliquos interdum neceſſariò reijciendos eſſe.*

Aduerſarius. [b] An Prudentio in hymnis, Procopio, Euthymio, Theophylacto fauent Proteſtantes? *vos autem?* [c] Theophylactus ſchiſmatis tempore vixit, ergo in hac cauſa de Spiratione Spiritus Sancti, eius autoritatem non recipimus. [d] Procopius erat melior Rhetor, quàm Theologus. [e] Sic cecinit in hymnis Prudētius, aliud nihil reſpōdeo, quā more poetico luſiſſe Prudētium. [f] Non magni faciendus eſt Euthymius, eſt enim omniū recētiſſimus. Idē tenet Victorinus: Victorinus erat Martir, ſed eruditio illi defuit. *Hi antiqui Patres à vobis vapulārūt meritò, ſed tamen à vobis & profectò* [g] *duriter*

a *Camiſius Ieſ. in Epiſtolis dedic. ante lib. Vegæ de Iuſtif.*

b *Campianus Rat. 5.*
c *Bellar. lib. 2. de Chriſto.*
d *Idem. libi.*
e *Bellar. lib. 2. de Purg. cap. 18.*
f *Lib. de Beat. Sanct. cap. 4.*
g *Habemus ergo. & 5. Habemus iuriter gitur.*

g Campianus Ies. Rat. 5.
h Bellar. lib. 1. de Beat Sanct. cap. 6. § sunt tamé, &c. Et § sanctus Antonius.
i Idem l. 2. de Purgat. cap. 6. § Respondebunt.

duriter vapulârunt. quid præterea? Aduers. g Protestantes Iustinum, Irenæum, Epiphanium, Oecumenium insectantur. *vos verò.* h Iustinus, Irenæus, Epiphanius, Oecumenius dicunt Dæmones non puniri pœna Gehennæ ante diem judicij; quos, quomodò defendam, non video. *Deinde.* i Sic Tertull. de anima, Autor quæst. apud Iustinum quæst. 52. Autor mirabiliorum apud Augustinum, Procopius, Eucherius, Isidorus Etymol. &c. his non obstantibus, quia imprimis sunt Autores aut incerti, aut obscuri. *Quid igitur, obstet miror, quin pari iure Protestantes ad huiusmodi interdum vestrum* nihil his obstantibus, *sine irrisione vestra respondeant; præsertim cum vos in hoc eos, si minùs duces aut socios, attamen discipulos vestros possitis agnoscere. De Thesi satis, nunc*

CAPVT VI.

De Hypothesi. 1. Protestantes in hoc, quo accusantur, non modò non indigere venia, verum etiam laudem mereri.

1. *ad Chrysostomum.*

* Canisius Ies. vide Apolog. huius part. 1. lib. 1. cap. 69.
* Bellar. Ies. ibid.

Aduersarius. * Opponimus Protestantibus Chrysostomum & alios pro libero arbitrio: Respondent Centuriatores & Chrysostomum esse immodicum voluntatis humanæ synergiam defendere. * Respondet Caluinus, Visus est mihi Chrysostomus, inquit, iniurius in liberi arbitrij viribus prædicandis. * Dicit Petrus Martyr, Chrysostomum fuisse immodicum liberi arbitrij Patronum. * Istis Hæreticis nihil in Patribus non immodicum videtur. *Nihil reuerà huiusmodi, quia nihil est in falso modicum, nihil non nimium, quod in hoc præcipuè est cauendum. Aduoc.* * Caueat Lector, si Chrysostomi in hunc locum legerit commentarium, nè in Pelagianorum errorem incidat. * *Maldonatus Ieſuita. quid ita?* Quia Chrysostomus impetu dicendi cum Manichæis & Gentibus, qui asserebant homines esse aut natura malos, aut fati necessitate ad malum impelli, sæpè naturæ

* Campian Ies. ibid.
* Canisius Ies. ibid. m.
* Ieſuita ſuprà Apolog. huius part. 1. lib. 1. cap. 69.

vires

vires plus æquo attollit.* *Senenſis.* Profectò illa doctrina nō eſt Apoſtoli doctrinæ conueniens.* *Pererius Ieſuita.* Aliter igitur Auguſtinus docet, quem magis probamus.* *Tolletus Ieſuita. Illi Ieſuitæ Proteſtantium de Chryſoſtomo iudicium damnant, hi idem defendunt, omnes Chryſoſtomi libros deguſtant, ſed quàm diuerſo palato?*

* *Ibidem.*
* *Ibidem.*
* *Ibidem.*

Secundus eſt Origenes.

Aduerſarius. [a] Etſi ſuos habuit næuos Origenes, quos reiecit Eccleſia, nullus tamen veterum ac doctorum illi vnquam adeo fuit iniquus, vt tantam inſcitiæ notam, & ſingularem doctrinæ de Iuſtificatione deprauationem illi ſummo Theologo voluerit imputare, & AVDET tamen Beza & Melanchthon pronunciare Origenem non aſſequi quid Paulus de Iuſtificatione diſſeruerit. *Sic illi audent, tu audi, primò. Aduocatus.* [b] Origenes vult Paulum propter præuiſa merita electum fuiſſe Apoſtolum, doctrina non probanda, quam ipſe Paulus reiicit. [c] Origenes comment. in Pſal. 15. Aſſeruit ſanctos viros cum ad virtutum veniunt ſummitatem, ne in nocte quidem ea pati, quæ hominum ſunt, nec cogitatione vitiorum aliqua titillari. Hieronymus dicit hunc vnum eſſe ex fontibus, vnde Pelagiani errorem ſuum hauſerunt, docentes, hominem fieri poſſe ἀναμάρτητον, impeccabilem, ſeu abſque peccato. *Et quid ni hoc vno errare potuit, qui in multis ſæpè erranit? audi igitur iam tertiò.* [d] De Origene merito dictum eſt, quod de eo refert Caſſiodorus, vbi benè nemo meliùs, vbi malè nemo peiùs: Lectorem requirit prudentem, & ſobrium, vt ſciat (quemadmodum Hieronymus ſcribit) in eo DETESTANDA eſſe QVAMPLVRIMA, & iuxta ſermonem Domini, inter Scorpiones & colubros incedendum. Et fuit Origenes olim in veteribus Synodis damnatus. [e] Et Gelaſius Pontifex, Tertullianum & Origenem, etſi valdè antiquos, lege lata manibus Orthodoxorum excuſſit. *Fuit igitur Proteſtantium de*

[a] *Caniſius Ieſuita loco ſupra citato.*
[b] *Tolletus Ieſuita com. in Rom. 1. annot. 4.*
[c] *Senenſis lib. 5. pag. 385. annot. 159.*
[d] *Ribera Ieſuita com. in prom. in Proph. Malach. num. 30.*
[e] *Gretzerus Ieſ. lib. 2. de libris prohib. cap. 10.*

f Bellarm. lib. 2. de Purgat. cap. 8. § Septimum est.

Origene iudicium ſyncerum, non *quale fuit* f Pontificiorum quorundam, qui (vt citatur in ſeptima Synodo, & à Ioanne Diacono in vita B. Gregorij) ex quadam reuelatione putarunt viſum eſſe Origenem in Gehennæ igne cum Ario & Neſtorio. *Iudicium vix ſobrium.*

Tertius eſt Hieronymus.

g Index Expurg. pag. 24.

h Campianus Iſ. Rat. 5.

i Feuardentius dialog 1. § Conuitia.

k Eraſmus aduerſus Pighium de Virginit.

Aduerſarius. g Illud Frobenij *Proteſtantis* [Erat Hieronymus in matrimonium contumelioſus.] deleatur. h Hieronymus in Iouinianum pro virginitatis gradu certat, hoccine Proteſtantes patientur? *Quid ni? modo ita virginitatem ornet, vt ne matrimonij dignitatem ſanctitatémque deturpet?* h At dicit Melanchthon Hieronymum vituperare coniugium, & contumelioſâ oratione infectari nuptias. Sic ille, Hieronymum flagellans: *nec iniuria, quia, Aduocatus.* k Hieronymus feruido quodam affectu ita interdum rapiebatur in admirationem virginitatis, vt *(ſicut iam Proteſtantibus)* pijs viris videatur LAEDERE MATRIMONIVM. Sit hoc vanũ, niſi in Hieronymi ſcriptis inueniantur ea verba, quæ ſunt apud Tertullianum eo nomine damnata. *Hæc ille. Iudicium quoque de non ſano Hieronymi iudicio, ſanum.*

l Acoſta Ieſuita lib. 2. de Chriſto Reuelat. cap. 20.

m Salm. Ieſ. com. in 1 Cor 7 diſp 14 § Ad dubium.

Nam l Hieronymus virginitatis oppugnatores inſpectans, videtur aliquantò MATRIMONIO iniquior, & vt egregius miles, ardore feriendi aduerſarios premit & interdum ſocios. *Tales fuerunt olim Andabatæ gladiatores, qui clauſis oculis digladiabantur: quod Feuardentio & Campiano tuo (Acoſta) nunc contigit, qui in Melanchthonem alioſq; Proteſtantes acerbiùs inuectis, non poſſunt non te collidere ſocium ſuum. ſed iniquè omnino, quia* m Hieronymus etſi veritatem apertè profiteatur, vbi tamen occurrit de hortando à matrimonio, acrior eſt atque feruentior.

Quartus eſt Auguſtinus.

n Campianus Ieſ. Rat. 5.

Aduerſarius. n Qui captiuam hominis voluntatem inuexerunt,

uexerunt, eruntnè placabiles Auguſtino, qui de libero Arbitrio tres libros exarauit. [o] Auguſtino nemo acriùs liberum arbitrium negantes oppugnauit. *Vel nemo potiùs propugnauit viriliùs. Aduocatus?* Auguſtinus Pelagianos volens refellere, minus interdum tribuit libero hominis voluntati. Vix vnquam auſus eſt aſſerere liberum arbitrium. *Sed ne vix quidem? Non difficile eſſet ſexcenta huiuſmodi teſtimonia adducere: ſed quorſum id in hoc loco agerem, quod ſingulis quæſtionibus in paginis ſuperioribus hactenus partim præſtiti, & deinceps vberius erit in omni diſputatione præſtandum?*

o *Durand. lib. ſol. 131.*
p *Senenſis lib. 5. præfat.*

CAPVT VII.

Hypotheſis ſecunda.

Aduerſarius. [a] Proteſtantes nihil habent cum Patribus commercij. [b] Patres fidem noſtram propugnant, copioſéque dilucidant: ad quos ſi licebit accedere, confectum eſt prœlium, tam ſunt noſtri, quàm Gregorius decimus tertius Paſtor noſter indulgentiſſimus. [c] Patres ſinguli noſtri ſunt, quos Proteſtantes quando illis placent, patres eſſe agnoſcunt: ſi diſplicent, nulli ſunt. *Patres antiquos veſtros eſſe prorſus, ſed Aduerſarios, veſtra ad ipſos Patres reſponſa petulca & refralloria demonſtrabunt. Ordine progrediamur.*

a *Centu locis Theolo.*
b *Campian. Rat. 5*
c *Caniſius Iteſcpi. dedic. ante lib. Vega de iuſtif.*

Clemens Pontifex Romanus

Quem vos ſoletis (falſò licet) inter Patres veſtros INDVLGENTISSIMOS *numerare. Is Canones Apoſtolorum collegit: ex quibus vnus pro perfecto Canone Bibliorum contra ſcripturas veſtras apocryphas facit maximè. Reſpondetis.* [d] Non omnes illos canones à Clemente editos fuiſſe, ſed alios à Græcis adiectos. *Vel ſic?* [e] Erant libri Clemẽtis ab hæreticis corrupti.

d *Cæus loc. Theo. lib. 1. pag. 43.*
e *Senenſis lib 2. tit. Clemens.*

Clemens igitur magnus fuit; quis negat? at ſcripta illius nomini adſcripta iam apud vos nullius ſunt pretij.

Secundus eſt Tertullianus.

Significat Zepherinum Pontificem *Montani hæreſi patrocinari plurimum. Reſpondes.* [f] Nulla Tertulliano fides habenda eſt in hac re. *Quid in re alia, ſi fortè erraverit? Reſponde.* [g] Tertullianus Hæreſiarcha fuit. [h] Euſebij & Tertulliani parua autoritas; Lutheri nulla. *At eſt præterea vbi Indulgentiarum theſaurum, vel potius vomicam aperit, vt ſanet, ſic enim Martyrem alloquitur.* [i] Si peccator es, quomodo oleum faculæ tuæ ſufficere, & tibi, & mihi poterit? *Reſponde.* [k] Sic ſcripſit poſtquam hæreticus eſſe cœpit: nec eius ratio ſolida eſt: Oſtendimus enim poſſe Martyres, non ſolum ſua, verumetiam aliorum hominum debita expiare, quod attinet ad reatum pœnæ temporalis. *Quod nunquam hactenus probare quiſquam potuit. Sed quis antiquus Autor (vt excipiam neminem) hanc in Tertulliano hæreſin eſſe iudicauit? Interim non licuit vobis Tertullianum, præſertim indulgentias auerſantem, inter* Indulgentiſſimos *Patres veſtros, vnum agnoſcere.*

Tertius Cyprianus & Ruffinus.

Is in Symbolo noſtras Scripturas in Canones recenſuit, veſtras Apocryphas excluſit. Tu. [k] Reſpondeo id quòd doctiores credunt, librum hunc non eſſe Cypriani, ſed Ruffini. *Ergo iam Ruffinus nullus eſt. At enim ipſius Cyprianus contra Traditionum neceſſitatem profertur: placetne?* [l] Cyprianus hoc dixit cum ſuum errorem defendere vellet. *Quid cùm Papalem Cathedram prorſus ſubuertebat?* [m] Omninò peccauit Cyprianus, non obediendo Romano Pontifici, ex ignorantia lapſus, putabat Pontificem pernitioſè erraſſe. *Iam Cyprianus Pa-*

ter

f Bellar. lib. 4 de Rom. Pont. cap. 8. § Reſpondeo non.
g Idem lib. 1. de Beat. ſanct. cap. 5. § Habemus igitur.
h Bellar. lib. 1. de Chriſto. cap 6.
i Tertullianus lib. de Pudicitia. cap. 22.
k Bellar lib. 1. de Indulg. cap. 3. § Illud quoque.
k Canus locis Theol. li. 2. pa 44. § Nam ad.
l Bellar. lib. 4. de verbo Dei. c. 11. § Profert duodecimo.
m Bellar. lib 4. de Rom. Pont. cap. 7. § Et per hoc.

ter igitur, tantum abeſt, vt vobis indulgeat, vt etiam vos vehementer perturbet, & quodammodo excruciet. De Euſebio * *infra.*

* *Infra.*

Quartus Lactantius.

* *Is non diſtinguit inter Simulacrum & Imaginem: parce, quæſo, Firmiano.* [n] Melius alij. *Et* Lactantius in multos alios errores lapſus eſt. *Quamuis nec aliter alij, nec ipſe Lactantius in hoc alienum à veritate ſenſerit, ſi* * *Valentianus Ieſuita verus fuit.*

* *Lib 6. cap. 20.*
[n] *Bellar. lib. 2. de Imag. cap. 5.* § Nomen.
* *Vide ſuprà Apolog. huius lib. 1 cap. 46.*

Quintus Chryſoſtomus.

Quid ille? [o] Chryſoſtomus exponens illud Matt. [Ecce Mater tua, & fratres foris ſtant, quærentes te.] Manifeſtum eſt, inquit, eum hoc ex vana gloria feciſſe. Et ſuper Ioh. 2. ſuper illud, [Vinum non habent] volebat, inquit, ſe clariorem facere per filium, & fortaſſe humanum quid patiebatur, quemadmodum & fratres, cùm dicebant, [Manifeſta te mundo] nondum enim illa, quam oportuit opinionem de eo habuit, quod totum conſtat eſſe peccatum. *Reſpondetis.* [p] Dicendum eſt quod in illis verbis Chryſoſtomus exceſſit. [q] Reſpondendum eſt Chryſoſtomum, & qui eum ſecuti ſunt, modum exceſſiſſe, & eſt eorum ſententia erronea. *Rurſus.* [r] Chryſoſtomus in Pſal. 13. [Non eſt qui facit bonum vſque ad vnum.] Chriſto crucifixo, inquit, diſcipuli fugierunt, Petrus negauit, Mariæ animam gladius dubitationis peruaſit. Similis eſt * Origenis ſententia nec probabilis: Chryſoſtomus veritatis & pietatis terminos exceſſit. *Hoc cùm Proteſtantes in quæſtione de fide (teſtantibus Ieſuitis) verè reſponderunt,* Chryſoſtomus modum exceſſit, *ſtatim in eos impetum faciunt, &* * Proteſtantes contra Chryſoſtomum (*inquiunt Patrum, ſcilicet, filij germani*) modum exceſſiſſe, ingeminant: ſed Hæreticis iſtis nihil non immodicum videtur. *Hic vobis lubuit in cauſa vbi habet Chryſoſtomus Patres* * *vniuerſos conſentientes,*

[o] *Suarez Ieſuit. in 3. part. Thom. Tom. 2. queſt. 27 Art. 3. diſp. 4. § 4*
[p] *Aquinas part 3 qu. 27. Art. 4. in fine.*
[q] *Suarez Ieſ. quo iam ſupra.* § Ad teſtimonia.
[r] *Pererius Ieſ. in Gen. 3 diſp. 6. num. 33.*
* *Hom. 49. in Gen.*
* *Ieſ. iam ſupra.*
* *Infra.*

sentientes, iam trigeminare. Chryſoſtomum modum exceſſiſſe. *De quo plura* * *ſupra.*

* *Vide ſupra cap. 6.*

CAPVT VIII.

Sequuntur Patres alij.

Dorotheus Tiri Epiſcopus, Martyr.

* *In Synopſi:*

* IS *Clementem in Recognit. ſequutus, docet Barnabam eſſe primum, qui Romæ prædicauit, non Petrum. Reſpondes.*

a *Bellar.* **infra.*

[a] Libros Recognitionum Apocryphos cenſeri: porrò Synopſin, quæ Dorotheo Tirenſi FALSÒ aſcribitur, plenam eſſe narrationibus confictis & mendacibus. Falsò, *inquis*, Dorotheo aſcribitur: *imo verò verè. Aduocatus.*

b *Sixtus Senenſ. Bibl. lib. 4. ad lit. d. Tit.* Dorotheus.

[b] Dorotheus Tyri Epiſcopus, qui ſub Iuliano Martyrium paſſus eſt, collegit vniuerſæ Scripturæ ſanctæ Synopſin, hoc eſt contuitum; in qua omnium librorum vtriuſque Teſtamenti argumenta complexus eſt. *Nec potes oſtendere eam eſſe in hoc teſtimonio falſatam. De Damaſceno* * *infra.*

Septimus Epiphanius.

c *Salmeron Ieſ. Com. in 1. Ioh. 5. diſp. 32. propè finem.*

[c] Producit Beza teſtimonium Epiphanij delentis velum, in quo erat Imago Chriſti, in loco ſacro. Verum illud à multis refutatum fuit, & nihil ponderis habere demonſtratum eſt. *Reſponſum efflagitamus: vos primò,*

d *Vtrumq; apud Bellar. lib. 2. de Imagin cap. 9.*

[d] Epiphanius egit contra Anthropomorphitarum errorem. *frigidè. Egit, igitur.* 2.

e *Ibidem 9. §. Ad quintum.*

[e] Verior ſolutio eſt, verba eſſe ſuppoſititia. *Falsò: quid ſi etiam legitima?* 3.

f *Salmeron quo ſupra.*

[f] Poteſt quis ſanctus zelo Dei percitus errare in aliquo facto. *benignè.* 4. *Sic:*

g *Senenſ. lib. 5. Annot. 247.*

[g] Vna hirundo non facit ver. *Lepidè: poſtremò.*

Idem Rhemenſ. reſpondent.

h *Greg. Valent. Apolog. de Idolo. lib. 2. cap. 7. in reſponſ. ad Epiph. pag. 719.*

[h] Si maximè exploratum ſit factum Epiphanij de velo abſciſſo: tamen apud nos Eccleſiæ autoritas plus ponderis habet. *Dogmaticè: ſic fuit* illud à multis, *egregiè ſcilicet* refutatum; *ſed minùs egregiè, quòd à multis, ita ſunt multorum iſtorum reſponſa ieiuna, falſa, repugnantia: quæ ſingula*

ſingula in diſputatione de cultu Sanctorum dilucidè oſtendemus.
Octauus

Hieronymus.

[i] Dicunt Proteſtantes librum Baruch & Machab. non eſſe Canonicos: pro ſe adducunt Hieronymum in prologo ſuper Prouerbia. [e] *Adducunt, an vos eum probabitis?* [k] Cùm Canon de libris ſit editus in Concilio Mileuitano, fortè non peruenit ad Hieronymum. *Scilicet, fortè ignorat Sanctus Pater quid in Concilio publico definitum ſit: at quid contra eos libros in Laodicæno Concilio decretum fuerit, certè non ignorauit. Ergo illud,* Fortè, *tuam prodit hæſitantiam, non Hieronymi ignorantiam conuincit. Adeſt inſuper* * *Hieronymus, & docet* Epiſcopum & Præsbyterum primitùs idem fuiſſe. *Reſpondete, ſed eâ quâ filios decet, modeſtiâ.* [l] Videtur reuerà Hieronymus in ea opinione fuiſſe, quæ falſa eſt, & refelletur ſuo loco. 2. [m] Non vereor fateri Hieronymum hac in parte erraſſe. *Benè habet. Hieronymi* Reuerà *non eſt vera reſponſio, hactenùs verecundè. Enimuerò,* [n] Hieronymus hac in re cum AErianis hæreticis ſentiebat. *Eodem ore Sedulius & Anſelmus diſploſi ſunt: nam,* [o] Anſelmus & Sedulius ſententiam ſuam ad Hieronymi ſententiam accommodarunt.

i Eccbius in Enchirid. de venera. Sanct. reſp. ad 7. pag. 155.
k Ibidem.
* *Epiſt. ad Titũ cap. 1.*
l Bellar lib. 1. de Rom. Pont. cap 8 § Reſpondeo, videtur, &c.
m Alphonſus de Caſtro lib. 6. aduerſus hæreſes.
n Medina vt refert Greg. Valen. lib. de Epiſc. & Presbyt. differen. cap. 3.
o Bellar. lib 1. de membris Eccleſ. cap. 15.

Nonus eſt Auguſtinus.

Is controuerſiam diremit grauiſſimam: * Dixi (*inquit*) quodam in loco in Petro tanquam in petra fundatam eſſe Eccleſiam, ſed ſcio me poſtea per petram expoſuiſſe Chriſtum, quam confeſſus eſt Petrus. *Reſpondetis,* [p] Non reprobat Auguſtinus ſententiam noſtram, ſed anteponit aliam. *Argutè. Non reprobat tuam, qui anteponit contrariam: modeſta, fateor, ſed (nè quid grauius dicam) inepta reſponſio.* 2. [q] Auguſtinus ex ignorantia linguæ Hebraicæ fuit deceptus. [r] Ambroſius Compſæ Epiſcopus, licèt profitetur ſe Auguſtinum venerari, eius tamen ſententiam de Maſſa perditionis 24. obiectionibus

* *Auguſt. lib 1. Retract. cap 21.*
p Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. ca. 10 in expoſitione huius Scripturæ, [Tu es Petrus] § Ad Auguſtin.
q Ibid. § Addo.
r Sixtus Senenſ. lib. 6 Anno 252.

ctionibus oppugnauit. *Postremò.* [f] Non possum hic Augustini & Bedæ opinionem admittere. *Vbi tamen Authorem nullum sequitur, præter eum, qui ait:* Non possum ego admittere.

[f] Maldon. Jes. Cō. in Joh. 10. 3. pag. 860.

Decimus Iustinianus.

Quid ille? [t] Iustinianus senior, in Epist. ad Iohannem 2. affirmat Romanam Ecclesiam esse caput omnium Ecclesiarum. *Videlicet, Ordinis primatum sedi Romanæ tribuit, non authoritatis, nemo repugnabit. Qui Iustinianus cùm alibi sessoriù Papæ potestatem infringit,* Noli, *inquit,* eo nos pondere premere, quo te liberari velis. *Quid audit?* [u] Iustiniani edictum impium erat. *Forsan tu hunc eundem atque sibi diuersum, videlicet, in asserenda Romana Hierarchia Orthodoxum, in eadem oppugnanda Eutychianum hæreticum fuisse velis, quod discutietur suo loco.*

[t] Bellar. lib. 2. de Rom. Pont ca. 17.

[u] Bellar. libro de Pontifice.

11. *Theodoretus,* 12. *Rupertus,* 13. *Gelasius.*

Is Transubstantiationis figmentum sustulit. * Panis, *inquit,* in Eucharistia manet panis, quoad formam atque substantiam, & figuram eandem. *Licebitnè impunè discedere?* [x] Theodoretus de alijs quibusdam erroribus in Concilio Ephesino notatus erat, etiamsi resipuerat. *Respondes nihil ad rem, ad hominem plus satis. Rupertus quoque idem negat, audit.* [y] Errorem suum quendam *etiam* Rupertus tenuit. *Quinetiam idem docet Pontifex vester Gelasius, hic, an tam* indulgens *vobis Pater, quàm* Indulgentissimus Pater Greg. 13? *Respondeo.* [z] Gelasius tanquam Doctor aliquis, non tanquam Pontifex hoc definiuit. *In quo estis puerorum infantum similes, qui alienum quemuis, votis suis adblandientem & indulgentem, Patrem vocant: nisi indulgentem, Patrem, verum licet, neminem agnoscant.*

* Dialog. 2.

[x] Greg. Valent. Jes. lib. de Transubstan. cap. 8. pag. 390. § Quod si autores.

[y] Idem ibid. pag. 390. § Quòd verò.

[z] Valent. Ies. li. de Transubstan. cap. 8. pag. 390. § Quòd si autores. Et lib. 2. Apol. de Idolol. cap. 5. § Quòd si.

14. *Bernardus.*

Is beatæ Virginis commentitiam prærogatiuam negat: hanc

vos

vos probatis, hunc reijcitis. [a] Respondemus totam deuotionem erga Dei genitricem non consistere in Bernardo, Bonauentura, & alijs Patribus. *Longius profectò essem, si omnes Doctores percurrerem, quorum testimonia vos soli Patrum, γνήσια τέκνα, scilicet, quoties vobis minùs arriserint, repudiatis prorsus & aspernamini: & hac me molestia confessio vestra facilè liberabit.*

[a] *Salmeron Iesuit. Com. in Rom. 5.*

De singulorum Patrum suffragijs ipsorum Iesuitarum Conclusio.

Aduocatus. [b] Quis negat Patres habuisse excellenter donum interpretandi, & tamen præcipuos eorum lapsos fuisse? *Tu*, quis, *inquis*, negat? *Sed an etiam hoc fateri Pontificijs licuit?* [c] Et nos aliquoties erasse Patres non diffitemur, homines enim erant, SICVT ET NOS. *Numquid, igitur, singula Patrum testimonia homines tenere pariter ac legere debent? Imo verò* [d] In Patribus legendis, seruanda videtur sententia *Quintiliani, qui sic scribit: neque id statim legenti persuasum sit, omnia, quæ magni Autores dixerint, vtique esse perfecta, nam labuntur interdum, & oneri cedunt, & INDVLGENT ingeniorum suorum voluptati: summi sunt, homines tamen, accidítque lectoribus vt quicquid apud ipsos repertum, dicendi legem putant, vt deteriora imitentur, id enim est facilius, ac se abundè similes putent, si vitia magnorum consequantur. Hæc ille prudenter & acutè. *Hæc Iesuita constanter & liberè: quæ cautio Pontificijs eruditis prudentia videtur, eane in Protestantibus cœcitas & petulantia dici debet? Hæc de Doctoribus. Nunc*

[b] *Bellar. lib. 3. de verbo Dei ca. 10. § Dices quid.*

[c] *Rossens. Epist. in Confu. procm. Luth. § Et nos.*

[d] *Salmeron Iesuit. in Epist ad Rom. disp. 6. paulò ante finem.*

* *Lib. 10. cap. 1.*

CAPVT IX.

Hiſtoriographorum fides exploranda, non antiquioris modò, verùmetiam recentioris ætatis.

a Campianus Inſ. Rat. 7.

Aduerſarius. [a] Priſtinam Eccleſiæ faciem hiſtoria priſca detegit, huc prouoco. Certè antiquiores hiſtorici, quos etiam vſurpant Aduerſarij, ferè numerantur, Euſebius, Damaſus, Hieronymus, Ruffinus, Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Marianus Scotus, Sigebertus, Nicephorus, quid narrant? noſtrorum laudes, progreſſus, hoſtes. *Siccinè? veſtrum erit, igitur, eorum teſtimonia gratis animis amplecti, nec eſſe ex ea hominum notâ, qui phreneſi laborantes, ſummam gratiam ſummâ contumeliâ ſæpè compenſant. Priſci iſti quid narrant?*

Euſebius.

* *Euſebius.*

Euſebius negat * Petrum ſibi primatus gloriam ſumpſiſſe. *Hæc fuit reuerâ veteris Eccleſiæ viua & natiua facies, cuius vel extrema lineamenta, vtinam Eccleſia veſtra non penitùs deleuiſſet. Hoc dixit Euſebius, quid audis? aut* [b] Euſebius hæreticis addictus erat. *Aut* [c] In hiſtoria Euſebij refellendâ Gelaſius (vt mihi videtur) ſingulari prudentiâ vſus eſt. *De Theodoreto* * *ſuprà.*

b Bellarminus.
c Canus locis Tbe. lib. 11. pag. 338.
* *Supra pag. 208.*

Damaſus.

d Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 5. § Neque multum.

Quid narrat? Linus erat, *inquit*, ante Petrum. *Ex quo ſequitur eum non fuiſſe Petri ſucceſſorem: quid audis?* [d] Non multùm me mouet Pontificalis Damaſi, nec Sophronius, nec Simon Metaphraſtes.

Hieronymus.

Quid narrat? Hieronymus Hebræorum Canonem ſecutus,

tus, alios libros omnes reijciendos eſſe cenſuit. *Quid audit?* [e] Hieronymi ſententia non eſt regula fidei Eccleſiæ. *Sed non hoc agitur, mi Cane, ſed an Hieronymus in deſignando Scripturarum Canone, priſtinæ Eccleſiæ fidem ſequutus ſit. Hoc quæritur, huius teſtem Hieronymum Proteſtantes amplectuntur, vos refugitis. Idem cum Hieronymo narrat quartus teſtis*

[e] *Canus ſupra in Claſſe 1. de Can. ſcript.*

Ruffinus.

Quid audis? [f] Ruffinus, pace Lectoris dixerim, Traditionem Patrum ignorabat. *Ecqua verò Proteſtantibus pax vobiſcum, ſi forte ita reſponderent? Quid porro Ruffinus? Nimirùm, Concilij Nicæni Canonem ſextum, in quo priſtinæ Eccleſiæ facies expreſſa proponitur*, Mos antiquus perduret, &c. *Ex quo primatus veſter Pontificalis labefactatur. Quid audis?* [g] Hæc expoſitio eſt falſa. *Illud quoque aſſirmat*

[f] *Canus in eodem loco.*

[g] *Bellar. lib. 2. de Rom. Pontifice cap. 13. § Obſeruandum.*

Rhenanus.

Quid audis? [h] Nihil de Beato Rhenano laboramus, apud nos minimè beato.

[h] *Valent. Ieſ. lib. Euchariſt.*

Socrates quid?

[*] Dies feſtos antiquitùs liberos fuiſſe, nec imponendam eſſe Chriſtianis vllam neceſſitatem. *Quod nos docet, Papale iugum videtur excutere. Quid audis?* [i] Socrates hæreticus fuit Nouatianus, ergo illius iudicium in dogmatibus ſtabiliendis nullius eſt momenti. *Prodit*

[*] *Socrates.*

[i] *Bellarm.*

Sozomenus.

[k] Habemus, *inquis*, Sozomenum teſtem. *Habetis; bene habet, eundem quoque Proteſtantes teſtem habent. Videlicet, hiſtoriam profert, qua* [*] Auricularis Confeſſio refellitur: *quid audit?* [l] Non ignoramus Sozomenum multùm mentitum fuiſſe.

[k] *Bellar. lib. 3. de Pœnit. cap. 9. § Sextò Habemus.*

[l] *Bellar. ibid. cap. 16 & lib. 1. de Clericis cap. 20. § At quod.*

fuisse. *Quid, igitur, interest? Hi dicent illos Sozomenum falsò testem citare, illi hos; falsum, qui plus Sozomeno concedant Lector iudicet: quinetiam isti dno eandem veritatem simul disertè contestantur. Ille* * Cùm Concilium Nicænum, *inquit*, legem ferre vellet, ne liceret Clericis cum vxoribus dormire: surrexit Paphnutius, in cuius sententiam tota Synodus venit. *Hic etiam,* * Solus liberè, *inquit*, restitit Paphnutius & præualuit. *Ergo non modò cœlibatus Sacerdotum in primæua Ecclesia à votorum vinculis liber fuit, verumetiam libera erant in Synodo Patrum omnium suffragia, nullius autoritati supremæ alligata: Quid audiunt?* 1. [m] Totum falsum, quod de Paphnutio narrant. 2. Vel, quod magis credo, si quid tale accidit, malè est ab illis enarratum. *Vel,* 3. Multa mentitus est Socrates. [o] Et Sozomenus multa alioqui mentitus est. [p] Et sunt vtrique in hac narratione indigni fide vt notârunt Alanus Copus, & Turrianus. *Sic falsum quidvis rectum videtur ijs qui res obliquo lumine cernunt.*

* Socrates.

* Sozom.

m Bellar. lib. 1 de Concil cap. 18. § At objiciunt.

n Bellar. lib. 1. de Membris Eccles. cap. 20.

o Valent. Jes lib. de cœlib. cap. 6. pag. 869.

p Idem Tom. 4. disp. quæst. 5.

Marianus Scotus, & Sigebertus.

Hos [q] *Bellarminus seriò allegat. Vbi autem ille loquitur de tempore quo Petrus Romam venerat: hic etiã in persona Gregorij 7. Romani Pontificis Ecclesiæ Romanæ faciem squallidam & luctuosam depinxit. Testimonia non placent, quid cum Testibus agendum?* [r] Fasciculum temporum meritò contemnimus, præsertim cùm Marianum Scotum sequitur, qui secum ipse, & cum veritate pugnat. [s] Sigebertus fuit vnus ex sectatoribus Henrici Imperatoris, ergo indignus fide. *Hi ambo narrant Papam Ioannam, fœminam esse inuentam. O pulchram Ecclesiæ vestræ faciem, sed Meretriciam. Audiunt.* [t] Hi Autores fuerũt corrupti. *Testis postremus intromittendus*

Nicephorus.

Quid audit? [u] Nicephorus quantam mereatur fidem, ab alijs malim æstimari, quàm à me dici, mihi semper audacior est visus. *Hæc vos, vt lenissimè dicam, audacter. Verum hoc est ad* Historicos antiquos prouocare, *scil. Si testimonia eorum vobis*

q Lib 1. de Rom. Pont. cap. 27. & cap. 4.

r Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 5 § Quocirca.

s Bellar lib. 4. de Rom Pont ca 13. § Habemus igitur.

t Bellar. lib. 3. de Rom. Pon. cap. 24 § Quod autem.

u Maldonatus Jes. præfat. in Lucam.

vobis minùs arriſerint, Corrupti, mendaces, ſchiſmatici, ſectarij, hæretici *appellandi ſunt: ſi quid vero iuuant*, noſtri.

CAPVT X.

Ad hiſtorias Recentiores deueniamus, quos cum veros Pontificij reijciunt, tum falſos ineptoſque obtrudunt.

De veris.

A*Duerſarius.*[a] Cum his conſidera peculiares certarum Hiſtoriographos regionum, qui profecto ſi aliquid in Religione noſtra mutatum fuit, frequentes memoraſſent; ſi non frequentes, ſaltem aliqui; ſi non aliqui, vnus aliquis abſque dubio. *De ſingulis infinitum eſſet aliquid, aut de vno aliquo, omnia dicere; tantum eos proferemus, qui Eccleſiæ veſtræ vultũ de induſtria expreſſerunt: eoſq́, in duos ordines diſpertimus, nimirùm in teſtes* illuſtrioris / obſcurioris *nominis & notæ.*

a *Campianus Ieſ. Rat. 7.*

b *Bellar. lib. 1. de Conc. cap. 2.*
c *Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 8* § Zepherinus.
d *Bellar. lib. 2. de Pont. Rom. ca. 17.*
e *Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. ca. 31.* § Ad alterum.
f *Coſterus Ieſ. Apol. part. 3 cap 5.* § Sic.
g *Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. ca. 13.*
h *Bellar. lib. 3. de Pœnit. cap. 13.* § Sed neque.

Prioris generis fides.

[b] Libri Conciliorum negligenter conſeruati fuerunt, & multis vitijs ſcatent. *Et.* [c] Non errabat Zepherinus Pontifex, vt mentitur Rhenanus. [d] Sententia Ænææ Syluij, partim vera eſt, partim falſa. [e] Gratianus addit hæc verba de ſuo; quæ quia Gratiani ſunt, non habent autoritatem. [f] De Zacharia Pontifice vnius Platinæ ſufficiet teſtimonium. [g] Extat etiam apud Platinam forma Electionis. *Quem tu teſtẽ vnicum aſciſcis, Bellarminus tuus vix vnum eſſe patietur.* [h] Platinæ libri Annales noſtri dici non poſſunt, vt ſæpè ab hi-

i Bellar. ibidem. historicis noſtris reprehenditur. *Quid ita?* [i] Nullâ publicâ autoritate Platina Patrum vitas ſcripſit. *Te ipſe Platina refellit. Primo, ex inſcriptione operis, quod Pontifici nuncupauit. Aduocatus.* [k] Ad Sixtum quartum Pontificem maximum. *Secundò ex præfatione.* Tu Theologorum & Philoſophorum Princeps, maximè Pontifex, non fruſtra mandaſti vt res geſtas Pontificum ſcriberem. [l] Quæ Platina de vitis Pontificum ſcripſit, vera ſunt exiſtimanda, quippe cùm ea ex publicis tabulis, alijſque legitimis documentis depromptſerit: in quibus res geſtæ Pontificum hiſtoricâ fide continentur. *Alioqui quorſum facit Hiſtoriographorum mentio? an vt ita in ſcholam & diſputationẽ veniant (quemadmodum olim in Theatrum Cato) vt exeant? nam à Proteſtantibus obiecti, à Pontificijs ſemper ferè exploſi ſunt.*

k Platina in præf. operis.

l Balius de Coron. § Poſt mortem Conſtantini.

Hiſtoriæ putidæ, quibus aut meræ paleæ, aut mixtæ traduntur.

Hiſtoria de donatione Conſtantini.

Hæc (vt ab ea incipiam, quæ propter ſingularem futilitatem nomen obtinuit vt palea *diceretur) ecquid vobis placet? & quid in Donatione non placeat? Aduerſarius.* [m] Illa verba Molinæi circa *(ſic enim appellat fictitiam donationem Conſtantini)* has paleas [& hæ paleæ ſunt] deleantur. [n] Ioannis Cuſpiniani ſententia, vbi ait, [Exprobrat valdè iudicium de donatione Conſtantini] deleatur. *Iucundum igitur vobis videtur de paleis ſomniare aureis modo.* [o] De donatione Conſtantini non libet in præſentia diſputare: diſputent alij quibus cordi fortè eſt Romanæ Eccleſiæ maieſtatem minuere: Laurentium Vallam ſcimus integro libro aduerſus receptam COMMVNI OPINIONE ſententiam declamaſſe. *Hanc tu opinionem vera eſſe cupis, vanam noſti. Aduocatus.* [p] Euſebius, Ruffinus, Theodoretus, Socrates, Sozomenus, Eutropius, [q] cæteriſque (*aliter de his cenſuit* Bellarminus) probatæ fidei authores, qui omnia geſta Conſtantini

m Index Expur. ab Inquiſitoribus editus. pag. 25.

n Iod. x Expurg. per Iunium editus. pag. 169.

o Canus locis Theolog. lib. 11. cap. 5. § Quod deinde

p Ibidem.

q Idem. ibidem.

* Supra.

ſtantini ſcripſere diligentiſſimè, donationis eius mentionem nullam faciunt: Leprâ Conſtantinum hunc laborâſſe, à qua Baptiſmatis lauacro eſſet per Syluestrem Papam ſanatus, apud idoneos authores nuſquam legi. * Thomas hiſtoriam vulgatam ſumit, &, vt videtur, probat. Caietanus autem, Platina, Lodouicus Viues apertè negant: ego hæc nec pro certis affirmare auſim, nec pro falſis refellere. *Cedas igitur locum ei, qui id liberè auſit, Balbo tuo.* [r] Hæc quæ de illius Donatione vulgo feruntur, magnos alioqui aſſertores habent: At Pius ſecundus Pontifex ſedulus, rerum vetuſtate inuolutarum diligentiſſimus indagator, in nobili illo Dialogo, quem ante Pontificatum in Germania edidit, paleæ ſcripta de Conſtantino, vt ſubditicia & adulterina refellit, inuehiturque contra miſeros (vt eius verbo vtar) legiſtas, qui tantum ſudant diſputando, an id valuerit, quod nullo vnquam tempore fuit. Nam *Laurentium Vallenſem miſſum facio, qui calumniandi potiùs quàm veritatem (*iniquiſſimè* Vallam *traducis, cuius ſententia fere ſingula ſingula ſunt argumenta diſertiſſima*) indagandi ſtudio in ſacram ſedem Apoſtolicam (*pereleganter*) petulanter debacchatur: eos potiùs authores ſequar, qui procul ab inuidia ac metu, rurſus à gratia & amore hæc ex fide retulerunt: ex quorum monumentis innotuit Conſtantinum Eccleſiam in vrbe Roma condidiſſe in hortis Equitij, donaque obtuliſſe, patinam argenteam, & cyphos duos, & calicem aureum, aliaque vaſa ex auro & argento conflata, fundum quoque Cornelianum, & in vrbe hortum, item domum intra vrbem: reliqua de eius donatione, & lepra, & balneo ſanguine puerorum redundante, paſſim decantata, ſilentio prætereo, ne odium gratuitum mihi comparem. *Sequeris igitur, ſed nondum aſſequeris eos, quos ais* ab inuidia ac metu procul abfuiſſe: *cui iam metus, (ſic enim ais,* ne odium comparem) *ſilentium impoſuit.* Reliqua (*inquis*) non lego: *Quæ ſunt illa tandem, quæ in fabuloſa donatione finguntur reliqua? Tu taceſ,*

* *Part. 3. qu. 69.*

r *Hieron. Balbus Epiſc. lib. de Coronatione ad Carolum 5. Imperat.*

* *Vide Vallam. declamat. de donat. Conſtant.*

ces, expediet minime tacens minime tacenda. [f] Verum dicam nihil homines metuens, Deo fretus. *Dic igitur quæ ſunt illa* Reliqua? Ex donatione Conſtantini ſuam eſſe aiunt (*Pontifices*) vrbem Romam, ſuum regnum Siciliæ, Neopolitanum, ſuam vniuerſalem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Germanos, Britannos, ſuum denique occidentem: hæc enim cuncta (*aiunt*) in ipſa Donationis pagina contineri. *Miram Pontificum artem, & plane miraculoſam narras, qua patinas in palatia, domum in vrbem, hortum in gentem, cyphos in regna mutarunt, & cum ſuo Ione diuiſum imperium obtineant* totum occidentem. *Mirum eſſe non debeat ſi hæc irrideat Reus.* [*] Excogitatum eſt ab illis ingens mendacium, de Donatione Conſtantini, diſtinct. 96. non quod verum eſſe credant, ſed percupidè hæc paſſim deprædicari, & ad veritatem perſuaderi: ſic ſtultus ſtultum ad inſaniam adigit. *Quo artificio (dolo malo) in humanas poſſeſſiones irruiſtis, eodem iamdiu ſpiritualem iuriſdictionem vendicaſtis.*

[f] *Valla declam. de donat. Conſtant.*

[*] *Lutherus tract. aduerſus Papatū.*

CAPVT XI.

Canon, quem Pontifices allegarunt, vt ius appellationis aſſererent, qualis fuit?

Aduocatus. [a] Canon ille de appellando ad Romanum Pontificem in Concilio Carthaginenſi falſus eſſe deprehenditur. *De hiſtoria aſſumptionis B. Mariæ, & hiſtoria* Traiani, *vide* [*] *ſupra in ſuis locis. Iam*

[a] *Vide ſupra Apol. huius part. 1. lib. 2. cap. 4.*

[*] *Supra lib. 1. cap. 42. lit. g.*

De Epiſtola Beatæ Virginis ad Ignatium.

Aduocatus. [b] An B. Virgo aliquid ſcripſerit non conſtat: nam Epiſtola quædam ad Ignatium, quæ nomine eius circum-

[b] *Suarez. 3. part. Thom. q. 37. art. 4. diſp. 20. 51*

circumfertur, incertæ autoritatis eſt. ſi conſtaret eam à B. Virgine ſcriptam, nemo, vt exiſtimo, dubitaret, quin inter Canonicas Scripturas eſſet annumeranda. *Et tamen* illa, *inquis* circumfertur.

De Hiſtoriis Venerabilis Bedæ, & B. Gregorij.

Aduocatus. [c] Lector admonendus eſt, nè illi ſtatim perſuaſum ſit, omnia, quæ magni Autores ſcripſerint, vndique eſſe perfecta, nam labuntur interdum, & oneri cedunt, vulgóque interdum indulgent, quæ ego eadem de Beda & Gregorio iure fortaſſe dicere poſſum; quorum ille in hiſtoria Anglorum, hic in Dialogis quædam miracula vulgo iactata, & credita ſcribit: equidem hiſtorias iſtas probarem magis, ſi eorum Autores iuxta præfinitam normam ſeueritati iudicij, curam in eligendo maiorem adiunxiſſent. *Ad alterum Hiſtoriarum genus tranſeamus.*

[c] *Canus locis Theolog. lib. 11. cap. 6. § Lex verò ſecunda. pag. 337.*

Legenda Sanctorum aurea.

Aduerſarius. [d] Ex Indicibus Forbinianis hæc verba, [Sanctorum legendas eſſe apocryphas,] deleantur. *Quid ita? an non ſunt apocryphæ? an non etiam putidiſſimis Apocryphis fabuloſiores, & ſpongiâ iſta deletis dignißima veſtrâ,* Deleantur? *nequaquam, inquies, en enim in hac Legenda gemmam.* [e] Franciſcus, cum infirmitatis ratione carnes edi-ſet, iuſſit à ſocio ſe collo iniecto fune trahi, & in platea clamauit: Non eſt hic vt ſanctus habendus, ſed vt gluto, qui carnes vorat. *quid Aduerſarij?* [f] Proteſtantes huiuſmodi deteſtantur & irrident, longè nimis à notitia Chriſtianarum virtutum remoti. *Ain'?* Virtutum Chriſtianarum? *an vobis videtur eſſe* gulæ *& helluationis vitium,* infirmitatis cauſâ carnem edere? *an veritus, ne nõ conſulendo vitæ ſuæ homicida eſſet, tanquam homicida* per plateas fune per collum trahi *voluit? hæccine* pœnitentia, *quæ eſt in omni Theologia pœnitenda maxime?*

[d] *Index Expurg. general. Inquiſit. Hiſpan. iuſſu editus pag. 6.*

[e] *Coſterus Ieſuit. Apolog. cap. 10. § Primum exemplum.*

[f] *Idem quo iam ſuprà.*

ximè? ſed nimirum Legendæ *hæ ſunt delicia iſtæ*, quas legendo, *inquis*, non poſſum ſatiari, *digna tua labia lactucis. at Reus.* [a] Proponunt nobis Papiſtæ Legendas, quas vocant, Sanctorum, quibus doctrinas illas humanas confirment, id verò mirè ad perdendas animas facit, & pietati plurimum damni afferunt. *Proteſtantes, igitur, deplorârunt ſtuporem veſtrum, quem Pontificij etiam veſtri irriſerunt. Adnocatus.* [g] Quam indigna eſt Dius hiſtoria ea, quam, neſcio cur, Legendam auream nuncupant? quid fœdius dici poteſt illo libro? Autor affectui ſuo indulſit, cum non quid Diui fecerunt, ſed quæ eos feciſſe is vellet, expoſuit: fuerunt enim qui magnæ pietatis loco ducerent, mendaciola pro Religione confingere. hæc Lodouicus Viues, à paucis forſitan lectus, legi tamen Scriptor dignißimus. [h] Non ego Autorem eius libri excuſo, qui ſpeculum exemplorum inſcribitur, nec hiſtoriam etiam eius, quæ Legenda aurea nominatur: in illa enim Miraculorum ſæpiùs monſtra, quàm vera miracula legas: hanc homo ſcripſit ferrei oris, plumbei cordis, animi certè parum ſeueri & prudentis. [i] Commenta illa, quæ aurea vocari ſolent, Dei Sanctos plurimum illuſtrant, ſed quantum Stellas nocturnæ faculæ: at verò Sancti Dei viri noſtro non egent mendacio.

[a] *Lutherus enar. in dic. Epiſt. in Mat.2.*

[g] *Eſpenſeus Epiſ. Com. in Tim. digreſſ.lib.1.cap.11 pag.324.*

[h] *Canus loc. Theol. lib.11.ca. 6.pag.337.* § Lex verò.

[i] *Royardus præf. ante homil.de Feſtis Sanctorũ.*

Inſtantia alia.

Aduerſarius. [k] Eodem pertinet factum Macharij, qui grauiter in ſe vindicauit culicis à ſe occiſi necem, vbi non iam propter culiçem, quàm eius occaſione, ad carnem domandam eſt hæc grauis pœna à viro Sancto ſuſcepta. *Quid an quòd culicem ederet, in quo aliquid carnis ineſſe ſuſpicabatur, vt dignus iam ſibi videretur gluto vt* ſune per collum traheretur? *an quod puſillus culex qui ſirtè ſemel atque iterùm tàm leuiter eum pungebat, vt vix ſentiretur, ita* ad carnem grauiter domandam *inſeruiebat, vt illo mortuo, pœna eſſet neceſſariò ſibi inflgenda, non ſtimulo culicis minor. ô grauem & acerbam pœnitentiam; hoc eſt crucem tollere, ſcilicet,*

[k] *Coſterus Ieſuit. ibidem quo ſupr.*

hoc

hoc eſt iugum Chriſti ſuſtinere; hâc, hâc itur ad ſuperos. Non equidem irrideo, doleo magis nullum eſſe Autorem tàm futilem quin inueniat Lectorem ſimilem ſui. Aduocatus. [l] Ecquis credat Diuum Franciſcum pediculos ſemel excuſſos in ſeipſum ſolitum eſſe emittere? Scio paupertatem illi placuiſſe ſemper, ſordes nunquam. Diabolum à D. Dominico fuiſſe coactum vt lucernam haberet in manibus, quoad illa abſumpta dolorem incredibilem afferret. perridiculum eſt, non poſſunt eiuſmodi exempla numero comprehendi. [m] Diuus Antonius non tam dedit operam vt vera ſcriberet, quàm ne quid præteriret, quod in alienis ſchedulis reperiebat. *Eiuſdem farinæ ſunt hæc alia:* Itinerarij Clementis octo, Acta Andreæ, Thomæ, Philippi, acta Theclæ & Pauli, liber qui Mariæ tranſitus dicitur, Epiſtola Ieſu ad Abgarum, Paſſiones Georgij, Quinci, Iulittæ abijciamus: [n] Et tamen vidit ætas noſtra Sacerdotem, cui pertuſaſſimum fuit, nihil omninò falſum eſſe, quod ſemel typis fuiſſet excuſum. [o] Quid dicam de ridiculis illis Chriſti pueri miraculis nè, ludis dicam fabulofis? *Satis de minimè legendis* Legendis *veſtris (aurum in ſterquilinio?)* aureis **ſupra de ementitis* miraculis, & * *Reuelationibus fucatis ſatis diximus. Si præterea recentioris ætatis ſubrancida Ieſuitarum hiſtoria à nobis eſſent ad viuum reſecanda, nullo negotio oſtenderem Turſellinum Ieſuitam in ſua* Domo Lauretana *deſipuiſſe; Gallonium in* Martyrologio *inſaniuiſſe ſuo; in ſua* Virgine Hallenſi *lippiſſe Lipſium; Rabadeneiram, Schottum Ieſuitas in elaborandis ſuis nouis* Legendis, *de* Ignatij Loiolæ, Xauerij, Borgiæ, Laynis *vitis, penitus deliraſſe: ſed hoc ad huius Apologiæ partem primam pertinet, quam (Deo fauente) in multis auctiorem & dilucidiorem Reip. Chriſtianæ debere præſtare, propediémque præſtabo. De iſtis interim videor mihi verè eſſe dicturus, quod de Pontificijs aliis nugaciſſimis vir Pontificius:* [p] Hiſtoriæ multæ apocryphæ ſunt de vitis Sanctorum, vt hæreticis (*ſic Orthodoxos nominat*) ſubſannandi, cordatis dubitandi, pijs lachrymandi occaſionem præbeant. *Iam (vt eò redeat, vnde deflexa eſt Oratio.)*

l *Canus locis theolog. lib. 11. cap. 6. § Prima lex. pag. 333.*

m *Canus quo ſupra pag. 337. & 338.*

n *Canus ibid. pag. 336. § Lex verò.*

o *Lind. panopl. lib. 4. cap. 100. fol. 478.*

* *Supra part. 1. Apolog.*

* *Supra in hac parte.*

p *Poſſiuinus Ieſ. Apparat. ſacro. Tit. Apocrypha.*

CAPVT XII.

Patres antiquos ſalutemus denuò, & in eorum quaſi ſenatum ingrediamur: vel ex { *Maiori parte conſentientium:* / *Vnanimi conſenſu conſpirantium.*

Probandum eſt Sanctos Patres à Pontificijs aut deſerì iniquè, aut perfidioſè depranari.

1. *Vbi pars Patrum maior conſenſerit.*

a Cum locis Theol. li.7.ca.3.

b Campian. Rat. 6. Idem Poſtan-cenſes Theſ.77.

c Ribera Ieſuita Com.in Apoc.10 verſ.1.pag.499. d Idem ibidem in Apoc.1.

e Maldonatus Ieſuita Com in Matt.19.ver.20

ADuerſarius. [a] Quod maior pars Patrum ſenſerint, id eſſe Catholicæ fidei profitemur: at Lutherus vult neminem cogendum eſſe autoritate Patrum, ſed Dei verbum liberum eſſe debere. [b] Ad Patrum ſuffragia (ringatur inuidia licet) nos adhærescemus, quas Scripturas Patres afferunt, afferemus. placet vobis? minimè, inquitis, niſi rectè exponant: quid hoc eſt rectè? arbitratu tuo? nonnè vos pudet? *Certè quidem iamdiu puduit, ſed impudentia veſtra, quâ Patrum Autoritatem, quoad partem maiorem, efflagitare ſoletis ſimul & repudiare, videlicet,* [c] Apoc.20.1. Vidi Angelum. Patres plerique *(ſic etiam Proteſtantes)* per Angelum Chriſtum interpretantur, quod mihi non placet. *Deinde.* [d] Apoc.1.4. Gratia à ſeptem Spiritibus, qui in conſpectu throni ſunt. Multi *(quæ eſt Proteſtantium expoſitio)* per ſeptem Spiritus, ſeptem dona Spiritus Sancti intelligunt, vt Primaſius, Ambroſius, Rupertus, Haymo, Anſelmus, *ad extremum:* Sed melius Arethas. *hirundo vna multis præponitur. quid ita?* Quia, *inquis*, mihi non placent. *præterea.* [e] Matth. 19.20. Iuuenis dicit, hæc omnia ſeruaui. Quidam Patres Hilarius, Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, Theophilus, Beda, & alij *(nec alia eſt Proteſtantium defenſio)*

deſinſio) dicunt hunc Adoleſcentem mentitum eſſe: magis ego probo ſententiam Baſilij, Euthymij, Chryſoſtomi. *Porrò.* [f] Proteſtantes nullam occaſionem prætermittunt accuſandi Apoſtolos, vt Matth. 20.22. Vbi filij Zebedæi reſpondent, [Poſſumus,] multi Autores *(& ita reuerà Proteſtantes omnes)* exiſtimant eos temerè & ambitioſè reſpondiſſe, inter quos ſunt Chryſoſtomus, Theophylactus, Euthymius: at malo *(nullo præterea accito autore)* EGO credere eos amantèr & verè eſſe locutos. *Rurſus.* [g] Gen. 49. [Dan erit coluber in via.] ex hoc loco docent Irenæus, Hyppolytus, Cyrillus, Hieronymus, Auguſtinus, Proſper, Gregorius Papa, Ruffinus, Ambroſius, Beda, Rupertus *(quibus addi poſſunt,* Theodoretus, Arethas) docent, inquam, Antichriſtum naſciturum eſſe ex tribu Dan; quibus ego aſſentior. [h] Eodem modo exponit Gregorius Pontifex, [i] Ergo Papa non poteſt eſſe Antichriſtus. *At vos Scripturæ ipſius vox refutat, quia* [k] Loco Geneſ. 49. videtur Iacob ad literam loqui *(ſic exponentibus Proteſtantibus)* de Samſone, cum ait, [fiat coluber in via, ceraſtes in ſemita, & mordeat Vngulos equi, vt cadat aſſeſſor eius retrò.] Samſon enim fuit de tribu Dan, & fuit verè Philiſtæis tanquam coluber in via: nam vbique eis occurrebat, & vexabat. Ita exponit Hieronymus; & videtur ſanè Iacob BENE precari filio ſuo, cùm hæc dicit, ac proindè non malum, *(Ergo nec impiiſſimum Antichriſtum)* ſed bonum prædicere. *In huius Scripturæ expoſitione ille parti maiori, hic meliori; ille autoritates numero, hic pondere explorat; denique ille Scriptorum, hic Scriptura (viz. non hominis, ſed Dei) voce acquieſcit: nec tamen ſolus adeſt.* [l] Locus ille Geneſ. ad literam de Samſone explicatur, quia reuerà ibi Iacob non videtur mala, ſed bona prædicere. *Quinetiam.* [m] Præceptum, Non concupiſces, rectè in duo diuiditur in vxorem, & rem alienam, Autores ſunt Auguſtinus, Clemens Alexandrinus; quamuis Origenes, Philo Iudæus, Procopius, Ambroſius, Hieronymus *(hunc ſenſum Proteſtantes tenent)* [n] etiam Athanaſius, [o] etiam Heſychius contrarium ſentiunt. [p] Quibus accedunt Procopius

[f] *Maldonatus Iſ. comm. in Matt. 20. ver. 22*

[g] *Perrinus Ieſuit. Comm. in Dan. li. 14. pag. 681.*

[h] *Perrinus Ieſuit. Comm. in Geneſ. 49. & Vieyra Iſ. Com. in Apoc. 11. num. 3.*

[i] *Salmeron Iſ. Com. in 2. 7 hoſ. 3*

[k] *Bellar. lib. 3. de Rom. Pont. cap. 12. § Hæc ſententia.*

[l] *Suares Iſ. in Thom. 59. Art. 6. diſ. 54. § 2. pag. 763.*

[m] *Bellg. lib. 2. § Porrò illud.*

[n] *Senenſ. lib. 2. pag. 56.*

[o] *Deſenſio. pag. 135.*

[p] *Vaſques Iſ. li. 2. de Adorat. diſ. 4. cap. 7.*

Procopius & Rupertus. *Videa' pars maior vt minùs valeat quamuis etiam melior ? nam vxor aliena eſt res aliena,* Rom. 7. [Peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem Concupiſcentiam.] *De quo mandato loquitur Apoſtolus ? Aduocat.* [q] Loquitur de mandato ILLO, [Non concupiſces] alludens ad verbum ipſius mandati. Exod. 20. [Non concupiſces rem Proximi, non vxorem, non domum, non agrum] & appellat OMNEM concupiſcentiam, quia mandatum HOC plures partes habet, prohibuit enim Deus concupiſcere RES proximi, (*videlicet*) vxorem, agrum, domum, & cætera omnia. *Apoſtolus, igitur, vnius mandati partes diuerſas, vos diuerſa mandata conſtituiſtis. ſimiliter.* [r] Non dubito affirmare Sanctum Hieronymum, Sedulium, Primaſium, Theodoretum, Oecumenium, Theophylactum, cum Æreanis (*opinione tua*) hæreticis ſenſiſſe, quod Epiſcoporum, & Presbyterorum ordinem iure diuino eundem eſſe dicunt, *tum etiam.* [s] Et tota Schola recentium Theologorum de corruptibilitate cælorum aduerſatur ſententiæ Ambroſij, cui omnes fere Greci Patres conſentiunt: *Schola opinio tibi verior eſſe videtur, & tamen* Schola *eſt*, (*vt dicis*) Recentium Theologorum. *Denique.* [t] Matth. 26. Non bibam de germine vitis. &c. Caluiniſtæ ad ſanguinem referunt, ſic Patres quidem, Origenes, Cyprianus, Chryſoſtomus, Epiphanius, Hieronymus, Auguſtinus, Beda, Theophylactus, ſed ſenſu diuerſo: ſed (*Autore nullo contra allato*) perſuadere mihi non poſſum, ſic poſſe exponi. *Poſtremo.* [u] Quicquid ſenſerint multi antiqui Autores, an ſit verum matrimonium poſt votum; contrarium nunc eſt verum. *Ita vos (ſi diis placet) germani Patrum filij, compluriũm Patrum ſuffragijs multis ſæpè multiũmque repugnatis. ſed in minutioribus iſtis non eſt immorandum. ad conſenſum ferè vnanimem deueniamus.*

q Toletus Jeſ. Cõ. in Rom. 7. ſparſim.

r Medina, vt refert Greg. de Val. lib. de diff. Epiſ. & Presbyt. Et Bellar. de membris Eccleſiæ militantis cap. 15.

ſ Soncinas. lib. 6. Annot. 245.

t Maldonatus Ieſuit. Com. in Matt. 26. ver. 29

u Maldonatus Iſ. Summa q. 12. Art. 5.

CAPVT

CAPVT XIII.

De Conſenſu Patrum communi, quoties Scripturæ ſenſui germano aduerſari videatur. 1. quoad Theſin.

Aduerſarius. [a] Non ſunt improbanda veterum Patrum teſtimonia, quandò omnes, vel PERE omnes in vnam ſententiam conueniunt, vel in vno aliquo Scripturæ loco interpretando concordant, quia tunc Patres certiſſimum & ineuitabile reddunt argumentum veritatis Catholicæ, & certæ, atque legitimæ interpretationis. [b] Eſt infallibilis regula iudicandi. *Hoc non eſſe in omni cauſa neceſſarium res ipſa demonſtrat, primò quia Aduocatus.* [c] Patres millenarij (*de his caſtis loquimur, non de Cerynthiacis illis belluinis*) fuere Papias Iohannis Apoſtoli auditor, Apollinarius, Irenæus, Tertullianus, Victorianus, Lactantius, Seuerus, Sulpitius, & magnus Catholicorum numerus, Iuſtinus Martyr, omnes ex Cap. 20. Apoc. [*Donec cõſumentur mille anni,] PERPERAM INTELLECTO DECEPTI. *Imò etiam* [d] Clemens Romanus, Tertullianus, Origenes, Irenæus, Chryſoſtomus, Theodoretus, Oecumenius, Theophylactus, Ambroſius, Bernardus huic ſententiæ (*quæ in Concil. Florentino damnata eſt*) aſſenſi ſunt: Animas non frui viſione dei ante diē iudicij. [e] Illis addi poſſunt Iuſtinus Martyr, Lactantius, Victorinus, Prudētius, Arethas, Iohannes 22. Pontifex Romanus. [f] Græci Patres, nec pauci Latinorū Doctorū (ꝫ Imò veteres Patres fere omnes) arbitrati ſunt prædeſtinationis cauſam fuiſſe præuiſa hominum opera, aut fidem, non meram Dei gratiam, ſed HOC SCRIPTVRAE ADVERSATVR. *Quod Patrum Antiquorum inſigne erratum Ieſuita, ſoli Auguſtino aſſentiens, luculentis rationibus diſertè eruditéque profligat. De quo nos ſuo loco copioſius. Tertiò.* [h] Aliquandò aliquorum Patrum opinio cum communi Theologorum ſententia pugnat: vt cum docent Patres Infantes abſque Baptiſmo morientes igne perpetuo cruciari: Communis autem Scholaſticorum opinio eſt, &

[a] *Salmeron Ieſ. in 1. tom. 3 diſp. 25. § Tertiò.*

[b] *Greg. Valent. Ieſ. lib. 8. Analyſ. cap. 8.*

[c] *Sanctes. Bil. Libl. 5. Annot. 233.*

[*] *Apoc. 20.*

[d] *Stapleton. lib. 1. de Autorit. Scripturæ cap. 2. § 5.*

[e] *Senenſ. lib. 6. Annot. 345.*

[f] *Petrus Ieſuit. Com. in Rom. 8. diſp. 11. num. 106. & diſp. 13. num. 113.*

[g] *Bonnius de auxilio diuina grat. cap. 26. § Ergo.*

[h] *Azorius Ieſuita inſtit. Moral. lib. 2. cap. 17.*

& verior eos pœnâ ſenſus non puniri. *Quarto.* [i] Miſſam facio Auguſtini & Innocentij ſententiam, quæ (*ex falſâ expoſitione Ioh. 5. 63.* Niſi manducaueritis.) ſexcentos circiter annos viguit in Eccleſia; Euchariſtiam etiam Infantibus neceſſariam; res iam ab Eccleſia, & multorum ſeculorum vſu, & decreto Concilij Trident. explicata eſt: neque Proteſtantes in hoc à nobis diſſentiunt: Non ergò de Euchariſtia, ſed de fide Chriſti paſſionis, hoc præceptum, [Niſi quis &c.] intelligendum eſt. *Nemo itaque non ſatis intelligit magnos celebreſque Autores, in rebus etiam magni momenti, interpretatione ſua* deceptos, *ſæpè multúmque à veritate aberráſſe. hactenus de Theſi.*

[i] *Maldonatus Jeſuita Com. in Ioh. 6. 53. §. Alijs.*

CAPVT XIIII.

Hypotheſis 1. Patrum Autoritas vnanimis, ſtrenuâ aſſeueratione, à viris Pontificijs, producitur ſimul & proditur.

A *Duerſarius.* 1. [a] Nos Patrum veri filij ſumus; non illos pro Semipatribus habemus, ſed totos nobis tanquàm Patres vendicamus: Nos Patrum doctrinam non alia ex parte admittimus, alia repudiamus, ſed integram complectimur. *Nequaquam verò integram. nam.* [b] Patres multi (*inquitis*) voluerunt etiam aurum & argentum per ignem tranſire: ſed ſatis eſt, quòd veram ſententiam ab illis accepimus, eſſe Purgatorium. *Hic ſemiſilius eſſe voluit, tu verò etiam (Duræe) nè filius quidem.* [c] Patres NON PATRES cenſentur, cum ſuum aliquid, quod non ab Eccleſia (*Proteſtantes dixerint, quod non à verbo*) acceperint, vel ſcribunt, vel docent.

[a] *Dureus Jeſuit. cõtra VVhitach. fol 125. 140.*

[b] *Valent. Ieſuita de Purg. cap. 5. pag 902.*

[c] *Dureus Ieſuita quo ſupra.*

2. *Aduerſar.* [d] Defendamus concordem Patrum antiquorum conſenſum, ſi volumus eſſe Catholici: equidem dum audio tot (*vndecim allegatis*) Patres idem & vnum aſſerentes, non exiſtimo doctiſſimorum hominem (attamen hominum) me audire ſententiam, ſed Catholicæ Eccleſiæ, cuius

[d] *Cantes loc. Theo. lib. 7. cap. 3. Vos in hac declamatione pagina. 20 conſumpſit.*

cuius illi præcipuæ columnæ fuerunt. *Loquere etiam rursus, vt te videam.* [e] Rom. 5. [In quo omnes peccauerunt.] Ex hoc loco ſancti omnes vno ore aſſeuerarunt, B. virginem in peccato originali conceptam fuiſſe, Chryſoſtomus, Euſebius, Remigius, Ambroſius, Auguſtinus, Bernardus, Beda, Anſelmus, Erardus Martyr, Sanctus Antonius, D. Bonauentura, Aquinas, Vincentius, Damaſcenus, Hugo de ſancto Victore; quamuis nullus autor contra venerit, INFIRMVM eſt tamen EX OMNIVM PATRVM CONSENSV argumentum, & contraria ſententia potiùs probabiliter & piè defenditur. *Hui tam citò hominis Catholici perſonam excuſſiſſe! Sed agite.*

[e] Canus loc. Theo. li. 7. cap. 3. num. 1 § Sancti namq.

Aduerſarius. [f] Illud dogma à doctoribus expreſſum, fidem in Eccleſia Catholica facit, quod vniuerſali conſenſu ab omnibus, vel ferè ab omnibus magna conſtantia traditum eſt. [g] Eſtque ineuitabile argumentum veritatis. *Inſuper vide etiam, te quæſo, per* [*] *annos 1500. conſtantē Patrum omnium ſententiam.* [h] Reſpondetur (*inquis*) ad ſententias ſanctorum Patrum, quæ proferuntur contra immaculatæ conceptionis B. Virginis priuilegium, inde enim inferunt (*non Proteſtantes ſolum, ſed etiam complures Scholaſtici*) B. Virginem præſeruatã à peccato non fuiſſe, præſertim quod omnes non ſolùm id priuilegium non attigerint, ſed etiam denegaſſe videantur. [i] Quidam enim illorum proferunt ducentos patres; alij, vt Bandellus, fere trecentos, Caietanus quindecim, & illos quidem, vt ait, irrefragabiles. *Reſponde.* Reſpondeo multitudini Doctorum nos opponimus aliam multitudinẽ, vt clauus clauo trudatur, & vniuerſæ penè Eccleſiæ conſenſum opponimus, & vniuerſitatum omnium concordem ſententiam, præſertim eius, quæ primaria eſt Pariſiorum: in qua Academia nullus magiſtri in Theologia titulo dignus habetur, qui non prius iurandi religione ſe aſtrinxerit, ad hoc virginis priuilegium tuendum & propugnandum. *Conſenſum tu conſenſu, ſeu clauum clauo, expellendum cenſuiſti, ſed antiquum nouo, nam.* [k] Aduerſarij noſtri argumenta petunt à Doctorum antiquitate, cui ſemper maior honor eſt habitus,

[f] Salmer. Jeſu. in Poem. Epiſt. 3. D. Pauli. diſp. 6. in fine.
[g] Idem iam ſupra
[*] Vide Apol. huius lib. 1. cap. 88.
[h] Salm. Jeſ. com. in Rom. 5. diſp. 51 in initio.
[i] Ibid. § Deinde.
[k] Ibid. § Tertio.

habitus, quàm nouitatibus. *Reſponde.* Reſpondeo quamlibet ætatem antiquitati ſemper detuliſſe: ſed illud aſſerimus,

l *Ibid.* §Secundò Doctores iuniores perſpicaciores fuiſſe. *Enimuerò.* [l] Aiunt non veriſimile eſſe patres deuotos, & familiari religione Diuam Virginem complectentes, vt Bernardum, Bonauenturam, Thomam, & alios, hanc (*ſi qua eſt*) prærogatiuam ignoràſſe. *Reſponde.* Reſpondemus, totam deuotionem erga Dei genitricem non conſiſterere in Bernardo, Bonauentura, & alijs patribus. *Liceat tamen nobis pace tua, Bernardum loquentem attendere.* * Lego Spiritum ſanctum in Ma-

**Bernardus epiſt. 174.* riam, non autem cum Maria veniſſe: [Superueniet te] dico glorioſam de ſpiritu ſancto concepiſſe, non autem conceptam fuiſſe: dico peperiſſe virginem, non autem partam eſſe à Virgine: ſolus Ieſus de ſpirito ſancto conceptus quia SOLVS ante conceptum ſanctus: hæc prærogatiua prolis eſt, hanc B. Mariæ tribuere, non eſt honorare virginem, ſed honori detrahere: de alijs omnibus verum, quod cecinit Propheta, Pſal. 50. In iniquitatibus concepit me mater mea. *Quid ſi inſuper autores plures opinioni veſtræ aduerſentur? Reſponde.*

m *Ibid.* §Deinde [m] Contra hanc, quam obiectant, multitudinem, reſpondemus ex verbo Dei, Exod. 23. In iudicio plurimorum non acquieſces ſententiæ vt à vero deuies. *Rectè, niſi quod in hac quæſtione vos multitudini Patrum reluctamini, in qua illi ex verbo Dei veritatem exoſculantur.*

n *Canus quo ſupra* [n] Ex Rom. 5. [In quo (*Adamo*) omnes peccauerunt.] Sancti (*Patres*) omnes vno ore aſſeuerarunt, B. Virginem in peccato originali conceptam fuiſſe. *Cum itaque antiquos* omnes *aduerſarios habeas, quomodo antiquæ authoritatis vim tantam expugnabis?*

o *Salmeron quo ſupra in initio diſput.* [o] Reſpondemus ex Auguſt. lib. 1. de Morib. cap. 2. & ex Thomæ doctrina, locum ab authoritate eſſe infirmum. *Quanta eſt hæc vel oſcitantia, vel perfidia veſtra, Patrum conſtantem conſenſum, vt fidei* argumentum infallibile & ineuitabile *defendere, re autem ipſa* vt infirmum *deijcere ac labefactare? ſed conſtans eſt profectò hæc veſtra inconſtantia, cuius nobis documenta alia quoque egregia, etiam Ieſuitæ prodiderunt. Vnus.*

p *Maldonatus Jeſuita ſupra.* [p] Exiſtimârunt patres Zebedæi filios, Math. 20. temerè reſpondiſſe:

ſpondiſſe: Ego verò credo eos verè eſſe loquutos. *Tum etiam* [q] Math. 19. [Non omnes capiunt hoc verbum] id eſt, non omnes præſtare poſſunt, vt ſint ſine vxore, quia carent dono continentiæ, SIC FERE OMNES exponunt, quibus EQVIDEM non aſſentior. *Rurſus.* Vellem vt VNAM ALIQVAM ex his, quæ bonos authores habent, ſequi poſſim, ſed fateor me, præter voluntatem meam, in nouam interpretationem RATIONIBVS maioribus impelli. *Deinde,* Math. 16. [r] Horum verborum Chriſti, hic MIHI NON videtur eſſe ſenſus, QVEM OMNES, quos memini me legiſſe præter Hilarium, adferunt. [ſ] Variæ ſunt de hac ſententia Matth. 11. 11. Patrum opiniones, ſed vt liberè fatear, in nulla earum acquieſco: hic mihi videtur eſſe ſenſus &c. *Rurſus.* Omnes fere veteres ita exponunt: ſed non eſt ſatis apta interpretatio, vt mihi videtur. [t] In huius verſiculi explicatione, NEC GRAECI, NEC LATINI, nec, qui Hebræos ſequuntur, MIHI perfectè loqui videntur. *Denique tertius.* 1. Corint. 6. Qui fornicatur in corpus ſuum peccat. [u] Non dixit, per corpus peccat: quis enim id ignorare poterat? quia non ſolùm facit iniuriam corpori ſuo, dum illud pro indiuiſo ponit cum corpore meretricis, quod res eſt viliſſima: ſicut qui poneret rem nobilem cum re ignobili; verumetiã omnino ex natura copulationis cum meretrice obligauit corpus ſuum liberum, & obnoxium poteſtati meretricis: quod miror non eſſe ab interpretibus apprehenſum, ac par erat. *Hoc eſt obſequi Patribus omnibus, ſcilicet, per veſtrum,* Ego verò: mihi autem, *omnibus reluctari. Hæc etiam vobis diſputandi lex æquiſſima eſſe videtur, Proteſtantes Patrum ſuffragijs aſtrictos tenere, vos verò pro arbitratu veſtro liberos venditare, & in altero ſcribere ac clamare* Patres, Patres, *in altero Patres ipſos proſcribere.*

[q] *Maldonat. Ieſ. com. in Matth. 19. 11. & alibi.*

[r] *Idem com. in Matth. 16. 18.*

[ſ] *Idem com. in Mat. 11. ve. 11. & 13.*

[t] *Tolletus Ieſ. & Cardin. comm. in Pſalm. 31. in hac verba,* In Camo & fræno maxillas.

[u] *Salm. Ieſ. com. in Cor. 6. diſp. 9. § Dicendum ergo.*

CAPVT XV.

Hypotheſis ſecunda, quâ oſtenditur perquàm iniquè actum eſſe cum Proteſtantibus: quibus primò affingunt confeßionem non ſuam.

*Bellar ſupra vide Apol. huius part. 1. li. 1. ca. 69 uſque ad cap. 76. *Vide ibidem.

CAluinus in Inſtitut. cum noſtra oppugnat paſſim fatetur ſe repugnare toti antiquitati. *Imò nec* antiquitati paſſim, *nec vnquam* toti antiquitati *fatetur ſe repugnare, vt teſtimonijs diſertiſſimis* *ſupra euicimus. *Deinde etiam illud, Bellarmine tuum* (*quod paſſim occurrit*). [a] Iam ſoluenda ſunt Proteſtantium argumenta ex Patribus: *ſatis oſtendit Proteſtantes in controuerſijs maximis Patres antiquos Patronos ſibi vendicare.*

a Bellar. lib. 2. de effectu Sacram. cap. 10. & deinceps in omni fere controuerſia.

Secundò Pontificij Patres ſuppoſititios obtrudunt pro veris.

Aduocatus. *Baſilium hæreticum, *Cyprianum alium, *Liturgiam Iacobi non Catholicam, *Clementem Apocryphum, *Dionyſium fictitium, *Athanaſium falſum, *Ioſephum fabuloſum. *De his* *ſupra.*

ſupra.

Tertiò, Patres inuitos ad ſententiam ſuam trahunt, & in ſenſum alienum detorquent: eſtq; hoc ſolenne Pontificiorum artificium.

Aduerſarius. [b] Non eſt noſtrorum in allegandis Patrum ſententijs fides punica, quemadmodum eſt Sectariorum. *Vt contrarium de vobis ex vobis perdiſcamus, primò præmiſſa quædam recolenda ſunt: ſecundò, nonnulla noua adijcienda.*

b Sacroboſc. Jeſ. defenſ. Bellarm. part. 1. cap. 1. § Objicit quinto.

Ex præmiſſis in Apologiæ huius parte prima, & in ſecunda multa occurrunt.

1. *Aduerſarius.* Hilarius cum contra Auxentium dicit:

[Malè

[Malè Eccleſiam Dei in tectis veneramini:] loquitur tantùm de Eccleſia Mediolanenſi. * *Bellarminus, Imò. Aduocatus.* Tum cùm hæreſis Arianorum penè in TOTO ORBE dominabatur, Hilarius contra Auxentium plurimis monuit verbis, Eccleſiam non tunc fuiſſe in tectis aut exteriori pompa quærendam. * *Valentianus Ieſuita ſupra. Ridiculum enim fuiſſet, de* vna *particulari Eccleſia ſatisfacere ei, qui* orbem vniuerſum obiectabat. 2. *Aduerſarius.* Proteſtantes dogmata retinent. quæ in antiquis Patribus pro hæreſibus notantur: vt hæreſis 3. Adamum imaginem Dei perdidiſſe. * *Bellarminus, Aduocatus.* Patres aliqui per ſubſtantiam perditam (Luc. 15.) Dei imaginem ſignificari putant. * *Maldonatus Ieſuita. Aduerſarius.* * Vt hæreſis 10. Patrem eſſe filio maiorem, ratione Diuinitatis. *Bellarminus. Aduocatus.* * Et ſic quidem multi Orthodoxi Patres docuerunt. *Toletus Ieſuita. Aduerſarius.* * Vt hæreſis 11. quâ docent Epiſcopum & Presbyterum idem eſſe. *Bellarminus. Aduocatus.* In eâdem opinione ſanctiſſimi Patres complures fuerunt. *Medina. Aduerſarius.* * 12. Hæreſis eſt, quâ dicunt Chriſtum in partu vuluam adaperuiſſe. *Bellarm. Aduocatus.* * Etiam Patres aliqui dicunt, Chriſtum propriè adaperuiſſe vuluam matris. *Ianſenius.* 3. *Aduerſarius.* * Error Proteſtantium, quo aiunt, Chriſtum Mediatorem eſſe etiam ſecundum naturam diuinam ex Patribus Cyrillo, Chryſoſtomo, & alijs refellitur. *Bellarminus. Aduocatus.* * Chryſoſtomus, Cyrillus, alijque Græci Patres naturam VTRAMQVE de ratione mediationis eſſe ſentiunt, in eoque Patres vniuerſi conſentiunt. *Eſpenſæus.* 4. *Aduerſarius.* * Hæreſis eſt, quâ Chriſto ignorantiam tribuunt, ſecundum humanam naturam, contra Catholici omnes, etiam OMNES PATRES. *Bellarmin. Cùm tamen Aduocatus.* * Multi veteres Patres, Athanaſ. Nazianzen. Theodoretus, Cyrillus, Ambroſius, docuerunt Chriſtum & hominem diem iudicij ignoraſſe. *Maldonatus Ieſuita.* 5. *Aduerſarius.* * Proteſtantes hæreticè contra Meritum Scripturas detorquent, cùm dicunt, PROPTEREA, conſequentiam ſignificare, non cauſam: nam Cauſam vbique

* *Apolog. part. 2 lib. 1. cap. 15. li. 5.*

* *Ib*

* *Quo ſupra. cap. 26.*

* *Ibid. cap. 23.*

* *Ibid. cap. 33.*

* *Ibid. cap. 36.*

* *Ibid. cap. per totum.*

* *Ibid. cap. 54.*

* *Ibid. cap. 57.*

que significat, vt Patres exponunt. *Bellarminus. Aduocatus.*

* *Ibidem.* * Multi Patres vocabulum hoc non de causa meritoria, sed
* *Ibid. cap. 81.* de finali interpretantur. 6. *Aduersarius.* * Ad Pontificis potestatem omnes veteres Patres confugiebant. *Bellarminus. Aduocatus.* Ex Epistola Augustini, ex Pontificum confessionibus, & Africani Concilij Patribus contrarium ostenditur.
* *Ibid. cap. 81.* * *Cusanus.* 7. *Aduersarius.* * Indulgentiarum origo eruitur ex Cypriani ætate, quas veteres Remissas vocârunt. *Lindanus. Aduocatus.* De Indulgentijs nihil habemus, nec in Scripturis, nec in dictis antiquorum Doctorum. *Antonius.* 8. *Aduersarius.* Priuilegij huius, quo fuit beata Virgo in prima sua conceptione liberata à peccato, fundamentum ex Pa-
* *Ibid. cap. 88.* tribus habemus. * *Suares Iesuita. Ex quibus, obsecro? nam Aduocatus.* Sancti Patres OMNES, qui in huius rei mentionem inciderunt, priuilegium hoc negant. *Canus.* 9. *Aduersarius.*
* *Ibid. cap.* * Non habet Deum Patrem, inquit Cyprianus, qui non habet Ecclesiam matrem. *Costerus Iesuita hoc testimonio pro Romani Episcopi prærogatiua contendens, quo Episcopi Romani tyrannidem ex professo Cyprianus ipse oppugnabat. Aduocatus.* Multa Stephanus (*Romanus Episcopus*) contra Ecclesiam
* *Aeneas Syluius de gestis Conc. Basil. lib 1. § Multis.* Dei asserit. Sed non habet, &c. *Ipse Cyprianus. Quam sententiam* * *Concilij Basilienses Patres in Pontificem Romanum contorquent.* 10. *Aduersarius.* * Epistola Bonifacij, quam Protestantes obijciunt, mihi suspecta esse videtur. *Bellarminus.*
* *Apolog. huius part. 1. lib. 2. ca. 4* *Aduocatus.* * Dubitandum non est, hanc esse genuinam Epi-
* *Ibidem cap. 4.* stolam Bonifacij. *Lindanus.* 11. *Aduersarius.* * Hæc verba [Græci longo tempore cum Romano Pontifice de causis Religionis concertârunt.] deleantur. *Index Expurgatorius.*
* *Lib. 2. cap. 4.* *Quare verò, si vera? Ait, Aduocatus.* * A Romana Ecclesia
* *Ibid. cap. 9.* iamdiu recessit Græcia. *Bellar.* 12. *Aduer.* * Non docuit Innocentius tertius Christum vllis alijs verbis consecrâsse,
* *Ibidem cap. 40 vide etiam cap. 35. ex Augustino De felicitate temporali contra ipsum Augustinum* quàm his: [Hoc est corpus meum.] *Costerus Iesuita. Aduocatus.* * Putabat Innocentius Christum sine vllis verbis consecrasse. *Azorius Iesuita.* 13. *Aduersarius.* * Hæc sententia Augustini: Ego non crederem Euangelio, nisi &c. intelligenda est de præsenti: Ergo frigidum est quod Protestan-

tes

tes reſpondent eam de præterito eſſe exponendam. *Imò. Aduocatus.* * Loquitur Auguſtinus de ſe: vt cum fuit infidelis. *Canus.* * *Ibidem.*

Ex hac parte Apologiæ * *ſupra alia.*

Primò. Aduerſarius. * Damaſcenus lib. 4. cap. 18. Orthodox. fidei, hos libros, quos defendimus, recenſuit. *Stapeltonus. imo Aduocatus.* * Damaſcenus in libro 4. cap. 18. Orthodox. fidei libros iſtos excluſit. *Clitoueus. Aduerſarius.* * Hos Hieronymus Apocryphos vocat, fatcor, ſed loquitur ſecundum Canonem Hebræum. *Catharinus. imo, Aduocatus.* Hoc reſponſum non eſt verum. *Bellar. Aduer.* * Hieronymus tamen lib. Iudith in Canonem recipiebat. *Bellarm. imò, Aduocatus.* * Hieronymus librum Iudith è Canone eximit. *Acoſta Ieſuita. Aduerſarius.* * Origenes in Epiſt. ad Iulium Afric. hanc partem Heſter canonicam eſſe demonſtrat. *Bellarminus, imò Aduocatus.* * Ibidem Origenes hanc partem explodit. *Senenſ. Aduer.* * Horum librorum teſtimonia citantur à Patribus, ergo ſunt Canonici. *Bellarminus. Imò Aduocatus.* Aliorum librorum teſtimonia citantur à Patribus, qui ſine dubio ſunt Apocryphi. *Bellarminus. Secundò. Aduerſarius.* * Vulgatæ Editionis totius Autor eſt Hieronymus. *Eurubinus. Aduocatus.* Minimè. *Bellarminus. Aduerſarius.* * Sed præter Pſalterium, & libros, quos cenſuit eſſe Apocryphos, reliqua omnia ex Hieronymo habemus. *Bellarminus. Imo, Aduocatus.* Nouum teſtamentum non eſt ab Hieronymo conuerſum. *Maldonatus Ieſuita. Tertiò: Aduerſarius.* * Scriptura nunquam indifferenter ab omnibus Laicis legebatur. *Bellarminus, idq; ex Patribus probare conatur: cùm tamen Aduocatus.* * Nos libenter fatemur vſque ad tempora Chryſoſtomi Laicos in Scripturarum lectione verſatos fuiſſe. *Azorius Ieſuita. Patrum autoritate coactus. Et* * Hieronymus Laicos hortatur vt verbum Dei abundanter habeant. *Eſpenſeus. Aduerſarius.* * Chryſoſtomus hortando hyperbolicè eſt loquutus. *Bellarminus: imò verò, ſeriò, & ingenuè.*

* *Supra in hac parte Apolog.*
* *lib. 1. cap. 1.*
* *Supra cap. 1.*
* *Supra cap. 2.*
* *Supra cap. 3.*
* *Supra cap. 4.*
* *Supra cap. 8.*
* *Supra cap. 15.*
* *Ibidem paulò poſt.*
* *Ibid. cap. 20.*

ingenuè. *Aduocatus.* * Meritò omnes hortatur Chryſoſtomus ad Scripturarum ſtudium, vt patet, &c. *Eſpenſens.* 5. *Aduerſarius.* * In Græciæ, Caldeæ, Romæ regionibus non vulgari populorum idiomate diuina perficiebantur. *Coſterus Ieſuita: idque Salmeron Ieſuita ex Patribus efficere contendit, ſed non proficit hilum: nam Aduocatus.* * Tempore primitiuæ Eccleſiæ, & longo tempore pòſt, vt ex Patribus cõſtat, totus populus in diuinis officijs reſpondere ſolebat, Amen. *Bellarminus. Aduerſarius.* c Probamus quòd inſtituimus ex conſuetudine omnium nationum: apud Gallos fuiſſe vſum linguæ Latinæ: & in diuinis officijs docet Albinus, qui librum edidit de diuinis officijs. *Salmeron Ieſuita.* Albinus *Autor recentior, quia, vt ais,* Caroli Magni præceptor fuit. *Nos antiquam conſuetudinem abſtrnſam venamur ſemper, cognitamq́, veneramur. Aduocatus.* * Certè teſtimonium ex Hilario ductum, videtur omninò COGERE in Gallia fuiſſe conſuetudinem, vt populus in Eccleſia caneret. *Bellarminus.* 6. *Aduerſarius.* * Beatæ Mariæ corpus aſſumptum fuiſſe in cœlum eſt ex Traditione Patrum veriſſimum. *Bellarminus. Aduocatus.* * Auguſtinus de hac hiſtoria (*inquit*) nihil inuenitur apud Latinos Patres. Eſt Apocryphum dogma, *inquit,* Hieronymus. *Senenſis. Aduerſarius.* * Proteſtantes non ſatis fideliter citant teſtimonium Hieronymi, nam Hieronymus non dixit vniuerſaliter: quod ex Scripturis authoritatem non habet. *Bellarminus. Aduocatus.* Hieronymi ſententia hæc eſt, Quod ex Scripturis, &c. *Lindanus.* 7. *Aduerſarius.* * Animam Traiani liberatam fuiſſe ab Inferno per preces Gregorij, teſtatur Damaſcenus, & eſt res irrefutabilis, totiq́ue orbi comperta. *Salmeron Ieſ. Aduocatus.* * Ego in eam ſententiam inclino, vt exiſtimem, hiſtoriam hanc eſſe confictam. *Bellarminus Ieſuita. Aduerſarius.* * Tradit Beda apparitionem animæ Furſeti, quam Proteſtantes fabuloſam eſſe clamitant. *Coſterus Ieſuita. Aduocatus.* Quæ mihi ſuſpecta videtur. *Suares Ieſuita.* 8. *Aduerſarius.* * Habemus teſtimoniũ Baſilij. *Bellarminus.* * Habemus Cypriani, *Ecchius.* * Habemus Ambroſij. *Rhemenſes.*

* *Quo ſupra.*

c *Salmeron Ieſ. Com. in* 1. *Cor.* 16 *diſp.* 30. § Quartum argumentum.

* *Supra in hac parte lib.* 1. *cap.* 31. *lit e*

* *Ibid cap* 42. *lit.* g. *& deinceps.*

* *Supra in hac parte lib.* 1. *cap.* 49 *Tit.* Hieronymus.

* *Supra in hac parte lib.* 1. *ca.* 56

* *Ibidem.*

* *Supra in hac parte li.* 1. *cap.* 57

* *Hæc in huius partu lib* 2. *ca.* 2. *& deinceps.*

ſes. * Habemus Clementis. *Bellarminus.* * Habemus Dionyſij. *Campianus Ieſuita. Aduocatus.* * Quæ non eſſe opera Baſilij, nec Cypriani, * nec Ambroſij. *Bellarminus.* * Nec Clementis. *Baronius.* * Nec Dionyſij omnes nôrunt. *Caietanus. Mera ſunt hec hominum inſomnia, videri ſibi habere ſe quod non habent. Hactenus tantùm iam ſupra vberiùs à nobis tractata attigimus, quod ſi prætereà, quæ deinceps in omni diſputatione tractanda reſtant, ad eandem amuſſim exigere liceret: calami profectò citiùs me deficerent, quàm exempla à Pontificijs detorta nequiter ac depraua ta. Illud interim pollicitus ſum, nôua quædam exempla me allaturum, dabo equidem operam, vt tibi, Lector, expectanti, ſin minus & promittenti mihi ſatisfaciam: & ne exemplorum multitudine, quorum quidem in hoc genere infinita mihi occurrunt, memoria tua obruatur, continebo me in*

(CAPVT XVI.)

Vna controuerſia, quam de Purgatorio Pontificij inſtituunt, in qua, ceu in ampliſſimo Theatro, ingenium horum ſubdolum, & veteratorium palam ſeſe explicat.

*Ad defendendum Purgatorium Patres à Pontificijs aut falsò, aut falsos eſſe adductos: illud doceo: hoc * docui. Nunc illud*

Primò in genere.

A *Duerſarius.* [a] Omnes veteres Græci Patres & Doctores, & agnouerunt Purgatorium locum, & ſcriptis ſuis luculentiſſimè prodiderunt. [b] Omnes. [c] Ex Græcorum Patrum teſtimonijs Purgatorium aſſeritur. *Dicere hoc facilius vobis fuit, quàm verè defendere, quia ſi Græcos recentiores conſulimus. Aduocatus.* [d] Vnus eſt ex notiſſimis Græcorum, *(in hoc verbo tantùm erras)* erroribus, eos NEGARE Purgatorium. *Si inſuper antiquiorum Græcorum iudicium depoſcimus.* [e] Vſque ad hunc diem Græcis non eſt creditum Purga-

* *Supra.*

a Salmeron Jeſ. Com. in 1. Cor. 15 diſp 25. in fine.

b Lindanus panopl. lib. 4. ca. 53

c Bellar. lib. 1. de Purg. cap. 6. in initio & cap 11. & Valent. luſſi. de Purg. cap. 5.

d Alphonſus lib. de hæreſ. Tit. Purgatorium in initio.

e Roſſenſis Epiſc. Art. 18. contra Lutheran.

f Alphonſius de Caſtro quo ſupra.
g Reſſenſ. quo ſupra.
h Ibidem.

Purgatorium. *Aduerſarius.* [f] Idem purgatorium ex Latinorum Patrum teſtimonijs aſſeritur, Tertulliani, Cypriani. *nihil minùs. Aduocatus.* [g] In antiquis Scriptoribus de Purgatorio ferè nulla eſt mentio, potiſſimùm apud Græcos. *Addit.* [h] Latini ſimul omnes non conceperunt huius rei veritatem POST MVLTA ANNORVM CVRRICVLA: Purgatorij fides recepta eſt PEDETENTIM. *Atque ita quoque Romanorum virtus excuſſa euanuit.*

Patrum ſuffragia ſigillatim expenduntur.

i Bellar. lib 1. de Purg. cap. 1. § Vocatur.
Bellar. lib. 2. ca. 1.
k Idem de Purg. lib. 1. cap. 6. § Origenes.
l Ibidem § Ambroſius.
m Ibid. cap. 6. § Hilarius. & § Baſilius.
n Ibid. § 8 Hieronymus.

Aduerſarius. [i] Purgatorium eſt locus, in quo, ceu in carcere, poſt hanc vitam purgantur animæ. [k] Ignis conflagrationis diuini iudicij in die nouiſſimo non eſt hic ignis purgatorius, quem nos defendimus. *Perge.* Purgatorium aſſerit Origenes. [l] Vide Ambroſ. Pſal. 118. Serm. 20. & in Pſa. 36. [m] Etiam Hilarium in Pſal. 118. Etiam Baſilium in Eſa. 9. [n] Et Hieronymum in fine Commentarij in Eſaiam. Etiam Lactantium lib. 7. cap. 21. Perſtringentur, inquit, igne. Hæc & huiuſmodi ſunt apertiſſima loca ex Patribus, vbi aſſerunt Purgatorium. *Quæ ſingula, ſi loquantur tantùm de nouiſſimo igne Conflagrationis in die Iudicij, non autem de aliquo immediatè poſt mortem Purgatorio, nonne tot teſtimonia, tam peperam à vobis detorta, totidem erunt teſtimonia, & indicia apertiſſima læſæ conſcientiæ veſtræ? At* 1. *Aduocatus.* [o] Ambroſius in Pſal. 118. Serm. 20. Omnes nos fornax probabit, &c. Loquitur de igne diuini iudicij, qui NON eſt ignis PVRGANS, vel affligens, ſed probans & examinans. *Rurſius.* [p] Ambroſ. in Pſal. 118. Serm. 20. [Omnes oportet tranſire per flammas & ignem,] per ignem non intelligit ignem purgatorium, ſed ignem diuini iudicij: quo modo loquitur Apoſtolus 1. Cor. 3. cùm ait: [Vniuſcuiuſque opus, quale ſit, ignis probabit.] Eodem modo intelligendus eſt Hilarius in Pſalm. 118. *Illud, igitur, tuum,* vide, *inquis.* Ambroſ. in Pſal. 118. Serm. 20. *Quorſum pertinet non video, niſi, vt Lectorem tuum craſſe illudas, & ibi Purgatorium quærendum moneas, vbi, te fatente, inueniri minimè queat. Quod in alijs teſtimo-*

o Bellar. lib. 1. de Purg. cap. 4. § Supereſt.

p Bellar. lib. 2. de Purg. ca. 1. § Ambroſius, & § Adde.

teſtimonijs perſpicuum eſt, vt in altero loco Ambroſij. Aduerſarius. q Ambroſius in Pſal. 36. vbi dicit, Quoſdam vrendos, non autem exurendos, videtur intelligere verum ignem Purgatorij *Imò Aduocatus.* r Ambroſius in Com. in Pſalm. 36. conſentire videtur cum Origene, qui dicit omnes homines, Chriſto excepto, probandos eſſe, & aliquo modo vrendos igne Conflagrationis diuini iudicij. *Aduerſarius.* s Purgatorium aſſerunt Origenes: vt ignis, inquit, reſoluat, ſi quid habeat plumbi admixtum: & Hilarius, Nobis eſt, inquit, ille indefeſſus ignis ſubeundus: & Baſilius, Dignum eſt, inquit, quod depaſcatur, & deuoret ignis purgationis. Etiam Hieronymus, Quorum opera, inquit, in igne probanda ſunt. Denique Lactantius, Perſtringentur, inquit, igne: hæc ſunt apertiſſima loca ex Patribus pro Purgatorio. *Nequaquam, ſed Aduocatus.* t Origenes dixit, Omnes homines, excepto Chriſto, aliquo modo vrendos eſſe igne Conflagrationis diuini iudicij: & Hilarius vnà cum Ambroſio Origenem ſequutus eſt: eodem pertinere videntur, quæ Baſilius annotauit: ad eandem opinionem apparet alluſiſſe Hieronymum, & longè ante Hieronymum, quoque Lactantium. u Lactantius libro ſeptimo, cap. 21. Perſtringentur, inquit, &c. loquitur de ijs, qui in RESVRRECTIONE ſunt igni tradendi. *Aduerſarius.* x Theodoretus in ſcholijs in 1. Cor. 13 Hunc ignem, inquit, Purgatorium credimus. *Aduocatus.* y Quæ tamen verba nuſquam nec in Græcis, nec in Latinis Theodoreti Commentarijs extant. *Denique, vt de qualitate ignis aliquid dicamus. Aduerſarius.* z Gregorius vocat ignem incorporeum, hoc eſt mendum Scriptorum qui poſuerunt incorporeum pro corporeo. *Aduocatus.* a Sic quidē docti aliqui ſentiunt, vt Cardinalis Bellarminus: Ego verò ſuſpicor Gregorium dixiſſe incorporeum, vt ex antecedentibus, non obſcurè colligitur: opponit enim ignem illum igni noſtro, quem corporeum eſſe dixerat: non quod omnis materiæ expertem ſenſerit, ſed quod materiali fomento non indigebat: vt Paulus appellat corpus poſt reſurrectionem, Spirituale, id eſt, non cibis indigens, vt

q *Bellar. quo ſupra.*
r *Senenſ. Bibl. li. 5. Annot. 171.*
s *Bellar. ex locis ſupracitatis.*
t *Sixtus Senenſ. Biblioth. lib. 5. Annot. 171.*
u *Suarez Iuſ. in part. 3. Thom. qu. 59. Art. 6. diſp. 57. Sect. 1. §* Tertia ſententia
x *Bellar. lib. 1. de Purg. cap. 6. §* Theodoretus
y *Senenſ. lib. 6. Annot. 258.*
z *Bellar. lib. 2. de Purg. cap. 11.*
a *Pineda Ieſ. Cō. in Job. 20. 26.*

corruptibile. *Digna ſanè hæc omnia veſtro (ſi quod eſſet) Purgatorio. Quid ita? quia* [b] Legat qui velit Græcorum vete-

[b] R. Ieron. Art. 18 adu. ſua Luther.

rum Commentarios, & nullum, quantum opinor, aut rariſſimum de Purgatorio ſermonem inueniet. Sed neque Latini ſimul omnes huius rei veritatem conceperunt. *Argumento alio luculenter docebo, Patrum teſtimonia, contra ipſorum Patrum iudicia ad Purgatorij figmentum fucandum eſſe detorta. Propoſitionem antecedentem Ieſuita dabit. Aduocatus.*

[c] Suarez 3. ſ. ita, Tom. 2. in Thom. part. 3. q. 59. Art 6. §. 1. §Verum tamen.

[c] Qui opinantur animas hominum non iudicari in morte, nec præmium, nec pœnam recipere, ſed reſeruari abditis locis vſque ad iudicium vniuerſale; conſequenter dicunt, eas non purgari, donec facta eſt generalis Reſurrectio, & Iudicium; ex quo ſatis conſequenter dicere potuerunt, purgandos eſſe homines igne Conflagrationis. *Aſſumptionem præbet Senenſis.* [d] Iuſtinus Martyr Quæſtion. 60. Ante Reſurrectionem, *inquit*, NEMINI, ex his quæ in vita geſſit, præmium redditur. *Quod totidem verbis apud eundem Senenſem.* [e] Tertullianus libro quarto contra Marcionem, Lactantius libro ſeptimo diuin. Inſtitut. capite 21. Non quiſquam putet, inquit, animas poſt mortem protinùs iudicari, ante examen iudicij extremi. *Et eadem fuit ferè Patrum omnium ſententia vide* * *ſupra. Concludo ex Suare:* [f] Ergo conſequenter dicunt, animas, donec facta eſt reſurrectio, non purgari. *Atque ita vos dum in hac parte Romanam fidem ex Patribus aſtruere contenditis, fidem veſtram Græcam, & planè punicam oſtenditis. Quam diſputationes noſtræ deinceps (fauente Deo) non modo ex conceſſis veſtris, ſed ex re ipſa in omni ferè diſputatione demonſtrabunt.*

[d] Senenſ. Bibl. li. 6. Annot. 345. par. 570.

[e] Idem ibidem.

* Sup. in hac ea.

[f] Suarez iam ſupra.

CAPVT

CAPVT XVII.

Quarta Pontificiorũ iniquitas in eo cernitur, quòd plus ſibi iuris aſciſcunt ad Patrum autoritatem infringendam, quàm aut ipſi velint Proteſtantibus libenter concedere, aut Proteſtantes facilè admittere.

Aduerſarius. [a] Quia hæc ſententia paſſim refelli ſolet, *(agitur de die Penteceſtis)* nec vacat eam diſcutere, dicam tamen quod ſentio, & licet ſententiæ MEAE AVTOREM NVLLVM habeam, tamen ſpero non eſſe improbandam, cùm certè RATIONE niti videatur. *Audacia hæc, quamuis ingens ſit, nulla tamen videri poſſit, ſi cum ſubſequente conferatur.* [b] Cato non prodeſt quicquam, &c. [b] Sic EGO expono, & licet huius expoſitionis AVTOREM NEMINEM habeo, hanc tamen magis probo, quàm illam Auguſtini, cæterorumque alioqui probabiliſſimam, quia hæc cùm Caluiniſtarum ſenſu magis pugnat. *O igitur miſeras, & deplorandas Proteſtantium vices, qui tales nacti ſunt Aduerſarios, quos non puduit profiteri, vt Proteſtantibus aduerſentur, velle ſe quoque Patribus diſſentire: nec hoc ſolum, ſed cum Proteſtantes* [c] Rationem conquiſitam Patrum autoritati opponere *ſolent, ipſi non modò* ([d] Nec enim, *inquit*, vacat diſcutere) *ſine ratione exacta, verumetiam contra* [e] Rationem probabiliſſimam, *indicium Patrum aſpernantur. Quamuis etiam* [f] Rationum efficacia omni authoritati præſtare dignoſcitur.

a Bellar. lib. 3. de Eccleſ. Triumph. cap. 13. § Sed quia.

b Maldonat. Ieſ. com. in 1. Ioh. c. 2. pag. 732.

c Valent. Ieſ. ſupra.

d Bellar. ſupra.

e Maldonat. Ieſ.

f Salm Ieſ. com. in Rom. 5. diſp. 51 § Deinde.

Quinta reſpondendi ars longe perniciosiſſima hæc eſt: quæ Patrum teſtimonia ferre nequeunt, ſolent auferre.

Aduerſarius. [g] Tu beatiſſime Pater, expurgari curaſti

g Senenſ. præfat. in opus Bibl. ad Pium 5.

omnia Catholicorum authorum, & præcipuè veterum Patrum ſcripta. *Quo iure?* [b] Si quid in aliorum libris diſpungitur, id Eccleſiæ illius iuſſu fit, quæ non modò in libros Autorum, ſed etiam autores ipſos ius & autoritatem habet. *Exempli cauſa.* [i] Hæc verba [Scripturæ ſunt omnibus neceſſariæ] deleantur. [k] Eccleſia non ſuper hominem, ſed ſuper fidem ædificata, quæ verba in In hice Baſilienſi habentur, expungantur: at illa (inquit Iunius) ipſa ſunt Chryſoſtomi verba. Reſpondeo, ſunt eadem dicta Patrum & hæreticorum; ſi verba ſpectes, ſed longe diuerſa, ſi ſenſum & mentem. *Vnde eſt quod in Proteſtantium ſcriptis hæc verba.* [l] Reſipiſcentia, [m] Chriſtus eſt hoſtia pro peccatis noſtris; [n] Credens Chriſto non morietur in æternum; [o] Non poteſt animus iniquus iuſtificari; [p] Crede non proprijs meritis, ſed paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtute ac merito ad gloriam peruenire; [q] Canit cuncta mala venire à peccatis, *& huiuſmodi alia, quibus nihil eſt apud ſanctos Patres frequentius, vos* Deleri *mădaſtis? perinde quaſi filijs non liceat patria lingua vti, quod etiam prohibuiſtis, vbi illi ſenſum quoque paternum atque orthodoxum amplectuntur. Aduerſarius.* [r] Illa verba Roberti Stephani [Vt iuſto, ſi ad peccandum ſe addixerit, nihil proſunt priores iuſtitiæ; ita impio non reſipiſcenti, imputantur anteacta peccata] deleantur. *Quod quid aliud eſt quam* ἀνταγωνίζειν; *Deo ipſi bellum indicere? cuius ſunt eadem verba.* [*Si quis impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea &c: omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt non recordabor: ſi autem auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ, quas fecerit, non recordabuntur. *Senſus quóque idem.* [t] De ijs qui non reſipiſcunt dicitur, quod eorum præcedentes iuſtitiæ, non recordantur, quoad euaſionem pœnæ æternæ, non quoad adeptionem gloriæ. [t] Quæſtionis huius parti vtrique probati fauent Doctores. *Ambroſius, Donate inuicem, &c. alioquin Deus repetit dimiſſa. *Gregorius, (*Pontifex*) Ex dictis Euangelicis conſtat, quia ſi ex toto corde

[b] *Gretzerus lib. 2. de prohib. li. ca 9. § Crimen.*
[i] *Cenſores ipſi in Iudice Expurg. pag. 27.*
[k] *Gretzerus ibid. ca. 10. § At Iunius pag. 334.*
[l] *Index Expurg. iuſſu inquiſitorũ editus fol. 8.*
[m] *Fol. 10.*
[n] *Fol. 15.*
[o] *Fol. 19.*
[p] *Fol. 149.*
[q] *Fol. 152.*
[r] *Index Expurga. ex autor. Inquiſit. editus. fol. 14.*
Ezech. 18. vulg. editio.
[s] *Hugo ibidem locum.*
[t] *Magiſter ſent. lib. 4. diſt. 22.*
Ambr. in Eph. 4.
In homil. quadam.

corde non dimittimus quod in nos delinquitur, & hoc rurſum exigitur, quod iam nobis dimiſſum per pœnitentiam gaudebamus.* Auguſtinus. Redire dimiſſa peccata, vbi charitas non eſt, apertiſſimè Dominus in Euangelio docet, in illo ſeruo (Math. 18.) à quo dimiſſum Dominus debitum petijt, eo quod ille conſeruo ſuo noluit debitum dimittere. Et rurſum. * Qui ingratus ſicut canis ad vomitum redijt, anteacta bona mortificauit, & peccatum dimiſſum reuocauit. Eodem modo * Chryſoſtom. * Theophylact. * Euthym. *Quibus nihil habes aliud quod reſpondeas, quam (clauum clauo pellendo, ſed veterem nouo)* [u] Sed vna eſt ſcholaſticorum ſententia, peccata ſemel per pœnitentiam dimiſſa non reuerti, &c. *Cum tamen ſchola Magiſter ipſe hæſitat prorſus & hallucinatur.* [x] Ego neutri parti præiudicans ſtudioſo Lectori iudicium relinquo. *Denique miram verborum metamorphoſin confingitis, qualis eſt primo illa apud Gratianum.* * Non habent Petri hæreditatem, qui Petri SEDEM non habent. *Quid hoc?* Sedem id eſt, Eccleſiam, à qua ſunt alieni per ſciſma. *Aliter autem apud primum autorem.* * Non habent Petri hæreditatem, qui Petri FIDEM non habent. *Senſus diſſunctiſſimus, cum præſertim.* * Succeſſio SEDIS eſt nomine tenus ſucceſſio, niſi habeat fidei veritatem, *nec diſſimilis illa apud cenſores Hiſpanos, niſi quod eſt longè abſurdior.* [y] Martini Martinez illud [Abutuntur interdum] deleatur, & legatur, vtuntur. *Eſto, vt tamen intelligatur, Pontificij hoc autore abutuntur: quia etſi delere autoris verba incommodum liceat, verba tamen contraria autori effingere profectò non licebit. Illud fortè prudentiæ veſtræ argumentum fuit, hoc certè quidem perfidæ, quale eſt, quod occurrit in libro decretaliũm veſtrorum.* [z] In Concilio Carthaginenſi 4. cautum eſt: Clericus ne comam nutriat, nec barbam radat: licet in libro Decretaliam illud RADAT eraſum eſt: qua autoritate ſit factum prorſus ignoro. *Diſcas igitur ab alio, qui docet ſententias antiquorum, ſeu comam*, Radi *ab iis maximè, quibus vera ſunt capita. Aduocatus.* [a] Monachi corruperunt patrum ſcripta. *De quibus Viues.* [b] In hoc capite Auguſtini multa

* *Lib. 1 de baptiſ. cap. 12.*

* *In Pſalterium.*

* *In Mat. 18.*

[u] *Aegidius Iſid. Inſtit. lib 2 c. 17. § Secundo quæritur.*

[x] *Magiſter quo ſupra.*

* *Gratianus de pœnit. diſt. 1. cap.* Poteſt fieri.

* *Ambroſ. Tom. 1 pag. 156. lib. de pœnit. cap. 6.*

* *Nazianzen. de laudib. Athan. fil.*

[y] *Index Expurg. fol. 148.*

[z] *Salmer. Diſcurſ. in 1. Cor 11. diſp. 18. § Categorius.*

[a] *Eraſmus in Indice Scholiorum in Hieron.*

[b] *Viues in Aug. lib. 22. de ciu. Dei, cap 8. de miraculis quibuſdam, quæ ſeje Pontifices oſtentant.*

ſunt addita ab ijs, qui omnia magnorum authorum ſcripta ſpurcis ſuis manibus contaminarunt. *Alia huius generis exempla non quæro, in quibus veſtrorum hominum illoti digiti nimium exercitati fuerunt, nam,* ex vngue Leonem, *vetus eſt dictum. Quid ego?* * Nos ſumus (*inquitis*) veri patrum filij; *Quis negat? Nam, niſi verus filius, parricidium perpetrare nemo poſſit. At* * Nos (*inquitis*) vnanimem patrum ſententiam libenter amplectimur; *Sanè ſi vnanimem eam dicere licet, quam examinem reliquiſtis. At* * Concordem patrum ſententiam defendamus (*inquitis*) ſi volumus eſſe Catholici; *Forſan, ſi, qui deſerunt Patres, defendunt, in qua etiam defenſione vos maximè diſcordes fuiſtis. Denique* * Proteſtantes (*inquitis*) patrum antiquorum ſcripta ſub ſuas ferulas vocant: *quam Proteſtantium ferulam multò profectò facilius Patres tuliſſent, quam frandem multiplicem veſtram, qua autores falſos veris Patrum nominibus, veros, falſis gloſſematis veſtris fucaſtis; vt ſi Patres iam viuerent, ſe Patres veſtros eſſe minimè agnoſcerent.*

* *Caſan. & Duræus Ieſuit. ſupra.*

* *Ieſuite ſupra.*

* *Ieſuite ſupra.*

* *Ieſuite ſupra.*

CAPVT XVIII.

Patronus: In hac quæſtione de iudicio Patrum, ſufficiet nobis vnius Patris iudicium.

Aduerſarius. * Sic Lutherus: Conteſtatos eſſe volo, me prorſus nullius quantumuis ſancti patris autoritate cogi velle, NISI QVATENVS iudicio diuinæ Scripturæ fuerit probatus. *Id quod ſanctus Pater permittit alijs, & ipſe ſibi vendicat. Aduocatus.* Cum * Auguſtinus dicit, In omnibus ſcriptis meis, non ſolum pium Lectorem, verumetiam liberum correctorem deſidero, ſed vt lectorem nolo mihi deditum eſſe, ita nec correctorem ſibi: Loquitur hæc Auguſtinus ſecundum ea tempora, cum nondum eius ſcripta erant authentica, ſed hodie (*nequiter*) iubemur

* *Roffenſ. confut. prooem Luther.*

* *Gloſſ. lib. diſt. 9. cap. Noli. & diſt. 13. cap. vlt.*

* *Auguſt. lib. 3. de Trinit. cap. 1.*

mur omnium Patrum ſcripta tenere, vſque ad vltimum iota. *Nunc, igitur, illud Lutheri* QVATENVS, *quatenùs valeat videamus.* [c] Ego, inquit [*] Auguſtinus, huius hominis *(loquitur de Cypriano)* autoritate non teneor, ſed eius dictum ex Scripturæ autoritate conſidero, quodque cum ea congruit, cum eius laude recipio; quod non, cum eius pace reſpuo: Non te arbitror, [*] inquit, ita tua ſcripta legi velle tanquam Propheta, de quibus dubitare nefarium eſt. [d] Nobis liceat, [*] inquit ſaluâ reuerentiâ, quæ hominibus debetur, in eorum ſcriptis aliquid improbare, ſi fortè aliter ſcripſerint quàm veritas poſtulat, qualis ego ſum in ſcriptis aliorum, tales ego volo intellectores meorum. [e] Scriptum eſt, [*] inquit, Audi quid dicit Dominus, non quid dicit Donatus, aut Vincentius, aut Hilarius, aut Auguſtinus. [f] Neminem volo, [*] inquit, ita ſcripta mea amplecti, vt ſequatur: propterea libros Retractationum ſcribo. *Ex quo eminet eorum peruerſitas, qui fidem adhibent Auguſtino tractanti, retractanti derogant, quod profectò faciunt ij, qui liberum arbitrium ad bonum aſtruunt. Qua in cauſa Hieronymus iuxta cum Auguſtino conſentit.* [g] Origenem propter eruditionem ſic interdum legendum arbitror (inquit Hieronymus) vt Tertullianum, Arnobium, Apolinarium, & nonnullos Eccleſiaſticos Scriptores græcos paritèr & Latinos, vt eorum bona eligamus, contraria vitemus: quia trapezitis comparati ſunt ſacrarum literarum ſtudioſi, ſcientes quod bonum eſt *(in aliorum ſcriptis)* retinere, & à malo abſtinere. In Origenis libris veluti in prato omnis generis floribus ornato verſor: quicquid ergo boni inuenio, id excerpo, ſi quid contra ſpinoſum occurrerit, id, quaſi aculeatum ſit, & pungat, omitto. *Non eſt, igitur, mihi credite, non eſt nothus, ſed germanus Patrum Orthodoxorum filius Lutherus, qui tantum Patribus tribuit, quantum ipſi Patres Patribus tribuendum eſſe iudicârunt, &* tamen [h] Sunt qui contumeliam eſſe exiſtimant, ſi quis a receptis Autoribus diſcrepauerit, cùm hoc honoris nec ipſi poſtulent, imò contumelioſum erit eos hominum more lapſos, conari contra veritatem tueri.

[*] *Auguſt. in lib. 2 de gra & lib. Arb. cap. 32. vt refert Iaſonius Concord.*

[*] *Epiſt. 111. vt refert Toloſſan. li. 12. de Repub. cap. 10 pag. 748.*

[*] *Auguſt. vt citat Greg. de Valen. de Analyſi fidei. pag. 579.*

[*] *Auguſt. lib. de Perfect. cap. 21. vt refert Toloſſanus lib. 12. cap. 12. pag. 747.*

[g] *Claud. Eſpenſ. Epiſcopus Apendic. ad Comment. in Tit. de libris ſuſpectis.*

[h] *Eraſm. Annot. in Luc. 22.*

CAPVT XIX.

Huius causæ luculenta determinatio ex Pontificiorum Confessionibus disertissimis, deprompta.

Causæ cur non sit prorsùs in Scriptis Antiquioribus acquiescendum.

Prima.

Aduocatus. [a] Incertum est quid definiant Patres; primò propter libros supposititios, qui Patribus ascribuntur: *qui quidem permulti fuerunt. vide* * *supra.*

[a] Sixtus Senens. *supra in hac parte lib.2.cap.1.* * *Supra in eodem loco.*

Secunda.

Quia scripta Patrum tanta sæpè obscuritate involuuntur vt quid senserint difficile sit statuere. Aduocatus. [b] Mos est Hieronymi commemorare in suis Scriptis sententias multorum autorum apertè falsas, nec significare Lectori eas sibi displicere, cuius consuetudinis inexpertus Lector facile in ERAVDEM & errorem inducitur. *Quanquam etiam sæpè Iesuita vbi Patrum testimonijs clarissimis premuntur, solent nubeculam obscuritatem prætexere: vt verbi gratiâ, in Quæstione de Transubstantiatione.* [c] Patres de hac quæstione obscurius loquuti sunt, atque simplicius, quia putabant se non nisi Catholicè à Catholicis posse intelligi, & nè Mysterium irridendum infidelibus exponerent, si in sermonibus popularibus sententiam suam explicâssent. *nimirum quod dogma, tam præclarum ex præcipuæ fidei mysterijs, Christianos omnibus fidè explicitè necessario credendum esse profitemur, vtpote cum sententiam contrariam* [d] Grandem hæresin docuit, & à multis Pontificibus publicè damnatam: *de eo Patres* Obscurius, *scilicet, cum scriptis, quæ in hominum fidelium manibus erant,* loquuti sunt, nè mysterium irridendum infidelibus expone-

[b] Petrus Com. in Gen. 19. disp. 6. § Verum quia Et Ribera I sinta. Com. in Hos. 12. num. 5.

[c] Greg. de Valen. lib 1 de præsent Christi in Euchar. cap. 10 pag. 481. § Denique obseruandum.

[d] Bellar. lib. 3. de Euchar. cap. 6.

exponerent. *Ridiculum, nec tamen aluèr vos expedire potuiſſet. Deinde in graviſſimis aliis Controverſiis, vt de Communione ſub vtraque ſpecie, & expoſitione loci Matth. 16.* Tues Petrus *(quem vos, ceu Hierarchiæ veſtræ fundamentum in omni diſputatione ponitis) Patrum interpretes lucubrata magnum faceſſit vobis negotium. vnde eſt quod vos tandem:* [a] Patres hæc non dogmaticè loquuntur, ſed obiter: hæc contentioſè dixerunt, magis quam dogmaticè. *Quod in ſophiſticè reſpondes, & Patres ipſos, à ſcriptis diſtrahis potiùs quam diſtinguis, vtpote qui obiter rem exponentes errâſſent ſcilicet; qui ex profeſſo eandem ſi tractaſſent, minimè erraſſent: videlicet, ſedendo experrecti ſatis fuerunt, currendo ſomniarunt: quam præterea luſcos Patres nobis obtrudis, qui dogmaticè aliquid definientes ſtatuant, cum contentioſè diſputantes contradicant? Apagite inepti; nos illud à Patribus ſatis dogmaticè poſitum agnoſcimus, quod Patres tanquam, de gravarum, ſilique ſuorum ſcriptis ſuis explicarunt. ne vobiſcum ſommemus, Patres aliter, quam vt iam ſcripſerint, ſcribere voluiſſe.*

[a] *Stapletonus in duſtr. princ. cauſa de vſu vtriuſque ſpeciei in Euchariſt. de Expoſit.* [Tu es Petrus]

Cauſa tertia: in Patrum ſcriptis maxima repugnantia.

Aduocatus. Variæ ſunt de multis Scripturis, Patrum expoſitiones. *vide* * *ſupra.* * *Inſerta ſupra.*

Cauſa quarta: Multiplex Patrum lapſus.

Aduocatus. [f] Oportet expendere cauſas non paucas, ob quas aberrarunt: prima eſt, quòd abſque vllo præuio autore intentarunt illud per aggredi: Alia eſt, quod tanto diuinæ pietatis zelo ardebant, vt cum errorem pro viribus deſtruere conati ſint, in contrarium decíderent. Agricolarum more, qui cum curuum ſtipitem corrigere conantur in contrariam formam dedicunt. Tertia, nemo eſt ita oculatus, inquit Auguſtinus, quin aliquandò ſuos libros peſſimè tractatos fuiſſe ab Hæreticis, vt ſuis erroribus fidem conci-

[f] *Senenſ. Bibl. lib. 5. in præfat.*

ſunt addita ab ijs, qui omnia magnorum authorum ſcripta ſpurcis ſuis manibus contaminarunt. *Alia huius generis exempla non quæro, in quibus veſtrorum hominum illotis digiti nimium exercitati fuerunt, nam, ex vngue Leonem, vetus eſt dictum. Quid ego?* * Nos ſumus (*inquitis*) veri patrum filij; *Quis negat? Nam, niſi verus filius, parricidium perpetrare nemo poſſit. At* * Nos (*inquitis*) vnanimem patrum ſententiam libenter amplectimur; *Sanè ſi vnanimem eam dicere licet, quam exanimem reliquiſtis. At* * Concordem patrum ſententiam defendamus (*inquitis*) ſi volumus eſſe Catholici; *Forſan, ſi, qui deſerunt Patres, defendunt, in qua etiam defenſione vos maximè diſcordes fuiſtis. Denique* * Proteſtantes (*inquitis*) patrum antiquorum ſcripta ſub ſuas ferulas vocant: *quam Proteſtantium ferulam multò profectò facilius Patres tulſſent, quam frandem multiplicem veſtram, qua autores falſos veris Patrum nominibus, veros, falſis gloſſematis veſtris fucaſtis; vt ſi Patres iam viuerent, ſe Patres veſtros eſſe minimè agnoſcerent.*

* *Capiæn. & Duræus Ieſuit. ſupra.*

* *Ieſuita ſupra.*

* *Ieſuita ſupra.*

* *Ieſuita ſupra.*

CAPVT XVIII.

Patronus: In hac quæſtione de iudicio Patrum, ſufficiet nobis vnius Patris iudicium.

Aduerſarius. [a] Sic Lutherus: Conteſtatos eſſe volo, me prorſus nullius quantumuis ſancti patris autoritate cogi velle, NISI QVATENVS iudicio diuinæ Scripturæ fuerit probatus. *Id quod ſanctus Pater permittit alijs, & ipſe ſibi vendicat. Aduocatus.* Cum * Auguſtinus dicit, In omnibus ſcriptis meis, non ſolum plum Lectorem, verumetiam liberum correctorem deſidero, ſed vt lectorem nolo mihi deditum eſſe, ita nec correctorem ſibi: Loquitur hæc Auguſtinus ſecundum ea tempora, cum nondum eius ſcripta erant authentica, ſed hodie (*nequiter*) iubemur

[a] *Roffenſ. confut. procm. Luther.*

[b] *Gloſſ. lib. diſt. 9. cap. Noli. & diſt. 13. cap. vlt.*

* *Auguſt. lib. 3. de Trinit. cap. 1.*

mur omnium Patrum ſcripta tenere, vſque ad vltimum iota. *Nunc, igitur, illud Lutheri* QVATENVS, *quatenùs valeat videamus.* [c] Ego, inquit * Auguſtinus, huius hominis *(loquitur de Cypriano)* autoritate non teneor, ſed eius dictum ex Scripturæ autoritate conſidero, quodque cum ea congruit, cum eius laude recipio; quod non, cum eius pace reſpuo: Non te arbitror, * inquit, ita tua ſcripta legi velle tanquam Propheta, de quibus dubitare nefarium eſt. [d] Nobis liceat, * inquit ſaluâ reuerentiâ, quæ hominibus debetur, in eorum ſcriptis aliquid improbare, ſi forte aliter ſcripſerint quàm veritas poſtulat, qualis ego ſum in ſcriptis aliorum, tales ego volo intellectores meorum. * Scriptum eſt, * inquit, Audi quid dicit Dominus, non quid dicit Donatus, aut Vincentius, aut Hilarius, aut Auguſtinus. [f] Neminem volo, * inquit, ita ſcripta mea amplecti, vt ſequatur: propterea libros Retractationum ſcribo. *Ex quo eminet eorum peruerſitas, qui fidem adhibent Auguſtino tractanti, retractanti derogant, quod profectò faciunt ij, qui liberum arbitrium ad bonum aſtruunt. Qua in cauſa Hieronymus iuxta cum Auguſtino conſentit.* [g] Origenem propter eruditionem ſic interdum legendum arbitror (inquit Hieronymus) vt Tertullianum, Arnobium, Apolinarium, & nonnullos Eccleſiaſticos Scriptores græcos paritèr & Latinos, vt eorum bona eligamus, contraria vitemus: quia trapizitis comparati ſunt ſacrarum literarum ſtudioſi, ſcientes quod bonum eſt *(in aliorum ſcriptis)* retinere, & à malo abſtinere. In Origenis libris veluti in prato omnis generis floribus ornato verſor: quicquid ergo boni inuenio, id excerpo, ſi quid contra ſpinoſum occurrerit, id, quaſi aculeatum ſit, & pungat, omitto. *Non eſt, igitur, mihi credite, non eſt nothus, ſed germanus Patrum Orthodoxorum filius Lutherus, qui tantum Patribus tribuit, quantum ipſi Patres Patribus tribuendum eſſe iudicârunt, & tamen* [h] Sunt qui contumeliam eſſe exiſtimant, ſi quis à receptis Autoribus diſcrepauerit, cùm hoc honoris nec ipſi poſtulent, imò contumelioſum erit eos hominum more lapſos, conari contra veritatem tueri.

* *Auguſt. in lib. 2 de gra & lib. Arb. cap. 32. vt refert* c *Ianſenius Concord.*

* *Epiſt. 111. vt refert* d *Toloſſan. li. 12. de Repub. cap. 10 pag. 748.*

* *Auguſt. vt citat* e *Greg. de Valen. de Analyſi fidei. pag. 579.*

* *Auguſt. lib. de Perſeuer. cap. 21. vt refert* f *Toloſſanus lib. 12. cap. 12. pag. 747.*

g *Claud. Eſpenſ. Epiſc. in Apendice ad Comment. in Tit.* de libris ſuſpectis.

h *Eraſm. Annot. in Luc. 22.*

CAPVT XIX.

Huius causæ luculenta determinatio ex Pontificiorum Confessionibus disertissimis, deprompta.

Causæ cur non sit prorsùs in Scriptis Antiquioribus acquiescendum.

Prima.

Aduocatus. [a] Incertum est quid definiant Patres; primò propter libros supposititicios, qui Patribus ascribuntur: *qui quidem permulti fuerunt. vide* * *supra.*

[a] *Sixtus Senens. supra in hac parte lib.2.cap.1.*
* *Supra in eodem loco.*

Secunda.

Quia scripta Patrum tanta sæpè obscuritate inuoluuntur vt quid senserint difficile sit statuere. Aduocatus. [b] Mos est Hieronymi commemorare in suis Scriptis sententias multorum autorum apertè falsas, nec significare Lectori eas sibi displicere, cuius consuetudinis inexpertus Lector facile in FRAVDEM & errorem inducitur. *Quanquam etiam sæpè Iesuitæ vbi Patrum testimonijs clarissimis premuntur, solent nihilominus obscuritatem prætexere: vt verbi gratiâ, in Quæstione de Transubstantiatione.* [c] Patres de hac quæstione obscuriùs loquuti sunt, atque simplicius, quia putabant se non nisi Catholicè à Catholicis posse intelligi, & nè Mysterium inridendum infidelibus exponerent, si in sermonibus popularibus sententiam suam explicâssent. *nimirùm quod dogma, tanquam vnum ex præcipuis fidei mysterijs, Christianis omnibus fide explicitâ necessariò credendum esse profitemini, vtpote cuius sententiam contrariam* [d] Grandem hæresin *dicitis*, & à multis Pontificibus publicè damnatam: *de eo Patres* Obscurius, *scilicet, (in scriptis, quæ in bonum fidelium elucubrârunt)* loquuti sunt, nè mysterium inridendum infidelibus expone-

[b] *Peterius Com. in Gen. 19. disp. 6. § Verum quia. Et Ribera Iesuita. Com. in Hos. 12. num. 5.*

[c] *Greg. de Valen. lib.1. de præsent. Christi in Euchar. cap.10. pag 381. § Denique obseruandum.*

[d] *Bellar. lib.3. de Euchar. cap.8.*

exponerent. *Ridiculum, nec tamen aliter vos expedire potuiſtis. Deinde in graniſſimis aliis Controuerſijs, vt de Communione ſub vtraque ſpecie, & expoſitione loci Matth.16.* Tu es Petrus *(quem vos, ceu Hierarchiæ veſtræ* fundamentum *in omni diſputatione ponitis) Patrum autoritas luculenta magnum faceſſit vobis negotium. vnde eſt quod vos tandem:* [e] Patres hæc non dogmaticè loquuntur, ſed obiter hæc contentioſè dixerunt, magis quam dogmaticè. *Quod tu ſophiſticè reſpondes, & Patres ipſos, à ſeipſis diſtrahis potiùs quam diſtinguis, vtpote qui* obiter *rem exponentes errârunt ſcilicet; qui ex profeſſo eandem ſi tractaſſent, minimè erraſſent: videlicet, ſedendo experrecti ſatis fuerunt, currendo ſomniarunt: quàm præterea luſcos Patres nobis obtrudis, qui* dogmaticè aliquid definientes *ſtatuant, cui* contentioſè *diſputantes contradicant? Apagite ineptias; nos illud à Patribus ſatis* dogmaticè *poſitum agnoſcimus, quod Patres tanquam, dogma verum, ſibique δοκίμαον ſcriptis ſuis explicarunt. ne vobiſcum ſommiemus, Patres aliter, quam vt iam ſcripſerint, ſcribere voluiſſe.*

[e] Stapletonus in doctr. princ. cauſa de vſu vtriuſque ſpeciei in Euchariſt. de Expoſit. [Tu es Petrus.]

Cauſa tertia: in Patrum ſcriptis maxima repugnantia.

Aduocatus. Variæ ſunt de multis Scripturis, Patrum expoſitiones. *vide* [*] *ſupra.*

[*] Ieſuita ſupra.

Cauſa quarta: Multiplex Patrum lapſus.

Aduocatus. [f] Oportet expendere cauſas non paucas, ob quas aberrârunt: prima eſt, quòd abſque vllo præuio autore intentarunt illud iter aggredi: Alia eſt, quod tanto diuinæ pietatis zelo ardebant, vt cum errorem pro viribûs deſtruere conati ſunt, in contrarium decíderent, Agricolarum more, qui cum curuum ſtipitem corrigere conantur, in contrariam formam deducunt. Tertia, nemo eſt ita oculatus, inquit Auguſtinus, quin aliquandò ſuos libros peſſimè tractatos fuiſſe ab Hæreticis, vt ſuis erroribus fidem conci-

[f] Senenſ. Bibli. lib. 5. in præfat.

liarent. § Chryſoſtomus temperandus eſt, hoc non eſt Catholicis Doctoribus inſolens, vt dum Hæreticos inſequuntur,& vrgent,nimio ardore & zelo curandi,metas tranſcendunt. *Ex his facilè*

g *Toletus Ieſuita Com. in Ioh.2. Annot.*

CAPVT XX.

Concludemus. 1. noſtræ ætatis Theologis, ad veritatem eruendam plus præſidij adeſſe, quàm fuit Antiquis.

Duocatus. a Non cuiquam obſcurum eſſe poſſit, multa eſſe tàm ex Scripturis alijs, quàm ex Euangelijs luculentius nunc excuſſa, & intellecta perſpicacius quam olim, nimirum, quia veteribus adhuc non erat perfracta glacies, aut quia non ſufficiebat eorum ætas totum Scripturarum pelagus ad amuſſim expendere. *Hoc illuſtro.* b Abſit vt ego condemnem, quod tot tantique ſapientes ſimul & (expoſitores *nimirum* & doctores antiqui & moderni) affirmarunt; bene tamen ſcimus Pigmæos Gigantum humeris impoſitos plus quam Gigantes ipſos videre. *Lepidum ſpectaculum hoc Concionator veſter nobis propoſuit, quod (ſi fortè Proteſtantium quiſpiam id vel per iocum dixiſſet) vobis penitùs ridiculum videretur, & rigidis omnium cachinnis dignum; quanquam per iocum verum dicere quis vetat? non tamen in hac mundi ſenecta vſque adeò deliramus, vt cum Ieſuitis autoritatem nobis arrogemus, veritatem, neſcio quam, nouam excogitandi, & omni Antiquitati prorſus repugnantem: equidem, non mentior, teſtis locupletiſſimus adeſt Ieſuita, qui vt Patrum omnium ſententiæ occurrat, in hunc modum deſipuit.* c Non omnibus omnia dedit Deus, vt quælibet ætas ſuis gaudeat veritatibus,quas prior ætas ignorauit, quælibet ætas antiquitati ſemper detulit,ſed illud aſſerimus,quò iuniores, eò perſpicaciores eſſe Doctores. *hæc autem, ne forte neſcias, noua veritas, ſcilicet, huiuſmodi eſt.* d B. Virgo ſemper præſeruata fuit ab omni macula peccati. *Dogma, ſi vobis credimus,*

a *Epiſc. Roſſenſ. Art.18. aduerſus Lutheranos.*

b *Stella Com. in Luc.10. pag.15. in illa verba* [Confiteor tibi pater,&c.]

c *Salmeron Ieſ. Com. in Rom.5. diſp.51. § Secundò, argumenta. & Tertiò argumenta. ad foldum.*

*A Patribus vniuerſis reiectum; *ſi Patribus credimus,* Scripturis ſacris contrarium. *Et tamen hodiè, tanquam veritas, vt non minùs neceſſaria, quam noua à Ieſuitis omnibus perpugnaciter defenſa.* Deinde

* *Supra.*
* *Supra.*

2. *Concludemus ab Authoribus alijs diſſentire interdum licet, vt in aperta ſacrarum literarum voce acquieſcamus.*

Aduocatus. [e] Patres exponunt Scripturas non more Iudicum, ſed more Doctorum. *ita vt,* [f] Neceſſarium NON ſit COMMVNEM illorum verborum expoſitionem ſequi. *quid ita?* [g] SOLIS SCRIPTVRIS reſeruata eſt hæc autoritas, vt ideo id ita eſſe credamus, quia ita ſcripſerunt. *quid igitur?* [h] Autoritate ſacræ ſcripturæ vtitur Eccleſia, ex neceſſitate pugnando; at aliorum Doctorum TANTVM PROBABILITER arguendo. *Et profectò hoc idem omnino eſt quod Proteſtantium Aquinas Lutherus tenuit, cuius modeſtiam, iuxta & prudentiam vtinam imitemini. Reus.* [i] Non per hæc, inquit Lutherus Sanctis Patribus volo detractam autoritatem, aut ingratitudinem pro ſanctis eorum laboribus repenſam, ſed libertatem Spiritus, & Maieſtatem verbi Dei illis præpoſitam. *Hanc vos libertatem proteſtantibus inuidetis, in qua vobis plurimùm indulgetis. Aduoc.* [k] Non diſſiteor aliquorum patrum ſententias cum communi ſcholaſticorum opinione pugnare, exempli gratia, quidam patres crediderunt Infantes, qui ſine baptiſmo diſcedunt, igne perpetuo cruciari: at conſtans eſt ſcholaſticorum *(atque etiam proteſtantium)* eos talem pœnam non perpeti. Item ex patribus non pauci dixerunt Angelos eſſe corporeos: communis autem ſcholaſticorum opinio eſt (*pariter & proteſtantium*) eos corporalis materiæ eſſe expertes. *Liceat igitur Proteſtantibus ſi minus præire vobis at ſaltem præſcripta Patrum iure non ſequendo vos ſequi. De Theologis Antiquis diſſeruimus.*

[e] *Bellar. lib. 3. de verbo Dei cap. 10 § 16. Argumentum.*
[f] *Vega lib. 9. de Inſtit. cap. 21.*
[g] *Caietanus in 5. libros Moſis.*
[h] *Aquinas part. 1 q. 1. Art. 1. ad 2.*
[i] *Vt refert Roſſæ. in conſt. prom. Luthri. § Non tamen.*
[k] *Azorius Inſt. Moral. li. 2. c. 17.*

CAPVT XXI.

De Pontificijs Theologis recentioris etatis, quos video in duas classes dispertiri, Maiorum, viz. & Minorum gentium: inferioris classis Theologos Scholasticos, *superioris* Episcopos *vocant: inter quos aliqui, quoad iudicium veritatis, discrimen ingens constituunt.*

De Episcopis.

a Stapletonus de defin. Principijs Contr. 6. lib. 10. cap. 11.

A *Duersarius.* [a] In hoc differt Theologus ab Episcopo, Doctor Scholasticus ab Ecclesiastico, denique doctrina Theologica à fide Catholica, quantum humana doctrina à diuina: quia Scholasticorum, cum non sunt ad pastorale munus vocati, scientia humana est, quatenùs talium. nimirum humano studio atque industria acquisita: nec est igitur, eorum autoritas certa. *secundo.* [b] Non incumbit priuato Scripturas interpretari, quia non est ad docendum autoritate vocatus: nam pertinet ad clauem scientiæ interpretatio Scripturarum. *Tertiò.* [c] Exponere scripturas ad potestatem iurisdictionis pertinet, nec est excercenda, nisi accepta cura animarum. *Gratum opus Agricolis, imò etiam Academicis, & scholasticis, quibus omnibus plusquam, quam Pythagoricum illud quinquennium imponis silentium.* Quia hoc munus, *inquis*, interpretandi Scripturas ad SOLOS EPISCOPOS pertinet. *quorsum, igitur, Lumbardus, Aquinas, Scotus, Sotus, Durandus, & veteris scholæ Archimoderatores in scripturarum mysterijs euoluendis ingenia sua tam vehementer contorserunt,* [d] quorum tamen doctrina, *inquis*, certa est sub pœna contumaciæ? *quid? in discipulis credenas necessitatem quandam exigis, Doctoribus ipsis omnem facultatem detrahis credibilia ista docendi? secundo vide, quasò, Ecclesiæ Romanæ quantam plagam, hac tua assertione, influxeris. de qua hic vester:* [e] Deus promisit se suam Ecclesiam nunquam desc-

b Ibidem cap. 2.

c Ibid. cap. 11.

d Stapleton. infra.

e Vega lib. 9. de Iustif. cap. 14.

rere,

rere, per aliquot annorum centurias hos Scholasticos potissimum ei doctores prospexit. *quorum etiam suffragia pluris Protestantes, quàm Stapletonus ipse, vel etiam quam ipsum Stapletonum faciunt: nec enim sentiunt Scholasticorum doctrinam prorsus humanam esse, nec omnem eorum Autoritatem vnius morosi senis spiritu inani profligari facile patientur, quandoquidem Aduoc.* [f] Cum dixit dominus, [Qui vos audit, me audit.] hæc verba non solùm ad primos Theologos, id est, ad Apostolos referrebantur, sed ad alios Doctores in Ecclesia, quamdiu pascendæ sunt illæ oues in scientia & doctrina. *Tu verò pergis ineptire. Aduers.* & Consultius faciunt, qui in causa fidei Episcopum, etsi non perindè doctum, in quæstione fidei consulunt: quam qui Doctorem Theologum, quamuis in re Theologica plurimum versatum, nisi hunc ita consulant, vt huius iudicium Episcopi iudicio subjiciant. *Tua Africa aliquid semper monstri alit, quale hoc est? certè quidem tam immane, vt (nè Scholæ vniuersæ pereant) è scholis omnibus cum Autore suo meritò explodendum. Probo.* 1. [h] Pertinet *(inquis)* interpretatio Scripturarum ad solos Episcopos, *& tamen tu, minimè Episcopus,* [i] Ego, *inquis,* edidi expositionem in Lucam. *quomodo obsecro, alijs persuadeas, vt tibi, non Episcopo, credant, eum doceas, nisi Episcopo, non esse cuiquam magnopere credendum? præsertim in eo, quod non modò non Episcopus (Platonem ipsum excipiat) sed nè Theologus quidem vllus senserit vnquam, ne per somnium quidem? Secundo,* si Theologus magis doctus, Episcopo minùs docto debet iudicium suum subjicere: *ita olim Rhemensis Episcopus Sanctum Hieronymum presbyterum, ita Episcopus Coloniensis presbyterum Bernardum id est, sus Minervam doceat. Tertio, si non Theologus doctus Episcopo indocto, tum Theologus doctior minùs docto Episcopo non est præferēdus. at, attende.* [k] Atqui te demiror, Erasme, quod pluris facias, Episcoporum hac in re iudicium, quā Theologorum, siquidem Episcoporum nostri seculi vitam, eruditionē dicam an insciti am, noueris. *Que in doctore maximè est damnanda.* [l] Ioh. 3. Dixit Christus, Nicodeme, Tu doctor es in Israel, & hæc

[f] *Cæm locis The. lib. 8 cap. 4. pag. 241. de Scholast. autoritate ex professo disputans.*

[g] *Stapleton. de doctrin. Princ. Contr. 6. lib. 10. cap. 11.*

[h] *Supra.*

[i] *In præfat in Com. suum in Lucam.*

[k] *Thom. Morus in Epist.*

[l] *Toletus Ies. Cā. in Ioh. 3.*

hæc ignoras? meritò doctori vitio datur ignorantia sui muneris. Bene Cyrillus lib. 2. Cap. 46. Si, inquit, Doctor rudis sit, qualis erit discipulus? non est enim discipulus supra Magistrum, quamuis etiam maior sit discipulorum ignorantia, attamen maior est Doctorum culpa. *Quid multa? vtrum ex Episcoporum ore proficiscatur ille vera interpretationis spiritus, quem expectamus? tu, Stapletone, dicis, suus Bellarminus negat. nam Aduocatus.* [m] Sine dubio singuli Episcopi errare possunt, & aliquandò errant, & ita interdum inter se dissentiunt, vt nescias quis eorum sequendus sit. *Vide plura de Autoritate Presbyterorum contra Episcopos* infra.*

[m] Bellar. lib. 2. de Concil. cap. 2. § Ex quibus.

* *Infra.*

CAPVT XXII.

De Scholasticis & eorum æmulis Canonistis videndum.

Encomiastes primus loquatur.

Aduersar. [a] Theologiam Scholasticam exibilant iuniores hæretici, hoc temerarium est. 1. *abs te discemus, scilicet, prudentiam.* [b] Communitèr tenent *(inquis)* Scholastici *(id quod etiam Iesuita omnes adhuc astruunt)* Matrimonium sine ministro, profano more contractum, continere in se veram formam Sacramenti, in quo videntur iure à Lutheranis IRRIDERI. Sed hîc si Thomistæ omnes cum Scotistis *(vah vt tonat, sine fulmine!)* Si cum antiquis volunt contra me pugnare, superior sim necesse est. *Dispute.* Iure, *inquis*, irridentur: & temerarium est, *inquis*, eos irridere. *In quo bis tu quidem temerarius es, tùm quia illos immeritò reprehendis, tum etiam quia ipse facis, quod in illis reprehendis. Enimuerò Aduocat.* [c] Qui in scholis inter primos leguntur, quæstiones de Deo tam RIDICVLAS excogitarunt, vt putes eos ridere; propositiones tam blasphemas, vt censeas irridere, certè cõtra fidem tam gnauitèr obiiciũt, tam segniter ad obiecta respondent,

[a] Canus lib. 8. ca. 1. initio.

[b] Idem lib. 8. cap. 5. sparsim.

[c] Morus in Epist. ad M. Dupium. Tit. Apolog. pro Moria Erasmi. pag. 401.

vt

vt præuaricatores agere videantur. *Iam Eucomiastes ingreditur.*

Secundus.

Aduersarius. [d] Scholasticorum munus erat Patrum dicta interpretari, & loca in speciem pugnantia conciliare: Illi distinctionem Meriti congrui & condigni inuenerunt. *An non igitur tua interest, hanc distinctionem eorum per omnia amplecti?* [e] Hoc quod statuo de congruo, fortassis inter Doctores Scholasticos non videbitur, sed enitar id probare. *Quomodo verò* Conciliatores, *vt vocas* Scholasticos, *reconciliare tibi possit, à quibus tam apertè dissentis?* [f] Quæstio est, vtrum agat Paulus de fide habituali, an actuali: dico non necessarium esse intelligi de fide viua & actuali; hæc propositio est contra multos Doctores Catholicos, eosque non postremæ classis, sed contra eos omnes quantalibet grauitate, probatur nostra propositio. *Quòd integrum nobis esse doceas scholam interdum deserere, probamus, quod sine iusta ratione id in facis, minime.*

[d] *Vega lib. 8. de Iustific. cap. 10.*

[e] *Vega opusc. de Meritis qu. 7. pag. 821.*

[f] *Vega lib. de Iust. & grat. qu. 1. propos. 2.*

Tertius.

Aduersarius. [g] Quam miserabile est (inquit Ramus) ab istis Sophistis fundamentum Religionis repetere? Deleatur. [h] Caluinus Scholasticos, magnus ille nebulo, Sophistas vocat, qui suas nouerant fraudes detegere. *Vel potius tegere ipsi suas, quas subtiliter antea texuerunt: probabo itaque scholam vestram iamdiu emporium quasi sophismatum & strophamum ineptissimarum extitisse. Breuitatis studio in vno genere artificij Sophistici, videlicet,* distinguendi nimiâ subtilitate, *insistam: quo dum discipulos suos ex errorum latebris explicare videri vellent, multo eos magis intricârunt. Cum tamen hæc immota lex distinguendi esse debeat: viz: Aduocatus.* [i] Vbi lex non distinguit, ibi nec nos distinguere debemus: sicut dicunt Iurisconsulti. *Iam igitur vt intelligas hic noster* nebulo, *scilicet (sic enim Caluinum vocas) quos quantosq; comites habeat 1.*

[g] *Index Expurg. pag. 146.*

[h] *Salm. Iesuit. com. in Tim. 2. disp. 16 § Quare.*

[i] *Vega opusc. de iustif. fide. grat. § 1. pag. 730.*

CAPVT XXIII.

Diſtinctio Gratiæ Dei { Sufficientem. *Efficientis,* *in* { Efficacem.

Aduerſarius. [a] Deum largiri nonnullis gratiam ſufficientem ad eorum conuerſionem, quæ non eſt efficax ad eos conuertendos probo ex Scripturis, Patribus, ratione. [b] Hanc diſtinctionem religioſiſſimi Ieſuitarum Patres non modo (quod cum Dominicanis commune illis eſt) vſurpant, & amplectuntur, verumetiam ſummo ſtudio, tanquam fide, certam tuentur ac profitentur. Quam diſtinctionem recentiores Scholaſtici, vt Gratiam ſufficientem contra Caluinum tuerentur, in ſcholam introduxerunt. *Aduocatus.* [c] Sed per inconſiderantiam iſthæc permiſerunt noſtrates Theologi quidam, atque in varias ſalebras incautè inciderunt: nam dicere per ſufficientem Gratiam, habere nos POSSE tantùm, actu verò CONVERTI, habere ab efficaci, nil eſt aliud, quam poſſe ſine poſſe largiri, & pugnantia loqui: in quo faciunt inſufficientem Gratiam puerilem quandam ludificationem. Nec enim hoc (inquit Ozorius) quicquam dici poſſit abſurdius: & Ioannes Antonius Delphinus inſignis Theologus, qui Tridentino Concilio magna cum laude interfuit, illam diſtinctionem exploſit & improbauit. *Cuius luculentiorem refutationem ad ſuum proprium locum differemus.*

Secunda diſtinctio. { Congruo. *Meritum* *de* { Condigno.

Aduerſarius. [d] Scholaſtici diſtinctionem meriti de congruo & condigno inuenerunt. [e] Nos diſpoſitionibus ad iuſtificationem Meriti nomen cum additione de congruo tribuendum eſſe putamus. [f] Quod non videtur eſſe negandum. *Aduocatus.* [g] Doctiſſimos & pientiſſimos quoſdam viros

[a] *Bellar. lib.1. de grat.& lib.arbit. cap.1.& 12.ad13. & Petrinus Ieſ. com.in Rom.2.*
[b] *Paulus Beniuſ lib.de effic. Grat. Pont. Clement.8. dedicat.cap.14 et cap.7 & 6. & 3.*
[c] *Idem quo ſupra cat us.*
[d] *Vega in opuſc. de Iuſt. fic.q.22. pag.821.*
[e] *Bellar. lib.1. de Iuſtific.cap.21.*
[f] *Petrinus Ieſ. ib. in Rom.3.nu.83. & aly Ieſuita fere omnes.*
[g] *Vega lib.8. de Iuſtif.cap.8.& in opuſc. de Iuſtific. qu.7.pag.821.*

viros adhuc video in ea ſententia perſiſtere, vt credant Patres antiquos ſolum agnouiſſe meritum de condigno, & eo propendeant, vt Eccleſia hoc meritum, quod aiunt, congrui repellat, vt recens inuentum. *Sane, & vt xaxῶ κέρατος xaxὸν οὐδέν, Quia,* [b]Non ex vllo merito prima gratia profluit, ne de congruo quidem, quia impar eſt, & infinitis partibus impar peccatoris conatus, & labor ac largitas gratiæ. [i]Nec (igitur) probamus opinionem hanc de congruo. *Quam ego ſimilitudinem (Deo cœptis fauente) in parte Apologiæ tertiæ conuellam.*

[b] Bernius lib. de Eſſic. grat. cap. 5. § Quanquam. et ca. 17. § Venio
[i] Greg. Valent. Ieſ. part. 4. d. de grat. diuina. cap. vlt.

Tertia diſtinctio peccati in {veniale, mortale} *vninocè.*

Aduerſarius. [k]Venialia diſtinguntur à mortalibus, quia non merentur pœnam æternam. [l]Caluinus in libro contra Concilium Tridentinum, Peccatum, inquit, quoduis, quia lege Dei damnatum eſt, mortale eſſe fatemur: nec ex natura rei vllum eſſe veniale concedit; Qui eſt error manifeſtus: quia nunc in iuſtis venialia eſſe peccata de fide eſt. *Sed non verò, quia omne peccatum eſt contra legem Dei, quæ maledictionem tranſgreſſori denunciat. Idcirco. Aduocatus.* [m]Peccatum veniale ſolum ex miſericordia Dei veniale eſt: quod alij quoq; viri Catholici, & pij viri ſenſerunt. *De hoc* [n] *ſupra: hic rationẽ expeditã attexam. Aduocatus.* [o]Abſque dubio niſi Dei beneficio condonetur homo, ob peccatum veniale, pœnâ ſempiternâ puniendus eſt. *Ergo, ſed occurris. Aduerſarius.* [p]Non quod veniale per ſe æterno eſt digna ſupplicio, quia per ſe Dei gratiam & charitatem non aufert: ſed ex eo, quod quamdiu Deus non remittit, tamdiu homo in culpa eſt, quæ culpa dum permanet, debitâ pœnâ punitur. *Hoc eſt quod volumus. Diſputo: Si homo extra gratiam propter culpam venialem, à Deo nunquam eam remittente,* debita pœna ſempiterna punitur, *vel iuſtè, vel non: ſi iuſtè, tum homo per veniale peccatum non tantum pœnam temporalem meretur; ſi iniuſtè, Deus (quod abſit) iniquus eſt Iudex, qui vltra deme-*

[k] Zeller. lib. 1. de amiſſ. grat. cap. 9. [l] Vaſquez Ieſ. in 3 Thom. diſp. 142. cap. 1. num. 3.
[m] Roſſ. vſit. vide ſupra Apol. huius part. 1. cap. 42. & Vaſquez Ieſ. ibid. quo ſupra.
[n] Apol. part. 1. cap. 42.
[o] Arcrius Ieſ. inſt. lib. 4. ca. 10. § Ex.
[p] Ibidem

vita exigit vindictam, aut igitur inconstans sit, aut blasphemus necesse est. Quam tamen distinctionem Bellarminus tueri nisi noua quadam subtilitate, vel potius futilitate, non potuit: videlicet qua est

Quarta distinctio: Veniale peccatum, { Non esse contra legem Dei: Sed præter legem.

p Bellar. lib. 1. de Amiss. grat. ca. 9. & sæpe alibi.

Aduersarius. [p] Peccata venialia non propriè sunt contra legem Dei, sed præter legem: veteres Theologi Alt. Alex. Abb. S. Thom. Bonauent. Ægid. Richard. & alij docuerunt veniale peccatum, non esse contra, sed præter legem Dei. *Aduocatus.* [q] Dicendum verò est, vt docuerunt Durandus, Caietanus, Vega, veniale peccatum esse quidem CONTRA LEGEM Dei: id quod (*victus dat manus*) argumenta (*Protestantium*) aduersariorum comprobrunt. *Addit Aduersarius.* [r] At non est contra speciale Dei præceptum, de amicitia eius nunquam violanda. *Putidum subterfugium, nam si quis ex zelo & amore erga Deum* (*vt ex alicuius falsi miraculi assertione, ad Dei nominis Iesu maiestatem celebrandam magis atque colendam*) *periurium commiserit: si sua natura conseruat amicitiam cum Deo, tum periurium non est peccatum mortale; si violat, tum amicitia præcepto Dei repugnans, Dei amicitiam conseruat: quod in præsentia satis est.* [s] Negari non potest peccatum veniale esse contra aliquod præceptum legis. *Hanc quoque quæstionem, quam* * *supra attigimus, in Parte tertia exactiùs tractabimus.*

q Azorius Iesuita Inst. Mor. lib. 4 cap 8. § Dicendum.

r Ibidem.

s Valques Iesuita in Thom. disp. 143. cap 4 num. 8.

* *Supra.*

Quinta distinctio, numerum peccatorum mortalium esse septinarium.

t Tolletus Iesuita de instruct. Sacerd. tract. de peccatis mortalibus.

Aduersarius. [t] Scholastici numerant septem mortalia peccata, quæ in hac voce, Saligia, complexi sunt, significantes superbiam, auaritiam, luxuriam, iram, gulam, inuidiam, acidiam. *Aduocatus.* [u] Multa plura sunt vitia,

u Ibidem.

hæc

hæc tamen, quia multum ex his oriuntur, ab alijs ſeparantur. Aduerte etiam, quod iſta NON BENE dicuntur mortalia, ſed capitalia, vt habet Thomas & Gregorius.

CAPVT XXIIII.

6. *Diſtinctio, in qua fundamentum Purgatorij ſitum videtur:* { [a] *Remiſſa culpa manet debitum luendæ pœnæ.*

[a] *Bellar. lib. 4 de Pœnit. cap. 2. in initio.*

Aduerſarius. [b] Proteſtantes negant, poſt remiſſionem culpæ, vllum manere reatum in altera vita, eaque de cauſa omnes communi conſenſu Purgatorium, Indulgentias, & Suffragia pro defunctis negant. Catholici omnes ſummo conſenſu docent, remiſſâ culpâ, ſæpè remanere reatum pœnæ temporalis. *Stupenda deliratio. Cùm enim qui inſtè pœnam inflixit, non poſſit non culpam, vt cauſam propriam reſpicere, certiſſimum hoc eſt, quod ponit Aduoc.* [c] Non eſt plenè remiſſa culpa, quamdiu peccator reus eſt ſoluendæ pœnæ. *Iſtam etiam ſubtilitatem veſtram locus proprius explicabit, atque obtundet.*

[b] *Ibidem.*

[c] *Canus loc. Theol. lib. 12. cap. 12. § Ex quo.*

7. *Diſtinctio* Cultus religioſi in { δουλεία, λατρεία.

Aduerſarius. [d] Hæc diſtinctio non eſt inuenta ad obducendas tenebras ſimplicium oculis, ſed ad ea ſeparanda, quæ ſunt ex rei natura diſtincta, nec refert quod vocabula pro eodem ſumuntur interdum accepta: nam vſus Theologorum ea iam diſtinxit. *Quis vſus?* [e] Latria apud Theologos eſt cultus ſoli Deo debitus, quo nos Deo, vti ſupremo Domino ſubijcimus, in eoque ſpem, & fiduciam noſtram collocamus: Dulia vſurpatur pro cultu, qui Sanctis patriæ cœleſtis tribuitur. [f] Qui eſt cultus maior ciuili. [g] Et hanc diſtinctionem Scholaſtici non ſine cauſa tenuerunt. *De verbis*

[d] *Sacroboſc. Ieſ. in deſin. Conc. Trid. part. 3. cap. 2. § Tertia pars*

[e] *Azorius Ieſ. Inſtit. lib. 9. cap. 5.*

[f] *Sacroboſc. quo ſupra.*

[g] *Bellar. lib. 2. de Eccleſ. Triumph. cap. 12. § Sed hoc quamuis.*

hoc in loco minimè laborabimus: appellet enim quis (si placet) cultum quem Sanctis præstatis, A. quem Deo: B. nil refert, modò vsum distinctionis Orthodoxum scholastici nobis præbuerint.

h Iesuita supra.
i Vasques Iesuit. lib. 2. de Adorat. disp. 9. cap. 1. § Contra verò.
k Bellar. lib. 2. de Imag. cap. 22. § Quartò.

Sed Aduocatus. [h] Latria significat cultum Deo proprium. *Et tamen:* [i] Veteres Scholastici absolutè dicebant, Imaginem Christi colendam esse adoratione Latriæ. [k] Dicere populo, imaginem Christi, vel crucem adorandam esse cultu Latriæ, illo ipso, quo adoratur Deus, non caret magno periculo: nam qui defendunt imagines adorari Latriâ, coguntur vti subtilissimis distinctionibus, quas vix ipsimet intelligunt, nedum populus imperitus. *Quomodo, itaque, fuit illis iusta causa* tenendi distinctionem *hanc, quibus tam iniusta fuit peruertendi? Egregios, scilicet, distinctionum fabros imitamini, qui distinctionis vsum indistinctum tradiderunt, tam difficilem sibi, quàm populo pernitiosum. Præstigiæ: de quibus possim ad clepsydram disserere, si hæc quæstio esset præsentis negotij.*

8. *Distinctio.* Status Clericorum.

* Supra Bellar. Apolog. part. 1. lib. 1. cap. 40.

l Bellar. lib. 2. de Monach. cap. 6. § Secundò dicit ibidem.

Aduersarius. * Status Religiosorum, vt Monachorum, est status perfectionis, quo ad altiorem gradum gloriæ cœlestis ascenditur: qui est status perfectionis acquirendæ. Aliorum verò, vt Episcoporum & Cardinalium status est perfectionis acquisitæ. *Et tamen. Aduocatus.* [l] Chrysostomus & Basilius vehementer fugerunt Episcopatum, vt perpetuò in Monasterio viuerent. Hieronymus inuitus creatus est Presbyter, & Monachus tantùm esse decreuerat: Gregorius mirabiliter deplorat statum suum, quod cùm elegisset perpetuò in Monasterio viuere, tamen compulsus fuit Pontificatum suscipere. *Qua distinctione efficitur vt Monachus, qui per statum religionis (vt dicitur)* meretur gloriæ cœlestis gradum ampliorem, *quam Episcopus: cùm tamen statum in hac vita perfectionis inferiorem obtinet: ita erit* Status religionis *(vt ita dicam) superinferior perfectio. Sed quæro insuper, estne* Religionis status perfectior, ita vt in cœlo gloriam ampliorem mereatur? *Cur, igitur, Gregorius non nisi* compulsus Pontificatum

tum admiſit? *Si ais, cur admiſit etiam vel* compulſus? *de hac indiſtinctione in hunc finem non nihil* * *ſupra.*

* *Apol. part. 1. lib. 1. cap. 40.*

CAPVT XXV.

9. *Diſtinctio Miſſæ* {publicæ, priuatæ.

Aduerſarius. [a] Priuata Miſſa dici poſſit, vbi Sacerdos ſolus communicat: & hæc eſt Miſſa priuata, de qua Aduerſarij tantummodò altercantur, & quam nullo modo admittunt. *Imò hac veſtra cauſa altercatione non indiget, ſed irriſione.* Solus Sacerdos (*inquis*) communicat, *id eſt, vt ego interpretor, ſolus hoſpes conuiuatur, ſine hoſpite; ſolus dux manus conſerit, ſine hoſte; ſolus Dominus confabulatur, ſine comite. Denique ſolus ſine & ſimul, quid abſurdius? Aduocatus.* [b] Nõ propriè dici poſſit Communio, niſi plures de eodem participent. *Nec caret Contradictione, quod, Aduerſarius.* [c] Miſſæ vocabulum eſt Hebraicum: Heb. æi enim oblationem vocant Miza. [d] Quidam vt Reuljn, Alcian, Xainctes, Hector Pintus in Dan. 3. Pammelius in Liturg. exiſtimant eſſe Hebraicum. *Sic forſan philoſopharis, vt Miſſa veſtra nuda impietas ſacroſanctæ linguæ veneratione quaſi veſtiatur & obnubiletur: cùm tamen antiqua illa & ſacra Miſſa, qua apud antiquos Patres viguit, ſine peregrino ornatu, ſuo patrio, id eſt, Latino habitu ſatis venuſta videbatur. Aduocatus.* [e] Inuenio apud veteres Patres, Miſſam dici ſolitam pro Miſſione: quoniam Catechumeni, eâ ſuſceptâ, foras de Eccleſia emitterentur. Vt in ritibus olim Paganorum, dici conſueuerat, ILICET, quod per Syncopen idem eſt ac, ire licet: ſic noſtrum, Ite, miſſa eſt. [f] Quâ voce Catechumeni excludebantur, quibus non licebat Conſecrationi intereſſe hinc vulgarium hominum vſu cœpit integrum Miſſæ ſacrificium, ſumpto vocabulo à publicis illis verbis, quæ ad omnium audientium aures perferebantur, Miſſa appellari, atque hoc modo

[a] *Bellar. lib. 2. de Miſſa cap. 9. § Vltimo, &c.*

[b] *Caſſander lib. Conſult. art. 24. § De ſolitarijs Miſſis. Vbi ex profeſſo hoc deliramentum refellit.*

[c] *Toletus Inſt. Sacerd. lib. 2. cap. 4.*

[d] *Azorius Inſtit. Mor. lib. 10. cap. 18.*

[e] *Salmeron Ieſ. in Epiſt. ad Canſium de Etymol. Miſſæ. Hæc Epiſtola cum aliis adhæret ſuis Commentarijs Salmeronis in Epiſt. Canonicas.*

[f] *Azorius Ieſ. Inſtit. Moral. lib. 10. cap. 8. § Quæres quid.*

modo à Patribus & Concilijs hoc vocabulum sumitur.

Missas facio distinctiones has alias.

g Bellar. lib. 1 de Rom. Pont. cap. 7 § At inquies.
h Bellar. infra.
i Bellar. lib. 3. de Amiss. grat. ca. 16 § Dico Deum.

g Præsunt Reges Christiani hominibus, vt homines, non vt Christiani. *Et*, h Papa quoad personam suam priuatam hæreticus esse possit, quoad publicam non possit. *Et* i Deus nõ habet positiuè velle, respectu peccati, nec positiuè nolle, sed non velle. *Et sexcentas huiusmodi, in quibus tantùm destinatis prosequar: ex quibus liquidò cõstabit, Protestantes nõ magnos nebulones, sed vos (loquar leuius) nugatores egregios deprehendi, qui quoties legitis Monitores sobrios illud petentes, & repetentes,* k Reuocandi sunt Scholastici, *statim censoriam virgulam vestram opponitis,* l Deleatur. *Inde fit, quod Aduocatus.* m Aliqui humana scripta recipiunt, vt Diuorum oracula & illum honorem illis exhibent, qui solis sacris literis debetur: quales sunt ij qui Thomæ, Scoti, Occæ dictis subijciuntur, vt ex eorum placitis, in quæ iurâsse videntur, nomina quoque sortiantur. Alij Thomistæ, &c. quosdam ego vidi, qui non sunt veriti in publica Concione dicere: Quisquis à Thomæ sententia dissentit, suspectus de hæresi est censendus. *Quin tu, Alphonse, hanc stupiditatem pungis?* n Miserrima est seruitus, iurare in verba Magistri, cuius est tantum humana autoritas, hanc velle humanas Scripturas in diuinarum ordinem connumerare, hoc verius ego hæresin dixerim. *O quot, igitur, Hæreticos iamdiu schola vestra aluerunt? vestri alumni adhuc quàm duram & planè sacrilegam seruiunt seruitutem? Præsertim cùm* o Theologi in scholis magnis animis eas agitant quæstiones, quibus prima ætate fuimus imbuti: quæ ab instituto Augustini plurimum dissident, qui aspernatus fuisset illas operi suo, veluti tritico lolium, admissas fuisse. p Docti hæretici, (neque enim aliàs accidit, vt sint Hæretici) nisi in Scholasticis inueniant, quo se defendant.

k Index Expurg. ab Inquisit. nuper editus. pag. 147.
l Ibidem.
m Alphonsus de Castro. lib. 1. aduersus hæreses. cap. 7.
n Alphonsus ibid.
o Vives in Art. in Schol. in Aug. de Ciuitat. Dei.
p Morus epist. ad M. Dorpium.

Conclusio.

Neque tamen ideo his testibus vtor, quod Schola vestra autoritatem

toritatem omnem detractam velim, ſed quod delectus eſt adhibendus: quoties illi enim θεολόγοι eſſe ſtudent, & ſolo verbo Dei, tanquã exactiſſimâ veritatis trutinâ, opiniones ſuas librare, ſuper fidei fundamentum aurum & argentum ædificant. Quoties rurſus volunt ὑπερφυεῖν ligna & ſtipulas, imò paleas adferunt: id eſt, Aduocatus. [q] Portentoſa Commentaria, & argumenta frigidiſſima, quorum Theologiam Beatus Paulus & Hieronymus ignorârunt. *Et reuerà in hoc ludo literario video in viris doctis ludum obſeruari, ſæpè literas deſiderari, vtpote qui iamdiu magis ſubtilitati, quàm ſanitati ſtuduerunt.* [r] Non fuerunt, fateor, Patres antiqui hac in re, quàm Lombardus, & iſti Quæſtioniſtæ Neoterici, tam in definiendo curioſi. Sed ego tamen illorum, vt Terentius ait, AEmulari malo negligentiam, quàm horum tam obſcuram diligentiam. *Quid ergo?* [s] Aliquando contra communem opinionem, vnius Claſsici Doctoris opinio ſequenda eſt, cum firmiori nitatur fundamento. [t] Gratiæ acceptionem variam non à Scholis, ſed à diuinis Scripturis petemus, & quæ de gratia Dei iuſtificante Scholaſtici ſcribunt, commentitia vniuerſa exiſtimo. *Vtinam aut in hoc omnis Theologus, aut Pighius in omnibus ita reſipuiſſet: nihil enim iamdiu Theologiæ ſtudioſis acceſſit permitioſius, quàm quod defuerit plerunque Theologis λογος τῦ θεῦ. At hic Theologus, inquies, iunior fuit: eſto: tamen* [u] Aliquandò Iuniorum ſententia Antiquorum Theologorum ſententiæ eſt præferenda, exempli gratiâ: Docent Pontificij iuris interpretes omnes etiam nunc decimas, præſertim prædiales, ſolui oportere iure diuino: contrà verò Theologi ſentiunt eas ſolum Pontificio & Canonico iure deberi, Alexander, Thomas, Henricus Syluius, Angel. &c. *Quod ad Iuriſconſultos Canoniſtas. Aduocatus.* [x] Rectè per *Thomam dictum eſt: Canoniſtarum Gloſſulas inter ſacræ Scripturæ profeſſores interſerere, inconſonum, & deriſibile eſt. Et tamen nunc ea eſt Eccleſiæ Romanæ δυσταξια, vt alius meritò queri videatur.* [y] Non equidem video, cur partes poſtremæ, ne dicam nullæ, Theologis permittantur, Iure-

[q] Eraſmus in Indice ſcholiorum in Hieron.

[r] Morus ad M. Dorpium.

[s] Azorius Ieſuita Inſtit. Moral. lib. 2. cap. 16.

[t] Pighius lib. 1. de Grat. & lib. Arbit. cap. 3.

[u] Azorius Inſt. lib. 2. Inſtit. cap. 17. § Tertiò quæritur.

[x] Salmeron Ieſ. Com. in Rom. 5. diſp. 51. § Deinde.

* Thomas Opuſ. 19. 10. 17.

[y] Melchior Canus locis theol. lib. 8. cap. 7. § Quæ cum.

consultis verò (*Canonicis*) vel PRIMAE, vel etiam OMNES faxit Christus, cujus hæc causa est, vt grauissimo tribunali (*Inquisitorum*) Theologi probatissimi adiungantur. *Sit, igitur, hæc (apud Aduocatum prima) nostra postrema conclusio.* [1]Sit hæc prima conclusio, In his quæ ad fidem pertinent, Inquisitorum autoritate Theologus non egit. *Sic Patrum antiquorum expositâ, Doctorum verò Pontificiorum explosâ autoritate, hic erit*

[1] *Ibidem.* § Hoc igitur, &c.

Libri secundi finis.

LIBER

LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

IVdiciũ omne in fidei negotijs à Patribus & Theologis aliisq; Pontificijs omnibus per ipsos Pontificios ad Pontificem ipsum reducitur: quem propterea Papam, quasi Patrem Patrum omnium nominant.

Aduersarius. [a] Papa est summus Iudex in controuersijs fidei & morum dijudicandis: [b] summus & vnicus Iudex. * Summus Monarcha in Ecclesia.

a Bellar. lib 4. de Rom. Pontif. cap. 1. in principio.
b Stapeltonus.
* Cosserus. Salmeron & Iesuitæ alij infra.

In hac controuersia quæstiones quatuor enucleandæ, expediendæq; sunt.

1. *Vtrum Christus aliquem Monarcham sibi Vicarium, Ecclesiæ suæ præficere voluerit;*
2. *An Petrus is fuerit;*
3. *Ecquis ex institutione Christi Petro successerit.*
4. *Nũ Romanũ Episcopũ successorem constituerit: nam his quatuor gradibus Papa ad supremum hoc dignitatis culmen iamdiu cupiebat ascendere.*

1. *De statu quem Christus in Ecclesia sua regenda, ac moderanda obseruari voluit.*

Quæstionis status.

[c] Cùm ex Scripturis satis constat esse aliquam Ecclesiasticam præfecturam, dicente Apostolo: [Posuit (*Christus*) Episcopos regere Ecclesiam Dei.] Et rursus hortatur, [*Obedite præpositis:] de quibus denuò,* [Qui benè præsunt]

c Salmeron Iesu. disp. 11. general. § Cùm.
* Act. 20.
* Hebr. 13.
* 1. Tim. 5.

Quumque ſunt tria laudabilia gubernandæ reipublicæ genera, 1. Vbi vnus Princeps regnat, Monarchia. 2. Vbi pauci viri & Optimates, Oligarchia, vel Ariſtocratia. 3. Vbi ipſa multitudo communibus ſuffragijs ſe ipſam gubernat. Democratia dicitur. Iam iure quæritur, quodnam genus gubernationis illud exiſtat. *Nam* [d] Vnum eſſe aliquod Eccleſiæ regimen à politico diſtinctum conuenit inter nos & Proteſtantes, Chriſtumque ſolum eſſe hunc Regem abſolutum: at in hoc à nobis diſſentiunt, quòd negant formam Eccleſiæ eſſe Monarchicam. [e] Vnum Eccleſiæ vniuerſali Paſtorem præfectum fuiſſe, qui vice ſua Eccleſiam regeret, nos affirmamus. [f] Caluinus Ariſtocratiam ponit. *Sic eſt, Videamus igitur, quibus armis poſſitis Monarcham veſtrum defendere: priùs tamen intelligendum eſt, quid vobis de vtroque Monarchiæ genere videatur. Etenim*

Monarchia genus eſt duplex: { abſolutum, mixtum.

De Abſoluto.

Aduerſarius. [g] Monarchiam ſimplicem eſſe è ſimplicibus optimam, probatur ex Statu Adæ in Paradiſo, ex Philoſophis, Platone, Homero, Heſiodo, Ariſtotele: idem ab exemplis Patriarcharum, & Iudicum demonſtratur. [h] Hanc optimam eſſe ipſi quoque Philoſophi Gentiles docuerunt. [i] Excellentia Monarchiæ in Deo elucet, qui vnus eſt: in natura Angelica, vbi Michael (*qui tamen eſt Chriſtus*) eſt Princeps: inter Planetas Sol luminare (*ſed Saturno inferius*) maius: inter Elementa ignis ſupremum locum tenet: in ſingulis (*ſanè in ſingulis*) gregibus vnus Rex eſt: (*etiam in ſingulis alueariibus*) in apibus: (*Sic ſinguli Epiſcopi Eccleſijs ſuis contenti eſſe debent.*) Nec hoc ſolùm: toti generi animalium (*ſed non vnum inter omnia*) Leonem: toti generi auium (*nec vnam aliquam Pontificalem quaſi*) Aquilam præeſſe inuenimus. In omni corpore animali vnum aliquod eſt (*concedimus in ſingulis vnum, non autẽ corporum vniuerſorum*) vnum membrum, vt caput, quo reliqua regantur.

Adam

d Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. ca. 5. §Secundum eſt

e Coſterus Ieſuita Enchir. de Relig. Tract. de Pontif. §Quæſtio porro. & ita deinceps.

f Salmeron quo ſupra.

g Bellar. cap. 2. per totũ, & ca. 9.

h Coſterus Ieſuit. quo ſupra.

i Salmeron quo ſupra. diſp. 14. & 15.

Adam protoplaſtus continebat in ſe Monarchæ (*ſed Chriſti*) myſterium: Abraham princeps (*ſed exigui, non infiniti*) populi Dei. Adhæc Eccleſia Primitiua vnum tantum Paſtorẽ & Regem Chriſtum prædicantem, & Sacramenta adminiſtrantem, & ius cuique dicentem agnouit. Sed (*in quo inter Proteſtantes poſſitus Primitiua Eccleſiæ vultum agnoſcere*) Proteſtantes (*hos Hæreticos appellas*) dant nobis in Eccleſia Epiſcopos & Prebyteros inſtar Apoſtolorum & Diſcipulorũ Domini, ſed non dant aliquem ſummum Paſtorem & Epiſcopum, qui ſit (*quia hic ſolus* ἀδιάδοχος) inſtar Chriſti: dicunt igitur Chriſtum ſolùm manere Sacerdotem in æternum, & caput; & neminem eius perſonam gerere: Regnum autem vel Satanas habet, dicente Domino: Si Satanas ejicit Satanam, quomodo ſtabit regnum eius? *Non licet vltra, quid ex his?* [k]Ergo vt in creaturis Deus; in genere humano, Adã; in corpore animali, caput; in gregibus, dux; ſic in Eccleſia voluit Deus vnum eſſe ſummum Paſtorem, & Monarcham, cui omnes alij obediant. *Hæc Ieſuita prolixè ſatis, ſed in ipſa diſputatione multò prolixius. Quid nos? breuiter & expeditè, Monarchia ſimplex (vt pace eorum dixerim, quod eorum autoritate dico) non eſt inter homines forma regiminis optima: quia, Adnocatus.* [l]Monarchia Ariſtocratiæ & Democratiæ ADMIXTA eſt ſimplici Monarchia vtilior atque PRAESTANTIOR. *Ergo argumentum tuum à ſimilitudine (ſimplicis Monarchiæ) Dei, Chriſti, Angelorum, Damonum, Adami, Anium, (tanquam Adam ex Paradiſo) ſic ex Eccleſia exulare debet, & vnâ cum veſtris apibus & auibus euolare. Quanta hæc oſcitantia eſt veſtra? Qua quamuis ſit inſignis, tamen en etiam alia inconſtantiæ veſtræ argumenta, in quibus ipſi vos excelluiſſe videamini.*

[k] *Ibidem.*

[l] *Bellar. quo ſupra cap. 3. in initio.*

Contradictiones duæ.

Prima.

[m]Monarchia ſimplex (*inquis*) excellit, quia Deo competit, nam, vt Athanaſius loquitur, Multitudo deorum, eſt nullietas deorum. *Sic tu vnitatem Trinitatis probas. At.*

[m] *Bellar. ſupra cap. 2.*

n Bellar. lib.2.de Christo. cap.6. § Igitur prima.

n Beatitudo est summum bonum, (*inquis*) vnum verò & insigne bonum, est consortium æqualium. *Atque ita articulum Trinitatis illustras: hinc hæc Dilemmatis cornua emergunt.*

o Bellar. lib.1. de Rom.Pont.cap.2.

o Optimum est (*inquis*) esse solum. *Et tamen*, summum bonum est habere consortium æqualium. *Quàm non cohærent! Altera est (Salmeron) tua.*

Secunda.

p Salm 7. in locis supra citatis.

q Idem quo supra disp.14. § ad hęc.

*2.Cor.2.

p Dicimus (*inquis*) Christum constituisse Petrum Monarcham, & summum Pastorem Ecclesiæ. q Protestantes verò aiunt neminem Christi personam (*vniuersalem*) gerere. At Paulus ait [*Et ego quod donaui propter vos in persona Christi] ergo gessit personam Christi. *Gessit, sed ex parte, vt quinus Pastor Ecclesiæ, non in toto, vt solus vnus Monarchicã illã vniuersalẽ exprimeret: hoc tu tamẽ contendis*

r Salm.quo supra

strenuè, sed quàm infeliciter, obsecro, attende. r Solum Petrum Christus (*inquit*) Monarcham constituit, qui personam suam in terris sustineret. *Et tamen iam viuente Petro.*

s Idem supra.

s Paulus (*inquis*) personam illam Christi gerebat. *Aut igitur hic Pauli locus pro Monarchia non facit, aut Petri Monarchiam infringit. Tantum de regno absoluto: nunc*

CAPVT II.

De Regno & Monarchia mixta.

Obiectio prima.

a Bellar. lib.1. de Rom. Pont. cap.2.

b Salm.1. disp.14 generali in initio

A *Duersarius.* a Hæc est imprimis Ecclesiæ necessaria. *Minimè: primò quia impossibilis. Nam. Aduocatus.* b Quia frustra contenditur factum, quod fieri non potest: ergo contra Protestantes, qui aiunt solum Deum esse, qui tanto oneri par esse possit, ideoque hanc vniuersalem præfecturam tanquam impossibilem impugnant, ante omnia probandum est esse possibilem.

Obiectio

Obiectio prima.

Aduerſarius. [c] Probo primo, quia Sacerdos vnus erat in lege veteri, qui vniuerſos Iudæos propè per totum orbem terrarum diſperſos habuit; Ergo poſſit Succeſſor Petro, præſertim tanta Epiſcoporum ſuorum opera adiutus, vniuerſis Chriſtianis præeſſe. *Argumentum elumbe, & Sophiſma Iudicrum, à minori affirmatiue: perinde ego: Titius poteſt regere famulos ſuos vbicunque locorum negotia obeant. Ergo poſſit etiam totius Reipublicæ curam ſuſtinere. Simile omnino, niſi quod rectius quis familiam vnam cum regno ampliſſimo comparet, quàm ampliſſimum regnum vnum cum vniuerſo orbe terrarum. Facilè igitur poſſit hoc argumentum retorqueri.*

[c] *Ibidem* § Quod igitur.

* Cum ſederet Moſes manè vſque ad veſperam iudicans populum, dixit Iethro ſocer Moſis ei, grauis eſt hæc res SVPER te, NON POTERIS eam præſtare SOLVS: tu prouideto ex hoc populo viros, quos conſtituas præfectos, & ferant omnes tecum: & fecit Moſes, &c. *Fortius autem ſic.*

* *Exod.* 18.

Aduocatus. [d] Senatus vniuerſi populi conſtitutus eſt à Deo ex ſeptuaginta hominibus, qui cæteris ætate in toto Iſrael præſtarent. Sic enim Num. 11. Deus Moſi [*Congrega Seniores, &c. & auferam de ſpiritu tuo, tradamque ijs, vt ſuſtentent tecum onus populi, & non tu ſolus grauens.] Itaque homines, qui ex hoc ordine fuerunt, Græci Senatum, ſeniores & Senatores vocarunt. *Si Moſes vir admirabilis vni manipulo regendo ſufficere nequit, an toti exercitui quaſi vniuerſo populo regendo Papa par eſſe poſſit? vt taceam, quod Aron Sacerdos veteris legis, quatenus ſolus, ſemper ſolius Chriſti figuram gerebat. Tu pergis.*

[d] *Carol. Sigonius de repub. Hebr. lib. 6. cap. 4. in initio.*

* *Num.* 11.

Obiectio ſecunda.

Aduerſarius. [e] Perinde idem euincitur Imperatorum exemplo, qui lætiſſimas & maximas prouincias, per Proconſules, præſides, & prætores multis ſeculis gubernarunt:

[e] *Salmeron Ieſ. quo ſupra.*

Si

Si politicus principatus ab vnico Imperatore nullâ æternæ vitæ gratia imbuto regebatur; multò magis spiritualis Petri & Successorum eius possit Ecclesiam Dei regere. *Argumentum à multarum prouinciarum gubernatione ad omnium orbis partium regimen? eiusdem farina placenta. Retorqueo.*

f Maldonatus Iesuita com. in Luc. 2.

Aduocatus. [f] In Luc. 2. 1. Exijt edictum ab Augusto Cæsare, vt vniuersus orbis describeretur. Synecdochen esse, quâ maior pars pro toto sumitur, manifestum est, nec enim totus orbis Romano parebat Imperio. *Et.* [g] Constat secularem Principem nullum, ne ipsos quidem Romanos vnquam vniuerso terrarum orbi imperâsse. *Ergo multo minus persona aliqua spiritualis vniuersali infinitarum animarum curæ sufficere queat: quam quidem impossibilitatem casus vestri ad solum Pontificem (vt dicitis) reseruati necessariò euincunt. Offendo.*

g Costerus Iesuita Enchirid. tract. de summo Pontif. § tertio frequenter.

h Acosta Iesuita lib. 3. de procuranda Indorum salute. cap. 4.

[h] Cum remotissimæ regiones hæ sint, caputque vniuersæ huius reipublicæ, siue Regiam, siue Pontificiam maiestatem spectes, longissimè desitam licentiæ & libidini præfectorũ campus latè patens ostenditur, & quicquid libeat, licere sibi etiam opinetur. *(Perge.)* [i] Difficile est absentium causas certo dijudicare, &, vt Leo magnus scitè ait, inter longinquas nationes, in nimias dilationes tendunt veritatis examina. Paulus certe Apostolus, quanquam multa Corinthijs scribit absens, plurima tamen tunc se dispositurum promittit, cum fuerit apud eos. Multum omninò confert oculata experientia, & magnas sapientiæ occasiones præstat. *At* [k] Noster Pontifex Romanus visitare omnes Ecclesias per se non potest. *Adde illud (sed alibi) tuum.* [l] Præcipuum munus Episcopi est, visitare sibi subditas diœceses, & ordinare Ecclesiæ Ministros, dicente Apostolo ad Titum: vt constituas κατὰ πόλιν, per ciuitates presbyteros: Voluit Apostolus nullas magnas vrbes suis destituti Pastoribus; non autem totam insulam *(Cretam.)* quæ centum constabat vrbibus, (vnde & ab Homero Hecatompolis vocatur) vni volebat pastori committi: quia difficile videtur pastori, tot oues pascere, *(paulò ante excipit)* etiamsi possint esse plures plebani vel curati: vnde se-

i Ibidem cap. 12.

k Ibidem lib. 5. cap. 22.

l Salmer. Iesuita com. in Tit. cap. 1. § Præcipuum.

des

des Metropolitanæ non sunt in immensum extendendæ, nec Episcopales nimium contrahendæ, & angustandæ. *Hinc quoque assurgit Argumentum ab Impossibili: Si Metropolita vni Insulam vnam, centum vrbibus constantem, regere difficile; vniuersum mundum, infinitorum regnorum multitudine amplissimum, vni Papæ per suos Metropolitas administrare possibile erit?*

Aduersarij turpissima hallucinatio, qui firmam quandam mixtam non mixtam commiscitur.

Aduersarius. [m] Regimen temperatum ab omnibus tribus formis, propter naturæ humanæ corruptionem, est vtilius quàm simplex Monarchia: quæ sanè, *mixta*, gubernatio requirit, vt sit quidem in Repub. summus aliquis Princeps, qui & omnibus imperet, & nulli subijciatur. *At hæc est simplex Monarchia, non mixta, quia Aduocat.* [n] Non est mixta Monarchia, quandò alijs potestatem Princeps ex sua potestate, vt eam gerant, impertitur. Neque *(enim)* qui alieno nomine magistratum gerit, dominus est, sed cuius mandato gerit: *Nec proficiò hoc, quod dicis*, hominem aliquem omnibus imperare, nemini omninò parere, *statui aut temperatui, aut tolerabili inter homines videri possit. quia. Aduoc.* [o] In omni regno desideratur, vt plus valeat regnum, quàm Rex; sin contra, non Rex sed Tyrannus dici debet; Leges non modò Populum, sed & Reges obligare debent. *hæc Cardinalis, quibus verbis Monarchiam Pontificis Romani ex professo oppugnauit: nec immeritò, si Dei sapientia acquiescere velimus, quia populo suo regnum Aristocraticum imposuit.*

[m] *Bellar. lib. 3. in initio.*

[n] *Tolossanus lib. 5. de Repub. cap. 1. num. 3.*

[o] *Burgensis Epis. teste Annas Sylu. hist. de gest. Conc. Basil.*

Obiect. 3.

Aduersarius. [p] Duces Iudæorum regiâ potestate præditos fuisse, illustrius est, quàm vt sit necesse probari: viderit igitur Caluinus, vbi legerit Rempublicam Iudæorum ab Optimatibus & non vno aliquo Principe gubernari. *Quasi*

[p] *Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 2 § Porrò Reges, &c.*

non licuerit Caluino legere, quod tuus Pererius legit? Aduocat. ¶ Tempore Iudicum forma Israelitarum ex imperio Dei Aristocratica fuit, atque etiam sub Mose, & Iosthua Optimates Rempublicam administrabant. *quid ita?* [r] Siquidem illis Rempub. administrantibus lex valuit, & Deus ipse imperium tenuit, hoc probatur ex Iosepho. Vita, inquit, quæ ex Aristocratica forma degitur, optima est. [s] Plus vident oculi quàm oculus, propterea ex plurimis optimis necesse est optimam constare Ecclesiam, *Vbi, inter alias, hanc vanitatem profligat, vanitatem enim eò confidentiùs dico, tum quia tu huius Monarchiæ Ecclesiasticæ Patronum Patrem per annos 400 inuenire nullum potuisti, tum etiam quia firmam Aristocraticam tempore Apostolorum obtinuisse disputatio subsequens satis confirmat: tantum de prima, nunc*

q Pererius Iesuita Com. in Gen. 49. pag. 823.

§ Illud porrò.

r Carolus Sigonius de Repub. Hebr. lib. 1. cap. 5.

s Agrippa de vanit. scien. ca. 55

CAPVT III.

Quæstio secunda: An Petrus designatus fuit Monarcha Ecclesiæ.

Aduersarius. [a] Christus substituit sibi vicarium vnum, qui eius vice Ecclesiæ Catholicæ præesset, nimirùm B. Petrum, quem vt cæteris Christianis omnibus Pastorem præfecit. *Quomodo?* [b] Fatemur omnes Apostolos pares fuisse Apostolica autoritate, & habuisse in populum Christianum omninò eandem iurisdictionem, sed non fuisse pares inter se. Ἀσύγκριτος, *neque enim fingere animis vestris potestis eos eadem* Omnino *iurisdictione praditos, vt non sint pares quoque inter se. Explicate igitur, quæso inuolutam illam animi vestri notionem.* [c] Omnes erant Pastores, & rectores vniuersæ Ecclesiæ, sed non eodem modo. *Quo modo obsecro?* [d] Potestas eorum, quoad Apostolatum, erat æqualis, quoad Sacerdotalem iurisdictionem non erat æqualis, & Petrus accepit potestatem præceptiuam atque reguminis, Alij Apostoli executiuam, illi habuerunt honorem faciendi, sed

a Costerus Iesuita Enchir. Tract. de Rom. Pont. § Esto ergo.

b Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 11 12. 27.

Idem Iesuita alij omnes.

c Stapletonus de doctr. Princ. cõtr. 6. lib. 6. cap. 7.

d Costerus Iesuita quo supra § Sextam hanc.

Petrus

Petrus præcipiendi. * Æquales, exceptis duobus, 1. quod nullus aliorum præesset Collegijs. 2. quod non erant alij Pastores vniuersalis Ecclesiæ. *Gloriosa hæc quidem auctoritatis Petri prædicatio: sed cauendum nè dum prærogatiuam amplificare & illustrare cupitis, imposturam veritati infigniter prodatis.*

* *Rossens. Art. 25. aduersus Luther.*

CAPVT IIII.

*Petri supremam autoritatem Pontificij confirmare. 1. ex Scripturis conantur. de his vide * infra.*

* *Infra in libro vltimo loci singuli ex Professo tractantur.*

2. Ex titulis, quos Patres Petro ascribunt; quibus, ex ipsis Patribus, occurremus: Testimonium nullum proferam, quod non Pontificiorum ipsorum diligens lectio cuiusis suppeditet.

Aduersarius. 1. [a] Ex titulis illustribus, quibus Petrus ornatur, eius primatus demonstratur: vt nimirum vbi Origenes vocat Petrum Episcopum primum. Ergo &c. *Respondeo.* * Et erat Iacobus Apostolorum Episcopus constitutus. *Aduersar.* [b] Petrus, inquit Basilius, cæteris prælatus claues accepit. Ergo. *Resp. Prælatus ordine, alioqui* * Æqualis singulis potestas commissa est, cuius signum est, quod omnes ex æquo ligant & soluant. *Aduersar.* 3. [c] Petrus, ait Nazianzenus, cæteris prælatus erat. *Respondeo, tantum quoad ordinis præfecturam, nisi fortè plures Petros ficeris quia* * Petrus, Iacobus, Iohannes præ cæteris erant. *Aduers.* 4. [d] Petrus, inquit Epiphanius erat dux Apostolorum. at *Respondeo*, & * Paulus erat alter Michael, qui dux Christianorum esse sortitus est. 5. *Aduers.* Petrus, inquit Cyrillus, erat Princeps Apostolorum. *Respondeo. quid si etiam, vt Homerus Poetarum, Aristoteles Philosophorum: ita Bellarminus Iesuitarum princeps nominetur?* & * Erat Paulus princeps Apostolorum, honore par Petro, ne quid

[a] *Bellar. lib. 1. de Rom. Pon. cap. 25*

* *Rossæus hist. lib. 2. cap. 1.*

[b] *Bellar. quo sup.*

* *Basilius in Asceticis.*

[c] *Bellar. ibid.*

* *Nazianz. in eodem loco quem citat Bellarmin.*

[d] *Bellar. quo sup.*

* *Chrysost. hom. 8 de Paulo.*

[e] *Bellar. lib. 1. de Rom. Pon. ca. 25.*

§ *S. Epiphanius.*

* *Chrysost. hom. 8 de Paulo, & Ca. in Galat. 1.*

quid dicam amplius. 6. *Aduerſ.* [f] Petrus erat, vt ait Chryſoſtomus, Pater, vt Euthymius, Magiſter totius orbis terrarum. *Reſpondeo, quid tum poſtea? nam Aduoc.* [g] Hieremias vocabatur Prophetarum Pater, & Gentis Iudaicæ, vt eſt apud Chryſoſtomum: & omnes Apoſtoli creati erant totius orbis Doctores, vt eſt apud Cyrillum. 7. *Aduerſ.* [h] Petro, inquit Gregorius, principatus, & totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt. *Reſpondeat ipſe Gregorius.* [*] Etiamſi Petrus totius Eccleſiæ curam accepit, non tamen vniuerſalis Epiſcopus vocabatur. & [i] Mihi incumbit ſolicitudo omnium Eccleſiarum, inquit Paulus. 8. *Aduerſar.* [k] Ab Ambroſio Petrus primus, à Cyrillo Caput dicitur. *Reſpondeo, eſto, at.* [*] Paulus erat Petro non dignitate minor: vt Petrus primatum habuit inter Iudæos, ita Paulus inter Gentes. 9. *Aduerſ.* [l] Chriſtus, inquit Bernardus, Petrum ſuum vicarium deſignabat. *Reſpondeo. Aduoc.* [m] Apoſtolos *(loquitur de nominibus)* Chriſtus Vicarios inſtituebat, vt dirigerent mundum in via ſalutis. *Sic in ſingulis par pari retulimus, quod te fortaſſe male habeat. quid tu ex his tandem? videlicet,* Ergo erat Petrus deſignatus Monarcha Eccleſiæ. *Ex quo ſequeretur Antiquos Patres læſa ſuprema Maieſtatis Eccleſiaſtica reos eſſe agendos, quòd monarchicæ Dignitatis titulos Petri, & quaſi inſignia propria Paulo, Iacobo, aliiſque Apoſtolis eius ſubditis, ſcilicet, & oniculis* [*] *communicarent, ſed tamen inter hæc vbi inueniam Monarchiam?*

[f] *Bellar. quo ſupr.* § S. Iohannes. &c. & § Euthymius, &c.
[g] *Bellar. lib. 4. de Rom. Pon. cap. 23.*
[h] *Bellar.*
[*] *Greg. lib. 4. Epiſt. 32.*
[i] *Eſpenſeus Com. in 1. Tim. 1. pa. 4*
[k] *Bella. quo ſupr.*
[*] *Ambroſ. Com. in 1. Cor. 19.*
[l] *Bellar.*
[m] *Tolletus Ieſ. Com. in Ioh. 20. in hæc verba:* [Sicut me miſit Pater.]
[*] *Patres. vide infra.*

CAPVT V.

Tertio in loco vrgent Pontificij prærogatiuas Petri, quibus totidem ferè eius lapſus opponuntur.

De Prærogatiua Prima. Petri nomen mutari.

A *Duerſ.* [a] Ex prærogatiuis Petri eadem Monarchia efficitur. [b] Quæ luce clarius Petri ſingularem nobis demonſtrant

[a] *Teſtimonia aduerſarij omnia habentur apud Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 17. & deinceps.*
[b] *Lindanus Panopl. lib. 4. cap. 51*

monſtrant maieſtatem. [c] Quæ multæ Petro tribuuntur. [d] Prima eſt quod Petri nomen mutatur & vocatur Cephas. *Aduocat.* [e] Dominus Marc. 3. Ioannis & Iacobi nomina mutabat, quos vocabat Bona-erges. *Inſtat. Aduerſ.* [f] Bona-erges erat potiùs cognomen, quàm nomen. *Ita &* Petrus, *quod eſt*, Cephas. *Aduoc.* [*] Act. 10. Accerſe Simonem, qui cognominatur Petrus. [g] In 2. Pet. 1. ſic orditur Petrus: [Simon Petrus ſeruus. &c.] Contentus fuit dicere, [Simon,] quod eſt NOMEN PROPRIVM, ſed addidit, [Petrus,] nomen à Chriſto impoſitum. *ſed inſtas 2. Aduerſ.* [h] Cepha, tale nomen imponitur Petro, quod Syriacè Saxum, Græcè caput ſignificat, vt notauit Optatus. Nec eſt quod rideat quis, quod Cepham interpretamur κεφαλὴν. *Imò verò, niſi vel indoctus, quia cauſam neſcit, vel ſtupidus quia nequit, quis non rideat? Aduoc.* [i] Quaſi verò hoc vocabulum Cepha græcum ſit ἀπὸ τῆς κεφαλῆς. [k] Vt Euangeliſta huic errori occurreret, de induſtria interpretationem appoſuit, Cephas ait, quod interpretatur Petrus, non Caput. [l] Eſt igitur RIDICVLVM quòd quidam per Cephas Caput interpretantur. *Deinde (ſi quid dignitatis titulus nominis mereatur)* [m] Iohannes ſignificat gratiam, quod nomen plenum eſt myſterij, quia Iohannes Baptiſta illum, qui erat plenus gratiâ, indicabat. *Denique.* [n] Non ſolùm Petrus, ſed etiam vnus ex ſeptuaginta duobus diſcipulis fuit Cephas appellatus: quæ non eſt vox Græca, ſed Caldaica, vt Hieronymus obſeruat.

Secunda, ipſa vis nominis Petri.

Aduerſ. [o] Petrus deinceps ferè vocatur Petrus, ſeu Cephas, quod eſt idem. *eſto, at Aduoc.* [*] Dicit Dominus Petro tertiò: Simon Ioannes diligis me? paſce oues. *Ter* Simon, *Petrum nè ſemel quidem. Et* In Act. 15. In Conc. Hieroſolymitano, reſpondet Iacobus & dicit: fratres audite me: Simon, inquit, narrauit vobis. *Simon, inquam, non Petrus. Si verò ea fuit huius nominis prærogatiua, quam vos prædicatis, procul dubio Spiritus Sanctus nec in priori loco, vbi ais,*

[c] *Roſſenſ. Art. 15*
[d] *Bellar. quo ſupra.*
[e] *Arias Montanus Com. in Mar. 3.*
[f] *Bellar. quo ſupr.*
[*] *Act. 10. §. vt habet vulgata Editio.*
[g] *Salmeron Ieſ. Com. in 1. Tit. cap. 2.*
[h] *Bellar. ſupra. Et Turrianus Ieſ. Reſpanſ. ad Sadaelem Ob 61. pag. 210. & Turrecremata Card. lib. quæſt. Spiritualium queſt. In Cathedra S. Petri.*
[i] *Valla in declā. de donat. Conſtit.*
[k] *Caietanus Cō. in Ioh. 1.*
[l] *Ferus Com. in hunc locum.*
[m] *Toletus Ieſ. Com. in Ioh. 1.*
[n] *Pintus Ieſuita Com. in Dan. cap. 1. in hæc verba:* (Impoſuit Eunuchus nomina.)
[o] *Bellar. quo ſup.*
[*] *Edit. vulgat. Ioh. 21. 15. & Act. 15. 13.*

ſummam poteſtatem in Petrum collatam eſſe: nec in poſteriori, vbi, ſi tibi credimus, Petrus eam ſupremam poteſtatem exercuit, eius tam inſignem titulum omiſiſſet.

CAPVT VI.

Tertia.

Apoſtolorum nomina recenſendi ordo.

Aduerſ. [a] Cum Apoſtoli aut omnes, aut aliqui nominantur, ſemper Petrus primus nominatur. [b] Qua in re non vocationis eſt habita ratio (ſiquidem primus eſt vocatus Andræas) ſed dignitatis, vnde etiam dixit Matth. 10. primus Petrus. *Imò acutiùs multò qui vocationes ſic diſtinguit. Aduoc.* [c] Mihi videtur in omnibus ſeruari ordo vocationis, non primæ omnium, in qua primus eſt Andræas. Ioh. 1. nec vltimæ, cum ex multitudine diſcipulorum ſelegit duodecim, quos & Apoſtolos nominauit. Luc. 6. nec enim tam fuit vocatio, quàm electio quædam & ſegregatio: vt illa Act. 13. Segregate mihi Saulum; ſed eius vocationis ordo ſeruatus eſt, qua Dominus eos ad ſe vocauit, vt manerent, nec recederent iam, vt ante fecerant, quæ propria vocatio dicitur: Ita ſenſit Albulenſis, & hoc ex eo colligo, quod in hac vocatione Euangeiium primum locum tribuit Petro & Andreæ, ſecundum Ioanni & Iacobo. *Sed eſto, primus ordine Petrus ponitur, an igitur, Autoritate princeps conſtitutus? ne dixeris, quia vos* 1. [d] Bernardus & Bonifacius ita hunc locum interpretantur. 2. [e] Laus Deo, & Beatæ Virgini Mariæ, item Ieſu Chriſto. *Tu præfers Pontifici Preſbyterum: ſocius tuus Virginem redemptam Saluatori. ſed ad rem.*

a Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 18.

b Ceſterus Ieſuita Enchir. de Pont. § Sexta hanc

c Riuera Ieſ. Com. in Apoc. 21. verſ. 9. pag. 568.

d Bellar. lib. 5. de Rom. Pont. cap 5. § Secundo.

e Greg. Valent. in ſuis libr. de Purg. & in aliis & Bellar.

Argumentum proteſtantium.

*Gal. 2. [Iacobus, Cephas, Ioannes] *quo in loco Iacobus Petro præponitur. Reſponde. Aduerſ.* [f] Per Cephan intelligit Apoſtolus non Apoſtolum Petrum, ſed Cephan vnum ex Septuaginta diſcipulis. *Aduocat.* [g] Hanc opinationem, vt frigidam & commentitiam, reiecit Hieronymus; cum res

*Gal. 2 Vulg. Editio.

f Pintus Com. in Dam. cap. 1.

g Salmeron Ieſ. Com. in Gal. 2. diſp. 23. in initio.

apertè

apertè doceat hunc ſermonem ad Iacobum & Iohannem eſſe referendum: nam ſupra, [Dixi Cephæ coram omnibus,] eſt in Græcis, Dixi Petro: & vbi dicit Iacobum, Cepham, Iohannem, qui videbantur eſſe columnæ, manifeſtè oſtendit de magno Petro, non de vulgari aliquo Cepha ſe loqui. *Reſpondetis.* 2. *Aduerſarius.* [h] Non eſt certum an Apoſtolus ſic legerit, nam Ambroſius, Auguſtinus, Chryſoſtomus aliter legũt in commentarijs Petrus, Iacobus Iohannes. *At nullus omnium ſuſpicatus eſt textum eſſe corruptum, quod tu facilius crediderís, quàm aliquid Petro detractum: cum tamen nodum hunc ſolutio veſtra proxima arctius multò conſtringat. Aduerſ.* [i] Cum dicitur Gal. 2. 9. Iacobus, Cephas, Iohannes, credibile eſt præponi Iacobum Petro, quia Iacobus erat Epiſcopus Hieroſolymitanus, vbi tunc erant Apoſtoli. *Rurſus.* [k] Iacobus erat Paſtor & Epiſcopus Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, ita Petrus fuit Paſtor & Epiſcopus totius Eccleſiæ, ac proinde etiam Hieroſolymæ, quæ vniuerſalis Eccleſiæ portio quædam eſt. *Quid audio* Præpoſitus ſubditus? *præclara Monarchiæ defenſio. Deinde.* Paulus, *inquis*, Iacobum primo loco, quàm Petrum nominauit, non vt Petrus erat Cephas, id eſt, non vt erat Petrus & Papa; ſed vt erat Apoſtolus Circumciſionis, non cõſiderato eius primatu. *Præſtigiæ. Fac Ferdinandum, qui Electionis iure, Imperio hæreditatius, Regno Bohemiæ potitur, iam Poloniam pertranſire, à Rege ad cœnam lautiſſimam inuitari, ſecundum à Rege collocari, Imperatorem indignari, tantam ſibi illatam iniuriam, Polonum reſpondere Ferdinandum ſe non iam vt imperatorẽ, ſed vt Regem excepiſſe: quàm hoc inſulſum reſponſum & contumelioſum? ad cauſam accedam propius. Papa veſter in Colonienſi diœceſi iſtius loci Epiſcopo ſe poſtponi aquóne ferret animo, etiamſi ſe nõ vt Papam, ſed vt Romæ Epiſcopum particularem deiectum eſſe ſentiret? Noliſte igitur illud affirmare de Petro, quod de Papa veſtro non licet vobis vel ſomniare. poſtremò,*

[h] *Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. ca. 18 § Pari.*

[i] *Bellar lib. 1. de Rom. Pon. ca. 18 § Si verè.*

[k] *Bellar. cap. 16. § Ad alteram*

Argumentum 2.

Aduerſ. 2. Tim. 4. [Salutãt te Eubulus, & Pudens, & Linus.]

Adue-

Aduocatus. [l] Linus Pontifex postpositus fuit Eubulo, & Pudenti. *Aduersarius.* [m] Sed hoc nihil obstare debet summæ Pastoris dignitati, quemadmodum ad Galat. 2. Petrus postponitur Iacobo. *Si postponi non obest dignitati, vt præponi prosit? concludam.* [n] Iudicat Hieronymus non eodem ordine recensèri Apostolos ab omnibus Euangelistis, ne quis ob hoc omnium primum faciat Petrum, quod hic primo loco ponitur. *Dicere vero (quod etiam dicis) Apostolum* [o] Paulum in citandis nominibus ordinem istum non seruásse, *vulgatæ Editionis fidem debilitat, atque etiam pertinaciam tuam arguit, non difficultatem dissoluit.*

l Salmeron Iesuit. Com. in hunc loc.
m Ibidem.
n Erasm. Annot. in Matt. 10.
o Bellar. lib. 1. cap. 18. § Vnus tantum.

CAPVT VII.

Prærogatiuæ aliæ septem.

Quarta.

Aduersarius. [a] Christus, Dicite, inquit, discipulis & Petro. Marc. 16. Petro vt duci. [b] Hæc prærogatiua non est parui momenti. *sanè, non parui, sed nullius. quia Aduocat.* [c] Singulatim Petro, quia is præ alijs incredulum se ostendisset. *Deinde.* [d] Exprimitur Petrus propter negationem, nè videretur excluſus. [e] Nec aliter esset ausus in conspectum Dei venire, quem antea negauerat. [f] Eum igitur solum nominat, vt gratiam suam erga peccatores patefaceret. *Non ergo significat Petrum Ducem, sed quasi Reducem factum fuisse. progredere.*

a Bellar. cap. 18. § Neque verò.
b Roffensis Episc. Art. 25.
c Toletus Iesuit. Com. in Ioh. 20.
d Idem Com. in Rom. 1. Ann. 37.
e Liranus Com. in hunc locum, Marc. 16, 8.
f Caietanus in eundem.

Quinta.

Aduersarius. [g] De Petro Christus, Ego oraui pro te. Luc. 22. *& etiam Aduocat.* [h] De alijs Apostolis dicitur: Ego pro ijs rogo. Ioh. 17. *Ecquid præterea?*

g Bellar. cap. 19.
h Iansenius Concord. in Ioh. 17. 9

Sexta

Sexta.

Aduersarius. [i] At Christus Petro mortem suam significabat, cùm dixit: Sequere me. *Non hoc designat Petrum prælatum, sed notat incredulum. Aduocatus.* [k] Tunc intrauit ille discipulus, vidit & credidit, nondum sciebat Scripturam. Significat Ioannem & Petrum nondum credidisse resurrectionem, at Ioannes viso signo credidit, quo viso Petrus non credidit. Et hoc probatur ex Marco. Dicite, ait Christus, Discipulis & Petro: distinxit Petrum solum à cæteris quia cum venisset ad sepulchrum, & vidisset, non credebat. *Denique.* *Cum Petrus Christi mortem bis impedire voluit, semel audit, Vade post me, &c.

i Bellarm. cap. 21

k Tolet. Iesuit. com. in Ioh. 20 in com. & annot. 6.

*Stella com. in Luc. 9.

Septima.

Aduersarius. [l] Christus postquam resurrexit primo omnium Apostolorum se Petro videndum præbuit. *Imò Aduocatus.* [m] Non dico hoc esse certum. *Vbi probat plane esse incertum. Deinde.* [n] Iohanni simul, vt verisimile est ex Luc. 24. 34. non Petro soli. *Enimuerò hoc vt concedamus, tamen* °Petro neganti primùm apparuit, vt ne gratiam desperaret. *Quinetiam.* [p] Christus, postquàm ascendisset, maiestatem suam PRIMO omnium STEPHANO ostendebat.

l Bellarm cap. 18. § Nam. et Salm. Iesuit. com. in Gal. 1. disp. 21.

m Suarez Iesuit. in Thom. 3. qu. 55. art. 4. disp. 49. § 4

n Malaonat. Iesuit. com. in Matth. 28.

o Royardus dom. 2. post Pentecostē. et feria 2. Paschæ.

p Caietan. com. in Act. 7.

Octaua.

Aduersarius. [q] Petrus primus post acceptum Spiritum sanctum Euangelium promulgabat. *Imò Aduocatus.* * Omnes repleti Spiritu sancto linguis varijs loquebantur magnalia Dei.

q Bellar. cap. 22. § Decima tertia.

* Act. 24. vulg. editio.

Nona.

Aduersarius. [r] Petrus tanquam paterfamilias Apostolorum, colligebat discipulos in vnum cætum. Act. 1. vt obseruat Chrysostomus. *Imò Patronus.* *Apostli omnes, non autem solus Petrus Matthiam & Barnabam eligendos statuerunt, Petrus verò vt recitator sententiæ fuit, non vt præceptor.

r Bellar. cap. 22.

*Chrysost. in Gal. 2. & in Cor. 2.

Decima.

Aduersarius. [s] Petrus primus miraculum edidit. Act. 3. Hypocrisin Ananię deprehendebat, hypocritāq; occidebat.

s Bellar. quo supra

At id quod non minoris fuit, & virtutis & autoritatis. Aduocatus. [t] Paulus reprehendit Petri ſumulationem, & tradit incæſtuoſum hominem Satanæ. [u] Et erat Paulus ſignis eminentior.

t Caiet & alij in Epiſt.
u Salm. teſ. com. in Rom. 1. diſp. 4. § Sunt.

Sequuntur ſeptem aliæ.

Undecima.

Aduerſarius. Petrus dum pertranſiret vniuerſos, deueniebat ad ſanctos, qui habitabāt Lydiæ. Act. 9. nimirum vt dux in exercitu. *Si cura Apoſtolos commendabat. Aduocatus.* [x] Paulus plus Petro, imo, vt vere de ſe dicit, plus omnibus laborabat: & plures regiones peragrabat, & plures Gentes conuertebat ad fidem. [y] VISITEMVS fratres, inquit Paulus, OMNES Gentes peragrans.

x Bellar. cap. 27. § Reſpondeo.
y Ferus comm. in Act. 15.

Duodecima.

Aduerſarius. [z] Petrus primus omnium prædicabat Gentibus. Act. 10. *At Aduocatus.* [a] Paulus erat præcipuus doctor Gentium: [b] Et in ouilis magnitudine præcellit.

z Bellarm. cap. 22. § Decima ſept.
a Bellar. cap. 27. § Altera pars.
b Salm. teſ. com. in Rom. 1. diſp. 4. § Sunt.

Decima tertia.

Aduerſarius. [c] At Petro ſoli oſtenſa viſio eſt, de electione Gentiū, vbi pulchrè dicitur: macta & manduca, nam capitis eſt manducare. *Pulchrè reuera Spiritus ſanctus, vt omnia, hoc tu verò, pueriliter, vt plurima, nam capitis eſt manducare (Bellarmine) ſed beſtias, non homines: priorem reuelationem vide. Aduocatus.* [d] Zacharias perſpexit paratum lumen Gentibus, Luc. 1.

c Bellar. cap. 22. § Decima ſept.
d Caietan. com. in Luc. 1. 32. obſerua.

Decima quarta.

Aduerſarius. [e] Petrus non ſine inſigni miraculo è carcere liberatus erat. *Et, Aduocatus,* [f] Similiter contingebat Paulo & Silæ, qui magno excitato terræ motu, è carcere liberabantur.

e Bellar. cap. 22. § Decima octa.
f Lyranus com. in Act. 16.

Decima quinta.

Aduerſarius. [g] Petro in Concilio primo primus loquitur. *At. Aduocatus.* [h] Concilio Hieroſolymitano præerat Iacobus, non Petrus. [i] Iacobuſque ſententiam determinat.

g Bellar. ſupra § Decima nona.
h Gerſon. tom. 4. in prop. vtilit. ad exter. Schiſm.
i Lyran. in Act. 15

Deci-

Decima sexta.

Aduersarius. [k] Paulus dicit se transcendisse Hierusalem videre Petrum. Galat. 1. certè vt se maiorem, vt ait Chrysostomus. *Vel saltem Paulo credite.* [l] Paulus dicit se nihilo inferiorem esse alijs Apostolis, aut Cepha. Galat. 2. & Paulus par erat Petro, vt inquit Chrysostomus.

[k] *Bellar. quo supra* § Vicesima 2.
[l] *Supra.*

Decima septima.

Aduersarius. [m] Christus suis manibus solum Petrum baptizabat, Petrus cæteros. [n] Eximia sanè prærogatiua. *Imò eximenda.* [*Quanquã Iesus neminem baptizabat, Ioh. 14.]

Aduocatus. [o] Intelligi debet Christum non per se baptizasse, sed per discipulos. [p] Et nuncij qui dixerunt Christum baptizasse, mentiti sunt, vt notat Theophylactus. *Quæ ratio?* [q] Ratio in promptu est, quia non venit baptizare, sed prædicare. *Quomodo igitur ista reconciliabis?* [r] Baptizabat, quia mandabat, (inquit Augustinus) non quia tingebat, non aqua, sed visibili spiritus missione. *Concludo.* [s] Christus non per se, sed per discipulos baptizabat. Officium atem prædicandi exequutus est in Iudæa. Luc. 4. [quia oportet me Euangelizare.]

[m] *Bellar. cap. 23. in initio:*
[n] *Lindan. Panop. lib. 4. cap. 81.*
[o] *Tolletus Ies. com. in Ioh. 4.*
[p] *Maldonatus & Lyranus in eundē*
[q] *Caietanus in eundem.*
[r] *Iansenius concord. de eodem.*
[s] *Salmer. Ies. com. in 1 Cor. 1 disp 2.* § Qui vero.

Sequuntur alia octo.

Decima octaua.

Aduersarius. [t] At solus Petrus à Christo est ordinatus Episcopus, reliqui à Petro. *Certúmne hoc est? Aduocatus.* [u] Hoc est incertum. [x] Hæcque sententia minus est communis.

[t] *Bellar. cap. 23.* § Vicesima secunda.
[u] *Franciscus de Victoria relect. 2. q. 2. concluf. 3.*
[x] *Greg. Valen. Ies. Anal. Fid. lib 7. cap. 2.*

Decima nona.

Aduersarius. [y] Dixit Dominus, Simon Ioannis diligis me plus his? cur de præstantiori charitate eum præ cæteris, tum præsentibus interrogasset nisi maioris etiam atque præstantioris muneris authoritatem ipsi attribuere voluisset? Cur *quæris? dicam. Aduocatus.* [z] Hoc dictum fuisse Patres iudicant, vt Petrus trinæ negationi suæ satisfaceret. Communis expositio est (plus his) id est, pusquam hi diligunt me. Non quod cognouerat Petrus aliorum amorem, sed voluit Dominus

[y] *Greg. Valt. Ies. Anal. lib. 7. cap. 4.* § Id probatur.
[z] *Tolet. Ies. com. in Ioh. 21.*

minus probare Petrum in duobus, primum eſt humilitas. Nam qui ante paſſionem ſuperbè reſponderat ſe omnibus præferens,[Licet omnes ſcandalizati fuerint,ego nunquam ſcandalizabor] iam alius factus & interrogatus,an diligeret Dominum plus cæteris, Petrus non ſe præfert cæteris, ſed iudicium ſui Domino defert. [Tu ſcis quia amo te.] Alterum in quo probatur Petrus eſt dilectio, quia ter negabat, ter interrogatus, vt inquit Cyrillus, de maiori dilectione, quia qui maioris culpæ remiſſionem obtinuerat, maiorem tenebatur exhibere dilectionem. *Sed plus Petrus Chriſtum dilexit. Eſto.* [a] Et Chriſtus plus Ioannem dilexit, tum quia erat ætate minimus, & maximæ puritatis. [b] Quem Ieſus diligebat, Ioh.13. hic erat proximus Ieſu recumbens ſupra pectus eius. [c] Ex quo hauſit myſterium diuinitatis, quod poſtea eructabat. [d] Ioh.21.7. Diſcipulus quem plus dilexit, dixit Petro, Dominus eſt. Iohannes primus Ieſum recognouerat,cauſas fuiſſe duas arbitror,&c.

[a] *Tolletus Teſ. com.in Ioh.13.*
[b] *Arius Montan. com.in Ioh.21.*
[c] *Ianſenius concord.*
[d] *Maldonatus Ieſ com.in hunc locũ*

Viceſima.

Aduerſarius. [e] Dominus Petrum ſibi primum Apoſtolum eligebat. *Imò Aduocatus.* [f] Primus vocatus erat Andreas, qui fratrem ſuum Simonem ad Ieſum traxit,vt patet Ioh.1.

[e] *Rhemenſes annot.in Gal.2.*
[f] *Caietanus com. in Ioh.1.38. & aly vniuerſi.*

Viceſima prima.

Aduerſarius. [g] Petrus ſolus ambulabat ſuper aquas. Matth. 14. *Et Aduocatus* [h] Paulus de ſe dicit: Ego raptus fui in tertium cœlum.2.Corin.12.in cœlum beatorum ſpirituum. 2. *Etiam.* [i] Petrus cœpit mergi, & coactus eſt clamare: Salua Domine.

[g] *Bellar. cap.19.*
[h] *Caietanus in 2. Cor.12.4.*
[i] *Ianſenius Concord.*

Viceſima ſecunda.

Aduerſarius. [k] Petrus primus fuit cui Dominus pedes lauit. Ioh.13. *Aduocatus.* [l] Curioſi lectoris eſt quærere à quo diſcipulo Chriſtus lauandi fecerit initium. Textus potius ſignificat vltimo loco lauaſſe Petrum.

[k] *Bellarm.cap.21 in initio.*
[l] *Maldonatus Ieſ com. in Ioh.13.5.*

Viceſima

Viceſima tertia.

Aduerſarius.[m] Dictum eſt Petro, Portæ inferni non prævalebunt aduerſus eam: vbi quoque Petri ſtabilitas promittitur. *Aduocatus.*[n] Paulus vocatur vas Electionis, Act. 9. Vas in quo locandæ ſunt ſummæ gratiæ meæ.

[m] Bellar.

[n] Caietanus Com. in Act. 9.

Viceſima quarta.

Aduerſarius.[o] Dominus iubet ſolui tributum pro ſe & Petro: Da, inquit, pro me & te. Mat. 17. Ex quibus verbis colligebant Apoſtoli, Petrum omnibus alijs eſſe prælatum. *Imò verò Aduocatus*, [p] Certiſſimum eſt hanc contentionis Apoſtolorum de primatu occaſionem non fuiſſe, ſed eam potiùs, quòd tres eorum, relictis alijs, ſecum in montem recepit. *Et* [q] Tributum pendere non eſt nota autoritatis, ſed ſubiectionis, vt patet Rom. 13. Propter hoc Tributum penditis.

[o] Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 19. § Sexta eſt, &c.

[p] Ianſenius Concord.

[q] Caietanus Com. in Rom. 13.

Viceſima quinta.

Aduerſarius.[r] In vtraque piſcatione Petrus princeps inuenitur, quæ eſt inſignis prærogatiua Petri: nauis Eccleſiam ſignificat. *At qui hæc prærogatiua illi contigit, quatenùs erat homo piſcator, non quatenùs piſcator hominum. Et Aduocatus.* [r] Ex ſolo ſenſu literali duci debent argumenta efficacia. [t] Nec Petrus priuilegijs vllis excelluit: nec eminenter autoritatem vllam ſingularem exercuit. *Ex his quid concludis? Aduerſarius.* Ergo Petrus erat Monarcha. *Tytere tu patulæ: quantum hic quiſquiliarum? Quæ etſi prærogatiuæ Petri fuiſſent, tamen ſi in Pontificem tuum conferantur, planè, vt ita dicam, prærogatiuæ meriò cenſebuntur. Vt infra videbimus. De Priuilegijs Petri ſatis: nunc*

[r] Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 20. § Iam ergo, &c.

[ſ] Bellar. quo ſup.

[t] Franciſc. de Vict. Relect. 2. de quo ſupra.

CAPVT VIII.

Calumniam removeamus de Petri lapsibus, quasi essent à Protestantibus conficti magis, quàm à Spiritu Sancto designati.

Primus.

a Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. ca. 28

Aduersarius. [a] Refellitur obiectio de lapsibus Petri, quos Protestantes dicunt non sine consilio Spiritus Sancti, memoriæ traditos fuisse, ne Petro nimium tribueretur. *Tu perge.*

b Bellar. quo sup. § Primum lapsum.

[b] Non erat curiositas in Petro, quod petierat ambulare super aquas: erat potiùs singulare testimonium fidei, nec de Christo dubitabat, sed de se; nec obtinuisset quod petierat, si peccâsset: nec enim miracula Dei cum peccatis nostris operantur. *In omnibus multum falleris.* 1. *Aduocatus.*

c Lanssenius Concord. in Mat. 14.

[c] Disce in dubitando labendi facilitatem: quod maius est, nempe vndas, superat, à minori, scilicet vento, superatur. 2.

d Caietanus in eundem locum.

[d] Audit à Domino, [modicæ fidei, cur dubitasti?] *Quod ad Confirmationem.*

e Tolletus Iesuita in lib. 12.

[e] Caiphas peccabat in sua sententia, quia præponebat sensum iniquum. At Spiritus Sanctus sensum sanctum intendens, in eadem sententia non participabat eius peccato: sed, vt Chrysostomus ait, cor eius non erat motum à Spiritu Sancto, sed lingua, quia rectum, malâ intentione, loquebatur.

Secundus.

f Bellar. quo supr. g Lanssenius Concord. in Mat. 16. pag. 501. h Caietanus. i Maldonatus & Iesuitæ omnes in Mat. 16. ver. 24.

Aduersarius. [f] At non erat fœdus lapsus, nec æterna morte dignus erat, cùm dixit: [Absit à te Domine] & audit: [Pone me Satan.] *Aduocatus.* [g] Communi nomine Satan, id est, Aduersarius dicitur, quia amico animo reuera Satanam agebat iussis Dei obsistens merito repulsus. [h] Origenes scribit eum hoc ex Satanæ suggestione dixisse. [i] Quia humana sapiebat.

ſapiebat. [k] In hoc fecit contra Dei ordinationem & voluntatem Chriſti ſibi cognitam, & (quantum in ſe eſt) voluit prędictiones Scripturæ inanes reddere.

[k] *Suarez Ieſ. in Thom. part. 3. q. 46. Art. 8. diſp. 34. § 3.*

Tertius.

Aduerſarius. [l] At non erat lapſus cùm petijt tria tabernacula, erat enim tum in extaſi, vt textus loquitur. *At lapſus tamen. Aduocatus.* [m] Certè imprudentiæ erat exiſtimare Chriſto & alijs opus eſſe tabernaculis. [n] O quam malè procuratoris munus obijt Diuus Petrus, agens de proprio commodo, non de ſalute communi? bonus erat D. Petrus, tamen hoc Satana ſuggerente, aſſeruit. [o] Puerili deſiderio magnum amoris ſignum oſtendebat.

[l] *Bellar. ſupra cap. 28.*

[m] *Ianſenius Concord.*

[n] *Stella in hanc Scripturam.*

[o] *Maldonatus Ieſ. in Mat. 17. verſ. 4.*

Quartus.

Aduerſarius. [p] Non erat Petrus ex eorum numero, qui de primatu ambitiosè contendebant: Scriptura hoc nuſquã habet. *Nuſquámne? Aduocatus.* [q] Apud, &c. Euang. Marc. 9 33. vocauit duodecim, & rogat, quid cogitaſtis? patet DVODECIM illos, quæſtionem eam, de primatu, Chriſto propoſuiſſe.

[p] *Bellar. ibid.*

[q] *Ianſen. Concord. in eum loc. & Maldonat. Ieſ. Com. in Mat. 18*

Quintus.

Aduerſarius. [r] Non erat ambitio carnalis, cùm dixit: Ecce reliquimus omnia. Matt. 19. *At enim, Aduocatus?* [ſ] Hæc verba & ſtultam opinionem regni, & non-nihil ſapiunt humanum affectum.

[r] *Bellar.*

[ſ] *Ferus & Lyranus in Mat. 18.*

Sextus.

Aduerſarius. [t] At non erat praua deuotio cùm dixit Chriſto, non lauabis mihi pedes. *Imo* (*quod idem ſonat.*) *Aduocatus.* [u] Erat reuerentia, ſed non ſecundum ſcientiam.

[t] *Bellarm.*

[u] *Tolletus Ieſ. in eum locum, Ioh. 13. 5.*

Septimus.

Aduerſarius. [x] At non videtur Dominum arguiſſe mendacij,

[x] *Bellar. ſupra*

dacij, vt falsò Protestantes mentiuntur, cùm, dicenti Domino, me negabis, respondet, non te negabo. Est hoc contra Chrysostomum. *Imò (vt Pontificij quoque fatentur) Aduoc.* [y] Christum hoc responso mendacem facere vult. [z] O Petre, cur Dominum mendacij arguis? *Et ipse Chrysostomus hoc vocat* * tetrum, & insigne crimen.

y Ferus in Mat. 26.

z Stella in Luc. 22.

** Chrysost. Hom. 83. in Mat.*

Octauus.

Aduersarius. [a] At non temerè conatus est Petrus consilium Domini de morte sua impedire, cùm auriculam Malchæ abscideret. *At nihilo-minùs in hoc peccabat. Aduocatus.* [b] Voluit lethale vulnus infligere; indiscretè eum fecisse verbum Domini indicat, Matt. 26. Quia non obseruabat Domini præceptum, qui iussit emere gladium, sed non percutere. [c] Voluit, quantum in se inest, Scripturæ prædictiones inanes facere, contra sibi cognitam Christi voluntatem: factum reprehensibile, & ex imperfecta fide, & Christi existimatione ortam, nec erat defensio, sed temeraria quædam aggressio, & iræ impetus. *Postremò*

a Bellar. quo sup.

b Toletus Iesuita Com. in Joh. 18. pag. 375.

c Suares Iesquo supra.

Nonus.

Aduersarius. [d] Videtur Augustinus Petrum duriùs tractâsse quàm par erat, subindicans eum superstitiosâ ac praua simulatione voluisse imponere legalia onera Gentibus. *Imo, Aduocatus.* [e] Non leuis causa reprehensionis erat, periculum erat ne perijsset veritas Euangelij, si cogerentur homines seruare legalia, quod inducebat Petrus, non quidē imperio, sed exemplo suo: exempla validiora sunt, vt Leo Papa docet. [f] Delictum Petri erat publicum, & publicam correptionem exigebat potiùs fuit resistentia, vt ipse Paulus vocat, quàm correptio. Et cum zelo & confidentiâ agendum est, quando de summa rerum agitur, id est, de fide, & animarū periculo. *Quorsum hæc? non vt Petro labem aliquam, aut maculam aspergamus, (absit!) sed vt Pontificiorum depellamus calumniam: constat enim, opinor, Protestantes in his lapsibus nos audis nihil lapsos esse: de quibus tamen lapsibus minimè laboramus, illud caueamus modo, ne quis hisce delusus præstigijs, à Petro ad Papam, à libertate Euangelica ad Tyrannidem, à veritate denique ad hæresin adducatur.*

d Senensis Biblio. lib. 6. Anno. 274

e Aquinas collegit in Catena.

f Salmeron Iesuita Commen. in Gal. 2. disp. 22. § Septimò.

CAPVT

CAPVT IX.

Totum hoc Iesuitarum in hac defensione acumen, vel vno argumento à Comparatione, facilè obtunditur: Sic enim argumentamur: par primatum non agnoscit: at, primò, Paulus erat pari autoritate praditus: Ergo Petrus non primus.

Antecedens probatur. Primò

Antiquitatis monumentis.

ADuersarius. [a] Obijciuntur nobis diplomata antiqua Romana, in quibus Paulus cernitur dextram obtinere: Respondeo, antiquitùs obseruatum est, vt cùm duo intercederent, senior & honoratior ad læuam esset. *Hoc suorum voluendo sudes licèt, non proficis hilum: nam si istorum diplomatum ratio vel ex sacrarum literarum exemplis & phrasibus, vel etiam ex Ethnicorum moribus (solos Persas excipiamus) petatur, dextram partem obtinuisse facilè sentiemus. Aduocat.* [b] Iacob manum dexteram in Ephraim imposuit, significans eum prælatum iri suo fratri. Et Eccles. 10. [Cor sapientis est in dextra] tamen significat Sapientis cor esse innocentiæ plenum, &, vt Hieronymus exponit: Iustus in se sinistri nihil habet, sed totum in eo dextrum est. Dextra ponitur pro adiutorio Dei in præceptis, Rom. 12. [Ne declines ad dextram, neque ad sinistram,] pars dextra sub bona conditione sumitur. In iudicio, agni collocantur à dextris, hœdi à sinistris. Dextrum omen dicunt ETHNICI, & hac iter Elysium nobis, inquiunt. Denique collocare ad dextram, est argumentum maioris honoris, quanquam apud Persas contrarius mos erat. *Instas,* [c] Paulus, *inquis*, reuera in diplomatibus cernitur dextram, at in numismatibus sinistram obtinuisse. *Dispute: Si sinistra sit honoratior, inspice numismata:*

[a] *Bellar lib. 1. de Rom. Pont. ca. 27 § Tertia quoque, &c.*

[b] *Pererius Iesuit. Com. in Gen. 48. disp. 1.*

[c] *Bellar. supra cap. 27. § Deinde.*

Paulus ſiniſtram obtinet: *Si dextra, en tibi diplomata, vbi Paulus ad dextram collocatur. Ex hoc non primatum, ſed æqualitatem elicimus. Pictoribus verò, vt Poetis, ius ſuum quodlibet fingendi relinquamus, nos Theologi eſſe volumus, & theologicis niti fundamentis.*

2. *Ex ſacris literis.*

Aduerſarius. [d] Petrus Paulo dedit licentiam prædicandi. *Imo, Aduocatus.* [e] Ex Epiſt. ad Galat. liquet, multos falſos Apoſtolos apud Galatas criminari ſolitos fuiſſe in Paulo, quod neque IVS LEGATIONIS, neque Euangelium à Chriſto Domino accepiſſet: quapropter Apoſtolus egregiè ſe purgat, & docet ſe Chriſti Apoſtolum eſſe, & ab eo hæc accepiſſe. [f] Paulus à Chriſto iam conſtitutus Apoſtolus erat, aitque, quòd [Alij nihil ſibi contulerint Gal. 2.] videlicet, iuriſdictionis & Apoſtolatus: cum Apoſtolatu autem Epiſcopatus erat connexus, ita vt Apoſtolorum ſucceſſores dicantur Epiſcopi. *De hoc* * *infrà pluribus.*

d Gloſſa decreti diſt. 12. in Grat. § Quis neſciat

e Salmeron Jeſ. Com. in Galat. 2. diſp. 22. § Prima dubitatio.

f Lorinus Ieſuita in Act. 13. 3.

Tertiò, æqualitas Paſtoralis ex Bullis Romani Pontificis recentibus euincitur.

Aduerſarius. [g] Etiamſi Paulum omnibus nominibus Petro anteponendum eſſe concedamus, nihil tamen officeret Romanis Pontificibus. *Quidita?* [h] Quia Romani Pontifices tam Paulum, quàm Petrum prædeceſſores agnoſcunt: nihil etiam Petri autoritati officeret, quia erat Pauli poteſtas extraordinaria. *Hoc tuum reſponſum totum ex repugnantijs conflatum eſt: tantùm in confirmatione inſiſtam.* Pontifices tam Petrum, quàm Paulum (*inquis*) prædeceſſores agnoſcunt. *Idq; ex Bullis veſtris conſtat.* [i] Petri & Pauli autoritate fungimur, ordinamus. *Et.* Erat poteſtas (*inquis*) Pauli extraordinaria. *Rurſus.* Pontifex Romanus ſuccedit tantum inordinariâ poteſtate, non in extraordinaria. *Diſputo.*

g Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. ca. 27 § Quod autem &c.

h Bellar. ibidem. § Eadem.

i Bulla Pauli 3. Iuly 3. Pauli 4. in Conc. Trid.

puto. Vel ordinaria fuit Pauli poteſtas, vel extraordinaria: ſi extraordinaria, cur Pontifices veſtri (vt aiũ) Paulum prædeceſſorem ſibi agnoſcunt, cui ipſi non poſſunt eſſe ſucceſſores? Non enim ſuccedunt (*inquis*) in poteſtate extraordinaria: *Si ordinaria, non poteſt (te fatente) Pontificum veſtrorum primatus non officere. Secundò, ſi extraordinaria fuit, quid eſt quod Pontifices eam in ſuis Bullis ordinarijs vſurpant? ſi ordinaria, cur non liceat duos ſimul Pontifices* ſucceſſores *conſtituere. Qui eadem duorum prædeceſſorum ſuorum autoritate perfungantur? Et ſanè,* [k] Epiphanius Hæreſ. 27. vocat Petrum *Et* Paulum ambos Epiſcopos Romanos.

[k] *Lorinus Ieſuita in Act. vlt. ver. vlt.*

Quartò, eandem æqualitatem Patroni, non repugnantibus Aduerſarijs, diſertè confirmant.

Aduocatus. * Petrum & Paulum electio pares fecit, labor ſimiles, & finis fecit æquales: nam Paulus de ſe, Nihil ſum, inquit, inferior reliquis omnibus Apoſtolis. [l] Qui cui præponatur (inquit Sanctus Maximus) incertum eſt, admitti poteſt antiquitatem ſignificâſſe, vel eos pares fuiſſe inter ſe, vel certè ignorari, vter alteri præſtaret. *Si alteruter fortè ſuperior.* [m] Inde apparet Paulum alijs Apoſtolis dignioremfuiſſe, quia priores per Chriſtum ex parte adhuc mortalem, illi conſtituti fuerant, Paulus per Chriſtum ex omni parte immortalem: nihil à Petro aut alijs didicit, ſed ipſe contulit & profuit Petro. [n] Petrus, inquit Auguſtinus, ceſſit Paulo veritatem prædicanti. * Erat Paulus Petro tempore, non dignitate minor. *Denique.* * Erat Paulus par Petro, ne quid dicam amplius.

* *Leo Pont. Serm. 1. De natali Domini.*

[l] *Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 27. § Et fortaſſe*

[m] *Gloſſa ordinaria in priori loco ſecundum Anſelmum in poſteriori ſecundum Hieronymum.*

[n] *Grat. diſt. 8. § Qui contempta. 9.*

* *Ambroſ. Com. in 1. Cor. 10.*

Vltimò, non fuit impar Paulus, ſi Apoſtoli omnes Iuriſdictione pares fuerunt.

* *Chryſoſt. hom. 8 De laudibus Pauli.*

* *Nazianzen. de moderat. feruandæ*

At * Petro fundamenta Eccleſiæ VT RELIQVIS

APOSTOLIS concreduntur. *Ex Gestis Petri eius primatus omninò non efficitur vt, Iesuita Aduocatus.* [a] Petrus videbatur quodammodo pastoratum suum negligere ac primatum: & cum cæteris Apostolis, tanquam frater & æqualis esset, se gerere elegit, non autem tanquam maior & ipsorum caput & rector. *Testimonia, quæ huc pertinent, alia in expositione istius Scripturæ,* Tu es Petrus, &c. *plenè perspicuéque traduntur* [b] *infra. Sic de (vel potiùs, non) prædecessore primoq; Monarcha Ecclesia Petro. Nunc*

[a] Salmeron Iesuita 1. Pet. 1. disp. 1.

CAPVT X.

Quæstio de Petri Successore { *Ecquis?* / *Quis?*

Ad primum. Asserimus nullum successisse Petro in præfecturâ Ecclesiæ Episcopum vniuersalem. Ratio duplex: Quia, videlicet, Petrus nec vniuersalis Episcopus, nec propriè Episcopus fuit.

Non Episcopus vniuersalis.

[a] Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 23. § Secunda ratio.

ADuersarius, [a] Cùm omnes Apostoli plurimos Episcopos in variis locis constituerint: si ipsi Apostoli non sunt ordinati Episcopi à Petro, certè maxima pars Episcoporum non deducit originem suam à Petro, nec verum erit Romanam Ecclesiam (cuius Episcopus Petrus fuit) matrem esse aliarum Ecclesiarum omnium, & ab ea Episcopos omnes habuisse consecrationem & dignitatem suam. *Hoc quod iacitis veluti causæ vestræ altissimum fundamentum, nisi fixum & immobile sit, quicquid inde super-structum est Iurisdictionis Papalis corruat atque labatur, necesse est. Dignissima sanè hæc quæstio est, in qua omnes vires vestras peri-*

periclitemini. Fuitne igitur Petrus ordinarius ille Episcopus, per quem Apostoli alij ordinati sunt Episcopi? [b] Dubitari solet, an Apostoli habuerint hanc iurisdictionem, vel in corpus Christi verum, vel mysticum, immediatè à Christo, an mediante Petro. [c] Verisimile est omnes Apostolos à Petro ordinatos fuisse, vt etiam quidam *(falleris)* Patres asseruerunt, *Aduocatus.* [d] Sed id minimè vnquam legitur. [e] Multi existimant Apostolos tantum accepisse à Christo potestatem ordinis immediatè. Iurisdictionem autem non accepisse immediatè à Christo: ego vero probabilius censeo omnes Apostolos à Christo immediatè accepisse (*restringit Iesuita*) [sed non iure ordinario permansuram in Ecclesiam] potestatem iurisdictionis. *Quod etiam alius.* [f] Omnem potestatem quam Apostoli acceperunt, habuerunt à Christo immediatè. Pro certo ergo mihi videtur pronunciandum & tenendum Apostolos omnes accepisse vtramque potestatem à Christo.

[b] Suarez Iesuit. Tom. 4. in Thom. disp. 16. Sect. 3. § Dixi

[c] Salm. Iesuit. com. in Gal. 1. d. sp. 11. § Porrò.

[d] Ibidem.

[e] Suarez Iesuit. quo supra.

[f] Franc. Ant. Vict. Rel. 2. conclus. 3.

Obiectionis prima solutio.

Aduersarius. [g] Iohannes de Turrecremata multis rationibus probat Petrũ à Christo, alios omnes à Petro consecrationem Episcopalem accepisse: & probatur ex Anacleto. *Tu, Turrecremata, Cardinalem sequeris, in hoc minime sequendum. Nam. Aduocatus.* [h] Sic quidem Iohannes de Turrecremata, autor ALIOQVI eruditissimus, asserit, & pro se Anacletum allegat, vbi dicit Iacobum fratrem Domini ordinatum fuisse Episcopũ Hierosolymitanum à Petro & Ioanne, & altero Iacobo, & hæc opinio minùs est communis. *Tibi Iesuitæ rationes Turrecrematis multæ esse videntur, Valentiano verò, vt & Suari tuo, nullæ: idcirco autoritate pugnas.*

[g] Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. ca 23 § Vicesima secunda.

[h] Gr. & Valē. Iesuit. Anal. fid. li 7. c. 2. § Ex Anacleto

Obiectionis secundæ solutio.

Aduersarius. [i] Probo ex Anacleto, Cypriano, Leone Pontif. *Sed parum feliciter, quia, Aduocatus.* [k] Nonnulli contendunt cæteros Apostolos eam potestatem iurisdictionis

[i] Bellar. quo supra

[k] Victoria Rel. 2. conclu. 1. § quod

accepiſſe à Petro, idque probare conantur ex autoritate Anacleti, Cypriani, Auguſtini, Leonis, Clementis Alexandrini: ſed reuera non faciunt id, quod autores iſtius ſententiæ volunt. *Sed ne ratiunculas tuas prorſus contempſiſſe videamur, age, inſta.*

Obiectionis tertiæ ſolutio.

Aduerſarius. [l] Quod autem non omnes Apoſtoli immediatè à Domino ſunt ordinati, patet ex Act. 13. Nam Chriſtus ſaltem Paulum, quem ipſe de cœlo vocauit, non ordinabat Epiſcopum, ſed iuſſit ordinari per impoſitionem manuum miniſtrorum Eccleſiæ, vbi dicit, Segregate mihi Barnabam, & Saulum in opus, quod aſſumpſi eos.* Act. 13. *In quo tu miſerè hallucinaris: primò, quia nec opus, nec tempus nec rationem huius* Segregationis *ſatis percipis. Non opus, quia Aduocatus.* [In opus] *id eſt,* [m] Apoſtolatus officium, [n] *id eſt,* in Apoſtolatus munus. *Apoſtolatus, inquam, non Epiſcopatus, vt ex textu patet; neque enim (quod eſt Epiſcopis proprium) certis vllis ſedibus alligantur. Deinde Tempus. Nam.* [o] Paulus ANTE hoc [ſegregate mihi Saulum] plus quam vndecim annos Chriſtum nouerat, & PRAEDICAVERAT Euangelium in multis prouincijs, etſi tunc peculiariter ad Gentes vnà cum Barnaba collega miſſus fuerit. *Paulum verò ius Apoſtolatus ab aliquo Eccleſiæ Miniſtro non accepiſſe, ipſe teſtatur.* [p] Contra pſeudapoſtolos Apoſtolus Paulus authoritatem ſuam aſſerit, dicens [*Paulus Apoſtolus, non ab hominibus, SED per Ieſum Chriſtum]. *Quod ad rationem ſegregationis: Non characterem (quem fingitis) Epiſcopalem accepit.* [q] Nam neque illis Eccleſiæ Miniſtris ſacramentum aliquod eſt collatum, neque iſtis (Barnabæ & Saulo) per manuum impoſitionem, cùm nullum fuerit Sacramentum (*ordinationis*) neceſſarium ad opus illorum, aut iſtorum: & ipſi quidem miſſi ſunt à Spiritu ſancto, non a Doctoribus. *Si forſan quid acceperint quæris: attende.* [r] Manuum impoſitio confirmatio eſt, & verum teſtimonium, quòd à Spiritu ſancto electi,

l Bellar. quo ſupra § Quod autem.

* Act. 13.

m Ferus in Act. 13.

n Arias Montan. annot. in eum locum.

o Salm. Jeſ. com. in Gal. 1. diſp. 20. § Aliqui.

p Ferus in Act. 13.

q Caietanus com. in eum locum.

r Ferus ibidem.

electi, & conſtituti ſunt: quæ etiam impoſitio manuum nunc quoque in vſu eſt, vt per hoc externum ſignum quiſque memor ſit officij ſui, & populus ſciat cui auſcultandũ ſit. *Auſcult.* Multi falſi Apoſtoli. *Sed totum hoc, quod de Pauli ſegregatione vrges quid, obſecro, pro Petro facit? Quẽ nec per ſe, nec per alios Paulo quicquã contuliſſe, Paulus ex profeſſo docet:* [f] Qui contra falſos Apoſtolos, qui apud Galatas criminari Paulum ſolebant, quod ius legationis non accepiſſet à Domino immediatè, ſed ab alijs Apoſtolis; ideo ſe purgat inter alia his verbis, [*Petrum, inquit, vidi, ſed alium Apoſtolorum vidi neminem præter Iacobum]. Et rurſus de Petro, [Nihil mihi contulit.] *Si Petrus vel per ſe, vel per alios Paulo Epiſcopalem ordinationem dedit, cur hoc negat Paulus?* Nihil, *inquit*, mihi contulit: *ſi etiam alij à Petro ordinati fuerunt, quid eſt quod Paulus confitetur*, Vidi Petrum; alium verò Apoſtolorum vidi neminem? *Quia promptum eſſet pſeudapoſtolis Paulo obijcere. Cur* Aliorum neminem, *Paule, inferis, cum Petrus fuit inſtar aliorum omnium? Te igitur (Bellarmine) ſic pro Petro agente, Paulus aut ingratus, aut ineptus efficitur: ſed, vt verum fateamur,* [t] Paulo Petrus nihil contulit, ſed aliquid Petro Paulus.

f Salm. Ieſ. in Gal. 2. diſſ. 22. § Prima dubitatio. cap. 1 § Dubitatio quarta.

**Gal. 2.*

t Gloſſa ordinar. ſupra.

Obiectionis 4. ſolutio.

Aduerſarius. [u] Quod Iacobus minor fuit ordinatus Epiſcopus Hieroſolymitanus ab Apoſtolis, & non à Chriſto immediatè, docet Anacletus & Clemens Alexandrinus. *Aduocatus.* [x] Sed hæc ſententia minùs eſt communis, neque etiam ad Petri primatum aſſerendum neceſſaria. Quod verò de ordinatione Iacobi dicit Anacletus, id ad deſignationem quandam loci referri poteſt. *Et.* [y] Apud Clementem Alexandrinum libro Recognit: videre eſt Iacobum à DOMINO fuiſſe ordinatum Epiſcopum. *Denique illud veſtrum fundamentum Ieſuita Patrũ autoritate penitùs labefactauit, in hunc modum.* [z] Orthodoxi Patres docent Apoſtolos in illa poſtrema cœna accepiſſe à Chriſto poteſtatem Sacerdotalem per illa

u Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. ca. 23 § Præterea. Idem Salm. Ieſ. locũ ſupra citatis

x Greg. Valẽ. Ieſ. Anal. lib. 7. cap. 2 § Et Anacletus.

y Polydor. Virg. lib. 4. ca. 6. qui locus (aliis per cenſores expunctis) integer remanſit.

z Idem Valen. lib. de vſu vtriuſque ſpecici. cap. 2. § Præterea.

illa verba, [Hoc facite, &c.] Luc. 22. *Nisi fortè dixeris? Minorem, videlicet Sacerdotalem, à Christo collatam, maiorem (nimirum) Episcopalem Petri arbitrio reseruatam fuisse. Videnᵗ Bellarmine, defensionem tuam vel à socijs tuis, qui eam tueri maximè voluerunt, tantum*ᵗ verisimilem,[3] incertam, *qui autem tueri noluerunt,*[3] minus probabilem,[4] minusque communem esse, minimèque necessariam? *Decuitne Papalis iurisdictionis absolutæ structuram tam amplam, fundamento niti tam arenoso? Petrum non posse probari Episcopum vniuersalem satis constat. Iam*

1 Salmer. Iesu.
2 Victoria.
3 Suarez Iesu.
4 Valent. Iesu.

CAPVT XI.

Petrum non fuisse propriè Episcopum probandum restat.

Aduersarius. [a] Erat Petrus Episcopus proprius, &c. *Disputo. Si Petrus erat Apostolus proprie tum non erat proprie Episcopus. Consequentia probatur. Aduocatus.* [b] Apostolus ab Episcopo differt, vt docet Chrysostomus in Matth. hom. 19. quia erant Apostoli omnium Ecclesiarum Doctores, iuxta illud Pauli: Mihi incumbit solicitudo omnium Ecclesiarum, 2. Cor. 11. Hic scilicet Episcopus, per homines vocatur, certo loco præst: non sic Apostoli. [c] In militia Christiana duo sunt ordines, vnus eorum qui certo loco decertant, alter eorum, qui per omnia discurrunt, & omnibus opem ferunt: quod militiæ genus Apostoli sibi sumebant: Episcopi suarum diocœsεωn limitibus concluſi sunt. [d] At Albertalensis Episcopus, ante annos quingentos scribens, in illa Apostoli verba, [Primum posuit Deus Apostolos in Ecclesia] Apostolorum vice subrogati sunt Episcopi; sed Apostoli ex præcepto Domini compellebantur transire à regno in regnum: Episcopi vero suis in Ecclesijs residere iubentur ob vtilitatem sibi commissorum. *Quamuis igitur non præcedenti nullus potest succedere; tamen quia fingitur aliquis succedere. Iam*

a Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. cap 4 in initio.
b Estius in Epist. com. in 1. Tim. 1. cap. 4. ex Chrysost.
c Acosta Iesu lib. 5. de procur. Indorū salute. cap. 21.
d Salm. Iesu. com. in 1. Tim. 3. disp. 2 § Grauissimè.

CAPVT

CAPVT XII.

Quis ſit Succeſſor Petri, an Romanus Pontifex, diſcutiendum.

Status quæſtionis.

[a] ERat Petrus Epiſcopus vrbis Romæ proprius. Proteſtantes contra, [b] Romanus Pontifex Petri Succeſſor non eſt, (inquit Lutherus) nec eſt Chriſti Vicarius ſuper omnes Eccleſias, ab ipſo Chriſto in B. Petro inſtitutus. Nos contra. [c] Quæſtio eſt, vtrum ex iure diuino conſtitutum ſit, vt non alius, quam Romanus Pontifex ſit Petri ſucceſſor, & non ex iure Eccleſiaſtico tantum.

[a] *Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 4. in initio.*
[b] *Roffenſis Epiſc. art. 25.*
[c] *Val. Ieſ. Analyſ. lib. 8. cap. 12.*

Duo imprimis examinanda occurrunt, quæ Pontificijs in hac parte aduerſari maxime videantur.
1. *Succeſſionis ius, quod diuinum non fuit.*
2. *Modus, ſeu gradus ſuccedendi, qui non fuit abſolutus.*

De Iure.

Aduerſarius. [d] Quoniam ius ſucceſſionis Romanorum Pontificum in eo fundatur, quòd Petrus ſedem ſuam Romæ, iubente Domino, collocauerit; atque ibidem vſque ad mortem ſederit: prima naſcitur quæſtio, an Petrus Romæ Epiſcopus fuerit; nec inde ſedem ſuam vnquam aliò tranſtulerit. Cum Caluinus parùm ſollicitus eſſet, vtrum Petrus Romæ fuerit (nam multi Epiſcopi Romam veniunt, qui Pontifices non euadunt) nec an Romæ mortuus fuerit, quia multi Pontifices, qui nunquam Romæ fuerunt, extra Romam mortui ſunt. Itaque hoc ſolùm reſtat, vt probemus Apoſtolum Petrum Epiſcopum Romanum fuiſſe, & eum Epiſcopatum

[d] *Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 2. in initio. & § Ex his.*

vsque ad mortem tenuisse. *Nos non insistemus negando illud quod omnes affirmant, Petrum aliquando Romæ fuisse: mitte has ambages: de iure Successionis quæritur.* [e]Sancta Romana Ecclesia nullis Synodicis constitutionibus cæteris Ecclesijs prælata est, sed Euangelica voce Domini & Saluatoris primatum obtinuit. [Tu es Petrus.] [f]Romanum Pontificē succedere Petro in Monarchia Ecclesiastica ex iure diuino, & ratione Successionis habemus. Petrus diuino iussu Romæ sedem collocauit. [g] Ego prorsus arbitror Sedem Romanam à Christo Domino accepisse primatum in Ecclesia, non ex Ecclesiæ authoritate: alioqui intelligi nequit quomodo non deficere possit à fide, sicut exempli gratiâ. Constantinopolitana. *Hoc est ædificij Papalis fulcrum secundum, quo diruto ac demolito, tota Hierarchia simul labefactatur: illud aut ē conuellit primò confessio tua. Aduoc.* [h]Vt potiùs Episcopus Rom. Petro succederet quàm Antiochenus, aut Alexandrinus, quorum sedes Petrus primus occupabat *(contra Pelagij Papæ sententiam)* NON EX INSTITVTIONE CHRISTI. *Quod addis:* Sed ex facto Petri: *nec proposito tuo satisfacit, & est à vestris Doctoribus diserte explosum vtcunque.* [i] Dominicus de Soto existimat rationem Successionis iure ECCLESIASTICO TANTVM Romæ esse annexam: & PROINDE Episcopum Romanum non esse Petri Successorem: quia cum Christus Petrum vniuersalem Pastorem instituebat, nulli eum certæ sedi addixerat. *Ita vt.* Si per possibile Triuerensis Archiepiscopus per Ecclesiam congregatam pro præside eligeretur, ille propriè plus Successor Petri in principatu, quàm Romanus Pontifex esset. *Denique.* [k]Patres Constantiensis Concilij putabant primatum Pontificis Romani NON IVRE DIVINO niti, sed tantum positiuis Ecclesiæ decretis.

[e] *Pelagius Papa apud Grat. dist. 21 cap.* Quamuis

[f] *Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. ca. 12. in 1. Thesi. & lib. 1. ca. 23. §* Vicesima quarta.

[g] *Valent Iesuita loco supra citato.*

[h] *Bellar. lib. 2. de Rom Pont. ca. 12 §* Vt autem.

[i] *Greg. Valen. Iesuita Analy. li. 7. ca. 12*

[k] *Staplet. de doctr. princ. ca. 1, li. 13*

Obiectionis solutio.

Aduersarius. [l] Nunc genere argumenti quod ad impossibile ducens appellatur, demonstrabo Pontificem Roma-

[l] *Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. ca. 17 in initio.*

num

num à Christo autoritatem susceptisse. Si enim nullum tempus, nullus autor post Christum assignari possit, à quo accepit initium, tum non ab alio, quàm à Christo suam sumpsit originem. *Imo impossibile est, quin quod alibi posuisti hoc tuum responsum facilè euertat.* [m] Nihil concluditur argumentis ab autoritate negatiuè. *Nos vero respondemus, vt Theologos decet. Aduocatus.* [n] Mirandum est cur aliqui pertinaciter asserunt Romanum Pontificem ampliorem à Christo clauium potestatem accepisse, quàm reliquos, cum id ex Scripturis conuinci nequeat, sed oppositum magis.

[m] Bellar. lib. 2. ca. penult. post principium. § Respondeo.

[n] Marsil. Patau. part. 2. cap. 6.

Instantia insigniter paradoxa tollitur.

Aduersarius. [o] Etiamsi, inquit, fortè non sit ex iure diuino Romanum Pontificem vt Roman. Pontificem Petro succedere: tamen dicimus id ad fidem Catholicam pertinere. *Nihil responderi iucundius potuit, aut Theologo indignius.* *Quia. Aduocatus.* [p] Papalis authoritas si non est à Deo & Christo immediatè, à tota Ecclesia instituì (*vt necessaria*) non poterat. *Natu itaque (Bellarmine) praclaram fidem praedicas, cuius veritas tantùm τῷ* fortè *nititur, per τὸ* certè *refellitur? quanquam etiamsi ius quoque Successionis concedatur, tamen* [q] Successio ex loco non arguit successionem ex principatu. *Id quod est* * *supra à nobis ex Patribus fusè demonstratum. Nunc igitur à iure Successionis ad Successionem iuris deflectimur.*

[o] Bellar. quo supra lib. 1. cap. 12. § obseruandũ est.

[p] Gerson de potest. Eccles.

[q] Cusanus Card. lib. 2. de Concord. Cathol. cap. 14.

* Vide Apolog. huius part. 1.

CAPVT XIII.

Modus Successionis Pontificis Romani (vt eum Petro successisse largiamur) non fuit absolutus, nec pro sede sua, nec pro se: nam cum sedes Romana Pontificem Episcopum perdere possit, tum Episcopus Romanus ius Successionis, & Pontificatum.

De Sede Romana: primò, eam non esse Successionis Petri Petram.

Aduersarius. [a] Sedes Romana est lapis ille angularis, in fundamento fundatus. Isa. 8. *Aduocatus.* [b] Ille lapis est solus Christus. *De hoc* * *infra prolixiùs. Aduersarius.* [c] Romana sedes ea petra est, contra quam nulla hostium infernalium, aut aliorum vis valere queat. [d] Nec potest à fide deficere. *Enimuerò. Aduocatus.* [e] Ecclesiam Romanam non posse deficere, non adeo certa est sententia, vt contraria dici possit hæretica: rectè Iohannes Driedo dicit, à Romana Ecclesia non posse separari sedem Apostolicam, non est de fide, quia neque Scriptura, nec Traditio habet, sedem Apostolicam ita affixam esse Romæ, vt ab ea transferri nequeat.

a Bellar. præf. in cont. de Rom. Pon.
b Pererius Iesuit. com. in Dan. lib. 2 pag. 104. & Aquinas com. in 1. Pet. 2. & Senensis de hoc loco Isa.
* Infra.
c Bellar. loco supra citato.
d Gregor. Valent. Analy. li. 7. c. 12.
e Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. ca. 4. § At secundum.

Secundo, Sedem Pontificialem mobilem esse Iesuitæ contradictio mutiplex arguit: prima ponit Petrum, adeoque Papam tantum militantem, atque etiam triumphantem Ecclesiam administrare.

Aduersarius. [f] Prima piscatio, in qua rete rumpebatur, significat *(inquis)* Ecclesiam militantem, & hæreses, & schismata, quibus rumpitur Ecclesia. Luc. 5. Secunda piscatio, in qua rete integrum erat, significat Ecclesiam triumphantem. Hæc igitur est singularis Petri prærogatiua, quia in VTRAQVE piscatione, & in VTRAQVE naui, quibus status Ecclesiæ aptissimè significatur, Petrus princeps inuenitur. *Hoc rete, seu tela aranea flatu oris tui facillimè disrumpitur. Nam. Aduocatus.* [g] Papa regit solùm eam partem, quæ est in terris, dum ipse viuit. *Ex quo sequitur, aut te cum ista disputas, piscari in aëre, aut tuum Pontificem non esse Petri successorem absolutum.*

f Bellar. lib. 1. de Rom. Pon. ca. 20.
g Ibidem cap. 9. § At Papa.

Secunda

Secunda contradictio Romanam Eccleſiam Antiochenæ præponit verbis, ratione poſtponit.

Aduerſarius. [h] Hæc eſt ratio ordinis ſedium, quas Petrus regebat, Alexandrinam per Marcum Euangeliſtam, Antiochenam per Euodium, Romanam per ſe vſque ad mortem adminiſtrabat. Sicut igitur maior eſt Petrus Apoſtolus Marco, Marcus Euangeliſta Euodio: ita Romana Alexandrinam, Alexandrina Antiochenam dignitate ſuperat. *Linus, igitur, qui Petro Romæ defuncto ſucceſſit, vel eandem, quam habuit Petrus, iuriſdictionem eſt conſequutus, vel non: ſi eandem, tum Linus fuit ſuperior Marco Euangeliſta: ſi non eandem, tum Petro mortuo Antiochena non fuit inferior quàm Romana, quod etiam negas: quomodo te expedias ipſe videris.*

h Idem Bellar. ibid. cap. 14. § Eandem rationem.

Tertia contradictio docet Romanam Eccleſiam ruere non poſſe, quamuis omnino ruituram.

Aduerſarius. [i] Sedes Petri (*inquis*) in tribus locis, vnius atque vna eſt Eccleſia, Alexandrina, Antiochena, Romana, cui, inquit Gregorius, tres Epiſcopi præſident. Quicquid ergo, inquit, de vobis boni audio, mihi imputo. *Quibus verbis Gregorius ſignificat, ſe tribus illis locis, tanquam vni ſedi præſediſſe.* [k] Et Matt. 16. [Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam:] His verbis Petro promittitur, Sedem ſuam nunquam eſſe ruituram. Sed Sedes Iacobi Hieroſolymitana, Iohannis Epheſina, Matthæi in AEthiopia manus ſuas dederunt portis inferorum. [l] Et videmus alias defeciſſe Apoſtolicas Sedes, Antioch. Alexandrinam, Hieroſolymitanam. *Diſputo: Sedis vnius vna eademq́ eſt ratio: at* Alexandrina & Antiochena (*quæ erant cum Romana veſtra, vt ais*, vna Pontificis ſedes) ruerunt. *Ergo Romana pariter ruere poſſit, ſi non ruerunt, tum tempore Gregorij pari*

i Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. ca. 24 § Vera igitur.

k Ibidem cap. 19. § Quinta prærogatiua.

l Bellar. de notis Eccleſ. cap. 8. § Si ergo.

non ruendi priuilegio atque prærogatiua prædita fuerunt. Quin etiam [m] Romam ipſam futuram eſſe Babylonem & Sedem Antichriſti *tres Ieſuitæ primarij diſertè confitentur.*

m Ribera Ieſ. Com. in Apoc. 17 & 18. Vega Ieſ. in eundem locum. Salmeron Ieſ. Com. in 1. Pet. 5.

Huius de Eccleſia, diſputationis Concluſio, quæ formam Eccleſiæ antiquam vendicat.

Aduerſarius. [n] In Eccleſiæ primordijs neceſſarium fuit, vt primis Prædicatoribus & Eccleſiæ fundatoribus poteſtas ſumma concederetur, mortuis autem Apoſtolis hæc poteſtas in ſolo Succeſſore Petri remanſit. *In priore huius ſententiæ parte non obſcurè concedis, Eccleſiæ Apoſtolicæ formam non fuiſſe Monarchicam, quam etiam Ariſtocraticam fuiſſe nos luculentis argumentis * ſupra demonſtrauimus. Hoc in loco contendimus formam antiquam nunc quoque obtinere debere. Aduocatus.* [o] Eccleſia, quæ ſemper vna eſt, debet omni tempore, vnam formam tenere. *At inter Apoſtolos poteſtas ſumma erat communis omnibus, ergo non vni debet eſſe delegata. Reddite itaque nobis Eccleſiæ formam antiquam, cuius antiquam fidem vobis propinamus. De Sede Romana ſatis: Nunc*

n Bellar. lib 1. de Rom. Pont cap. 9 § Reſpondeo, Pontif.

o Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 12. § Secundò ex vnitate.

CAPVT XIIII.

De Romano Pontifice, quatenus is, vel { *dignitate, fide valeat.*

Pro dignitate, ex { *Titulis & appellationibus* } *contendunt.*

Tituli Romani Pontificis Petri iuriſdictionem mirimè euincunt.

Titulus primus, Pontifex & Papa.

Aduerſarius. [a] Ex Titulis eximijs, quibus Patres antiqui Romanum Pontificem decorauerunt, ſingularis

a Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 31.

laris eius amplitudo illuſtratur. (*perge nugari*) Alij vocant Romanum Pontificem, Papam, id eſt, (b Sic enim ſonat) Patrem Patrum, Paſtorem ouilis Dominici, Rectorem domus Dei, Cuſtodem vineæ Domini, ſedis Apoſtolicæ præſulem. *Quibus ſingulis piorum Pontificum, qui tunc floruerunt, potiùs Religionis ſtudium, quàm Eccleſiæ dominium illuſtratur. Ex ſimilibus probabo, quia ſimilium titulorum conſimilis eſt ratio. Aduocatus.* c Nazianzenus vocat Baſilium magnum, magnum Pontificem Dei & hominum Mediatorem, Sp. Sancti domicilium, (*at Patronus.* Hieron. vocat Epiphanium, Beatum Papam) *Et Aduocatus.** Etiam in paſſione Cypriani Proconſul quærit: An tu is es, quem Chriſtiani ſuum Papam vocant? Reſpondit Cyprianus. Etiam. d Hieronymus Epiſt. 80. ad Auguſtinum, Nos odio, inquit, hæretici proſequuntur, &, quos gladio nequeunt, voto interficiunt. Incolumem & mei memorem te (*Auguſtinum alloquitur*) Chriſti Domini clementia tueatur, Domine venerande, & Beatiſſime Papa. *Denique Patronus.** Athanaſius Pontifex Maximus & archi-Sacerdos ſalutatur.* Origenes Magiſter Eccleſiarum: Cyprianus totius orbis præſes, &c. *Et in Epiſtola Cleri ad Cyprianum de lapſis, 15. ſic.* * Cypriano Papæ. *Item.* Te optamus, glorioſiſſime Papa.* Ichyras ad Athanaſium; Beato Papæ Athanaſio.

b *Salmeron Ieſ. Comm. in Epiſt. ad Rom. prolegom. diſp. 15.*

c *Caniſius Ieſ. Catechiſm. princ. de encomio Baſil. ex Nazian. Epiſt. 38 ad Simplicianum.*

* *Hieronym. in Epiſt. ad Cromatium.*

* *Pontius Diacon. de vita Cypriani.*

d *Caniſius Ieſuit. in princ. Catech. Tract.* Encomia Patrum.

* *Ruffinus lib. 2 Hiſt. cap. 26.*

* *Hieron. de locis Hebraicis.*

* *Nazianz. in Serm. de Cypriano.*

* *Athanaſius in Apolog. 2.*

Secundus: Doctor Chriſtianorum.

Aduerſarius: e Pontifex Rom. ab alijs Doctor omnium Chriſtianorum dicitur. *Nec non. Aduocatus.* f De Hilario Auguſtinus lib. 1. contra Iulianum. Inſignis, inquit, Eccleſiæ Doctor Hilarius loquitur. De Chryſoſtomo Pontifex Innocentius 1. in Epiſt. ad Archadium Imperatorem: Eiecti ex throno ſuo (inquit) re non iudicatâ, magnum orbis Doctorem. De Baſilio Nazianzenus (Epiſtola decima ad Baſilium) Tu Lumen orbis, Sol inter ſydera, doctrinæ palatium: quem Damaſcenus, libro quarto Orthodox.

e *Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. c. 23*

f *Caniſius Ieſ. quo ſupra. lit. d. in horum Patrii titulis.*

dox. fidei, capite decimo ſeptimo) Orbis vniuerſi lumen vocat. *Et huiuſmodi alia multa, atque etiam multò ampliora Patrum encomia ſequuntur paulò poſt. Interim Patronus.*

* *Theodoret. Hiſt. lib. 5. cap. 32.* * Chryſoſtomus, totius orbis terrarum Doctor ſalutatur: omneſque Apoſtoli orbis doctores dicebantur.

Tertius eſt Vicarius.

Aduerſarius. [g] Pontifex Vicarius Chriſti, & ſponſus Eccleſiæ vocatur. *Aduocatus.* [h] Potiùs Vicarius Eccleſiæ, quàm Vicarius Chriſti dici debet. [i] Nemo committit Sponſam ſuam Vicario: nemo enim eſt Eccleſiæ Sponſus (vt loquitur Bernardus) ſed Sponſæ amicus. [k] Sponſus niſi vnicus: audi Iohannem cap. 3. [Qui habet Sponſam Sponſus eſt,] amicus autem Sponſi, qui ſtat & audit. [l] Apoſtoli omnes & diſcipuli erant Chriſti Vicarij.

[g] *Bellar. lib. 2. cap. 31.*
[h] *Conc. Baſil. Patres.*
[i] *Ibidem.*
[k] *Pererius Jeſ. Com in Gen. 29. diſp. vlt.*
[l] *Aquinas contra Gentes. Opuſc. 20*

Quartus Petra.

Aduerſarius. [m] Vocatur ab Hieronymo Petra. *Sed non propriè. Aduocatus.* [n] Miror eſſe qui hunc locum detorquent ad Romanum Pontificem, quibus nihil ſatis eſt, niſi quod immodicum eſt. *Et* [o] Illa promiſſio, [Super hanc Petram] ſi de Petro intelligimus, propriè ad ipſum Petrum pertinere videtur: ſicut & nomen Petrus non cùm eius Succeſſoribus communicatur. *Alioqui, Patronus.* * Statuit Chriſtus omnes Apoſtolos (*quod eſt* Petra) fundamentum. [p] Et Athanaſius fuit tanquam columna Eccleſiæ aduerſus omnes hæreticos. *Quæ quidem vox* (Petra) *quoties Eccleſiæ Doctoribus tribuitur: nihil aliud denotat, quàm quòd verbis aliis exprimitur, videlicet.* [q] De Baſilio Nazianzenus (Epiſtola 26.) Ego te, inquit, pro vitæ duce, pro dogmatum fidei Magiſtro, & quicquid à quoquam dici poteſt, tum antiquitùs habui, tùm nunc habeo: Et idem Pater (Epiſtola 38. ad Simpliceam hæreticam) Sanctum

[m] *Bellar. quo ſupra.*
[n] *Eraſm. in Mat. 16.*
[o] *Ianſenius Concord. cap. 66.*
* *Nazianz. ſupra*
[p] *Poſſuinus Jeſ. Apparat. Tit.* Athanaſius.
[q] *Canisius Jeſuit. quo ſupra Tit.* De Baſilio.

ctum illum, (Baſilium intelligit) fidei columen, veritatis normam, Eccleſiæ formam audi. [r] Gregorius Nazianz. (inquit Hieronymus in Catalogo Scriptorum) vir eloquentiſſimus præceptor meus fuit, à quo Scripturas explanare didici. Qui (inquit Damaſcenus Orat. de Defunctis) à Theologia cognomentũ adeò traxit, vt (κατ' ἐξοχὴν) Theologus diceretur. *Denique.* [s] Athanaſij dogmata (inquit Nazian. Orat. 1. de laudibus Athanaſij) pro fidei Orthodoxæ lege habebantur. [t] Auguſtinus à B. Bernardo validiſſimus malleus Hæreticorum nominatur. *In quibus ampliſſimis titulis vides Pontifices veſtros ab alijs Patribus non adæquari modò verumetiam multoties ſuperari.*

[r] *Ibidem Tit.* Gregorius, Nazianzenus.

[s] *Canisius Ieſ. quo ſupra. Tit.* Athanaſius.

[t] *Ibidem Tit.* Auguſtinus.

Quintus, Eius munus Apoſtolatus *dicitur.*

Adverſar. [u] Romanus Epiſcopus non tantùm dicitur Præſul, verumetiam munus eius dicitur Apoſtolatus. Epiſcopus Antiochenus, Epheſinus, & alij Apoſtolicarum Eccleſiarum dici poſſint Epiſcopi, id eſt, earum, in quibus Apoſtoli ſedebant, at ſolius Romani Epiſcopi dignitas dicitur Apoſtolatus. *Ecqua eſt igitur Apoſtolatus ſucceſſio? Adnoc.* [x] Apoſtolatus ab Epiſcopatu differt, quia ille immediatè à Chriſto vocatur, & certè habet Spiritum Sanctum, & omnium Eccleſiarum curam ſuſtinet: hic mediatè vocatus vni certæ ſedi præeſt. *Itaq; Pontifex tunc ſe Epiſcopatu abdicare debet, ſi velit Pontificatum vendicare. Sin verò per Apoſtolatum interpretemur munus Epiſcopi in ſuo certo loco conſtituti, tum Ambroſius, qui Apoſtolis omnibus fide, nemini ſede ſucceſſit, Apoſtolatus titulo meritò exornatur.* [y] Nunc Deus (inquit Baſilius Epiſt. 55. ad Ambroſ.) virum ex vrbe regia extulit, cui totius gentis principatus concreditus erat, qui vt Chriſtum lucrifaceret commiſſi ſibi magni ac præclari nauigij, Eccleſiæ, videlicet, Dei, in fide Chriſti, gubernacula accepit: Age igitur, ô homo Dei, quandoquidem te Dominus è medio Iudicum terræ ad PRAESIDENTIAM APOSTOLICAM tranſtulit. Quem ergo (inquit Auguſtinus

[u] *Bellar. lib. 2. cap. 31. §Tertio quia.*

[x] *Eſpenſeus Epiſt. Com. in 1. Tim. 3 pag. 4.*

[y] *Canisius Ieſ. quo ſupra. De Encomio Ambroſij.*

lib.1. contra Iulianum hæreſ. Cap.3.) veneror vt Patrem, in Chriſto enim Ieſu per Euangelium me genuit.

CAPVT XV.

Sextus, Vniuerſalis Epiſcopus, & Caput Eccleſiæ.

a Bellar. lib. 2. cap. 31. § Primo quia.

Vniuerſarius. [a] Vnus reſtat inſignis titulus Romano Epiſcopo proprius, Vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus. Etſi enim (vt Gregorius rectè dixit) Prædeceſſores eius ſe non vocauerint vnquam Epiſcopos Vniuerſales, tamen ſæpè ſe vocârunt Epiſcopos Vniuerſalis Eccleſiæ: quod idem eſt, quoad ſenſum. *Nequaquam. Aduocat.* [b] Non idem eſt Epiſcopus Vniuerſalis, & Eccleſiæ Vniuerſalis Epiſcopus: [c] Differunt Vniuerſalis Epiſcopus, & Vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus. *Rectè, nam illo titulo,* [Vniuerſalis Epiſcopus Eccleſiæ] *Eccleſiæ totius Regimen Oecumenicum quis ſibi arroget, hoc verò* [Epiſcopus Eccleſiæ Vniuerſalis.] *tantùm ſollicitudinem ac ſtudium pro ſalute communi teſtatur ac profitetur, & idem ſonat omninò quod vox Catholicus ſolet, ita vt quiuis Epiſcopus pius & inſigniter doctus hoc* Vniuerſalis Epiſcopi *titulo gaudeat: hinc eſt, quòd iſtiuſmodi ſy-*

b Lindanus Panopl. lib 4.ca 93 § Nemini.

c Coſterus Ieſuita Enchirid. Tract. de Pontifice. Obiect. 7 in Margine.

d Caniſius Ieſuita quo ſupra.

nonemia, videlicet, [d] Baſilius Magnus à Nazianzeno Communis Pater: * Origenes *ab Hieronymo* Magiſter Eccleſiarum: * Cyprianus totius orbis Præſes: * Athanaſius à Ruffino Pontifex maximus. * Chryſoſtomus à Theodoreto Orbis terrarum Doctor *ſalutatur. Quo ſenſu de quouis Epiſcopo Origenes* Qui vocatur *(inquit)* ad Epiſcopatum ad Eccleſiæ totius ſeruitutem vocatur. *Nec proinde* Vniuerſalis Epiſcopus Eccleſiæ *haberi debet. Hoc, inquies, affirmare eſt, non autem arguere. Itaq; ego diſputo.*

** De his ſupra.*

Dilemma.

Dilemma.

[e] Prædeceſſores Gregorij, *inquis*, non ſe vocarunt Epiſcopos vniuerſales, ſed vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopos: *aut igitur non eſt horum verborum ſenſus idem, aut Prædeceſſorum Gregorij, & ſucceſſorum non eadem ſententia, nec profectò fuit: cuius Gregorius Pontifex teſtis locupletiſſimus eſſe poſſit: quo Aduocato aſſero* [e] Bellarm. ſup.

Gregorium Pontificem (vt nunc Papa definitur) Papam omninò non fuiſſe.

Reſponſum 1. *tollitur.*

Aduerſarius. [f] Gregorius Epiſcopus nomen vniuerſalis Epiſcopi execratus eſt, quatenus, &c. *tu vocis ſignificationem reſtringis cum tamen Gregorius ab omni ſenſu huius vocabuli penitùs abhorruit, ipſum Gregorium intromittamus. Aduoc.* * Nomen vniuerſalis Epiſcopi, eſt nomen, *inquit*, Blaſphemiæ: eſt ſuperbum & ſuperſtitioſum vocabulum, * *inquit*, quod primus Apoſtata inuenit. Nullus Prædeceſſorum meorum, * *inquit*, hoc profano vocabulo vti conſueuit, quo ſuperba tempora * *inquit*, Antichriſti deſignantur. Quiſquis, * *inquit*, ſe vocauerit Epiſcopum vniuerſalem, eſt præcurſor Antichriſti, & tamen Ioannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus, * *inquit*, Oecumenicum illud vocabulum vſurpauit vniuerſalis Epiſcopi. *Hæc omnia Gregorius ille magnus. nec potuit Gregorius ita vehementèr execrari illud vocabulum, ſi illud ſenſum vllum non abhominandum, nec dapuit, ſi ſenſum quoque neceſſarium præbuiſſet. Secundo loco ſecundum inſommium tuum eſt profligandum: videndum enim eſt illud tuum,* Quatenus. [f] Bellar. quo ſup.

* Greg. Epiſt. lib. 4. cap. 32.
* Lib. 6. cap. 24.
* Lib. 4. cap. 36
* Lib. 4. cap. 34.
* Lib. 6. cap. 30.
* Lib. 7. cap. 69.

[g] *Bellar quo ſup.*

Aduerſarius. [g] Quatenùs per nomen illud vniuerſalis Epiſcopi, Epiſcopi alij excludebantur, vt non eſſent Epiſcopi, ſed tantum Iohannis Conſtantinopolitani Vicarij haberentur. *Sed hoc quoque reſponſum ingenij tui, non iudicij fœtus eſt, quia, Aduoc.* [h] Bonifacius 3. qui ſecundus à Gregorio fuit, magnâ contentione à Phoca Imperatore obtinuit, vt ſedes Romana Caput Eccleſiarũ diceretur, QVEM LOCVM SIBI IOHANNES CONSTANTINOPOLITANVS VENDICABAT. *Res magni momenti eſt, non vnico teſte contenti eſſe volumus.* [i] Olim Theodoricus Gottorum Rex, Italiâ domitâ, & ſubactâ, Rauennæ ſui regni ſedem fecit, Româ Imperatorum ditioni relictâ: quibus quidem temporibus inter Antiochenam Romanámque de ſacrorum PONTIFICVM PRAEROGATIVA grauiſſima & DIVTVRNA *(Conſenſio?)* CONTENTIO fuit. Sed non minus poſtquam Conſtantinus Bizantium *(poſtea Conſtantinopolis dicta)* deduxit coloniam, de Eccleſiæ primatu certatum eſt; Quoad Bonifacius tertius ([k] Qui ſecundus à Gregorio fuit) à Phoca Imperatore obtinuit *(tanta molis erat Romanum condere Monſtrum)* magna tamen contentione, vt ſedes B. Petri Apoſtoli CAPVT, ſicut caput eſt omnium Eccleſiarum, ita diceretur & haberetur ab omnibus. QVEM quidem LOCVM Eccleſia CONSTANTINOPOLITANA vendicare conabatur, pleriſque affirmantibus eo loci Eccleſiæ ſedem eſſe debere, vbi imperij caput eſſet: & vſque ad Phocæ principatum vrbem Romana in Imperatoris poteſtatem fuiſſe, vt cætera omittam, certiſſimum argumentum eſt, quod Bonifacius 4. cupiens eo loco, quo Pantheonis templum viſebatur (ſic nuncupatur, quod Cybeli matri, & omnibus dijs commune eſſet) delubrum in honorem intemeratæ Virginis extruere: neceſſe ei fuerit facultatem ædificandi à Phoca Imperatore obtinere; adeò Pontifex (vrbis non tam dominus quam Inquilinus)

[h] *Platina in vita Bonifacij 3.*

[i] *Hieron. Balbus Epiſc. lib. ad Cavolum 5. de coronatione.*

[k] *Platina quo ſupra.*

linus) omni ditione carebat, vt ne ſacellum quidem vnum, ſine Imperatoris iuſſu ædificare potuerit. *quid iſti? nimirum*, Bonifacium Epiſcopum Romanum EVNDEM LOCVM à Phoca obtinuiſſe, quem Iohannes CONSTANTINOPOLITANVS EPISCOPVS vendicare conabatur: at [l] Locus is *(inquis)* quem Conſtantinopolitanus affectabat, iure execrandus Gregorio videbatur: quia indè factum eſt, vt alij Epiſcopi, non Epiſcopi, ſed Iohannis Vicarij eſſent. *Ergo, inquam, vel Epiſcopi, qui poſt Bonifacium 3. Romanis Epiſcopis paruerunt, iam-diu deſierunt eſſe Epiſcopi, vel iam poſthac Romanus Pontifex, deſinat, oportet, dici* Epiſcopus vniuerſalis.

[l] Bellar. quo ſup.

Reſponſum vltimum refellitur.

Aduerſarius. [m] Dico, quamuis Gregorio ipſi hic titulus conueniret, eo tamen vti ipſe noluit, vt faciliùs comprimeret Epiſcopi Conſtantinopolitani ſuperbiam. & ſic manet ſolutum Caluini argumentum. *Videlicet tanquam lupus, qui ſolutus, magis quàm vinctus nocet, hoc enim reſponſum vel inſulſitate ſua cauſam tuam grauiùs ladit. 1. quia, Aduoc.* [*] Nemo prædeceſſorum meorum hoc profano vocabulo vti conſueuit, *inquit Gregorius.* Hic *(inquis)* titulus inſignis, & Romano Epiſcopo proprius. *& tamen ante hunc Nouatorem Iohannem Conſtantinop.* Prædeceſſores mei *(inquit Gregorius)* eum minimè vſurpabant. *vocat Gregorius eum titulum* prophanum, ſuperſtitioſum, Antichriſtianum: *& tamẽ Gregorio, inquis,* eum vſurpare licuit. *quaſi aut Epiſcopi Romani (præſertim nullo tunc repugnante)* proprio ſuo, & inſigni titulo noluiſſent vti; aut Antichriſtianum vſurpare ijs, *vnquam licuiſſet. Secundò.* Inſigni & proprio ſuo titulo Gregorius, *inquis,* vti noluit, vt facilius comprimeret Conſtantinopolitani Epiſcopi ſuperbiam, qui eum ſibi falſo arrogabat. *En inaudita politiæ mirabile documentum. viz. Rex legitimus, quò facilius reprimere poſſit perduelliis cuiuſquam contumaciam, nihil ſibi conſultius eſſe exiſtimet, quàm negare ſe eſſe Regem; & vt alterius furorem frangat (quod eſt, ſineat)*

[m] Bellar. quo ſup.

[*] Gregorius & Bellar. ſupra.

ſuam prodat maieſtatem. Iam ſequuntur

CAPVT XVI.

Argumenta quibus vniuerſalis Epiſcopi titulus profligatur. 1.

Epiſcopi Romani non ex aliqua Petri prærogatiua ortum hunc Capitis *titulum, ſed per ambitionem ab Imperatore extortum acceperunt. Aduoc.* [a] Bonifacius 3 & Gregorius 2 hoc magna cum contentione à Phoca obtinuerũt. [b] Id quidem Bonifacius tertius à Phoca Imperatore obtinuit, magna tamen contentione: Pontificis ſuaſione hoc factum eſt, vt omnes orbis Eccleſiæ Pontifici Romano obedirent, quod retroactis temporibus non ad vnguem ſeruabatur, maximè, a Græcis. *quis verò, obſecro, hic Phocas fuit?* [c] Phocas, extincto Mauritio eiuſque filijs, Romanorum imperium inuadens per octo annorum curricula, principatum obtinuit: hic rogante Papa Bonifacio, ſtatuit ſedem Romanæ Eccleſiæ caput eſſe omnium Eccleſiarum. *Nempè qui antea legitimo Imperatori parricidium intulit, nunc hanc inuexit (ſic enim Gregorius vocat)* Blaſphemiam.

[a] Platina, Cuſpin. Carion, Pollio Virg.
[b] Naucleru Vol. 2. genc. 31. & Ammonius Monach. lib. 4. ca. 4.
[c] Paulus Diaconus de geſt. Longobard. cap. 37.

Argumentum. 2.

Illum alterum vniuerſalis Epiſcopi, *titulum ſacratiſſimi Concilij Epiſcopi vniuerſi, Romanis Pontificibus, tanquam alienum & peregrinum ſublatum vnanimiter voluerunt. Aduoc.* [d] Concilij Africani Canon extat, in quo cautum eſt. Vniuerſalis autem Epiſcopus, nec Romanus Epiſcopus dicitur. *reſpondè. Aduerſarius.* [e] Hæc verba, quia Gratiani ſunt, non habent autoritatem. *ecquid præterea?* [f] Non nomen, Princeps Sacerdotum, ſed nomen Exarchi, quod erat profanum, ſublatum eſſe voluerunt. *at Aduocat.* [g] Canon. 26. Concilij Africani, PRIMAE SEDIS Epiſcopus, inquit, non appelletur princeps Sacerdotum, aut ſummus Sacerdos, aut aliquid huiuſ-

[d] Gratianus.
[e] Bellar. cap. 31.
[f] Coſterus Ieſuita, Enchir. de Pont. Ob. 8.
[g] Lindanus panopl. li 4. ca. 93

huiuſmodi. [h] Sic ſe habent Concilij verba, vniuerſalis autem Pontifex, nec Romanus appelletur. Non placuit Concilio Africano, vt Romanus Pontifex appelletur Vniuerſalis, quippe ſtuduit illa ætas (quæ vicina erat Apoſtolorum temporibus) modeſtiæ ſimul & humilitati, non placuit Concilio Titulus glorioſus. [i] De quo in Concilio Africano cautum eſt. *Si igitur minus gratus vobis videtur Gratianus veſter, at Lindanus, Roſſenſis, Cuſanus non ſunt contemnendi: quibus fortè exploſis, integrum tamen nobis ſemper erit ad ſummum Pontificem confugere.* [k] Gregor. Epiſt. 22. dicit nullum Epiſcopum ita principatum gerere, vt omnia membra Eccleſiæ ſint ei ſubiecta: quinimo eum Lucifero ſimilem eſſe dicit, qui hoc præſumit. *In quo hoc occurrit obſeruatione noſtra dignum. Gregorius, qui ex Pontificibus primus ſe nominauit* Seruum Seruorum, *penultimus negabat ſe eſſe* Epiſcopum Epiſcoporum. *Titulus alter in Pontificum Bullis iam hypocriſin redolet, alter verò tyrannidem.*

[h] *Roſſenſ. in Confut. Aſſer. Lutb. verſ. 8.*

[i] *Card. Cuſanus vide ſupra Apolo. part. 1. lib. 1. cap. 80.*

[k] *Cuſanus Card. lib. 2. de Concord. Catbol cap. 34.*

Argumentum. 3.

Aduerſarius. [l] Obijciunt Aduerſarij nobis Concil. Nicæni Canonem 6. qui ſic habet in Tomis Conciliorum. Mos antiquus perduret in Ægypto vel Lybia, & Pentapoli, vt Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem; quoniam Epiſcopo Romano parilis mos eſt. Reſpondeo. *Reſponſum tuum petat Lector, & facilè obſeruabit te ſine inſigni Antiquitatis iniuria non poſſe effugere. reſpondes enim.* Deeſſe libris vulgatis initium Canonis. *at vulgati libri veſtri ſunt, & valde antiqui. Deindè ais* hæc expoſitio Ruffini lib. 10. hiſt. Eccleſ. Cap. 6. decretum eſſe vt Alexandrinus Epiſcopus habeat curam Ægypti, SICVT habet Romanus curam ſuburbicarum Eccleſiarum, falſa eſt. *Et tamen Ruffinus inter antiquos ſcriptores numeratur, tum, expoſitio, inquis,* Nili falſa eſt: *Et tamen Nilus Autor Græcus fuit.*

[l] *Bellar. lib. 2. de Rom Pont. cap. 13*

Ad

m Card. Cuſanus lib. 2. de Concor. Cath. cap. 29.

Ad rem. Aduoc. [m] Nicæna Synodus IVBET antiquam conſuetudinem ſeruari, per Ægyptum, Pentapolin, Lybiam, ita vt horum omnium Epiſcopus Alexandrinus poteſtatem habeat, qui in ROMANA ciuitate huiuſmodi mos præualit, magna Synodus antiquam conſuetudinem *(adeoque in Romano)* in metropolitanis OMNIBVS ſeruari IVBET. *Deinde multus es in hoc argumento, quod iam non vacet mihi diſcutere, ſatis nobis eſſe debet formam illam priorem* 1. *à* * *Ruffino tradi* 2. *à* * *Leone Pontifice agnoſci.* * Inter fines proprios (quos conſtituerunt Patres) ſe quiſque exerceat. 3. *à* * *Concilij Africani Patribus vendicari: tritum eſt illud Hieronymi,* *Omnis Epiſcopus ſiuè Eugubij, ſiue Romæ, vel Tanais &c. eiuſdem eſt meriti & Sacerdotij, ſiquidem omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt: *vbi nemo ſummere debet* Sacerdotium *abſque iuriſdictione magis quam Imperium abſque autoritate. nec non illud* * *Cypriani.* Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur *& rurſus.* * Singulis Paſtoribus portio gregis aſcripta eſt, quam regat vnuſquiſque, & gubernet, rationem ſui actus Domino redditurus. *Domino Chriſto, non Domino Papæ cuius autoritati Cyprianus in* * *publico Concilio acerrimè repugnabat.*

** Supra.*
** Epiſt. 53.*
** Epiſt. ad Cæleſtinum.*
** Hieron Epiſt. ad Euagrium.*
** Lib. de Vnit. Eccleſ. ſeu ſimpl. prælat.*
** Lib. 1. Epiſt. 3.*
** Vide ſupra Apolog. huius part. 1. lib. 2. cap. 3.*

CAVT XVII.

Concluſio, in qua totum hoc titulorum Argumentum faſtuoſum leui, quaſi, oris reflatu diſſoluitur, & diſſipatur.

a Semeni. lib. 4. Biblioth. Tit. Ambroſius.

b Poſſeuinus Ieſ. in Apparat. ſacro, Tit. Auguſtinus.

Aduocatus. [a] Imperator Theodoſius Ambroſij virtutum celſitudine cõmotus, publicè in ſummo templo Conſtantinopolitanæ vrbis exclamabat: Ἀμβρόσιον ὅλον μόνον ἐπίσκοπον ἀξιῶς καλόμενον. hoc eſt, Ambroſium noui SOLVM Epiſcopi nomine dignum, [b] Auguſtinum, Synodus & Patres, Illuſtriſſimum Latinorum doctorem vocarunt. Hieronymus (Epiſt. 25. ad Auguſt. tom. 2. operum Auguſt.) ſcripſit ſe dilexiſſe in Auguſtino dominum Saluatorem:

Paulus

Paulus Epiſcopus Nolanus vocat eum, Sal terræ, & lucernam dignè ſuper Candelabrum Eccleſiæ poſitum, & apem Dei. Rupertus Abbas, columnam & firmamentum veritatis. [c] Gregorius Nazianzenus laudat Athanaſium: creditur illi, inquit, populi Alexandrini præſidentia, quod perinde eſt, ac ſi dicam TOTIVS ORBIS præfectura, id eſt, ſic præfuit, vt vniuerſis præeſſet, quia illa ſedes, quam ille ſartam tectam defendit, ad omnes ſpectat. Simile quid Gregorius tradit in Orat. de Cypriano. Non enim ſoli Carthaginenſi Eccleſiæ præfuit, *inquit*, ſed VNIVERSO OCCIDENTI, imo Orienti, & meridei ac ſeptentrioni, quocunque ille admiratione ſui peruenit. Hæc ille Sanctus. Hoc eſt dictum propter fidem communem, in qua cum Carthaginenſibus Eccleſiæ vniuerſæ conſentiebant. *Fingite itaque ex huiuſmodi titulis ſenſum quem lubet: hoc demum erit conſectarium: aut huiuſmodi titulis Romanum Epiſcopum orbis Monarcham & Paſtorem vniuerſalem non demonſtrari, aut alios ſanctos Patres quamplurimos iamdiu Monarchas ſpirituales ipſis Pontificibus Romanis multò illuſtriores fuiſſe. Quid multa? Tituli* vniuerſales *iſti vniuerſi, quibus ſancti Patres atque Pontifices Romani olim propter eximium zelum, pietatem, eruditionem, fideiq; conſtantiam ornabantur, ſingulare eorum ſtudium declarant, non vniuerſale Dominium. Curam, inquam Patrum vniuerſalem ſignificant; non quam in vniuerſos, ſed quam pro vniuerſis habuerunt. Habuerunt, inquam, nunc verò iudicij, ſtudij, conſtantiæ, ſanctitatis titulos indoctiſſimi homines & ab omni cura, fide, pietate remotiſſimi, ſibi vendicant. Quid autem titulus rei expers? quid? enanida corporis vmbra. Iam à Titulis, ſeu Appellationibus nominalibus quaſi, ad Appellationes (vt ita ducam) legales quæſtio ipſa traducitur.*

[c] Salmeron Ieſ. Com. in 1. Pet. §. diſp. 8. § Et dicendo.

CAPVT XVIII.

De Appellationibus ad Romanos Pontifices, de quibus Pontificij non mediocriter gloriantur.

Aduersarius. [a] Idem ab Appellationis exemplis proba tur: *sed eodem ingenio & successu.* 1. Athanasius (*inquis*) à Concilio depositus appellabat ad Iulium primum Romanum Pontificem, & ab eo restitutus est, vt patet ex* Sozom. *Ergone Iulio subiectus Athanasius? locus ipse te refellit.* * Athanasius Romam fugiebat, vt periculum effugeret. *Aliud autem est periculi causa ad superiorem confugere, aliud ad eundem iuris causa appellare.* Chrysostomus (*inquis*) ad Innocentium primum appellabat, vt patet ex Epistola eius ad Innocentium. *Locus nihil tale euincit, solatium petit, de Appellatione ne γρῦ quidem, nec enim se vllius criminis commissum esse queritur.* Marcion (*inquis*) ad Pium primum appellabat, vt patet ex* Epiphanio, *Locus causam tuam iugulat, nam hereticus à Patre suo communionem petit, pater negat, ille Romam fugit, Responsum à Papa tulit.* * Non possum sine Patris tui permissione. *Postremo.* Multi (*inquis*) à Cypriano ad Stephanum appellabant, vt liquet ex Cypriano: *sanè, sed Cyprianus transfugas reuocat.* Veniant (*inquit*) ad nos. *Et Pontificem obiurgat,* Qui eos recipiunt, delicta cumulant. *Quantum profundis naniarum? præstat autem tacere quàm nihil dicere: nec deest nobis in hac parte Aduocatus.* [b] Nemo Episcoporum vsque ad tempora Constantini primi in alios iurisdictionem coactiuam exercebat, in quibus dubitabant tam de Scriptura, quàm de ritu Ecclesiæ. non audentes se publicè congregare, consulerunt Ecclesiam Romanam, propter maximum fortè fidelium numerum Romæ existentem, aut magis peritorum, &c. *paulò post.* Et sic Aurelienſis Vniuersitas Parisiensem requirebat pro suis regulis, cùm

a Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 21.

* Sozom. lib. 3. cap. 21. Sozom. lib. 2. cap. 8.

* Epiphan. hæres. 42.

* Cypr. lib. 1. Epist. 4. Epist. 3.

b Marsilius Patauinus tom. 2. cap. 16.

cùm tamen non erat Parisiensi subiecta. *Ne forte quis exemplum petat.* [c] Augustinus Epistola 162. ad Glor. in causa Ceciliani & Donati ad eos qui se contra sententiam Miltiadis Papæ opposuerunt, dicentes, Malos Iudices perpessi sumus, respondit: Ecce putemus eos, qui Romæ iudicârunt malos fuisse, restat Concilium, in quo cum ipsis Iudicibus possit agitari causa. *Historiæ huius (si cuiquam recolere eam vacauerit) hanc esse summam reperiet. Pontifex non iam suo iure Iudex intercedit, sed Constantij Imperatoris iussu, vnà etiam cum aliis collegis delegatus, hos omnes* Donatus *arbitros admittit, damnatur, à Pontifice appellat* Aurelatensem Episcopum, *Imperator arbitrum constituit, vt causam diligentiùs examinet, cuius iudicio rursus conuictus, est Reus: ad Imperatorem prouocat denuò; tantam hominis peruersitatem Augustinus cohibiturus,* Ecce putemus, *inquit*, eos, &c. *Appellationem tam à Pontifice Romano, quàm ab Arelatensi Episcopo probant, & Concilij auctoritati vtramque pariter subiungens. Secundo.* [d] Damasus Papa in causa Bonasi Episcopi quã synodus (*particularis & quidem in Italia*) susceperat, negat sibi iudicandi formam competere. *Non modò non conuenire, sed non* competere sibi iudicandi formam: *quod est, se non posse de Bonaso legitimè iudicare.*

[c] *Cusanus Card. lib. 2. de Concor. Cathol. cap. 17. & 18.*

[d] *Card. Cusanus quo supra.*

Appellationis Romanæ ius maximum fraude magis quàm fide niti.

Aduersarius. [e] Nemo hactenus fuit Catholicus, vel Princeps, vel Præsul, vel Scriptor, qui mendacij, vel malæ fidei Romanos arguerit. *Nemon'? Aduocatus.* [f] Episcopi Romani Sozimus, Bonifacius, & Cælestinus missis Legatis ad Concilium Carthaginense sextum (*cui Augustinus interfuit*) contendunt, Decreto Conc. Nicæni constitutum esse, vt Episcoporũ omniũ causæ ad Romanæ sedis Cognitionẽ pertinerent, ibi Patres Concilij, inspectis O-

[e] *Cotterus Iesuit. Enchir. cap. de summo Pont. § Constat.*

[f] *Tom. Conc. pag. 37. de Conc. Carthag. 6.*

riginalibus, quæ in Archiuis orientalium Eccleſiarum Alexand. Conſtantinop. Antiochenæ ſeruabantur, CRIMEN FALSI deprehendunt, Appellationem ad Romam prohibent, Aliæ, inquiunt, Eccleſiæ habent Spiritum Sanctum, vt cauſas cognoſcere & dijudicare poſſint. *Sed de his vberrimè f ſupra. Placétne interim, Lector, vertiginoſos ſpiritus aliquos contemplari? de hoc Concilio Stapeltonus,* g Huius Concilij decreta (*inquit*) pro ſuo iure iſti Patres temerè ſanxiuerunt, & diſceſſerunt à maiorum ſuorum obedientia, atque exemplis. *Et tamen Sanderus contendit in hoc Concilio.* h Primatum Pontificis Romani vehementer confirmari. *Alter conuitio pugnat, alter mendacio.*

g Stapelt. Controuerſ. 3. de Princ. quæſt. 7.
h Sanderus de viſib. Monarch. lib. 7.

2. *Crimen falſi.*

Concilium Mileuitanum Can. 22. ſic ſtatuit: Quòdſi ab ijs (*id eſt, Epiſcopis vicinis*) prouocandum putauerint, non prouocent, niſi ad Africana Concilia, vel ad primates prouinciarum ſuarum: ad tranſmarina autem qui putauerit appellandum, à nullo intra Africam in communionem ſuſcipiatur. *Hic Canon in rei viſceribus inhæret, Aduerſarius.* i Reſpondent aliqui cum Gratiano, qui 2. Quæſt. 6. Can. Placuit, addidit, ad hunc Canonem exceptionem, NISI FORTE AD APOSTOLICAM (*Romanam*) ſedem appelletur. *Aduocatus.* k Sed hæc exceptio non videtur quadrare, nam præcipuè propter Romanam Eccleſiam Africani ſtatuerunt, vt non liceret appellare vltra mare. *Enigitur Gratiani, adeoq; Monachorum in Patrum ſcriptis corrumpendis male fidei inſigne indicium. Tu verò, Aduerſarius.* l Canon ille tractat de cohibendis Appellationibus Presbyterorum & minorum Clericorum: at quæſtio de appellationibus Epiſcoporum proponitur, illud patet ex Concilio Sardicenſi (Can. 4. & 7.) quod Epiſcopos voluit ad Pontificem appellare: & Epiſt. Auguſtin. 162. (vt & ex verbis ipſius Concilij) idem colligitur. Licere Epiſcopis appellare

i Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 22. § Tertiò obiicit.
k Idem ibidem.
l Ibidem. § Igitur.

appellare vltra mare, minoribus Clericis non licere. *Tu de minoribus Clericis verum agnoſcis, vt tuum de maioribus mendacium quis minùs ſuſpicietur. Nam Auguſtinus, ne verbum quidem facit de Appellationibus, ſed ſimpliciter de conſeruanda cauſa integra inducio collegarum, non ſignificatis etiam nominatis tranſmarinis. Deinde.* Concilium Sardicenſe *appellandi decretùm liberum facit, non proprio aliquo Pontificis iure coactum, vt patet ex Can.* 3. Si veſtræ dilectioni videtur, Petri Apoſtoli memoriam honoremus, de ijs qui iudicaueruntur, & ſcribatur Iulio Romano Epiſcopo, vt per propinquos Epiſcopos, ſi opus ſit, iudicium renouetur. *Et* Can. 4. Gaudentius Epiſcopus dixit, Si videtur neceſſe eſſe adijci, &c. *Et* Can. 5. Si quis poſtulat ſuum negotium audiri, & ad ſuam ſupplicationem Romanorum Epiſcopum iudicare, viſum fuerit, &c. *Diſputo.*

Altera vertigo.

Aduerſarius. [m] Anno 142. Marcion (*Preſbyter*) excommunicatus à ſuo Epiſcopo in Ponto, venit Romam, vt à Romana Eccleſia abſolueretur. Ergo licuit ſemper ad Pontificem appellare. *Nimirùm, vt latro ad aſylum. Vtcunque. Aduo catus.* [n] Concilium Mileuitanum decreuit, ne Clerici inferiores ad loca tranſmarina appellarent. *Si ex facto Marcionis ius decreti Appellationis aſſerendum eſt, Mileuitani Concilij Canonem infringis, quia prohibuit,* Ne inferiores, &c. *ſin ex iure factum examinandum, tum non ſolùm minorum, ſed et maiorum Clericorum peruerſitas coercenda eſt: quia vt Africani Patres deſiniuerunt,* * Etſi de inferioribus Clericis videtur (*Canon Nicænus*) præcauere, quantò magis hoc de Epiſcopis voluit obſeruari? *Et paulò poſt* Decreta Concilij Nicæni, ſiue inferioris gradus Clericos, ſiue Epiſcopos ſuis Metropolitanis apertiſſimè commiſerunt. *Et ſanè Patriarcharum aliorum par fuit in Appellationibus autoritas.*

[m] *Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. ca. 21 §* Anno.

[n] *Bellar. iam ſupra.*

* *Epiſt. Concil. Carthag. 6 ad Cœleſtinum Pont. Rom.*

Tertia Vertigo.

Chalcedonenſis Synodus, Imperatore Marciano, contra Eutychen. Can. 17. Si quis iniuria afficitur à proprio Metropolitano apud Exarchum Diœceſis, vel apud Conſtantinopolitanam ſedem litiget. *Reſponde. Aduerſarius.*

o Bell. lib. 2. de Rom. Pont. ca. 22. § Secundo reſponderi.

o Reſpondeo, iſtos omnes Canones non habere robur apud nos, niſi quatenus ſunt renouati à Romanis Pontificibus. *Siccinè Concilium & Orthodoxum illudis? Siccinè ex antiquitatis ruina atque contemptu ſtructuram facis inſulſiſſimæ nouitatis? Quorſum erit inſuper Concilij Antiocheni (ſub Conſtantio) decretum proferre?* Can. 15. Si quis ab omnibus Prouinciæ Epiſcopis fuerit condemnatus, is ne amplius ab alijs iudicetur, ſed Prouinciæ Epiſcoporum firma maneat ſententia. *Quorſum attinet alia rationum momenta recolere, vt, nimirum, ipſos Epiſcopos Romanos ad Concilium, tanquam ſummos Iudices, prouocâſſe, vt* * Liberium in cauſa Athanaſij; * Innocentium in cauſa Chryſoſtomi; * Leonem in cauſa Anatolij? *Quorſum valet oſtendere Patres ſanctiſſimos,* * Polycarpum ab Anacleto Pontifice, * Epiſcopos Aſianos à Victore, * Cyprianum *etiam in hac Appellationis quæſtione,* à Stephano, *ſeruatâ Eccleſiæ vnitate, liberè diſcordâſſe? Quorſum, denique, facit, Conciliorum decreta contra Pontificios vrgere, apud quos hoc decretum eſt & conſtitutum* nullum Canonem *admittere*, qui non eſt à Pontificibus ſancitus aut renouatus? *Hactenus fidem Pontificiæ authoritatis euentilauimus: nunc authoritatem fidei ſuccinctè dilucidéque examinemus.*

* Theodor. hiſt. lib. 2. cap. 16.
* Sozom lib. 8. cap 26.
* Leo Epiſt. 33. ad Theodoſium.
* Irenæus apud Euſeb. lib. 5. cap. 24.
* Euſeb. quo iam ſupra.
* Epiſt. ad Pompeium. & epiſt. 68. apud Gamel.

CAPVT

CAPVT XIX.

Quæstio, An hic Iudex vester supremus Pontifex Romanus ita Petri sedem possidet, vt Petri fidem quoque infallibiliter teneat, nec vnquam in hæresin incidat.

Status quæstionis.

[a] CVm quæritur an Pontifex possit esse Hæreticus, duplex persona est in Pontifice distinguenda, priuata & publica; nempe, vt est Doctor priuatus, & vt est publicus Ecclesiæ Pastor. *Esto. Personam vtramq́, contemplemur.*

[a] *Costerus & Iesuitæ alij.*

Papa secundum personam priuatam numquid Hæreticus esse non possit? sententia prima refutatur.

Aduersarius. [b] Pontifex Romanus (inquit Pighius) non potest esse Hæreticus, nec vt priuatus Doctor quidem. *Aduocatus.* [c] Hæc opinio in altero extremo est: dicimus in præceptis & iudicijs particularibus absurdum non esse Pontificem errare. *Vides periculum, nec times tamen præcipitium infra in secunda sententia. Interim rectè, vt vestrûm aliq́ quidã.* [d] Dico nullum apud nos (*quasi vero Pighius vester nullus fuerit*) dubium esse, Romanum Pontificem, vt hominem priuatum, errare ac in hæresin labi. [e] Papa vt priuata persona, vel vt priuatus Ecclesiæ doctor, vt sententiam suam veram esse putat, hæreticus esse possit.

[b] *Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 2. § Tertia opinio, & cap. 5.*
[c] *Idem ibidem.*
[d] *Costerus ref. Apolog cap. 2.*
[e] *Gregor. Valen. ref. Austy. lib. 8. ca. 3 § Id autem.*

Exemplæ hæresewn, vt ainnt, quoad priuatam personam.

[e] *Aduersarius.* (*Non in hoc Aduersarius, quòd fatetur hæresin, sed quod fingit personam.*) [f] Gregorius tertius definiuit,

[f] *Valen. Vs. Anal fidei lib. 8. cap. 3. § Item neque.*

Si mulier ob infirmitatem debitum reddere non poſſit, licere viro alteram ducere. Intelligitur planè de infirmitate aliqua, qua ante matrimonium initum mulier corrupta fuerat, tunc enim matrimonium non eſt validum. *Sed reſponſum hoc veſtrum minus ſatis enim.* [g] Pontificem ex ignorantia lapſum eſſe, quod poſſe accidere Pontificibus concedimus, cùm non definiunt aliquid tanquam de fide, ſed ſolùm opinionem ſuam alijs declarant. *Aliquid ad fidem pertinens, ex fide & animi ſententia, tanquam certum definire, &* non de fide, *equidem non video quâ fide aſſeri queat. Perge verò.* [h] Docuit quidem poſſe in quodam caſu cum licentia vxoris aliam vxorem ducere, vt vir duas haberet: quod tunc non erat exploratus error. *Non tollerabile reſponſum, polygamia, (quod eſt plures vxores habere)* Tunc, (*viz. tempore Gregorij* 3 [i] Anno *numirum* 730) *error exploratus, ſcilicet non fuit, qui erat à Chriſto, ab Apoſtolo, a iure naturæ, & à Patribus ſi modo diſertè damnatus. Aduocatus.* [k] Chriſtus Matth. 19. reuocat matrimonium ad primam inſtitutionem: [In initio Deus fecit maſculum & FOEMINAM, &c.] [& adhærebit vxORI &c.] [eruntq; duo in carne VNA.] Quibus apertè indicat, Deum voluiſſe matrimonium eſſe coniunctionem vnius cùm vna, non cum pluribus, & hanc vult deinceps valere: [Ab initio autem non fuit ſic.] & [Itaque iam non ſunt duo ſed VNA caro.] probatur ex Apoſtolo, qui vbicunque loquitur de matrimonio, ſemper loquitur de vxore IN SINGVLARI. [1. Corin. 7. Vnuſquiſque ſuam vxorem habeat.] [Alligatus vxori] & eſt polygamia legi naturæ repugnans, nec ſine diſpenſatione Dei licita. Accedat conſenſus Patrum. Ambroſij, (*qui vixit anno 380.) Auguſtini, (*anno 400.) Chryſoſtomi (*qui vixit in anno 380.) *Vtrum igitur tibi hoc probanti credam potiùs, an illud dicenti tantum? id eſt vtrum vigilanti, an dormienti? Quid præterea?* [l] Docuit quidem Nicolaus 1. Baptiſmum ſine expreſſione trium perſonarum eſſe ratum: error hic de fide, fateor, ſed hoc dixit cum ſententiam ſuam obiter exponere voluit, vt Doctor particularis, *Hoc quoque reſponſum fide caret, vt infra probabimus:*

[g] *Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. ca. 12. § Sed contra.*

[h] *Bellar. ibidem.*

[i] *Coſterus Ieſ. in Catalog. pontif.*

[k] *Bellar. lib. 1. de Matrim. cap. 10. per totum caput.*

**Coſterus in Catalog. pontif.*

[l] *Bellar. lib. 4. de Rom Pont ca. 12. § Viceſimus ſextus.*

bimus : ſed vobis nimirum Papa videtur eſſe in calceis (vt dicitur) alius, alius in ocreis.

Sententia ſecunda labefactatur.

Aduerſarius. [m] Probabile eſt & piè credi poteſt Pontificem Romanum, etiam vt particularem perſonam hæreticum eſſe non poſſe, falſum aliquid contra fidem pertinaciter credendo. *nimirùm, piè credi poſſit, quod verè nequit : hoc tum opinio communis, tumetiam neceſſaria ratio ſuadet. Opinio. Aduocatus.* [n] In Luc. 22. [Pro te orani Simon, vt non deficiat fides tua.] id eſt, pro Petro, ne vnquam poſſit à fide deficere, imò etiam nec errare in fide, falſam aliquam aſſertionem, quæ ſpectaret ad fidem, tenendo : Aliud enim eſt in fide errare, aliud deficere à fide, vel in fide : deficit ſanè homo à fide, vel in fide, cum INFIDELIS EFFICITVR, errare autem in fide etiam fidelis poteſt, dum tamen non ſit in errore pertinax : nec Petrus, ex quo Petrus fuit, nec vllus Apoſtolus errare in fide potuit : illud Petri factum, quod Paulus redarguit, erat à ſalutis Iudæorum deſiderio profectum. hæc de Petro, de quocunque autem alio Papa nihil prohibet aſſerere, ipſum quoque, vt priuatum errare poſſe, & *(quod eſt* [o] Infidelem fieri) à fide deficere : etſi *(inter quos Bellarminus)* NOVI aliqui Doctores contrarium defendere tentauerint, præter COMMVNEM Doctorum ſenſum. Verùm, noſtra ſapientia non ſunt fingenda priuilegia, vbi non ſunt neceſſaria. *Ratio vera, quia,* [p] Papa, vt priuatus Doctor, hæreticus eſſe poſſit : [q] At hæreticus non eſt, qui paratus eſt corrigi, eſt enim pertinacia de formali ratione hæreſeos. *Tu verò concedis Papam hæreticum, negas poſſe eſſe pertinacem; perindè quaſi doceas, hæreticum non hæreticum eſſe piè poſſe credi. huc refer Gregorij errorem craſſiſſimum, vbi dicis. Aduerſarius.* [r] Eum ex ignorantia lapſum eſſe. *an ergò non ex pertinacia? Imò Aduocat.* [ſ] Ignorantia craſſa à pertinacia non excuſat. *Ad alterum diſtinctionis membrum veniamus.*

m Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 6 in initio.

n Salmeron Iſ. Com. in Galat. 2. diſp. 24 De reprehenſione Petri. § Ad quartam. *&* § Excuſabilius. *& ſeq.*

o Idem iam ſupra

p Iſuita ſupra.

q Aquinas Sum. part. 2. & Canus locis theol. lib. 12. cap. 18.

r Bellar. ſupra.

ſ Tolletus Iſuita lib. 1. Inſtruct. Sacerd. cap. 19. § Hæretici, &c.

CAPVT XX.

An perſona Papæ publica deficere à fide poſsit. 1. quid ſit perſona publica; & quid ſit, vt vocant, in Cathedrâ ſedere.

Status quæſtionis.

[a] NOn quiſque tenetur credere, quod ipſe Papa credit, ſed quod profitetur, docet, mandat, omnibus legitimè credendum: hoc modo ([b] quod eſt ſedere in Cathedra) nihil definire poſſit contra fidem: eſtque hæc prærogatiua ſedis illius, non perſonæ, & data ei non propter ſe, ſed propter Eccleſiam. *Et* [c] perſona publica eſt quando de fide conſultus ex officio reſpondet, & decernit, toties non poſſit errare. [d] Proteſtantes contra.

[a] Salmeron 1ſ. quo ſupra
[b] Ibidem § Deinde.
[c] Stapeltonus de Princ. doctr. Controu. 3.
[d] Bellar. lib 1. de Pont. Rom.

An demum Pontifex publicè aliquid definiens ſit iam ſupra Iudices externos alios omnes ſupremus; atque etiam contra omnes ſolus Iudex infallibilis agnoſcendus.

Quid ſi cum Patribus antiquis conferatur? [e] Patres non ſunt Iudices. *ſi cum aliis Epiſcopis?* [f] Epiſcopi alij errare poſſunt. *ſi cum Conciliis publicis?* [g] Non ſunt hæc abſolutè neceſſaria. *ſi cum Conciliis prouincialibus ſuis?* [h] Eſt ille ſupra Concilium, vt ſi aliquid Concilium definiat, penes ipſum eſt approbare omnia, aut abrogare. *quid ſolus tandem? Adnerſarius.* [i] Omnibus penſitatis Papa Romanus eſt ſummus Eccleſiæ Iudex. [k] Interpretatio Papæ eſt ſenſus Spiritus Sancti. [l] Et omnis Scripturæ regula. [m] Qui licèt, vt priuatus Doctor, hæreticus eſſe poſſit, at vt perſona publica, & ſummus Eccleſiæ iudex, non poſſit hæreſin definire, & Eccleſiæ recipiendam eam tradere. [n] Priuilegium fidei indeficientis non ita perſonale eſt Romano Pontifici, vt interior Romani

[e] Bellar. ſupra.
[f] Idem ſupra.
[g] Bellar. infra.
[h] Idem infra.
[i] Stapleton. de doctr. princ. li. 6.
[k] Bellar. lib 3. de verbo Dei cap. 4.
[l] Ibidem cap. 5.
[m] Valent. 1ſ. Analyſ lib. 8. c. 2.
[n] Canus locis theol. lib. 6. cap. 8. pag. 224. b.

Romani Pontificis fides conformetur, ſed nè priuatus error Eccleſiæ noceat, non credenda fidelibus imponendo, Deus Pontificibus aſſiſtit. [a] Eum docere alios hæreſin poſſe, vel errorem proponere, id conſtanter negamus.

[a] *Coſterus Ieſuit. Enchir. de ſumma Pont.* §Fatemur

CAPVT XXI.

Diſtinctionis, atque adèo defenſionis huius fibras omnes facillimè radicitus euellemus, ex Theſi, atque ex hypotheſi: ex Theſi tum generali, tum etiam particulari.

Theſis generalis: Nullus eſt omninò in Eccleſia cuius iudicium eſt infallibilis autoritatis.

Aduerſarius. [a] Non quid, ſed quis loquatur, fidelis populus attendere debet: Ordinarius Paſtor audiendus eſt, non iudicandus. *Atheologon. in quo tu ex ore tuo iudicandus prodis. Aduocat.* [b] Verus Paſtor (vt Patres docent) non eſt dignoſcendus ex perſona, quam gerit, quia ex Paſtore fieri poteſt lupus, ſed ex doctrina. *ſed de hoc* [c] *infra opportunius & locupletius.*

[a] *Stapleton. infra*

[b] *Idem ibidem.*

Theſis particularis: Qui in perſona priuata hæreticus eſt, is in perſona publica non poteſt non hæreticè definire. Quod ex Ratione & Confeſſione probamus.

Ratio.

Aduocatus. [c] Papam vt priuatum Doctorem à fide poſſe deficere (*quod eſt* pertinacitèr errare) eſt communis opinio. [d] Tam eſſe poteſt in fide defectibilis, quã in moribus peccabilis. *Aſſumamus* [e] Rogaui pro te nè deficiat fides tua, id eſt, nè in throno tuo vera fidei prædicatio. At quo-

[c] *Sabunens Ieſ. quo ſupra.*

[d] *Stapleton prin. doctr. lib. 12. 4.*

[e] *Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. ca. 6.*

modò, quæſo, confirmabit fratres in fide, & veram fidem ſemper prædicabit Pontifex hæreticus ? poteſt quidem Deus ex corde extorquere hæretico veram fidei confeſſionem, ſicut poſuit quondam verbum in ore Aſinæ Balaam: at violentum hoc erit, & non ſecundum morem prouidentiæ Dei, omnia ſuauiter diſponentis. *Rectè. & tamen talem nobis Doctorem* in ſe hæreticum *ſocij tui propinârunt: quanquam profectò tutius erit ab Aſina verè erudiri, quàm ab ipſo Balaam Propheta falſo ſeduci. hæc itaque diſtinctio*, Papa, vt doctor priuatus, errare poſſit, vt publicus non poſſit, *ridiculo Caietani commento non abſimilis videtur. Ille.*

Inſulſum commentum.

f Caietanus vt refert Catharinus iam infra.

Aduerſarius. [f] Apud Matth.14. [Puellâ petente Iohannis caput, [Triſtatus eſt Rex] quibus verbis Euangeliſta optimè pinxit non Herodem, qui affectabat occidere; ſed Regem, quia exteriori ſigno officium contriſtati Regis oſtendit: ſimulata ergo fuit illa contriſtatio. *Aduocatus.*

g Catharinus Annot. aduerſus Caietan. in Poſtrema parte lib. § Et poſtquam. litera a. pag.339

[g] Ego verò picturam hanc optimam non ſatis perſpicio: ſi enim verè contriſtatus eſt Rex, & Rex eſt Herodes, cogor confiteri iuxta meam logicam, etiam contriſtatum Herodem; & ſi Herodes vult occidere Iohannem, Rex vult occidere: & ſi Rex fingit nolle ſe occidere eum, etiam Herodes fingit. *Hac Catharini Logica acumen veſtrum obtundit.* Papa, *inquitis*, vt Priuatus Doctor, *(exempli cauſâ)* Clemens errare poſſit; at vt Papa, id eſt, publicus Paſtor, non poſſit. *vt Herodes Rex, ſic Clemens eſt Papa: picturam Caietani fingitis, Catharino iudice, inuiſibilem. quemadmodum ſi quis fingat Caium imperitum eſſe quatenus homo eſt: quatenus autem Iuriſconſultus eruditum, videlicet Iuriſconſultum peritum: hominem imperitum: abſurde. ſic ratio nos docuit.*

Diſtinctio

Diſtinctio illa ex Pontificiorum, imò etiam ex Pontificis confeſſione ſubuertitur.

Aduerſarius. [h] Secunda opinio, Pontificem, vt Pontificem, poſſe eſſe hæreticum, & docere hæreſin, ſi abſque generali Concilio definiat, & hoc de facto aliquando accidiſſe. Sed hæc eſt opinio omninò erronea, & hæreſi proxima: nam Pontifex eſt ſupremus Iudex in præceptis & dogmatibus definiendis. *ex quo intelligimus, non videri vobis Concilium Pontificis Cathedram, ſed ſuum publicum arbitrium. Aduocatus.* [i] Hanc opinionem ſecundam tuetur Nilus Græcus Epiſcopus; eandem tenuerunt aliquot Doctores Pariſienſes, vt Gerſon, Almayn, nec non Alphonſus de Caſtro, etiam Adrianus ſextus Papa. *Ex his argumentamur: Si theſis veſtra:* Papam, vt Papam, non poſſe eſſe Hæreticum, *ſit (vt vultis)* de fide, *tum Hæreticus fuit Papa Adrianus, qui contrarium ſtatuit: ſi Adrianus Papa hæreticus non fuit; hæreſis non erat, credere* Papam, vt Papam, *poſſe eſſe hæreticum. ſi hoc negatis, Papa Adrianus hæreticus fuit; ſi affirmatis, Papa quilibet hæreticus eſſe poſſit: propterea diſtinctionem veſtram nouitas cudit, quia.* [k] De quolibet Papa, præter B. Petrum prima concluſio ſit: Nihil prohibet Papam errare etiam in fide poſſe, & deficere; etiamſi quidam nouitij Scriptores auſi ſunt oppoſitum defendere. *paulò poſt.* Papa cum fidem amittit etiam Papatum amittit. [l] Multi Pontifices apoſtatârunt à fide. [m] Etiam Angelos Apoſtatas legimus, & primos fratres parricidas, Prophetas reprobos, etiam hæreticos extitiſſe. *à Theſi ad Hypotheſin deſcendamus.*

[h] *Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. ca. 2. § Secunda opinio.*

[i] *Bellar. ibid.*

[k] *Catharinus c. 8. in Gal. 2.*

[l] *Lyranus Com. in Matt. 16.*

[m] *Agrippa de vanit. ſcient. c. 82.*

CAPVT XXII.

Hypotheſis ſumpta eſt à ſubiecta materia, quæ eſt duplex,
1 *Pontifices vt Pontifices erraſſe in* { *dogmatibus fidei, præceptis morum,*
2 *Fortè non poſſe non errare.*

Primum fuiſſe.

a Coſterus Ieſuita Tract. de Pont. § Hoc priuilegium.
b Bellar. cap. 6. & 8.

A *Duerſarius.* [a] In tanto Pontificum numero, qui B. Petro ſucceſſerunt, nè quidem vnus ad hunc vſque Gregorium 13. adduci potuit, qui vel hæreſin docuerit, vel in errorem ſit lapſus. [b] Non poteſt probari vllum Papam fuiſſe Hæreticum.

Fuiſſe verò huiuſmodi multos exemplis & argumentis multis probatur.

Exemplum primum: Zepherinus Montaniſta.

c Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 6. & 8.
d B. Rhenanus in Marg. Tert. lib. aduerſus Praxeã.
e Bellar. cap. 8. § Sexta.
f Bellar. ibidem.

Aduerſarius. [c] Zepherinus non fuit hæreticus. *Aduocatus.* [d] Ex Tertulliano in libro ſuo aduerſus Praxeam liquidò conſtat, Zepherinum Montani opinionem approbaſſe. En Zepherinus Montanizat. *Ringitur Bellarminus. Aduerſ.* [e] Tertulliano fides non eſt habenda in hac re: & B. Rhenanus mentitur. *In quo tamen hallucinaris quia* [f] Credibile eſt *(inquis)* Zepherinum à Montaniſtis perſuaſum fuiſſe, doctrinam Montani non eſſe auerſam à doctrina Rom. Eccleſiæ, & ideo eum voluiſſe illis pacem reddere, quam Prædeceſſores eius abſtulerunt. *At enim credibile non eſt, eum ſibi ſpiritus aſſiſtentiam vendicare poſſe, qui hæreſin nequit à veritate diſcernere.*

2. *Mar-*

2. *Marcellinus Idololatra.*

Aduerſarius. [g] Marcellinus non fuit Hæreticus. *enimverò ſic ex facto Marcellini diſputamus. Eâdem vi cogi Marcellinus potuit Eccleſiæ præſcribere, Idololatriam ſectari: qua, ipſe publico ſuo ſyngrapho, Idololatriæ ſubſcribere cogebatur: at Aduoc.* [h] Fatemur fieri poſſe vt Petri Succeſſor Idola collat. [i] Marcellinus Idolis ſacrificabat externo actu ob metum mortis. *& Reges, Bellarmine, exemplo magis, quàm peccato nocent.*

[g] *Bellar. cap. 8.*

[h] *Coſterus Jeſuit. Enchir. Tract. de Pontif.* § Fatemur.

[i] *Bellar. ibidem.* § Decimus.

3. *Liberius Arianus.*

Aduerſarius. [k] Accuſatur ſanctiſſimus Pontifex Liberius Arianiſmi, ex corrupta hiſtoria Damaſi, quem Athanaſius eiuſdem ætatis Epiſcopus mirè prædicabat. *Sic in mirabiliter mentiens. nam nec erat Liberius* Sanctiſſimus, *& ab Athanaſio & alijs hæreticus habebatur. hoc. Aduocat.* [l] Proteſtantes audacter affirmant, Liberium Ariana hæreſi infectum fuiſſe, & ſanè teſtes habent ſuæ ſententiæ grauiſſimos, Hieronymum in Chronico, ATHANASIVM in Epiſtola ad ſolitariam vitam agentes, Damaſum in vita Liberij. Iſti dicunt enim inflexum fuiſſe ad ſubſcriptionem hæreſeos, & Hilarius dicit, eum maiori impietate ab Imperatore Conſtantio remiſſum, quàm relegatum fuiſſe. *ſed addis, Aduerſarius.* [m] Quamuis hæc ita ſe habent, tamen non erat hæreticus, ſed ſolùm *(ergò non* Sanctiſſimus, *ſed nè ſanctus quidem)* externo actu peccabat, nec enim ſententia eius cenſenda eſt, quam minæ extorſerunt, ſed quam liberi affectus proferunt. *Rurſus.* [n] Reſpondeo Liberium non expreſſè ſed interpretatiuè tantùm in hæreſin incidiſſe. *Inſtant Proteſtantes: Expreſſe fidem ipſam violat, qui Profeſſorem fidei damnat, propter ipſam fidei veræ profeſſionem. at Aduocat.* [o] Conſenſit in damnationem Athana-

[k] *Coſterus Ieſ. Enchir. Tract. de Pontif.* § Quæſitum.

[l] *Bellar. ibid. lib. 4. cap. 9. in initio.*

[m] *Ibid.* § Quod hæreticus: & § E quibus.

[n] *Ibid.* § Dicet.

[o] *Ibid.* § Quod hæreticus.

Athanaſij. *Reſponde. Aduerſarius.* At propter crimina obiecta, non propter fidem, Athanaſium damnabat, nam Ariani non cauſam fidei, ſed crimina circa mores prætexebant. *Purus putus hic prætextus tuus eſt. nam Aduocatus.*

p Ibidem. § Dicet aliquis.

p Athanaſium damnari permiſit, quem SCIEBAT cauſa fidei perſecutionem pati. *Inſtant ſecundò Proteſtantes, nullam eſſe perfidiæ notam expreſſiorem, quàm in acerrimo pro fide conflictu, cum Dei Aduerſarijs Communionem inire. at.*

q Idem Bellar. ib.

q Cum Valente & Vrſatio Arianis Liberius communicabat. *Occurre. Aduerſarius.*

r Idem ibidem. § Quod hæreticus.

r Cum Arianis communicabat, quia Catholicos eſſe ſe fingebant, vt ipſe Liberius ait in epiſtolis ſuis, quia inuenit eorum fidem congruere cum Catholica & alienam eſſe ab Ariana perfidia. *vel potius eorum perfidiam exploratam habuit. nam. Aduocat.*

ſ Idem Bellar. § Dicet aliquis.

ſ Cum valente, & Vrſatio communicabat, quos NON IGNORABAT hæreticos eſſe, etiamſi illi aliud ſe eſſe ſimularent. *Inſtant Proteſtantes tertiò, nihil eſſe in Arianiſmo exploratius, quàm aut Miniſtros Arianos de induſtria ordinare, aut abdicationem Pontificatus, in defenſionem Arianiſmi, ſuâ ſponte ſubire & ſuſtinere. at.*

* *Apud Sozom. lib.4 hiſt.cap.10. hoc in loco Bellarmino citatus.*

* Liberius Arianos Miniſtros ordinabat. *teſtes* Marianus Scotus, Sozom. lib.4 hiſt. Cap.10.

t Ibid. § Poſt biennium.

t Ex ſuſpicione hæreſeos meritò potuit Liberio Pontificatum *(quod Eccleſia iam ſecerat)* abrogari. *Nihil denique his omnibus cum publica Pontificis perſona coniunctius, ergò ipſa impudentia, etſi maximè velit, negare non poſſit Pontificem Liberium, vt Pontificem, in hæreſin incidiſſe, quod etiam alij non repugnanter nobis largiuntur.*

u Compilatio de Liberio.

u Hic Liberius erat Papa Hæreticus, nec legitur conuerſus ad fidem. *Denique?*

x Platina in vita Liberij, & in vita Felicis.

x Liberius cum Arianis ſentiebat, indignus qui in Catalogo Pontificum numeretur. *Patronus.*

* *Sozom. lib. 4. cap. 14.*

* Cum Liberium Imperator reuocâſſet preſentibus legatis Occidentis ἐβιάζετο αὐτὸν ὁμολογεῖν μὴ εἶναι τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν ὁμοούσιον. de Liberio * *ſupra expreſſius.*

**Supra Apolog. huius part.1 lib. 2. cap. 2 de Athanaſio.*

Quartum

Quartum, Felix 2 Arianus.

Aduerſarius. [a] Felix eo tempore quo verus Papa non erat, communicabat cùm Arianis, poſtquam in Liberij locum creatur, non communicabat. *Inſtant Proteſtantes primò, aut perditus hæreticus fuit, aut perfidioſus hypocrita. Nam. Aduocatus.* [b] Operâ Arianorum Epiſcopus creatur Felix in locum Liberij, qui propter hoc beneficium liberè cum ijs communicabat. [c] Felix ab Arianis ordinatus Epiſcopus in locum Liberij, cum Arianis communicans. *Qui verò cum Arianis liberè communicat, præcipere aliis potuit, vt cum ijſdem hæreticis communicarent, præterea.* [d] Acatius Arianus in tantum apud Conſtantinum claruit, vt Felicem Arianum Pontificem Romanũ conſtituerit. *Sic Hiſtoricus recens, ex* [e] *Athanaſio, & ex Hiſtorico veteri.* [f] Felix fuit Arianus. *Syritium Papam ad partem huius Apologiæ primam (Deo propitio) poſtea adiunctam & locupletatam referemus.*

[a] *Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 9 § duodecimus qui.*

[b] *Bellar. ibid. § deinde opera.*

[c] *Baronius Card. anno Chriſti 355.*

[d] *Platina de vita Felicis.*

[e] *Athanaſ. in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.*

[f] *Socrates hiſt. 2. cap. 14.*

5. Anaſtaſius 2 Neſtorianus.

Aduerſarius. [g] Quod de Anaſtaſio tradunt hiſtorici, eum cum Neſtorianis communicaſſe, & propterea diuino nutu percuſſum inteſtina eieciſſe, falſiſſimum eſt. *Nihil eſt dictu facilius, ſi verò falſum, tunc Eccleſia tam inſignitèr deſipuit. Nam. Aduocatus.* [h] Idcirco voluit Anaſtaſius Acatium excommunicatum, & in hæreſi defunctum, occultè reuocare, vt orationes pro illo fierent: & propterea Anaſtaſium ROMANA ECCLESIA repudiabat. *Deus quoque ſententiam ſuam patefecit. Nam.* [i] Benè legitur Anaſtaſium diuino nutu percuſſum, atque ita à Deo depoſitum. *Sic Cardinalis, ad quem Authorem Lectorem tuum ſæpè mittis:* * Vide, *inquis,* Turrecremata: * Lege Turrecremata, *hîc enim prudens prætermittis.*

[g] *Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. ca. 10. § Decimus nonus.*

[h] *Gratian. diſt. 19 Can. Anaſtaſius. Gloſſa Decret. apud Gratianum.*

[i] *Caſſan. de Turrecrem. de Anaſt. idẽ habet Platina. Supplem. Chron. Faſcic. temp. & alij.*

Bellar. lib. de Pont. Rom.

CAPVT XXIII.

6. Honorius Monothelita docuit vnam esse in Christo voluntatem, non duas; quod negare est, Christum διόθελητον.

[a] *Costerus Ies. Enchirid. de Pontif. § Quæsitum.*

[b] *Bellar. lib. 4. de Rom. Pon. cap. 11. § Secundum.*

ADuersarius. [a] Honorius vir fuit integerrimus, qui vi-uus nullius vnquam criminis, nedum hæreseos accusatus. *Aduocatus.* [b] Nonnulli Catholici contendunt Honorium fuisse hæreticum.

Instantia prima Protestantium.

[c] *Ibid. § Ad primum.*

[d] *Cost. ubi supra.*

[e] *Bellarm. ubi supra.*

Aduersarius. Obijciuntur nobis disertæ epistolæ Honorij. *Tu his respondes.* [c] Epistolæ illæ nihil continent erroris. *Nimirum, si* [d] Propter inuentam post eius obitum Epistolam quandam ipsius sigillo signatam, à Synodo dicitur hæreseos fuisse damnatus, quæ Epistola fuit à Græcis vitiata. *Et* [e] Respondeo *(inquis)* fortasse has Epistolas esse confictas, & infertas à Concilio generali ab Hæreticis. *Ab Hæreticis vitiatas, nec tamen aliquid continere erroris: ingenium, Bellarmine, arguit ad defendendos errores (heu) promptum? nimis atque proclive.*

Instantia secunda.

[f] *Ibid. § Quod si aliquid.*

[g] *Bellar. lib. 2. de Concilio. cap. 8. § Proponunt secundo.*

Aduocatus. [f] Patres sextæ Synodi damnabant Honorium. *Respondes. Aduersarius.* Damnarunt reuera Honoriũ, sed erant illi ex falsa informatione decepti; & possit Concilium generale errare, in quæstione facti, non fidei. *Argumentum figmentum. Nam. Aduocatus.* [g] Caiphas condemnabat Christum, alij Catholici respondent, quæstionem tantum de facto fuisse, an Christus esset necandus: at reuera hæc quæstio facti quæstionem iuris inuoluit. an Christus esset Messias. *Huc responsum tuum accomodemus, & hæc quæstio facti, videlicet, vtrum Honorius esset damnandus: hanc quoque fidei quæstionem necessariò inuolutam continet. Nimirum* potuisse Honorium esse hæreticum. *Deinde vobis obstat, quod*

In-

Inſtantia tertia.

Aduocatus. [h] Legati Pontificij cum audiuerunt ſententiam latam contra Honorium, non reclamabant omninò, ſed ſilentio ſuo Anathema quaſi comprobarunt. *Reſponde.*

Aduerſarius. [i] Quia multi Patriarchæ in illa Synodo damnabantur, qui ſententiæ Synodi non facilè acquieuiſſent, niſi ſimul damnaretur Honorius: ergo ad vitandum maius malum, ſchiſma, et ne definitio fidei impediretur, ſententiam Concilij tolerabant. *Vis me tibi, Bellarmine, in hoc credere, cui ipſe ſat' ſcio non credis? an vt nocentes plectantur, innocens peribit? vt Legati Romani etiam Dominum ſuum, quem nec in fide* *Errare, *nec ab Eccleſia iudicari poſſe credis, eum hæreſeos crimine damnari paterentur. Nam* [k] Papa *(inquis)* aut per ſe, aut per Legatos fuit ſemper præſes in Concilijs. *Sequitur ergo Legatos* Honorium Papam damnaſſe, *non modo ſententiam toleraſſe.*

h *Bellar. quo infra.*

i *Bellar. lib. 4. de Rom. Pon. cap. 11 § Cur igitur.*

**Bellar. vtrumq; ponit vt patet hic paulo poſt.*

k *Bellar. lib. 2. de Concil. cap. 19 & li. 4. de Rom. Pon. ca. 11. § tertium.*

Inſtantia quarta.

Aduocatus. [l] Septima Synodus illius ſextæ Synodi ſententiam confirmabat. *Reſponde. Aduerſarius.* [m] Huius Synodi Patres à ſuperiore ſexta fuere decepti: *Breuiter ac rotundè, videlicet, ita te comparâſti, quemadmodum ille apud comicum; dum vnicum tuum Iouem* (Papam) *propitium habeas, alios omnes minutos Deos (puta Patres) flocci facis. En verò porrò etiam deos tuos Papas teſtes.*

l *Supra.*

m *Ibidem § ad tertium.*

Inſtantia quinta.

Aduocatus. [n] Adrianus ſextus Papa eundem Honorium hæreticum fuiſſe agnoſcebat. [o] Leo ſecundus in Epiſtola ſua execratus eſt Honorium, quod ſedem Apoſtolicam ſua hæreſi contaminaſſet. *Reſponde. Aduerſarius.* [p] Reſpõdeo Adrianum ſextum à deprauatis illis actis Conciliorum fuiſſe deceptum, nec tenemur magis vnum Leonem ſequi, quàm tot ſummos Pontifices. *Vnum Leonem ais, & tamen tibi obuerſatur ante oculos alius Adrianus: ecce verò etiam tertium.*

n *Ibid. § Quartum.*

o *Et § Sextum.*

p *Ibid. § ad quartum, ad quintũ, ad ſextum.*

q § Quintum.
r Ibidem § Ad quintum.

Aduocatus. q Agatho Papa anathema dixit Honorio, vt hæretico. *Sic Canus tuus. Respondeo. Aduersarius.* r Canus bis errat. *In hoc vno bis errat, scilicet, quem vt testem, omni fide dignissimum, penè centies introduxisti, atque insuper.*

s Ibid. § Addidi.

Aduocatus. s Beda in historia sua refert Honorium fuisse hæreticum. *Aduersarius.* Aliquis sciolus addidit nomen Honorij libro Bedæ. *Non est verisimile, quia, Aduocatus.*

t Ibidem § Ad septimum.

t Multi alij autores de eadem Honorij hæresi testes sunt locupletissimi. *Respondeo. Aduersarius.* Obijcio Autores Autoribus, quorum alij Honorium laudant, alij eius nullam mentionem faciunt. *Quis est tam obesæ naris, cui fucus iste tuus non penitùs suboleat? vt vnius Pontificis fidem subleſtam ſtabilias, omnia susq; deq; versas, & testium omnium, etiam quorundam Pontificium fidem reijcis, atque conculcas. Quid multa?*

u Camolocis Theol lib. 6. cap. 8 pag. 213.

Aduocatus. u In eam opinionem Pighius inclinauit, vt crederet Epistolam Honorij à Græcis esse corruptam, quinetiam Synodum in suo iudicio esse deceptam: denique duorum Conciliorum, sexti & septimi acta omnia calumniatus est; ac pro sua quidem virili amborum labefactauit, & autoritatem, & fidem. Hæc verò Pighij opinio non est in Ecclesia: sed defendat Pighius Liberium, excuset Marcellinum, Victorem vindicet, Anastasium liberet, at Honorium quomodo ab errore vindicabit? quem Psellus, Thomasius, Theodorus, Epiphanius, tota deinde Synodus septima, Adrianus quoque Romanus Pontifex in Act. 5. Synodi 8. generalis, vbi addit sententiam hæreseos in eum latam ex Romani Pontificis consensu fuisse. In Synoda sexta Agato Papa Honorium anathematizabat: idem testetur Beda. Leo Papa anathematizat, inquit, Honorium, qui profanæ proditione immaculatam fidem subuertere conatus est.

Septimus Syluerius, seu Syluester.
Octauus Gregorius.

x Bellar. lib. 2. de Rom. Pon. cap. 22. & cap. 13.

Aduersarius. x Non erat Syluerius Necromanticus: non fuit Gregorius

Gregorius ſeptimus Magus, Aduker, homicida, Fabulæ. *Quaſi impoſſibile ſit Pontifices huiuſmodi Roma extitiſſe. Aduocatus.* [y] Fatemur fieri poſſe vt Petri ſucceſſor diabolicis artibus operam nauet. *Quod hic in Theſi poſſe fieri concedit, id in praxi Syluerij & Gregorij olim apparuiſſe, Apologia huius pars prima locupletata illuſtrabit: ex quibus profectò efficitur Artibus diabolicis deditos, opinionibus quoque hæreticis irritiri ſimiliter potuiſſe.*

[y] *Coſterus Inſ. Enchir. Troſt. de Pontifice.* § Fatemur.

CAPVT XXIIII.

8. *Cæleſtinus, nouâ hæreſi implicatus.*

Aduerſarius. [a] Cæleſtinus non fuit Hæreticus. *Aduocat.* [*] Cùm alios multos liberare facilè poſſimus ſuſpitione hæreſeos, tamen Cæleſtinum non video quis poſſit excuſare: quia docuit, ita ſolui Matrimonium per hæreſin, vt liceret alteri parti aliud Coniugium inire. Contrarium docuit Innocentius tertius, & habetur hæc ſententia in Decretalibus. [b] Neque talis error fuit, vt dicamus illum erraſſe vt priuatam perſonam, & non vt Papam, quoniam huiuſmodi Cæleſtini definitio habebatur in antiquis Decretalibus, quam ipſe vidi & legi. Ergo nulli homini iure tenemur * in interpretatione ſacrarum literarum credere, ſed iudicium ipſum eſſe penes Eccleſiam. *Inſtat. Aduerſar.* [c] Quamuis eſt hæc Epiſtola inter Decretales, tamen non colligitur hoc eſſe decretum ex Cathedra: multa in Decretalibus pronuntur, quæ non faciunt rem aliquam eſſe de fide, ſed tantùm Pontificum de ea re opiniones declarat. *Quid tu aiũ?* Decreta Pontificum non ſunt ex Pontificum Cathedra profecta? *Aut, quod idem eſt,* non ſunt publicè expoſita, quæ à Chriſtianis omnibus credantur? *Quaſi autem quid ex fide Authoris eſſe poſſit, quam quod decreuit, aut ad publicam eius perſonam propriùs pertineat, quàm quod tabulis publicis conſignari mandauit. Aliter viſum eſt ipſis Pontificibus tuis, quia Gregorius* 1. *Aduocatus.* [d] Decretum (*agit de ieiunio*)

[a] *Bellar. cap.* 14. § Reſpondeo nec.

[*] *Idem eodẽ cap.*

[b] *Alphonſ. de Caſtro, de hæreſ. lib.* 1. *cap.* 4. *fol.* 7.

[c] *Bellar. cap.* 14. § Reſpondeo, &c.

[d] *Gratian. diſt.* 4. *cap.* Denique.

necessitatem facit, exhortatio autem liberam voluntatem excitat. 2. *Nicolaus primus*[e] Si Romanorum Pontificum decreto cæterorum opuscula tractatorum approbãtur, vel reprobantur: vt quod verè sedes Apostolica probauit hodiè teneatur acceptum, quod reprobauit, inefficax habeatur; quantò potiùs ea, quæ pro sanis dogmatibus & necessarijs fidelium moribus diuerso tempore scripsit, debent ab omnibus magnâ reuerentiâ assumi? *Et paulo post.* Restat, quòd omnes Decretales Epistolæ Romanorum Pontificum sunt recipiendæ. Inter Canones ipsos Leonis Papæ Capitulum est permixtum: quo omnia Decretalia constituta sede Apostolica custodiri mandatur: vt si quis in illa commiserit, nouerit sibi veniam denegari: dicendo autem omnia, nullum de Decretalibus prætermisit, quod non mandauerit custodiendum. Et rursus dicendo omnium Pontificum Romanorum, nullum ex Prædecessoribus excepit. *Ecquis existimaret inter Pontificios reperiri quenquam, qui Pontificum ipsorum Decretales Epistolas: vbi negatur resistentibus venia, tam facile contemnat? mirum hoc (inquies Lector) sed rem accipies magis stupendam.*[f] Aliquot errores in decretales irrepsisse non negauerim.[g] Hoc in loco continent opiniones quæ non sunt ex fide, sed potiùs contra fidem. *Sic Iesuita Aduocatus,*[h] Inter alios articulos, ob quos Ioannes Wicleffus (*inter Protestantes vir primarius*) in Synodo Constantiensi condemnatus erat, hic erat vnus: Decretales Epistolæ sunt Apocryphæ, & seducunt à fide, quas tamen summi Pontifices Nicolaus, Leo, Gelasius, Agatho, Adrianus iampridem Canonicas esse statuerunt. *Ioannes Wiccleffus negat Epistolas Decretales Pontificum esse Canonicas, & supplicio capitis mulctatur, ac mactatur: idipsum Bellarminus quoque diserè negat, & ne nominatur quidem. Hodieine seculum? Disputo: Decretales Epistolæ vel sunt sanctiores ex Cathedra, vt vult Alphonsus, atque tum (ex sententia Bellarmini) sequitur* Pontificem vt Pontificem à fide defecisse: *vel non sunt ex Cathedra, nec*

[e] *Idem dist. 19. § Si Romanorum.*

[f] *Bellar. lib. 2. cap. 14. § Ad hæc.*

[g] *Hæc quoque verba Bellar. alibi diserè habuit: quæ etiam ex loco supra posito, & ex lib. 4. cap. 12. de Rom. Pont. colligi satis possint. vide etiã Suarem in hoc sup 2 cap. lit. l.*

[h] *Turrecremata Card. lib. 2. de Eccles. 108. § Secundò, vsq; adsinem.*

nec ex fide, & tunc non modò plurimi Summi Pontifices errârunt, qui Decretales Epistolas suâ autoritate publicâ sanxierunt, sed etiam Concily Constantiensis, adeoque Pontificis Romani execrabilis error erat, cùm Wiccleffum propter negotiationem hanc, morti adiudicarunt. At inquis, irrepserunt errores. *Hic verò de quo disputamus, error, non priùs in Pontificiarum Epistolarum codicem, quàm in Pontificis ipsius caput, & ingenium irrepsit. Aduocatus.*

i Hæresis non dissoluit Matrimonium antè Hæresin contractum, etsi aliter cuidam Pontifici aliquando VISVM EST. *Sequitur.*

i Salmeron Iesuit. Com. in 1 Cor. 7. disp. 22. ad finem.

9. *Nicolaus quartus.*

Aduersarius. k Nicolaus statuit Christum docuisse meritoriam paupertatem, abiecto omni dominio, tam in communi, quàm in particulari, in rerum omnium abdicatione consistere. Et Papa Iohannes 22. hanc sententiam apertè hæreticam esse iudicabat. Ioannes de Turrecremata hos duos in omnibus reconciliare conatur. *Conatur, quid tum postea?* l Nulla est inter eos contradictio. *Aduocatus.* m Sed nisi profectò vehementer fallor, in omnibus reconciliari nequeunt. *Aduersarius.* n Respondeo. Nicholaus non negat Christum aliquando habuisse aliquid proprij, saltem in communi, sed negat Christum talem vitam semper egisse. Iohannes etiam non negat Christum aliquando nihil habuisse proprij, nec in communi, nec in speciali; sed negat semper Christum talem vitam egisse. *Imo Ioannes religiosam ac sanctam libertatem, quam Nicholaus tenebat, an rectè, non disputo, certè quidem, directè oppugnabat. Nam Aduocatus.* o Iohannes 23. Edictum habuit, quo affirmabat, eos hæreticos esse pertinaces, qui affirmabant Christum nihil habuisse, quod sanè non multùm cùm Scriptura conuenit, quæ in multis atque diuersis locis testa-

k Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 14. 14. Triceſimus quintus.

l Sumes Iesuit tom. 2. qu. 40 Art. 3 disp. 28. pag. 315

m Bellar. ibidem § Ac profectò,

n Bellar. ibidem. § De tertia.

o Platina de vita Iohannis. 23.

teſtatur Chriſtum & diſcipulos nihil proprij habuiſſe. Edictum enim Chriſti erat: [Qui non vendiderit omnia, & dederit, &c.] Ioannes multos de ordine Minorum damnatos EXVREBAT, quod illam Chriſti religioſam paupertatem imitari voluerint. *An non de fide quæſtio eſt, quæ igne diſſoluitur? Sequitur*

CAPVT XXV.

Ioannes 22.

Duerſarius.[a] Ioannes 22. Pontifex, vt Pontifex, non erat Hæreticus. *At Aduocatus.*[b] Certè Gulielmus Occam, Gerſon, Adrianus Papa, Eraſmus hunc Papam reprehenderunt, quòd docuerat animas Beatorum non viſuras Dominum ante reſurrectionem.

[a] Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. ca. 14 § Triceſimus ſextus.
[b] Idem ibidem.

Tergiuerſatio prima.

Aduerſarius.[c] Ex Villano conſtat Ioannem non in animo habuiſſe iſtam quæſtionem definire, ſed ſolùm differere eam ad veritatem inueſtigandam, deinde exiſtimaſſe eam ſententiam, quæ aſſerit Beatos frui viſione diuinâ, ante reſurrectionem, ſe vt probabiliorem amplecti, niſi aliquando aliud Eccleſia definiret, cuius definitioni ſuas omnes ſententias libentiſſimè ſubijceret. Hæc Retractio docet, Ioannis Papæ mentem bonam & Catholicam fuiſſe. *Atque adeò bonam non fuiſſe: ſiquidem ideò bona mens dicitur retractans, quatenus renocat diſſolutam, vagam, & errabundam ſuam mentem non bonam. Nonne erat Beringarij mens (opinione veſtrâ) haretica, cùm ſententiam illam defendebat, quam non ita multò poſt minis & terroribus veſtris in palinodiam adactus, publicè retractabat?*[d] Imo ſanè fuit, *inquis: & quid ni etiam Ioannis mentem haereticam fuiſſe agnoſcas? cùm præſertim reſpondeas. Aduocatus.*[e] Reſpondeo, Ioannem hunc REVERA SENSISSE animas non viſuras Deum ante reſurrectionem; voluit

[c] Ibidem. § Refert autem.
[d] Bellar. Tract. de Euchariſtia.
[e] Bellar. lib. de Rom. Pont. ca. 14 § Reſpondeo inprimis.

voluit etiam quæstionem istam definire, sed in Consultatione mortuus est. *Optimè, fuit igitur Iohannes iste in hæreseos assertione vivus, in consultatione mortuus.*

Effugium secundum.

Aduersarius. [f] Cæterùm ita sentiebat quando adhuc sentire illi licuit sine periculo hæreseos, nulla enim adhuc præcesserat Ecclesiæ definitio. *Hæresis consideratur vel in doctrina, vel in persona: hæresin doctrinæ esse, quando id quod proponitur, est contra fidem orthodoxam; hæresin Personæ, (vt quidam volunt) cùm quis ita hæresin doctrinæ proponit, vt eam asserat etiam conuictus. Hæresin doctrinæ non esse ante Ecclesiæ definitionem absurdè dicitur, Iohanni hæresin personæ abfuisse, non verò. Primum, quia. Aduocatus.* [g] Hæresis est dogma falsum, fidei orthodoxæ repugnans: siue quis illud dogmatizet, siue tacitus affirmet. *Exemplum esse possit* Arius, *quamprimùm cæpit negare Trinitatem ab* * Alexandro Alexandriæ Episcopo, *statim damnatur*, vt hæreticus *ante Concilij Nicæni decretum. Nestorius negare cæpit* Mariam *esse* Θεοτόκον, *quem* * Cyrillus *ante Concilium Ephesinum vt hæreticum insectatur, doctrinam asserens Scripturis repugnantem. Christus enim,* * Hodie mecum eris in Paradiso *Paulus:* Cupio dissolui & esse cum Christo. *Iam secundum, hæresin personæ, aggrediar.*

[f] Idem Bellar. ib.

[g] Alphonsus de Castro hæres. lib. 1. cap. 1.

* Luc. 23 43.

Tergiuersantia tertia.

Aduersarius, [h] Quod Rex Galliæ Philippus magis crediderit Parisiensibus Doctoribus, quàm Iohanni Papæ, vt particulari Doctori, de illa quæstione differenti, testatur Gerson, sed Iohannes retractauit sententiam suam pridiè ante mortem, sed suasu affinium, non itidem Philippi Regis; ex quibus deteguntur calumniæ Erasmi, qui dicit eum adactum fuisse ad palinodiam. Vide Iohannem Villanum lib. 11. cap. 19. *Recte mones; & quidem perlibenter. Aduocatus.* [i] Iohannes 22. Quæstionem mouit, vtrum beatæ defuncto-

[h] Bellar. ibid. § Quartum mendacium.

[i] Johannis Villanus lib. 12. cap. 229. vt refert Zwingerus Theat. human. vitæ vol. 5. lib. 4. pag. 1536.

rum animæ ante diem iudicij nouissimam visionem diuinitatis Christi consequerentur, sub Anathematis fulmine literatos hanc quæstionem in vtramque partem excutere cogebat, mirificè Minoritanos sodales complectebatur, qui argumentum aliquod pro parte negante attulissent, Generalem, quem vocant, Lutetiam misit, qui dogma illud spargeret, qui palinodiam canere publicè coactus est. Rex Francorum Philippus seriò Pontificem reprehendit, Pontificis munus esse dictitans, non mouere nouas, sed motas hæreses extinguere, cuius autoritate percussus Pontifex, ab inutili quæstione destitit. *Tu etiam, quæso, vide Alphonsum tuum.* [k] Nequis fidem hac in parte meis deroget, verba Adriani Papæ referam in 4. Sent. in qu. de Sacramento Confirmationis. Nouissimè, inquit, fertur de Iohanne 22. quòd PVBLICE docuit, ab OMNIBVSQVE TENERI MANDAVIT, quod animæ purgatæ ante finale iudicium, non habent stolam, quæ est facialis visio; & dicitur Vniuersitatem Parisiensem ad hoc induxisse, quod nemo in ea poterat gradum in Theologia adipisci, nisi primum hunc errorem iurasset se defensurum. *Nihil omninò aliud Erasmus.* [l] Iohannes 22. ficta fides in historijs, decernebat ante diem iudicij non esse puniendas animas impiorum, quem errorem publicitus exposit Schola Parisiorum, Pontificem adigens ad Palinodiam: nec dici potest hunc errorem priuatum fuisse; PVBLICVM fuisse oportet, Scripto aut etiam Decreto vulgatum, cùm res adeò totam Galliam commouerit. *Sequitur*

[k] *Alphonsus de Castro lib. 3. aduersushæres. Tit. Beatitudo pa. 76*

[l] *Erasmus Annot. in 1. Cor. 7.*

23. *Iohannes 23.*

Aduersarius. [m] Accusabatur Iohannes 23. in Synodo Constantiensi hæreseos pernicioßissimæ, quòd negasse videbatur vitam futuram, & resurrectionem mortuorum. Respondeo, eum non iam fuisse verum & indubitatum Papam, quia tum fuere tres qui Pontifices esse volebant, Gregorius duodecimus, Benedictus decimus tertius, Iohannes

[m] *Bellar. cap. 14 § Tricesimus septimus.*

23.

23. nec poterat facilè iudicari, quis esset Pontifex legitimus: ergo hic Iohannes non est necessariò à nobis defendendus: & dici potest hunc Articulum non fuisse Iohanni ex doctrina, sed ex facto obiectum, quia tam dissolutæ vitæ videbatur, vt vulgus existimaret eum negare vitam æternam & resurrectionem mortuorum. *Romanam Ecclesiam tu quidem facis multorum capitum belluam. Aduocatus.* [n] Iohannes 23. quem maior Christianæ Religionis pars, & ipsa Constantiensis Synodus venerata est, per Synodum Constantiensem eiectus est. *Non est Christi sponsa fidelis, quæ infidelis capitis adhæret.*

n Æneas Syl. uius de gestis Conc. Basiliensis. § Postumus.

14. *Eugenius* 4.

Aduersarius. [o] Concilium Basilienſe Eugenium Pontificem eiecit de Pontificatu, quasi Papa in hæresin incidisset; sed idem Concilium Lusitaniæ continuatum acta priora abrogabat, quia in nulla re aberrabat Eugenius. *Aduocatus,* [p] Eugenius dissoluere, & transferre Concilium tentans, in reuocatos errores prolabitur, & Ferrariæ Conciliabulum erigens, seipsum pertinacem esse declarat. [q] Non est caput corporis Christiani, sed membrum Diaboli, qui rebelliter viuit. *Hactenus de dogmatibus fidei. Nunc*

o Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 14. § Tricesimus nonus.

p Æneas Syl. de gestis Conc. Basil.

q Ibidem.

CAPVT XXVI.

De præceptis Morum.

Aduersarius. [a] Non potest Pontifex Romanus errare, cùm toti Ecclesiæ præcepta ad salutem necessaria præscribit. Nimirùm præcipiendo vitium, vel virtutem prohibendo, alioqui Deus permitteret Ecclesiam deficere in necessarijs, & errat etiam circa fidem, quæ docet virtutem à vitijs discernere. [b] Moralis doctrina non minùs ad pastum ouium salutaris est, quàm fidei disciplina 1. Tim.

a Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 5. § Ac vt.

b Canus locis Theol. lib. 5. pag. 172. a.

Hæc scribo, inquit, vt scias quomodo oportet te conuersari in domo Dei, quæ est Ecclesia, & regnum cœlorum ex vtraque ignorantia claudicur, & fidei, & morum. *Vt ordine progrediamur,*

Præceptorum genera ad quædam capita reuocabimus:
1. *Canonizationem Sanctorum, aliorumq; damnationem.*
2. *Ordinum approbationem.*
3. *Dispensationes* { *laxas,* / *turpes.*
4. *Consuetudines solennes.*

1. *Canonizatio Sanctorum.*

Aduersarius. [c] Quid si Ecclesia errat in reponendis viris iustis in numero Sanctorum, certè non esset absurdum diuorum omnium cultum ab Ecclesia explodere, intellige eos, qui post Clementem consecrati sunt: quare si in illis erraret, grauiter in moribus falleretur, nisi fortè nihil interfit, Diabolumne colas, an hominem condemnatum. Ne igitur tantus error in Ecclesia sit, Deus prouidebit. *Per quem?* [d] Pontificis munus est publicè Sanctos canonizare, estque Canonizatio publicum Ecclesiæ indicium, [e] Nec in hoc munere possit errare. [f] Error dici possit Idololatria, quia cultus Sanctorum terminatur in Deum. *Nos verò primò ex medijs incertis nihil certi & exploratæ consequi. Aduocatus.* [g] Ecclesiæ iudicia, quæ ab incertis hominum testimonijs proficiscuntur, infirma sunt ad certam & exploratam fidem faciendam, quale est illud, quo Sanctum aliquem in Diuorum Catalogo ascribendum esse censet. 2. *Disputo. Eiusdem seu impotentiæ, seu impietatis est Sanctos damnare, & damnatos canonizare. At* [h] Adrianus deceptus à Synodo 6. iudicabat Honorium fuisse Hæreticum. [i] Leo Papa Papam Honorium mortuum execratus est, tanquã qui sedem Apostolicã suã hæresi contaminasset. [k] Anast. Acatium in hæresi defunctum

c Canus locis Theol. lib. 5. cap. 3. pag. 175.

d Bellar. lib. 1. de Eccle. Trium. cap. 8. § Secundo modo.

e Cap. 9.

f Catharinus Annot. aduers. Cajet. § Superest. pag. 151.

g Canus loc. The. lib. 5. cap. 5. pag. 175.

h Bellar. lib. 4. de Rom. Pon. cap. 11 § Ad quartum.

i Ibid. § Sextũ.

k Ibid. supra.

defunctum, & excommunicatum absoluit. [l] Papa Stephanus in Formosi Papæ corpus mortuum immaniter sæuiebat, acta eius rescindens; sed hoc fecit odio in Formosum incensus, nescíens, vel non credens Formosum fuisse à Martino Pontifice absolutum. Idcirco PVBLICE DECREVIT eum vt periurum & nunquam legitimum Papam fuisse. Nos concedimus Papam in quæstione facti errare potuisse. *Quandoquidem in canonizandis impijs, & anathematizandis Sanctis par est, vel auctoritatis, vel impietatis ratio: constat Religionis Pontificiæ pars nobilissima de cultu Sanctorum, quàm planè nutet, vt non minùs igitur verè quàm elegantèr mihi dixisse videatur, quicunque dixit (tribuitur autem à multis Augustino)* [*] Multorum nomina canonizantur in terris, quorum animæ cruciantur in Gehenna. *Denique vtramque paritèr quæstionem non modo facti, sed etiam iuris continere probatur, vt & illud, cum* [m] Caiphas excommunicabat Christum & Discipulos, ac Christum vt reum mortis damnabat, An Christus esset Messias. *Quid enim?* Papa Romanus prædecessores suos Papas Romanos, *non modo Pontifices non fuisse decreuit, verumetiam alijs tanquam hæreticis indixit Anathema. Neque tamen de non sanctorum canonizatione Aduocati nostri penitùs obmutuerunt.* [n] Multi, quorum opiniones vt hæreticæ habentur: ipsi tamen censentur in Canone Sanctorum. [o] Mukos vidi, qui malè vixerant, Romæ canonizatos: *De his vberrimè, sed in loco proprio, in quæstione de cultu Sanctorum.*

l *Bellar ibid. cap. 12. §. Vicesimus septimus.*

* *Augus.*

m *Bellar. supra.*

n *Agrippa de vanit. cap. 98.*

o *Bossarius, alibi.*

CAPVT XXVII.

De Ordinum approbatione.

Aduersarius. [a] Ordinum approbatio in quibus sub diuersis institutis & regulis varia Christianorum genera militare dicuntur, ad mores haud dubiè pertinent. *Penes*

a *Canus locis Theol. lib. 9.*

quem? [b] Hoc munus ordinis conſecrandi & inſtituendi, eſt Romano Pontifici proprium. *Eſt igitur munus eius perſonæ publicæ proprium. At in hoc proculdubio erranit. Quia. Aduocatus.* [c] Tam multæ ſunt Religiones in hoc ſeculo, à Pontificibns confirmatæ, vt qui eas omnes tenere voluerit, tanquam Eccleſiæ, vel neceſſarias, vel vtiles, hic imprudentiæ, ne dicam ſtultitiæ, iure optimo ſummis rationibus arguatur. [d] Sunt adhuc in Eccleſia diuerſarum ſectarum Monachi, & fratres, & Anachoritæ, quibus vetus lex omnino caruit: caruit etiam Eccleſia eo tempore, quo fuit optima, nec tot cæremoniarum rebus implicita, quarum non eſt numerus. Ex hoc mari exſiliunt tot inſolentiſſima mendicabula, tot cucullata monſtra, quorum vanitates & errores, ſi mihi forent calamo explicandi, eos non caperent omnes pelles Madian. *Tantum de membro primo.*

b Bellar. lib 2. de Monach. cap. 4.

c Canus loc. Theolog. lib 5. cap. 5. prope finem.

d Agrippa de vanit. ſcient. cap. de vita Monaſtica.

Secundum Membrum de diſpenſationibus & mandatis.

Aduerſarius. [e] Eſt Pontifici munus proprium de actis Conciliorum, & alijs diſpenſare. *Quatenus?* [f] Relaxatio legis, quæ diſpenſare dicitur, eſt cum Princeps certum hominem à lege eximit, ne ea teneatur, vel certum caſum eximit, qui alioqui erat lege Dei comprehenſus. [g] Quæritur an Pontifex leges diuinas relaxare poſſit: Reſpondeo, aliquid conſtituerunt Apoſtoli Miniſtri Chriſti, vt baptiſmum paruulorum, &c. Aliquid vt præſides & præfecti Eccleſiarum, talia ſunt multa præcepta, quæ apud Paulum commemorantur, vt de bigamo non ad ſacros ordines promouendo, de non eligendo Neophyto, eſt Dominicæ diei cultus: poſſit Pontifex de poſteriori genere diſpenſare. [h] Vt vel puer ſuſcipiat ordines. [i] Et ſit Epiſcopus. *Aduocatus.* [k] In Concilijs cautum eſt, ne Neophytus ordinetur. *Denique,* [l] A pueris promouendis abſtinendum eſt.

e Franciſ. de Vic. lib. de poteſt. Papæ Relect. 4.

f Azor. Inſt. Moral. lib 5. ca. 15 paulo poſt princ.

g ibid § Quarto quæritur. eodem modo Salm. Ieſuit. com. in 1. Sim. 3. d. ſp 11.

h Tollet. Ieſ. ſupra Apol huius par. 1. lib. 2. cap. 12.

i Victoria ibid.

k Epiſ. Eſpenſæus ibidem.

l Salm. Ieſ. ibid.

est. *Quid de Conciliorum decretis? Aduersarius.* [m] Pontifex potest de Patrum Conciliorum Canonibus dispensare ex iusta causa. *At vbi causa obligandi iusta, iniusta erit dissoluendi. Aduocatus.* [n] Romanus Pontifex in dispensationibus de legibus & decretis possit errare, & grauiter peccare: vtinam liceret dubitare de hac propositione, sed videmus quotidiè tam largas & tam dissolutas dispensationes profectas esse à Curia Romana, vt orbis ferre non possit: nec solum in scandalum pusillorum, sed etiam Maiorum, propter iniustas dispensationes, & insolentia mandata, quæ obsunt Ecclesiæ. Possit conuocari & congregari Concilium generale contra voluntatem Papæ, & legitur ob hanc causam fuisse in Italia congregatum, contra Iohannem 12. *De dispensatione Canonum Conciliorum* [o] *infra. Audiuimus iam Thesin refutatam, praxim contemplemur: primo de Neophyto.* [p] Memini puerum quendam in Episcopi locum ascitum, qui quoniam literas penitùs ignorabat: cum per iocum rogaretur, an magnos fecisset in disciplina progressus; respondisse ingenuè, nondum se didicisse exordium orationis, quam de iure Sacerdotes præfari solent diuina facturi. *Nos dicimus hoc esse contra ius diuinum, Iesuitæ non item: propterea ea exquiramus, quæ omnium confessione sunt diuini iuris. Aduersarius.* [q] Hæc verba Molinæi, [Quandoque Papa contra ius diuinum dispensat] deleantur. *Quare delenda esse mandàstis? vtrum vt tollatis falsa, an vt vera tegatis? nunquamne Papa contra ius diuinum dispensauit? profer aliquod ius diuinum, imprimis autem illud de consummati Matrimonij (excepta causa fornicationis) solutione quoad vinculum, & primùm de facto est inquirendum.* [r] Esse quoad vinculum probatur ex verbo Dei, traditione, & ratione. [s] Exempla plura suppetunt, sed pauca quæ proximis annis sese offerunt, pro omnibus faciunt: Nonne Ladislaus, &c. pro quibus Pontifices dispensarunt. *Factum manifestius, quàm vt negari possit.* [t] Pontifices sæpè in matrimonio dispensarunt. *De facto constat, de iure forsan ambigitur.*

m *Azor Inst. mor. supra.* § Quinto quæritur.

n *Franciscus de Victoria. lib. de potest. Papæ Relect. 4.*

o *Infra.*

p *Picus Mirand.*

q *Index Expurg. iussu Inquisitionis nuper editus. fol. 40.*

q *Bellar. lib. 1 de Matrim. cap. 16. per totum.*

r *Agrippa. vide supra Apol. huius par. 1. lib. 2. ca. 24.*

s *Sacroboſc. Iesuita defens. pro Bellar. par. 1. c. 2.* § Quartum quæritur,

Aduer-

t *Idem ibidem.*

u *Bellar. lib 1. de Matrim. cap. 14. § At.*

x *Bellar. ibid cap. 16. per totum.*

y *Idem ibid. ca 11 § Prima propositio.*

* *Infra.*

Aduersarius. t In controuersia est, vtrum summus Pontifex dispensare possit de Matrimonio *(intelligit, quoad vinculum, nam de alio nulla est quæstio, quia,* u Quoad thorum & cohabitationem Matrimonium solui posse sententia est totius Ecclesiæ*)* probabilis est eorum opinio, qui partem affirmantem tenent, etiamsi fortè contraria opinio sit vera. *Sic Sacroboscus Iesuita in libro, quem pro defensione Bellarmini recens edidit, cui Bellarminus hanc gratiam est relaturus, vt nunc in confutationem Sacroboſci, nobis testimonium suum dissertissimum præbeat. Aduocatus.* x Matrimonium insolubile esse quoad vinculum probatur ex verbo Dei, traditione, ratione. *Et in hoc argumento caput aliquot paginas impleuit. Quod verò iure diuino expressè prohibetur, quo iure laxari possit?* y Non potest inferior dispensare in lege superioris; proinde nec homo in lege Dei. *De violata lege naturali cognationum per incæstum turpissimum ex dispensatione Pontificum,* * *ibi agendum, quando ad expositionem legis Mosis Leuit. 18. peruenerimus. A dispensationibus*

CAPVT XXVIII.

Supra part. lib. 2. cap. 14.

Ad Indulgentias & consuetudines prodigiosissimas, quæ apud Pontificios quodammodo legum naturam induerunt.

PRima, *est scelerum maximorum immunitas, qua Asyla, seu sanctuaria, & perfugij loca nequam & sceleratis hominibus destinârunt, antiquis illis Ethnicis similiora, quam Iudaicis. Aduocatus.* a Sunt hodie in orbe nostro Christiano, præsertim apud Anglos, passim Asyla, quæ non modò insidias timentibus, sed quibusuis sontibus etiam Maiestatis reis patent, quod facit vt manifestè appareat, nos ad institutum non à Mose, qui illis duntaxat, qui NOLENTES hominem occidissent, Asylum posuit, sed à Romulo esse mutuatos:

a *Polydor Virg. Inuent. li. 3 ca. 12*

quæ

quæ nempè res haud dubiè in cauſa eſt, cur benè multi minùs à maleficijs ſuos abſtinent manus, quid quod templa noſtra vbique Gentium iſtiuſmodi ſceleratis hominibus inſtar aſylorum ſunt: & id contra quàm Moſes etiam conſtituerat? qui in Exod. 21. ita ſanxit: [Si quis per induſtriam occiderit Proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo auelles eum, vt moriatur.] *Etiamnè homicida vi auellendus eſt? ſanè* [b] Quemadmodum cum [*] Ioab voluit templo abuti, confugiens ad cornu Altaris, cuius munimine conatus eſt ſe liberare à mortis pœna, quam meruerat ob proditoria & impiiſſima homicidia perpetrata. *Quod tamen ius diuinum Pontifices iniuſtè impiéque temerârunt.* Innocentius 3. Liber, inquit, confugiens ad Eccleſiam, quantumcunque grauia maleficia perpetrauerit, non eſt violenter ab Eccleſia extrahendus. idem Gelaſius. *at* Iuſtinianus Imperator, Homicidas, inquit, indè extrahes, & ſupplicia eis inferes. *quid ergo?* [d] Seruatur potiùs hoc ius ciuile hodiè in ſacris templis eruendis, quàm ius Pontificum, quod non permittebat. *præterea,* [e] Quidam ad Monaſterium tranſeunt, vt lateant potiùs & effugiant vindictam criminum, quàm vt ad pœnitentiam animarum redire decreuerint; quod præuidens Iuſtinianus, ſtatuit. &c. *Viden' Pontifices fautores potiùs ſcelerum, quàm correctores, & loca, quæ veluti religionis & ſanctitatis theatra eſſe debuerunt, in impietatis propugnacula, adeoque Orationis domus in ſpeluncas latronum eſſe mutatas?* *Alterum genus Conſuetudinis eſt longè turpiſſimum Lupanarium, & concubinarum, quam Pontifices, ſeu Patres indulgentiſſimi, factis ſuis, pluſquàm permiſerunt.* [f] Recentioribus temporibus Sixtus Pont. Max. nobile Lupanar Romæ extruxit. [g] Turpiſſimum eſt, quòd ſinuntur Laici & Clerici cùm concubinis cohabitare. *de hoc* [*] *ſupra. ſpes verò maior hunc fœdiſſimum abuſum extirpandi, ſi defendendi ſpecies minor eſſet. nam Aduerſarij.* [h] Tolle, inquiunt, è republica meretrices, & cuncta inceſtis, ſtupris, adulterijs permiſcentur, nulla matrona integra manebit, vix Virgines Veſtales integræ ſeruabuntur. *Etiam.* [i] Quidam Sacerdos Ieſuita in

[b] *Toloſſanus li. 13 de repub. cap. 23.*
[*] *3. Reg. 3.*
[c] *Idem ibid. ca. 12*
[d] *Ibid. ca. 23. § 7*
[e] *Ibid. § 2.*
[f] *Agrippa de Vanit. Scient. cap 64 & Eſpenſæus Epiſ. com. in Titum. cap. 1. pag. 67.*
[g] *Apolog. huius part. 1. l. 2. c. 14.*
[h] *Agrippa quo ſupra.*
[i] *Declaratio & Apologia Seminariorum in Anglia ad Clementem 8. Pont. Rom. anno Dom. 1602.*

Carcere Wisbicenſi tabulis etiam obſignatis hanc Propoſitionem propugnabat, viz. Lupanaria, quæ Romæ approbantur, ſunt æquè licita, atque eiues religioſi. *Cùm tamen Lex Dei aliud ſuadeat:* [k] Deus ſic præcepit: [*Non erit meretrix nec ſcortator in Iſrael.] *Mandauit etiam non modò non permitti meretrices publicas, ſed etiam morte multari.* Ioſeph reſpondit Dominæ ſuæ eum ad adulterium pellicenti: quid, inquit, moleſta es? bonis legibus vtimur nos Hebræi, aliæ gentes puberibus 14. annos ingreſſis permittunt vſum ſcortorum; at apud noſtrates nulla eſt meretrix, CAPITALI ſupplicio propoſito talem quæſtum exercentibus. Sic Philo Iudæus exponit orationem Ioſeph. *Mitto de mendicantibus Monachis, de horrendis Idololatriis in præſentia dicere. Hucuſq; exemplis. Nunc*

q *Agrippa quo ſupra.*

CAPVT XXIX.

Argumentis rem ipſam firmabimus.

Primum, in quo multa proſyllogiſtica continentur.

*Vm [1] Papa, vt Papa loqui dicitur, cùm profitetur, docet, mandat aliquid omnibus credendum. *At* [2] Publicè ſubſcribendo hæreſi Arianæ: [3] Arianos hæreticos Miniſtros Eccleſiæ publicos ordinando: [4] Publicum Anathema Eccleſiæ ſubeundo: [5] Publica decreta impia ſanciendo: [6] Hæreſin publicè ad mortem vſque defendendo ſtrenuè, publiciſque Academijs credendum tradendo, *Ergo (etiam vt Pontifices) Pontifices multi errârunt.*

* *Supra.*
1 *In hoc libro cap. 10.*
2 *Cap. 22.*
3 *Ibidem.*
4 *Cap. 23.*
5 *Cap. 24.*
6 *Cap. 25.*

Argumentum ſecundum.

[7] Canonizare defunctos, [8] Ordines approbare, [9] De Conciliorum decretis diſpenſare, [10] Indulgentias largiri, aliaſque Eccleſiæ conſuetudines publicas permittere Pontificis Romani

7 } 8 } 9 } 10 } *Supr. ca. 26.*

mani munia propria esse *perhibentur*. *At in hisce singulis* Papa *(proinde vt Papa)* [11] iniquissimè, [12] impijssimè, [13] turpissimè *erranit*. } Ibidem.

Argumentum tertium.

Ij Pontifices haud dubiè quoad personam suam publicam errârunt, qui propter errores publicos, à Papali persona, id est, autoritate suâ publicâ, per Ecclesiam meritò sunt disturbati: sed [14] Concedimus Liberium meritò esse iectum, [15] Anastasium Romana Ecclesia repudiabat. [16] Synodus Constantiensis Iohannem 23. è Pontificatu remouebat: [17] Constantinopolitana Synodus sexta, item septima, [18] Honorium Monothelitam hæreticum fuisse iudicabat, & damnabat: *propterea quoad publicam personam à fide sæpe defecerunt. Sic eos erràsse ostendimus, proximo in loco probandum est, eos (ô tempora) non posse non errare, quod paulo inferius liquidò constabit.*

14 *Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 9.*
15 *Gratian dist. 19. Can.* Anastasius.
17 *Aeneas Sylvius de gestis Conc. Basil.*
18 *Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 11.*

Libri tertij finis.

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

Iudicibus non authenticis explosis, eos, quos Orthodoxi amplectuntur, Iudices legitimos proferemus. Iudex externus est duplex, primus Indirectus, seu secundarius, Concilium publicum; alter est primarius atque directus, ipsa Scriptura. Concilia legitima ab illegitimis & Papalibus discernere oportet. Legitima Generalia atque Particularia (siue ea nationalia seu prouincialia sint) tam Thesi quam praxi sua Pontificij eneruant: Protestantes efflagitant.

Primo de Pontificijs.

In Thesi prima Concily Generalis vsum necessarium tollunt, vt Consistorij & Cathedræ Papalis prærogatiuam astruant atque confirment.

Duersarius. [a] Concilium Generale est inuentum Constantini Magni, ex naturali ratione excogitatũ. *Quotus, quæso, quisque, non dico Protestantium sed vel Hæreticorum, de autoritate Concilij demissius sensit vnquam atque abiectius? quin tu pertinaciam hominis frangis Bellarmine? Aduocat.* [b] Probabilius est, illud diuinum esse, & Apostolos, Spiritu Sancto admonente, primum Concilium generale Hierosolymitanum congregasse. Ego quidem Conciliorum conuocationem humanum inuẽtum appellare non auderem. *Ain'?* [c] Vltimum Ecclesiæ iudicium, à quo appellari non possit *solum* probabile

[a] *Pighius apud Bellarm. lib. 1. de Conc. cap. 3. § Hanc autem. & cap. 13. § At primum.*

[b] *Bellar. ibidem.*

[c] *Iam supra.*

bile esse inuentum diuinum, *Vt tantùm non audeas* humanum appellare? *& non etiam audaciter negare? languidè omninò & hæsitanter.* 1. *non necessarium esse.* [d] Concilia Generalia non absolutè necessaria, sic mihi facilè persuadeo, quia Ecclesia trecentis post Christum annis caruit Concilijs Generalibus, nec periit tamen: quidni igitur alijs quingentis annis Ecclesia sine Generalibus Concilijs integra permanere possit? nec tamen defuerunt illo tempore multa Schismata, & hæreses. 2. *quoque superfluum esse contenditis.* [e] Dixit Augustinus ad extinguendam hæresin Arianam Concilium plenarium necessarium fuisse, & Occidentis & Orientis. Respondeo, non simpliciter necessarium fuisse, sed suo modo, nimirùm, vt pax Ecclesiæ suauiùs & maturiùs redderetur. *Incondite prorsus, quanquam haud temerè est quod vir suauis hæc præfatus sit, præsagire enim mihi videor, ideò Iesuitam Generali Synodo plus æquo detraxisse, vt illud particulari Consistorio Papali summam rerum tribuere possit: nec opinione mea fallor.* [f] Etiamsi ad extinguendas septem hæreses primas septem Concilia generalia valuerunt: tamen plus quam centum hæreses extinctæ fuerunt à sola sede Apostolica. [g] Hoc modo Christus maiori compendio, Christianorum commodis perspexit. *Hoc probatione eget.*

[d] *Bellar. lib. 1. de Conciliis. cap. 10. in initio.*

[e] *Bellarm ibidem §deniq; antiqua*

[f] *ibid. § denique nec.*

[g] *Costerus Iesuita Enchirid de Pon. § Et quidem. pag. 135.*

Obiectionis solutio.

Aduersarius. [h] Experimentum est: quoniam plurimas hæreses Romanus Pontifex sine Concilio generali damnauit, vt Pelagij, Priscilliani, Iouiniani. *sed à Conciliis minime Papalibus antea damnatas. Aduocatus.* [i] Pelagius damnatus erat in Concilijs supra positis, nimirùm in Concilio Mileuitano. Can. 3. & in Concilio Africano. *Ergo non tantùm Pontificis autoritate Priscillianum etiam in Synodo Romana, sub Damaso, & Tolletana in Gallia; Iouinianum in Synodo Velensi damnatum fuisse nemo nescit, qui in Actis Conciliorum vel mediocriter versatus est. Vos rursus arcem iudicij vestri designate. Aduersarius.* [k] Sola sedes Apostolica sine Concilio generali

[h] *Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 3. § Alterum experimentum.*

[i] *Suarez Iesuita opusc. de auxil. diuin. gratiæ ca. 2*

[k] *Bellar. & Costerus Iesuitæ supra*

generali hæreſes multas extinxit: & hæc eſt via compendiaria magis atque cõmodior. *Hanc arcem pro virili inuademus, & veſtris machinis demoliemur.* 1. *Aduocatus.* [l] Fruſtra fit per plura & maiora, quod æque benè fieri poſſit per pauciora & minora; neque abſque neceſſitate multiplicantur entia, vt loquuntur Philoſophi. *Hanc ille nobis propoſitionem largitur quod ad Aſſumptionem attinet, tu quæſo, verba tua (quamuis in finem alium) recognoſcito. Aduocatus.* [m] Quorſum tot ſumptus, tot labores in Concilio generali congregando? quorſum à toto orbe terrarũ tot Epiſcopi & Doctores vocantur? quorſum tot dies in quæſtionibus fidei proponendis & diſcutiendis conſumantur? *ſi ſatis commodè (ſic enim affirmâſtis)* abuſus & hæreſes ſine præſidio Concilij generalis tolli poſſint.

l Petrus Ieſuita com. in Exod. 10. diſp. 2. num. 14. et in cap. 13. diſp. 7.

m Bellar. in præf. contro. de Concilijs § Quorſum.

CAPVT II.

Theſis 2. Pontificij particularium Conciliorum etiam Papalium neceſſitatem excludunt, vt ſoli Papæ autoritatem ſupremam aſcribant.

Duerſarius. [a] Abuſuum omnium emendatio ſatis commodè fieri poſſit per leges ſummi Pontificis, tum per Conciliorum Prouincialiũ decreta. *In illis verbis,* tum Conciliorum, *Lectori imponis, laruam hanc remouete, vt Papiſtarum vultum natiuum intueamur.* [b] Paſtores, quos Spiritus ſanctus propoſuit regere Eccleſiam Dei. Act. At hos non neceſſe eſt coire in vnum locum, vt Eccleſia aliquid mandâſſe dicatur: ſed ſatis eſt ſi ſupremus Chriſti in terris Vicarius ſummus Pontifex legem ferat. Spiritus veritatis eſt in ſummo Pontifice, etiam cum vult aliquid ſine Concilio definire. [d] Semper Iudex infallibilis, vel cùm ſolus aliquid definiat. *Et quicquid tandem Concilium decreuerit, vos tamen contra antiquorum Conciliorum autoritatem ſtatuitis.* [e] Pontifex eſt abſolutè ſupra Concilium: *Proteſtantes verò, an aut particularium Conciliorum neceſſitatem tantilli, aut Pontificis autoritatem tanti faciunt?* *Aduocatus.* [f] Audi Caluinum in Inſtitutione,

a Bellar. lib. 1. de Concil. cap. 10. § denique accedit

b Coſterus Ieſ. Enchirid. Tract. de ſummo Pontif.

c Greg. Valen. Ieſ. Anal. lib. 6. cap. 4 § Cæterum.

d Gretzerus Ieſ. colloq. Ratiſbon. Seſſ. 1.

e Bellar. lib. 2. de Concil. cap. 17.

f Salm. Ieſ. com. in Epiſt. Pauli in genere diſp. 13. § Reſpondent.

Inſtitutione, Nos (inquit) libenter concedimus, ſi qua de dogmate incidat diſputatio, nullum eſſe certius remedium, quam ſi verorum Epiſcoporum chorus conueniat, vbi controuerſum dogma diſcutiatur. *Et.* [g] Apud Lutheranos Concilium Wittenbergenſe congregatur, cui interfuit Lutherus. *Ad alterum.* [h] Proteſtantes docent Pontificem, vt Pontificem pernitioſè erraſſe. *Quod etiam Doctores Pontificij, etiam ſummi Pontifices libere dixerunt* [*] *ſupra: ſed ſi vel ſolus ſine Concilio, vel ſummus contra Concilium tantum Pontifex poſſit,* [i] Quorſum (*neceſſe enim eſt vt verba tua repetam*) tot ſumptus, tot labores in Concilio generali congregando? *Nec in generali tantùm, ſed etiam particulari.* [k] Quid opus eſt Concilijs? quorſum tot Theologi accerſuntur? quorſum attinet tot Academias in tractandis fidei negotijs diſtorqueri? cum ex vno Pontifice, quid verum ſit, audire liceat. *Ex his iam nemo non* [*] *videt Concilijs generalibus atque particularibus, a Proteſtantibus, quàm a Pontificijs plus autoritatis aſcribi: ratio, quia ex Diſcipulorum Chriſti exemplo ita inſtituti, Dominiq; promiſſo confirmati ſumus: Ille,* [*] [Vbi duo aut tres congregati fuerint in nomine meo, in medio ipſorum ero.] *Illi, vt à controuerſijs.* [* Conuenerunt Apoſtoli & ſeniores videre de hoc] *Hæc quoad Theſin. Iam*

g Bellar. infra.

h Bellar lib. 4. de Rom. Pont. cap. 2. § Quibus.

* Supra.

i Bellar ſupra.

k Eraſmus annot. in 1. Cor. 7.

* Infra.

* Matth. 17. 20.

* Act. 15. 6.

CAPVT III.

Quoad praxim Pontificij dum Conciliorum autoritate multorum premuntur: hoc iugum
[a] Suauius *excutiunt, vt nobis ſuum*
[b] Intollerabile *imponant.*

a Bellar ſupra. Ex concil. pax Eccleſ. ſuauius redditur

b Sic multi ſæpe graviter conqueſti ſunt, præſertim in Germanis. 100. Germani. Subſequens diſputatio de Conc. Paſſibus illuſtrat.

A*Duerſarius.* [c] Arrectus igitur Conciliorum omnium valido & exquiſito præſidio, cur non ingrediar in hanc Paleſtram animo tranquillo, & præſenti, obſeruaturus Aduerſarium, quo ſe propripiat? Concilia generalia mea ſunt, primum, vltimum, vnedia; his pugnabo, haſtam expectet

c Campianus Ieſ. Aduerſarius, Rat. 4.

Aduersarius, quam euellere nunquam poterit. *Hastas reuerà complures vestras, vt verè dicis, Protestantes non valent euellere, sed (tam sunt altè infixæ) ex visceribus vestris, idque ex vestris responsis, quoties in vos Conciliorum testimonia, tanquam tela acutissima intorquentur, facile intelliges, modo tam ad audiendum, quam ad obstrependum* arrectus *accesseris. Aures tuas arrige parumper. Aduersarius.* [d] In Calcedonensi Synodo Protestantes Pontificis autoritatem euerti gloriantur, in qua tamen tam perspicua sunt quæ ad asserendam Romanæ sedis suprematu autoritatem proferuntur, vt nulla arte eludi queant. *En verò in hoc genere verè artificem ex officina vestra.* [e] Obijcitur nobis Concilium Calcedonense, Act. 16. Ecclesiam Romanam à Patribus primatum accepisse, eo quod illa ciuitas, eo tempore, orbis totius potiretur imperio: Decretum hoc, fateor, magni Concilij, *(quo effugies?)* Sed non erat Concilium legitimè factum, quia absentibus Pontificis Legatis factum erat. *Mitto Concilium Nicenum primum, de quo* [*] *suprà, ex Conciliyt mediis primò. Aduersarius.* [f] Concilium Carthaginense tertium nobis obijcitur, Cap. 26. vbi decernitur neminem debere vocari Principem Sacerdotum. *Qua ex parte euades?* [g] Respondeo, Concilium illud nationale fuit, nec ferebant leges vniuersæ Ecclesiæ, sed tantùm Episcopis Africæ: itaque non prohibuit, nec potuit prohibere ne Romanus Pontifex diceretur summus Sacerdotũ, vel summus Sacerdos, sed tantùm ne ita appellaretur vllus Metropolitanus Africæ. [h] Non potest hoc prouinciale Ecclesias alias obligare. *Primò protulimus sanctos illos Patres titulum istum Romanis quoque Episcopis interdicere voluisse, deinde iure quoque potuisse, vt factum constat. Aduocatus.* [k] Verba Concilij sunt: Vniuersalis Episcopus nec Romanus Episcopus dicatur. [l] Non placuit Concilio Africano vt Romanus Episcopus appellaretur Vniuersalis. *Secundò, Iure factum esse ratio confirmat.* [m] Ætas illa, quæ fuit vicina Apostolorum temporibus, modestiæ simul & humilitati studuit: *Ex quo patet tua alia minimè modesta responsio.*

[d] Dureus Iesuita contra Vbiquit. fol. 32.

[e] Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. ca. 17. § Quare ad.

[*] Supra.

[f] Bellar lib. 2. de Conc. cap. 8. § Respondeo primũ.

[g] Bellar. lib 2. de Conc. cap. 8. § nono profert.

[h] Idem lib. 2. de Rom. Pont. cap. 3. § At objcit.

[k] Gratian. supra. [l] Rossensis in confut. Assert. Luth verit. 8.

[m] Rossensis quo supra.

Alia

Alia Concilia hîc breviter attingemus. [n] Concilia omnia, *inquis*, noſtra ſunt. *Nequaquam verò, ſiquidem hæc reſponſa omnia veſtra ſint: videlicet, Adverſarius.* [o] Reſpondeo Africanos Patres ex ignorantia deceptos fuiſſe. 1. [p] Proteſtantes nobis objiciunt Synodum Trullanam generalem, Can. 13. Reſpondeo, Trullana Synodus nullius eſt autoritatis, quia non erant eius Canones à Pontifice Romano approbati. 2. Objiciunt nobis Concilium Elebertinum contra Imagines. *De hoc multa & miſera ſunt Pontificiorum ſubterfugia; inter alia Aduocatus.* [r] Aliqui (*Pontificij*) autoritate Concilij huius oppreſſi, aut Canonem illum ſuppoſititium eſſe finxerunt, aut autoritatem eius reiecerunt. 3. [s] Objiciunt etiam Concilium Conſtantinopolitanum generale quintum & ſextum contra cultum Imaginum. Reſpondeo, vtraque fuerit illegitima, quia Romanus Pontifex nec per ſe, nec Legatos ſuos adfuit. 4. [t] Objiciunt Concilium Piſanum generale contra Pontificem Iulium ſecundum. Reſpondeo, non fuit verum Concilium, & hoc Concilium nec approbatum à Pontifice, nec reprobatum fuiſſe videtur. 5. [u] Objiciunt Conſtantienſe Patrum fere mille. Reſpondeo, fuit reprobatum à Martino Pontifice, quantum ad eam partem, qua ſtatuit Concilium fuiſſe ſupra Papam. 6. [x] Objiciunt Concilium Baſilienſe contra Eugenium Pontificem. Reſpondeo, non erat approbatum à Papa. [y] Erat quoad alteram partem Concilium; quoad alteram, Conciliabulum Schiſmaticum atque hæreticum. [z] Objiciunt Concilium Francofordenſe, contra cultum Imaginum. Reſpondeo, Concilium erraſſe in quæſtione facti, & illud decretum erat à Papa reprobatum. *Quid multa? Quodcunque Concilium contra vos proferatur, veterem illam veſtram putidam cramben recoquitis* Legitimum non eſt, quia non fuit à Papa approbatum. *Mirum igitur non eſt, ſi hanc Palæſtram, Campiane, præſenti animo ingrediare: vbi vobis diſputantibus, nullum Concilium contra Papalem cauſam adduci poſſit, quin ſtatim apud vos omninò nullum ſit. Nonne vos pudet Conciliorum Papalium particularium vſum*

[n] *Campianus Ieſ. ſupra.*
[o] *Bellar. lib. 2. de Rom. Pon. cap. 25 § Alterum.*
[p] *Greg. Val. Ieſ. de Celibatu. pag. 861. § Sexto objiciunt.*
[q] *Bellar.*
[r] *Vaſquez Ieſ. lib. 2. de Adorat. diſp. 5. cap 2. num. 120 & num. 125.*
[s] *Bellar. lib. 1. de Concil. cap. 8. § Reſpondeo Nicænam.*
[t] *Bellar. lib. 1. de Concil. cap. 8.*
[u] *Bellar. lib. 1. de Concil. cap. 7. § Quintum.*
[x] *Ibidem.*
[y] *Staplet. de prin. doctrin. de hoc Concilio. Idem habet Bellar. alibi.*
[z] *Bellar. lib. 2. de Concil. cap. 8.*

Conciliis Oecumenicis atque vniuerſalibus, & vnum Papam vniuerſi anteponere? Verumtamen hæc eſt, *ſcilicet* commodior iudicandi via: *agnoſcimus, ſed ad brevitatem potiùs quàm ad veritatem, quod & ſupra abundè docuimus, & nunc porrò plenius oſtendemus. Id enim methodi huius ratio poſtulat, vt poſtquam legitimorum Conciliorum vſum neceſſarium explicauimus,*

CAPVT IIII.

Papalium Conciliorum abuſum multiplicem perluſtremus.

[a] *Bellar. præfat. in lib. de Concil. § Itaque.*

Aduerſarius. [a] Proteſtantes Concilium generale optant, ſed non quale Tridentinum fuit: tale igitur optant, quale nunquam fuit. *Tale profectò fuit Tridentinum.* *Ad rem.*

Papalium Conciliorum abuſus multiplex facilè cernitur, ſiue Pontifex cum Concilio, ſiue contra Concilium conſideretur cum Concilio.

Abuſus in Conciliis { *conuocandis,* / *moderandis,* } *cernitur.*

In conuocandis Conciliis abuſus primus eſt, quod ius congregandi Concilia, quaſi proprium Pontifex ſibi vendicat.

[b] *Bellarm. lib. 1. de Concil. cap. 21. § tertia conditio*

Aduerſarius. [b] Proteſtantes hanc conditionem in Concilio requirunt, vt Pontifex Romanus non indicat Concilium, vtpote qui eſt pars altera litigantium. Reſpondeo, eſt conditio iniqua, quia Pontifex non poteſt priuari iure ſuo, in cuius poſſeſſione iam fuit mille quingentos annos.

Pro-

[c] Proprium eſt Pontificis munus Concilium congregare. Et hoc eſt in nomine Chriſti congregari, Vicarij eius autoritate conuenire. *Et*. [d] Ett Concilium vniuerſale, quòd ab vniuerſali Paſtore Romano Pontifice non indicitur, Concilij nomine indignum: *Quod eſſe indignum Theologo commentum, cùm Antiquitatis monumenta, tum etiam momenta rationis euincent.*

[c] *Bellar lib. 1. de Concil. cap. 12. § Eſſe autem*

[d] *Greg. Val. Iuſtin. Anal fid. pag. 86. Col. 2. § Primam*

Ex Antiquitate congregandi Concilia ex Arbitrio Imperatorum.

Aduerſarius. [e] Non eſt Imperatoris, quia Paſtori, non oui Eccleſiæ ſuæ curam Chriſtus commiſit. *Patronus*. [1] Concilium (*primum Oecumenicum*) Nicænum Conſtantinus Imperator conuocauit. *Qua authoritate? ex Concilij ipſius Patribus audi*. [2] Quoniam gratia Dei, & MANDATO IMPERATORIS Conſtantini, magnum & ſanctum Concilium Nicænum coactum eſt. *Audi etiam, ſi placet, ipſum Conſtantinum*. [3] Magnam Epiſcoporum turbam ad vrbem Nicænam accerſiui. *Denique, quod alius*. [4] Publico programmate Imperator edixit, vt omnes Epiſcopi Nicænam Bithiniæ metropolin conuenirent. *Secundum Oecumenicum Concilium* Conſtantinopolitanum conuocauit, *ſcilicet*, Theodoſius Imperator: *Nec permittendo tantùm verumetiam imperando*. [6] Cogit Imperator Theodoſius aliud Concilium, imperatque vt ſingulæ ſectæ, fidei, quam tenebant, declarationem literis proderent. [7] Epheſinam Synodum primam Theodoſius iunior indixit. [8] Athanaſius Conſtantem Imperatorem adit, de Ariana factione conqueritur, lachrymis & gemitu Conſtantem ad æmulationem Conſtantini excitat: Conſtans lachrymis commotus, literas ad fratrem ſuum Conſtantinum mittit, quibus perſuaſit, Conſtantinus mandatum dedit, vt Epiſcopi tum Orientis, tum Occidentis Sardicam vrbem Illyricã aduenirent. [9] Deinde literæ Synodicę ab Epiſcopis,

[e] *Bellar lib. 1. de Concil. cap. 13.*

[1] *Ruffinus hiſt. lib. 10.*

[2] *Theodor. l. 1. c. 9. Socrates li. 1. ca. 6. eodem modo Con. Sardicenſ. Patrn.*

[3] *Theod. lib. 2. ca. 8.*

[4] *Euſeb. li. 1. c. 6.*

[6] *Nicetas Theſa. lib 5. cap. 5.*

[7] *Socrat. li 7 c. 7.*

[8] *Socrates lib. 5. hiſt. cap. 10.*

[9] *Euagrius lib. 1. cap. 3. Theodoret. li. 2. cap. 4.*

[9] *Idem cap. 8.*

qui illic conuenerant, ad vniuersos orbis Episcopos conscriptæ, ab Episcopis Romæ, Galliæ, Hispaniæ, in hunc modum: Diuinissimi illi Imperatores, adiuuante Dei gratiâ, nos ex varijs prouincijs congregârunt: vt hoc sanctum Concilium Sardicæ cogi statuerunt. [10] Vtriusque Imperatoris sententiâ decretum erat, vt vtriusque partis Episcopi ad statum diem conuenirent. *Quicum etiam* **Socrates consentit, ecquid habes, quod ad hæc omnia respondeas? Aduersarius.* [11] Huiusmodi omnibus respondeo, Nullum Concilium generale sine consensu Romani Pontificis congregatum esse, quod satis est. *Imò verò hoc nihil est, quia de authoritate congregandi Concilia agitur, non de consensu. Vt si quæratur, cuius authoritate bellum indicitur? Respondeas, est quidem principis bellum indicere, sed non sine procerum plebisque consensu: Ergo non pertinebit ad Principem authoritas bellum indicendi? Consensus etiam aliorum Patriarcharum, ab Imperatoribus requirebatur. Ius autem & authoritas suprema in Imperatoribus remansit. Aduocatus.* [f] Ex illo tempore, quo Imperatores cœperunt Christiani esse, Ecclesiæ negotia ex illorum nutu pendere visa sunt, atque adeò maxima Concilia de eorum sententia conuocabantur. *Causas designate.* [g] Cur prima illa Consilia, etiam ab Imperatoribus, non à solo Pontifice Romano, indicta fuerunt, causa prima erat, quia TVNC vigebat lex Imperialis, quæ prohibebat ne frequentes conuentus fierent sine Imperatoris consensu, ne seditio aliqua fieret. Secunda, nulla ratio fuit, vt Concilium fiat in aliquo loco sine consensu Domini illius loci, vt nec nunc in Gallia, Hispania, Germania, quæ non sunt terræ Pontificis. TVNC VERÒ Imperatores, orbis terræ Imperatores erant. Tertiò, quia TVNC CONSILIA GENERALIA fiebant, non sine Imperatorum sumptibus. Quarta, quia EO TEMPORE PONTIFEX SVBIICIEBAT SE IMPERATORIBVS IN TEMPORALIBVS: & ideo non poterant inuito Imperatore aliquid agere; idcirco

10 *Sozom. lib. 3. cap. 10.*
**Socrates lib. 2. cap. 16.*
11 *Bellarminus quo supra.*
f *Cusanus Cardin. lib. 2. de Concord. Cathol. cap. 25.*
g *Bellar. lib. 1. de Concil. cap. 13. § Habemus ergo. Eodem modo Salm. Iesuit. in generali tract. in epist. Pauli. disp. 12. § Quod.*

cò *SVPPLICABAT Imperatori, vt iuberet conuocari Synodum: at POST illa tempora OMNES CAVSAE MVTATAE sunt, quia Pontifex, qui est caput in spiritualibus, nõ est subiectus in temporalibus. *Toties* tunc *tam multa quæ* non nunc? *O tempora mutata, vàh quantùm ab illis? Tunc* Papa supplicabat Imperatori, *nunc verò imperat. Tunc erat* Papa Imperatoribus Christianis subiectus in temporalibus, *nunc* Imperator Papam subiectum non habet: *id est, Imperator non est Imperator. Atque hæc nouella Papalis autoritas, vt ex Aranea viscеribus tela eius, ex Paparum decretis nascebatur.* [h] Marcellus Papa scribit: Absque Romani Pontificis autoritate Synodum aliquibus congregare non licet. Iulius Papa: sine Pontificis autoritate Concilium congregatum, ratum non est. Nec Concilium sed Conciliabulum, inquit Papa Pelagius. *Tantum de Antiquitate.*

* Supplicabat. *Certum hoc est quàm vt possit negari. Leo Papa Concilium necessarium esse videt, nunquid ipse indicet? Imo supplicabat Imperatori Theodosio:* Si pietas vestra *(inquit)* supplicationi nostræ dignetur annuere. *Capit etiam* Ioua Italiam haberi (*Leonis Epist. 9. ad Theodosium*) at pietas vestra *(Imperatore alloquitur)* apud Ephesinũ constituit Synodale Concilium. *Leonis Epist. 12. ad Theodosium. Eodem modo in epist. 16. ad Pulcheriam.* Supplicationem nostram, &c. *Et Epist. 43. ad Marcianum.* Poposcerem quidem, &c. *Et paulò post.* Dispositionibus vestris non renitor.

CAPVT V.

Rationum momenta duo.

Obiectio prima refellitur.

Aduersarius * Concilium sine autoritate Romani Pontificis Congregatum est Concilij nomine indignum: *sed potiùs Conciliabulum: * quia non est nomine Christi congregatum. *Aduocatus.* [a] Dicendum de vniuersalis Ecclesiæ Concilio, quod eius autoritas non ita dependet à cõgregante, quod nisi per Papam congregaretur, tunc non foret Concilium, quia tunc non fuissent octo prima Concilia omnia firma, quoniam per Imperatores congregata leguntur: & Romanus Pontifex ad instar aliorum Patriarcharum Diuales sacras iussiones pro veniendo aut mittendo ad Concilia recepit.

[b] *Gratiani dist. 17. c. Synodum. & deinceps.*

* *Hæc ita supra Valent. Iust. &*

Protestantium ratio.

Aduersarius. [b] Cùm est Papa Ecclesiæ turbator, nullum oc-

Papa Pelagius, etiam Bellar. (a) Cusan. Card in Conc. Catbol l. 2. c. 25. idẽ Marsilius part. 2. ca. 22. Iacobatius Card l. 3. de Conc. Art. 1. Col. 10. 11. Molinæus de Tridin. Conc. cap. 6. (b) Bellar. lib. 2. de Concil. cap. 19. § At inquiunt.

occurrit (inquiunt Proteſtantes) remedium expediendi Eccleſiam ex his malis, niſi ei liceat Eccleſiam congregare, Pontificem accuſare, iudicare, damnare: Reſpondeo, cõfugiendum eſſe ad preces, orandum vt aut conuertatur, aut confundatur, nec deeſt Deus. Licet etiam reſiſtere ei, admonendo modeſtè, armis etiam vim vi repellere, ſi neceſſitas imperat. Vide de hac re Ioannem de Turrecremata, lib. 2. cap. 106. *Etiam gladium nobis porrigis, ad Papam Tyrannum trucidandum, ad eundem hæreticum excommunicandum vocem Eccleſiæ denegas.* Vide, *inquis*, Iohannem de Turrecremata. *Sanè, vel libentiſſimè: & tu eum reuiſas, obſecro, ille in hac cauſa in hunc modum. Aduocatus.*[c] Primò Rex Regum, in quo cor Regum, oratione eſt ſolicitandus. Secundò, exprobrandum eſt vitium in faciem. Tertiò, congregandum eſt Concilium ad deponendum Papam. *Hactenus Turrecremata: collega tuus me quoque ad eundem Aduocatum mittit, &* Audi, *inquit. Audio, loquere.* [d] Audi quid Iohannes de Turrecremata Cardinalis tenet, Aſſertor vehementiſſimus Pontificiæ dignitatis, lib. 3. cap. 10. Vbi loquens de vtilitate Conciliorum, Celebratio, inquit, Conciliorum vtilis eſt, ad refrænandum exorbitantias quorundam Pontificum qui Pontificatum ſuum aut extra Patrum regulas, pro voluntate ſua exercent, aut Simoniaca prauitate dehoneſtant, aut vita ſcandaloſa confundunt. Hac de cauſa legitur congregatum fuiſſe Concilium Italiæ Romæ per Imperatorem contra Iohannem 12. Papam, qui venator lubricus, & incorrigibilis erat: quod factum laudat Turrecremata. *Deinde.* [e] Propter iniuſtas diſpenſationes & mandata inſolentia poſſunt conuocari Concilia generalia cõtra voluntatem Papæ: hoc quoque tenet Syluester, & Card. Turrecremata. *Sic Victoria, Turrecremata, Syluester, hi Pontificiæ dignitatis Aſſertores acerrimi; & hoc ex teſtimonio Papæ liquidum faciemus.* [f] Hormiſda Papa in Epiſtola ad Epiſcopos per Hiſpaniam conſtitutos: Difficile eſt, ait, vt cuiuſque cor ſic prauis cogitationibus induretur, vt ſe patiatur culpandum fieri, cùm nouit à ſe iudicium Concilij eſſe ſubeundum. *Denique ex-*

c Turrecremata Card. lib. 2. cap. 106.

d Victoria. Trac. de Pontif. Releſt. 4. Prop. 24.

e Victoria quo ſupra. Prop. 24.

f Ibid. Prop. 24. quo ſupra.

pertus

pertus loquatur. g Papa Paulus 2. ſæpè indicta cauſa literatos omnibus bonis ſuis, & omni dignitate priuabat, interim ego, cum alijs ex eorum numero, laborabam, vt cauſa ab iſta ſententia dimoueretur, & rogabā vt ipſa publicis Iudicibus committeretur: tum ille toruis me oculis aſpiciens, An tu nos, inquit, ad Iudices reuocas? ac ſi neſciretis omnia iura in ſcrinio pectoris noſtri collocata eſſe: ſtat ſententia, mihi licet aliorum acta pro animi mei arbitrio aut reſcindere, aut approbare. *Satis pro imperio Paulus, minimè primus, qui ait:* * Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos.

g *Platina in vita Pauli 2.*

* 1. *Cor.* 9.

Obiectionis ſolutio.

Aduerſarius. h Eſſe Pontificis congregare Synodum Generalem, primò, demonſtrari poteſt à diuinis, nam Concilium legitimum congregari non poteſt, niſi in nomine Chriſti, Matt. 18.20. Ibi in nomine Chriſti nihil videtur eſſe aliud, quàm autoritate Chriſti congregari, hoc eſt, ab eo, qui à Chriſto habet congregandi autoritatem. *Expoſitio coacta, & conſequentia perabſurda illa. Aduocatus.* i In nomine meo, i. in charitate. k Id eſt, in vnanimitate orantium. l In Spiritu Chriſti. m In nomine, id eſt, eſt propter cauſam aliquam ad me pertinentem, *ſanè, non enim cauſam efficientem ſed finalem deſignat, neque enim eſt ὡς τῷ ὀνόματι, ſed εἰς τὸ ὄνομα. At* in autoritate Pontificis *ex antiquis Patribus interpretatus eſt prorſus adhuc nemo. Quod ad conſequentiam, quam duplicem eſſe colligo: iam ergo abſq; Pontificis autoritate Concilium congregatum carere autoritate Chriſti, falſiſſimum eſſe conſtat. 1. Quia Aduocatus.* n Concilium Conſtantienſe, & Concilium Mileuitanum, quamuis nullius Romani Epiſcopi autoritate congregatum: tamen illud Martinus quintus, hoc Innocentius & Cæleſtinus approbauit. *Quid dices? ſine autoritate ſua, Pontifices, id eſt, (te Expoſitore) non in nomine Chriſti congregata Concilia autoritate ſua approbârunt: ſi dicis ium Papalis autoritas aduerſata eſt nomini Chriſti; ſi negas, verba*

h *Bellar. lib. 1. de Concil. cap. 11. § Eſſe autem.*

i *Lyranus in eum locum.*

k *Caietanus.*

l *Arias Mont. in hunc locum.*

m *Janſenius in Concord cap. 72. & in hunc locum ſinguli.*

n *Cajus loc. Theo. lib. 5. cap. 2. in fine.*

verba hæc, nomen Christi, *nullo modo Pontificis autoritati patrocinatur. Secundò, quia* [o] Si autoritas Concilij ita dependet à Congregante, vt nisi Pontificis autoritate congregetur, firmum non sit, tum octo prima Concilia generalia infirma fuerunt. *Consequentia altera hæc est:* [p] Christus promittit se in medio futurum, vt significet se adimpleturum, quæ illi petunt, per gratiæ assistentiam. *Hanc promissionem Concilijs, Papali autoritate congregatis, astringi & alligari contenditis. Cùm tamen Aduocatus.* [q] Concilium generale etiam Romani Pontificis autoritáte congregatum errat in fide, demonstratur apertè exemplo Ephesini secundi. *Hæc de potestate conuocandi Concilia, nunc de voluntate.*

o Cusanus Card. supra.

p Iansenius quo supra.

q Canus locis Theol. lib. 5. ca. 4. § Secunda conclusio.

CAPVT VI.

2. *Pontifex cùm sit plerunque pars rea Concilium volenter & liberè conuocare non vult: liberum non omninò.*

Duersarius. [a] Pontifex Romanus est Iudex legitimus omnium controuersiarum, quæcunque possint oriri in Religionis negotio, etiam cùm sine Concilio aliquid definiat. *Aduocatus.* [b] Pontifex licèt sit summus Ecclesiæ Iudex vice Christi, tamen non debet suo solius iudicio niti, aut expectare reuelationem diuinam, sed medium ordinarium adhibere, & tunc expectare directionem Spiritus Sancti: Ordinarium Medium est Concilium magnum & paruum Mat. 28. [Vbi sunt duo aut tres] *Hæc erit nostra propositio: iam Assumptionem inferemus. Aduocatus.* [c] Iam indixerat Basilienſe Concilium Martinus Pontifex, & huic Præsidentem dederat Iulianum Cardinalē Sancti Angeli, cùm statim vita functus est. Eugenius post illum electus, eam reuerà primum non improbauit, verùm cùm attentiùs perpenderet, quàm nihil lucri soleat esse Pontifici Romano ex Concilijs, memor etiam quid anteà Iohanni 23. Cōstantiæ accidisset, nihil non molitus est, vt Concilium Basilienſe

a Gretzerus Jes. in Colloq. Ratisb. Sess. 1.

b Bellar. lib. 1. de Conc. cap. 11. § Etsi verò.

c Epist. Card. Iuliani S. Angeli. vt Author est Aeneas Sylvius de gest. Conc. Basil. fol. 27.

lienſe diſturbaret. Cardinalem Iulianum intempeſtiuæ diligentiæ accuſat, qui Pontificem nihilominùs admonuit, ne tam impiè agat, nec Concilium indictum & congregatum diſſolueret, multis tamen viſus eſt Eugenius Synodum diſſipare. [d] Concilium primum Tridentini collectum, poſt Bononiam tranſlatum, paulò poſt ſuſpenſum, & Paulo mortuo intermiſſum, Succeſſor eius Iulius tertius redauſpicatus eſt, redaſſumptum ergo Tridenti eſt aliquouſque continuatum ad biennium, ſecundò ſuſpenſum, & ſuſpenſionis decreto interim contradicentibus aliquot grauibus Epiſcopis Hiſpanis maximè, quibus nullo modo cordi erat reformatio abuſuum, integro ergo decennio interruptum erat, tandem à Pio quarto obtentum, & Tridenti reſumptum, & tertiò congregatum eſt. *Rurſus* [e] Ad Synodum Oecumenicam, hoc eſt, ad Græcas Calendas. *Certè quidem liberum: quid enim parti reæ cum Concilio libero? nimirùm quid Latroni cum Tribunali? quia in Conſtantienſi Concilio decretum fuit*: Concilium eſſe ſupra Papam. *Et ideò* Papas incorrigibiles *per Concilij autoritatem, ſuâ autoritate priuandos. Nolunt igitur ſe illi ludo denuò committere. Tantum de Concilijs congregandis. Nunc*

d Eſpenſeus Epiſc. Com. in Tit. cap. 1.

e Idem Tract. de clandeſtinis nuptijs cap. 16.

Tertiò, in moderandis Concilijs abuſus primus: quod ſolum Pontificem Præſidem agnoſcant.

Aduerſarius. [f] Hanc conditionem Proteſtantes in Concilio requirunt, ne Pontifex Romanus ei præſit, vtpote pars litigantium: ſed hæc eſt conditio iniqua, quia locum habet in priuatis hominibus, non in Principe ſupremo. *Eſſe verò æquiſſimum in cauſis Eccleſiaſticis, infrà probabimus, vbi agetur: An Concilium ſit ſupra Papam, tu perge.* [g] Generale Concilium eſt, in quo nemo rectè præſidet, niſi ſummus Pontifex, aut alius eius nomine. *In quo perſuadere conaris aliis, quod ipſe noſti expeditè refellere. Nam Aduocatus.* [h] Synodus ſecunda Generalis eſt Conſtantinopolitana, quæ celebrata eſt aduerſus Macedonium, negantem Spiritus Sancti diuinitatem. [i] Eſt verò animaduertendum in hoc Concilio neminem fuiſſe ex Occidentalibus, ſiquidem Damaſus Papa

f Bellar. lib. 1. de Concil. cap. 21. § Tertia.

g Bellar. lib. 1. de Conc. cap. 4. § Generale. idem Jeſuitæ omnes.

h Bellar. lib. 1. de Conc. cap. 5. § Secunda Synodus.

i Bellar. ibid. § Eſt verò.

Romæ cogerat aliud Concilium in eundem finem. *Nec est quod quis dicat duas has, ceu vnam Synodum extitisse, propterea quia* (*Bellarmino definitore*) [k] *Concilium* est cœtus in vnum locum congregatus. [l] Nec distractis partibus Concilium efficitur. *Quod ad huius Præsidis autoritatem infringendam satis esse debet. Quanquam etiam Episcopos alios Oecumenicos præsidisse antiquitatis suffragia docent, vt de Niceno 1. Patronus.* [i] Qui ad Concilium conuenerunt præfuere Macarius Hierosolymorum, & Eustathius Antiochenorum Pontifices. *Aduersarius.* [m] Nulla ratio fuit vt Eustathius præsideret, quia aderat Alexander Alexandriæ Episcopus. *Hic fortassis hærerem, nisi tu me expediuisses, & paulò post rationem non omninò ineptam excogitâsses. Aduocatus.* [n] Potuit quidem Eustathio ob eius sanctitatem & antiquitatem primus locus concedi. *Hosium verò Cordubensem præsidisse nemo antiquus autor meminit: quòd si fortè quis dederit, eum tamen tunc Pontificis Legatum extitisse, nusquam traditur. Legati enim tantùm duo* * Vitus & Vincentius Romanæ Ecclesiæ (*Hosius autem erat Episcopus*) Presbyteri pro illo (*Romano Episcopo*) fuerunt. *Quid in Concilio Ephesino secundo actum censes?* * Legatos Romani Pontificis noluisse in ea Synodo sedere, quòd vidissent in ea præsidere Dioscorum Alexandrinum Episcopum. *Quo iure? Aduersarius.* [p] Dioscorum extorsisse contra fas ab Imperatore præsidentiam illam scribunt * Zonaras, & * Euagrius. *Nihil minùs, Ille enim* * Eutichen exorâsse Imperatorẽ, vt ipse coram Dioscoro & reliquis Episcopis Ephesum cogendis, iudicaretur. *Hic etiam* * Dioscorum eius Concilij Præsidem esse designatum. *Sed esto, extorserit modo, argumento idipsum esse possit Imperatorem designandi Præsidem ius sibi vendicâsse.*

k *Bellar. Tract. de Concilijs.*
l *Bellar. infra paulò post.*
i *Nicetas Thesauri lib. 5. cap. 6*
m *Bellar. lib. 1. de Concil. cap. 19 § Quod Eustathius.*
n *Bellar. ibid. § Itaque.*
2 *Sozom. lib. 1. cap. 7. vide Socratem lib. 1. ca. 5. Euseb. lib. 3. de vita Constant. cap. 7.*
o *Bellar. quo supra § Hæc historia.*
p *Ibidem.*
* *Zonaras in vita Theodosij.*
* *Lib. 1. cap. 10*
* *Zonaras.*
* *Euagrius.*

CAPVT

CAPVT VII.

Pontifex media exquirenda veritatis neceſſaria plurima plerunque tranſgreditur: alia
- *Ante ſententiæ confirmationem.*
- *In confirmandis, definiendiſq́; decretis.*
- *Poſt ſententiam deciſam ac definitam.*

Ante diſquiſitionem veritatis.

1. *Quia cùm Pontifex in cauſis Eccleſiæ Concilio perſonaliter intereſſe non vult, nec præeſſe debet.*

Aduerſarius. [a] Satis eſt ſi Legatum ſuum mittat, qui ſuam perſonam ſuſtineat. *In quo* Satis, *nunquam tibi ſatisfaciet, quia (te fatente) Aduocatus.* [b] Concilium Baſilienſe vnà cum conſenſu Legati Pontificis Romani definiebat Concilium eſſe ſupra Papam: quod tamen *decretum* nunc (*inquis, in hoc* * *errans*) iudicatur erroneum, *Satis ne id confert ne Concilium erret, per quem fallum eſt vt erret? Legatos verò non ſufficere non affirmas modò, verumetiam confirmas.* [c] Etſi Legati præſunt nomine Pontificis, tamen non ſunt reuerà Pontifices, nec ſciunt qualis ſit mens Pontificis, nec habent illud priuilegium non errandi, quod habet Pontifex. *Pontificem igitur (ſi præeſſe) Concilijs intereſſe ſimul oportet. Propoſitionem hanc probo, primò ex definitione Concilij:* [d] Concilium eſt congregatio Paſtorum Eccleſiæ, [cùm duo aut tres congregantur, Matt. 18.] non diſtractis partibus, ſed coniunctis promiſſio facta eſt. *Secundò, ex fine, vt rectiùs poſſint munus ſuum exequi, quia* [e] Multa, quæ Vicarij exercere non poſſunt, poſſunt ipſi Epiſcopi, & Pontifices: Elizæus Præſes ſuſcitauit filium Shunnamitæ, quem

[a] *Bellar. lib. 1. de Conc. cap. 19.*

[b] *Bellar. lib. 2. de Concil. cap. 11. § Tertio.*

* *Vide infra.*

[c] *Bellar. lib. 2. de Concil. cap. 11. § Præterea ſecundo.*

[d] *Stapelt. de doc. Prine. in hac queſt. de Concil.*

[e] *Stella in Luc. cap. 2.*

Gehezi baculo ſuſcitare non poterat, 4. Reg. Medici melius infirmos curant, ſi ipſi præſentes eos viſitent, & partem malè affectam tractent. Dominus qui potuit Lazarum abſens ſuſcitare, ſuam tamen adhibuit præſentiam, Ioh. 11. Et Centurioni dixit: Ego veniam & curabo ſeruum. Matth. 8. *præſertim cùm* [f] Theologi qui communiùs res luſtrant, & veluti manu tenent, etiamſi minùs periti illi ſunt, tamen longè certiùs & fœliciùs philoſophantur, multùm omninò confert oculata experientia. *Iam Aſſumptionem aggredior.* [g] In octo Concilijs quæ in Eccleſia præſtantioris autoritatis habentur, Papa nullus perſonaliter præfuit. [h] Imò nullis Orientalibus Concilijs interfuit per ſe. [i] In Calcedonenſi ne per Legatos quidem. *Ecqua ſatis iuſta cauſa illum impediuit? Tu, ſi vacat, & niſi moleſtum eſt, vnam & alteram deſigna.*

f Acoſta Jeſuita lib. 4. De ſalute Indorum cap. 11

g Card. Turrecremata lib. 3. cap 11.

h Bellar. lib. 1. de Conc. cap. 19. § Catholici omnes.

i Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 17. § Quare.

Fucus primus, & prætextus lepidiſſimus.

Aduerſarius. [k] Ego ſuſpicor duas cauſas fuiſſe, quare Papa non Concilijs generalibus perſonaliter adfuit: prima, quia non videbatur conuenire, vt caput ſequeretur membra, itaque Papa Concilijs Romanis interfuit: non autem voluit, nec debuit ire ad Concilia alibi. *Quis hic?* [l] Qui ſeruum ſeruorum Dei ſe nominat. *Hypocrita, nam Aduocatus.* [m] Membrum eſt vnum altero nobilius, nihilominùs tamen omnibus eſt commune, quòd ſunt membra corporis eiuſdem, in hoc vnum non præſtat alij, vnum alteri non inuidet, nec inferius, contemnit: ſic in Eccleſia, quodlibet membrum ſuâ operatione alijs inſeruit. *Quia, vt* Roman. 12. *Etiam inſeruit caput pedibus: at Papam Eccleſiæ obſequi non decet. In hoc Papa, non Petrus: primò, quia Papa per Legatum agit, Petrus verò Legatum.* [n] Apoſtoli miſerunt ad Samaritanos Petrum & Iohannem. Act. 8. 14. verè Apoſtolica Legatio, & hi miſſi officium ſuum gnauiter exequuntur. *Sic quidem olim,*

k Bellar. lib. 2. de Conc. cap. 19. § Ego ſuſpicor.

l Bellar. lib. 3 de Laicis cap. 7. § Ex.

m Ferus in Act 8

n Ferus ibidem.

° Olim

• Olim cum audiuiſſent Apoſtoli (Act. 8.) Samariam recepiſſe verbum Dei, miſerunt ad eos non quoſuis, ſed Petrum & Ioannem, Apoſtolorum facilè primos. *Nunc*, [p] Apud noſtros verò Euangelij miniſtros mira ſolitudo. *Olim*, [q] Act. 9. Petrus dum tranſiret ad vniuerſos, & deueniret ad ſanctos, qui habitabant Lidiæ, ſed quia (*nunc autem*) Pontifex per ſe non poſſit, &c. *Fateamini igitur oportet aut Diuum Petrum voluiſſe quod non debuit; aut quòd Papa iamdiu debuit noluiſſe. Secundò, Concilio non abeſſe Petrus voluit; Papa nec adeſſe.* [r] Concilium Apoſtolorum primum fuit, à quo formam acceperunt alia omnia Concilia. *Quid ibi?* [f] Ibi leginus Act. 15. Cum orta eſſet grauis quæſtio de fide, congregato Concilio Hieroſolymitano, cui Petrus præerat, Petrum omnium primũ in Concilio eſſe loquutum; Iacobũ Petri ſententiam confirmaſſe, & ſic ſolutam eſſe quæſtionẽ his verbis [Viſum eſt nobis, & ſpiritui ſancto.] *Formam hanc primam Spiritus ſanctus haud dubiè nobis imitandum propoſuit: en verò Petrus per ſe loquitur, Papa per alium; Petrus primus loquitur, Papa finito Concilio, bullâ ſuâ aut approbat pro ſua libidine omnia, aut abrogat: vizt quod in Petro primum fuit, hoc in Papa poſtremum locum inuenit: nec refert quicquam, neque enim Papa à Petro in officio miniſterium primum, ſed in loco primatum didicit: in quo vt non Succeſſor Petri, ita nec Domini diſcipulus exiſtimandus: quia:* [t] Miſit diſcipulos in omnem ciuitatem, quo erat IPSE venturus. Luc. 10. O quàm bonus Paſtor, qui IPSE viſitat oues ſuas. *Veri Paſtoris character:* [u] Cognoſco meas, cognoſcor ab ijs.

[o] *Acoſta Ieſ. lib. 4 de ſalut. Ind. c. 11.*

[p] *Ibidem cap. 13.*

[q] *Ibid. li 5 ca 21.*

[r] *Bellar. lib. 2. de Concil. cap. 2. § Tertius locus.*

[f] *Idem lib. 3. de verbo Dei. cap. 5. § Sextum teſtimonium.*

[t] *Stella in Luc. 10*

Fucus ſecundus, & prætextus ridiculus.

Aduerſarius. [u] Altera etiam ratio eſt, quia in Concilijs Orientalibus, vbi ſemper interfuit Imperator, Græci Imperatorem in ſummo loco collocabant. Ergo ad vitandum tumultum ipſe non ibat, ſed tantum Legatos mittebat. *Græci hi, qui, obſecro, qualeſq; fuerunt? nimirum Patriarchæ, & Patres Orthodoxi: Imperatores verò quales? poſt hominum*

[u] *Bellar. lib. 1. de Concil. cap. 19. § Altera ratio.*

memoriam Christianissimi; quibus omnibus sacrilegium impingere tu malu, quàm Papa perfidiam, arrogantiam q; confiteri.

x *Iansenius Concord in eum locū. y Stella in Luc. cap.9.pag.272.*

Quid enim? Aduocatus. x Cum Christus dixit, Luc.11. [Væ vobis, qui diligitis primas Cathedras] ibi non res ipsa, sed affectus eius damnatur. y Qui minor est (inquit Christus Luc.9.) hic maior est, quia quanto quis humilior, tanto Christi similior: Ergo inter vos spirituales non debet esse contentio de primo loco, sed de postremo: nulli magis à Christo diliguntur, quam qui nulla ambitione tenentur. Hinc Christus: Discite à me, quia humilis sum & mitis. *Sic Dominus: seruus verò (si tamen seruus est, qui Dominum non sequitur) indignatur proponi sibi; quem? an Corydonem quempiam? an melioris sortis ciuem? aut etiam nobilioris (centurionem, aut Satrapam, aut Principem, aut Regem? non, sed* Imperatorem, *& sic apud se causam suam agit, in Concilio si præsens fuerim, in superiori loco collocari Imperatorem libenter non sinã:* Imperator mihi præesse vllo loco debet? *Ego Concilij Præses, Concilio adesse nolo: iam igitur causam huius mali propriam quodammodo palpamus.* a Typhum in se alsit, non tumulum *vituit: Quanquam (vt fatear quod res est) iniuriam, Bellarmine, facis Episcopis illis Romanis, quibus eam fastus & arrogantiæ notam aspergis, quam populus Christianus vidit, voluitq; posterioribus Papis propriè esse iniustam: ita vt concedatis oportet, sanctissimos illos Papas olim generalium Conciliorũ præsides magis nõ fuisse, quã noluisse esse præsentes: atque illud præsidendi munus illis potius, quàm illos muneri defuisse.*

a *Hoc enim nomine hunc Pontificis morbum Concilij Africani Patres notárunt. Vide librum Conc.*

z *Vega lib.1. de Iustific. cap.5. in initio.*

Ad posteriores quod attinet. z Tridentinum Concilium habuit præsides, vice summi Pontificis tres legatos Papæ. *Cuius Papæ?* nam Synodus Tridentina sub Paulo 3. Iulio 3. Pio 4. *Papis tribus, non Oriente, sed in parte Occidentali inchoata, & perfecta est, quilibet per legatũ præsens curabat: absens vt esset, quid commisisti potestis; an quod pro antiquis Turrecremata Cardinalis? Aduersarius.* a Concilijs orientalibus Pontifex non interfuit, causa prima, ne violentia illi inferretur: secunda, vt libera autoritate sua vteretur: tertia propter necessitates incumbentes Ecclesiæ Romanæ, & ciuitati, quibus præsentia

a *Cardin. Turrecremata. lib.3. de Eccles. cap.11.*

ſentia Pontificis Romani maximè præſidio fuit. Hanc rationem aſſignat Leo Papa. *Sed, Aduocatus.* [b] Rationes, quas ponit Ioannes de Turrecremata mihi non multũ probantur. *Vt nec nobis tua: an ſecunda, quia* Tumultũ *propter loci prærogatiuã metueret? nullus enim hic iamdiu Imperator fuit; an prima, quod capita, ſcilicet, membra Chriſti præſentiã ſuã dignari noluerint? O Cathedram* [*] prouidentiæ, *ne dicam an* [*] peſtilentiæ? *Formam Apoſtolicam repetamus.* [c] [Viſum eſt nobis,] videlicet Petro & alijs Apoſtolis; *Papa quomodo dicat:* [Viſum eſt nobis] *qui nunquam in Concilio viſus eſt? ſequitur*

[b] *Bellar. lib. 1. de Concil. cap. 19. § Adde quod.*

[*] *Luc. 12. 42.*

[*] *Pſal. 1. 1.*

[c] *Bellar. ſupra.*

CAPVT VIII.

Secundum medium ſpretum atque reiectum, quia liberum atque integrum non eſt Theologis doctiſſimis in Concilio vocem deciſiuam exercere.

Aduerſarius. [a] Proteſtantes in Concilio requirunt, vt liberum ſit, vt Theologi non minùs quam Epiſcopi in Concilio ſententias, ac voces deciſiuas proferre permittantur. Reſpondeo, ſi intelligatur de voce deciſiua propriè in forma iudicij, eſt contra formam omnium Conciliorum. *Hic pratextus multiplici errore laborat.*

[a] *Bellar. lib. 1. de Concil. cap. 21. § Septima.*

Error primus.

Aduerſarius. [b] Solus Epiſcopus Paſtor eſt, & ſolus habet ius ſuffragij deciſiui ordinarie, quia Hier. 3. [Dabo vobis, inquit, Paſtores, qui paſcent ſcientia & doctrina.] Et Auguſtinus coniungit nomen Paſtoris & Doctoris. Sed nec Laici, nec alij Eccleſiaſtici ſunt Paſtores, ſed ſoli Epiſcopi. Ergo alij ad Paſtorum officia (quale eſt hoc ſuffragium deciſiuum, quod habetur in Concilijs) non ſunt admittendi. *Commentum erroris, & præiudicij plenum. Erroris primo, ſoline Epiſcopi Paſtores? quis igitur Bernardus percelebris Abbas*

[b] *Bellar. lib. 1. de Concil. cap. 15. § Prior autem.*

&

c Stellain Luc. 11 *& tamen. Aduocatus.* [c]D. Bernardus etsi sanctissimus esset, subditosque religiosissimos atque optimos haberet, nihilominus, sic deplorat: Serm. Aduent. Hei mihi, inquit, quia vas sanguinis CHRISTI MIHI *(pastori igitur)* COMMISSVM EST! quid putas esse animas? pretium sanguinis Christi. Attende igitur Prælate. *Quis insuper Hieronymus? Aquinas denique quis fuit?* [d] Sanctus Hieronymus, & sanctus Thomas Aquinas simplices Presbyteri fuerunt, & tamen multis sanctis Episcopis, & summis etiam Pontificibus præponuntur, quoniam libris suis plurimum Ecclesiæ profuerunt. *Nonne Presbyteri omnes Pastores?* [e] Sacerdotes omnes Pastores sunt. *Probatur.* [*] Ephes. 4. [Ipse *(Christus)* dedit alios Pastores & Doctores] &c. [f] Per Pastores in his verbis Pauli ego intelligo Episcopos & PRESBYTEROS vni ciuitati pascendæ affixos, & curam animarum habentes, quibus est annexũ officium docendi, quo oues suas pascant: si quid autem in his vocibus discriminis est. Pastor dicitur respectu rudium & simplicium: Doctor verò respectu eruditiorum. *Alioqui quid fiet de vobis Iesuitis?* [g] Quatenùs peritum esse oportet Sacerdotem, *(agit de Iesuitis, qui ad Indos mittuntur)* satis Patrum Canones indicãt: si prædicandi quidem verbi fungitur officio, cum sit hoc proprium Pastorum & Doctorum, eum esse oportet, quem Paulus describit: Tit. 1. qui sana doctrina possit contradicentes arguere. *Nemo igitur Prædicator legitimus, qui non propriè Pastor est censendus. Ad propositum accedo propiùs: sequitur enim*

d Bellar lib. 1 de Rom. Pon. cap. 27. § Pari ratione.

e Alphonsus lib. 1. aduersus hæres. cap. 6.

* Ephes. 4.

f Salm. Iesuit. in eum locũ disp. 10 § Per Pastores.

g Acosta Iesuit. li. 4. de Indorum salute. cap 10.

Error secundus.

Aduersarius. [h] Dico ex alijs Clericis, præter Episcopos, aliquos doctos viros vocari interdũ, qui in disputando non in iudicando iuuent. *O nouum & deplorandum hominum stuporem! Aduocatus.* [i] Viri docti siue sint seculares, siue regulares, qui non sunt prælati, vocantur ad Conciliũ, quem admodũ factum esse tempore PRAETERITO legimus, & in Concilio Constantiensi, & Basiliensi, quibus nos interfuimus,

h Bellar lib. 1. de Concil. cap. 15. § Catholicorũ. & § Tertiò probatur.

i Cardin. Turrecr. lib. 3. cap. 14.

fuimus, practicatum vidimus; quia in his noſtris diebus, PROH DOLOR! multi Epiſcopi, ſiue Prælati maiores, non tantâ ſapientiâ ſplendent, & hanc ob cauſam multi alij ad Concilium de inquirendis veritatibus accerſuntur, & tales conſultiuam vocem habent, Epiſcopi verò deciſiuam.

Tertius error craſſiſſimus.

Aduerſarius. [k] Obiiciunt nobis Proteſtantes rationem, cur Epiſcopi præcipuè vocantur, eſſe; quia exiſtimantur eſſe alijs doctiores: propterea alios vel etiam Laicos in ſacris literis peritiores, non eſſe reijciendos. Reſpondeo, Epiſcopos habere autoritatem iudicandi, non quia docti ſunt, ſed quia ſunt perſonæ publicæ, id eſt, Principes habentes Eccleſiaſticam iuriſdictionem. *Hoc portentum, tanquam Stapletono tuo proprium,* [*] *ſupra expugnatum, nunc nouis machinis ingulabimus: duos adducam teſtes, ſi perſonas hominum reſpicis, minimè contemnendos: ſin rationes, Aduerſarijs omnibus anteponendos, Aduocatus.* [l] Viſum eſt nobis, & Spiritui ſancto (*inquit Iacobus in Concilio Hieroſolymitano*) Vox [nobis] refertur ad illud quod præceſſit, vbi nominantur Apoſtoli & Seniores. Et verbum [viſum eſt,] non conſultationem illius, ſed deciſionem ſignificat. Quid prohibet exemplum Apoſtolicum imitari? in Concilio Nicæno primo Athanaſius Presbyter ferè ſolus argumentationes Arianorum diſturbabat. Conſtantienſis Synodi recens memoria eſt, vbi ego, qui nondum Cardinalis vel Epiſcopus, ſed tantum doctor eram, interfui, vidique ſine difficultate inferiores cum Epiſcopis ad deciſionem rerum admitti arduarum. Quinetiam in Piſano Concilio, & ampliſſimo Lateranenſi iudicâſſe Presbyteros vnâ cum Epiſcopis non eſt ambiguum: præterea ſi Abbates, vt in omnibus Concilijs obſeruatum vidimus, vocem habent deciſiuam, qui tamen ordines à Chriſto inſtituti non fuerunt; cur non Presbyteri, quorum ordinem Chri-

[k] *Bellar. lib. 1. de Concil. cap. 16. § Ad confirmationem.*

[*] *Vide ſupra lib. 2. cap. 21.*

[l] *Arelatenſ. Card. vt refert Æneas Syluius in geſt. Conc. Baſil.*

ſtus per Diſcipulos inſtituit, ſi ſoli Epiſcopi, vt Panormitanus vult, vocẽm deciſiuam haberent, vbi nunc fides Catholica, cùm præſertim Epiſcopi delitijs indulgeant, ſoli ferè Presbyteri, pro vnitate Chriſti perſecutiones ſuſtineant? Epiſcopi videtis quàm pauci nobiſcum ſint, & hæc vota intelligitis, quòd omnes voluntati Regis dixerunt ſe parere velle, nullus Dei. *De quo conqueritur Aduocatus alius non minùs verè, ſed (tempora ſi ſpectes) magis liberè.*

[m] Stella in Luc. ca. 6. in illa verba [nũquid poteſt cæcus cæcum ducere?]

[m] Qui fieri poſſit, vt aduerſus hæreſes diſputet, qui non eſt Theologus? quod ſi reſponderis, quod hi Epiſcopi ſecum ducunt doctos Theologos, qui eos illuminent & doceant, quid dicturi ſint, vt in noſtro Concilio Tridentino noſtris temporibus contigit, in hac quidem re non poſſum mihi à riſu temperare: melius ſanè Epiſcopi facerent, ſi Epiſcopatus ſuos Theologis renunciarent. De his vera eſt Domini ſententia: Si cæcus cæcum ducit, &c. *Quibus verbis paradoxon, Bellarmine, tuum exploſit, riſu magis quàm ratione refutandum. Quid enim? vt in Theologia docti cauſam diſceptent, indocti iudicent; viz. vt acutè videntes cernant colorem, caeci diſcernant? doctrinæ diuinæ iudicium exactum homini doctrinæ experti ſuſpenſum quaſi aſtringere, neſcio quod ſomnium Anabaptiſticum ſapere videatur. Idcirco cõcludemus.*

[n] Acoſta Ieſ. quo ſupra. [o] Bellar. lib. 1. de Concil. cap. 15. § At Catholicorũ.

[n] Qui non potens eſt exhortãri in ſana doctrina, & contradicentes arguere, temerè doctoris in Eccleſia vſurpat locum. *At alij, inquis, non Epiſcopi, vt Aduocatus.* [o] Abbates, & ordinum generales, licet non Epiſcopi, ex priuilegio poſſunt tamen ius ſuffragij habere. *Poſſunt, inquis, & ex priuilegio, ei tu paulo tenacior, candidior ille, qui Abbatibus Papalibus ius exigens. Aduocatus.* [o] Interdum debent. *Licuit Theologis, Proteſtantibus non licebit? nam quod ad ſententiam non deciſinam dicendam.* [p] Etiam Laici poſſunt intereſſe Concilijs, vt Conciliarij: *Non tantum vt Ieſuitarum Pater primus Ignatius*, [q] Quem ad Concilium Tridentinum P. Iacobus ſecum adduci cupiebat, non vt ibi controuerſas de Religione quæſtiones diſſereret, ſed vt Concilium ipſum precibus ſuſtineret.

[o] Cardin. Turrec. lib. 3. de Eccleſ. cap. 14. & 15.
[p] Euchir. Tract. de Conc. § Laici.
[q] Rabicnuira de vita Ignatij. lib. 4. cap. 17.

Quartus

Quartus error, vel fraus potiùs.

Aduocatus. [r] Si soli Episcopi vocem decisiuam haberent, id demùm factum iri putes, quod nationi Italicæ placet, quæ omnes alias nationes sola numero Episcoporum, aut superat, aut exæquat. *Id quod iam* [c] Factum est in hisce posterioribus seculis, vt quod meritò in Concilio Basilien si Cardinal. Arelatensis querebatur, in Concilijs id demùm fiat, quod nationi placet Italicæ: vt quæ sola Episcoporum ([t] quia ipsi soli vocem illic decisiuam habent) numero alias æquet & superet, sicut scripsit Pius secundus (*Æneas Syluius*) in eius Synodi gestis, hæc illa est Helena, quæ nuper Tidentini obtinuit. *Nullum maius præiudicij argumentũ esse possit, quam liberis doctorum hominum suffragijs exclusis Episcoporum numero, magis quàm iudicio, quasi dixeris, nominum fuco, non rationum pondere superare: quod est Ecclesiam omni libertate priuare, non modo infallibiliter, sed vel probabiliter iudicandi. Tantum de abusibus ante disquisitionem veritatis. Nunc*

[r] Card. Arelatens. vt refert Æneas Syluius de gestis Concil. Basil. [c] Consensus Epist. cum in 2. Timot. cap. 4 §. 10 fin.

[t] Verba Cardin. Arelatensis.

CAPVT IX.

In discutiendis Fidei quæstionibus multifariam peccatur.

Error primus: quod respectu causæ efficientis Episcopi Iudices, non sunt Iudices.

Aduersarius. [a] Obijciunt nobis aliqui Catholici: Si Episcopi essent Iudices, tunc teneretur Pontifex sequi maiorem partem Episcoporum, quodque in Concilio sententiam à maiore parte allatam Leo Pontifex irritabat. *Quid tu respondes?* [b] Dico Papam, vt Concilij præsidem, teneri sequi in Decreto formando maiorem partem suffragiorum:

[a] Bellar. lib. 1. de Concil. cap. 18. § Obijciunt secundo.

[b] Bellar. ibid. § Dico secundo.

giorum: at, vt Principem Eccleſiæ ſummum, poſſe retractare illud iudicium, & non ſequi maiorem partem. Vide Turrecremat. lib. 3. cap. 63. & 64. & Canum lib. 5. cap. 5. quæſt. 2. *Quis Oedipus expediet hoc ænigma?* [c] Pontifex (*inquis*) vt Pontifex, eſt Concilij præſes. *Et è conuerſo.* Præſes Conciliorum eſt ſummus Eccleſiæ Pontifex. *Hîc verò.* Non erit Pontifex vt præſes. *Tanta ſunt angustia pectoris mei, fateor, vt non capiant tantam subtilitatem.* Vide (*inquis*) Turrecremata. *Vidi equidem, nec iam video tua importunitate quicquam nobis accidere posse iniquius. Nam de isthac distinctione apud Turrecremata ne γρῦ quidem. Quid Canus? Tantundem, &. Aduocatus.* [d] Contraria eſt ſententia quorundam Catholicorum. *Quid ni verò etiam omnium?* [e] Aliquando legati mittuntur ad Concilium cum inſtructione ſedis Apoſtolicæ, ſicut legimus factum in Conc. 4. 6. 7. Si Patres conſentiant ac definiant, diſſentientibus legatis ſedis Apoſtolicæ, errare poſſint, vt contigit in Concilio Epheſino ſecundo. Secundò, ſi Concilia conſenſerint Legatis contra inſtructionem Pontificis agentibus, dici non poſſunt legitima, quia pugnant cum capite, & ſic errauit Concilium Conſtantinopolitanum. [f] Pontifex mittere ſolet Legatos inſtructos de ſententia Apoſtolicæ ſedis cum ea conditione vt ſi Concilium conſentiat cum iudicio Apoſtolicæ ſedis, formetur decretum; ſin minùs, differatur decreti formatio, donec Romanus Pontifex conſultus reſpondeat. *Denique*, [g] Ante confirmationem Pontificis, Concilium non eſt infallibilis authoritatis. *Somnia. Quia. Aduocatus.* [h] Epiſcopi in Concilijs non ſunt Conciliarij, ſed Iudices. *Quid ergo?* Non tenentur Epiſcopi in Concilio ſequi illam inſtructionem, (*Pontificis*) alioqui non eſſent iudices, neque eſſent libera ſuffragia. *Quo teneam Proteum nodo? nullo ſanè, præterquam Logico, id eſt Dilemmate.* Solet, *inquis*, Pontifex per Legatos inſtructionem ſuam ante Concilij definitionem, Patribus Concilij præmittere. *Diſputo. Vel* inſtructioni *huiuſmodi repugnare Epiſcopi ſuo iure poſſint, vel tenentur*

[c] *Idem iam ſupra de Concil. lib 1. cap 19.*

[d] *Bellar. quo iam ſupra.*

[e] *Bellar. lib. 2. de Concil. cap. 11. § Nota. per integrum caput.*

[f] *Ibid. § Quod.*

[g] *Ibid. § de tertio.*

[h] *Bellar. lib. 1. de Conc. cap. 18.*

[i] *Ibid li 2. ca. 11. § quarto poteſt.*

tur eam amplecti: primo dato, Legitima ea Concilia erunt, quæ pugnant cum capite: *quod tu negas*: *secundo posito*, Episcopi non erunt Iudices. *Itavt, aut Pontificis instructio, aut Iudicum suffragia libera esse nequeant: vtcunque semper Legati ligati sunt. Denique Concilium Papale omnino non liberum esse, res ipsa clamat. Reus.* * Iacobus Nichiantes Clodiæ fossæ Episcopus, cùm in Concilio Tridentino diceret, se non probare decretum, quo statuebatur, Traditiones humanas esse cum verbo Dei eiusdem autoritatis, per Ceruinum Concilio pulsus est. Dom. Guliel. Venetus cùm diceret, Concilium esse supra Papam, è Concilio pulsus est. Vergerius cùm negâsset Legendas Gregorij & Christopheri esse veras, expulsus est. *Vnum saltem exemplum ex Aduocato addere necesse est. Aduocatus.* [k] Cornelius Bitonsinus Episcopus in Concilio Tridentino dixerat, Christum in cœna non suum sanguinem, & corpus obtulisse, à Patribus (*vt Christus à Pharisæis è Synagoga*) explosus est. *Huiusce tyrannidis causam exploratam habemus.* [l] Verum quoque contra Papam dicere, est contra iuramentum Episcoporum.

* Paleus in Martello 11.

k Canus loc. The. lib. 12. cap. 12. pag. 412.

l Æneas Sylvius ad Capitolium Moguntium.

Secundus Error longè pernitiosissimus respectu principij primi: quia Theologicis iudicij norma exactissima diuina Scriptura, tanquam Canon insufficiens, nequiter traducitur.

Aduersarius. [m] Conditionem hanc Protestantes exigunt, vt in Concilijs ex sola Scriptura diuina sententiæ ferantur, non ex Traditionibus, aut Canonibus. Respondeo, est conditio iniqua, quia non debent semel definita in dubium reuocari: constat autem in generali Synodo septima definitam esse, Traditiones NON SCRIPTAS recipiendas esse. *An vt verbum Dei? Loquere.* [n] Quamuis conditio hæc iniqua est, possit tamen admitti, donec iterum in Synodo legitimè non esset definitum, eas recipiendas esse pro verbo Dei: hinc enim est, quod Concilium Tridentinum, antequam ad alia progrederetur, definiuit Scripturas & Traditiones (*non scriptas*) pro verbo Dei

m Bellar. lib. 1. de Concil. cap. 21. § Quarta conditio.

n Ibidem.

recipiendas. *Admittenda igitur fuit*, Donec, *inquis*, definitum in Concilio Tridentino fuit, Scripturas, *videlicet Apocryphas*, & Traditiones pro verbo Dei recipiendas esse. *Quam tu igitur conditionem ante Concilij Tridentini decretum admitti posse concedis, eandem quoque post illud Concilium admitti etiam debere contendimus. Quia Aduocatus.* * Quæ necessaria sunt ad salutem, ea perscripta sunt omnia.* Omnis legum, morumque ratio.* Omnis doctrina necessaria viatori in diuina Scriptura continetur.* In hac armatura Catholicorum.* Ex hac, qui verè loqui desiderat, sumere debet, quod loquatur.* Nec existimatur dogma veritatis necessarium, quod non probatur ex Scriptura. *Quam sententiam Sancti Patres vniuersi vnanimiter comprobârunt.** Exactissima est sacrarum literarum regula. *Chrysostomus.** Statera diuina. *Augustin.** Lucerna in rebus iudicandis. *Anselmus.** Ex harum consequentia vniuscuiusque quæstionis mentio discenda est. *Epiphan.** His Hæretici sunt corrigendi. *Hilarius.** Et lapidandi. *Athanas.** Ad has recurrendum. *Augustin.** ad has solas. *Chrysost.** Extra sanctas Scripturas sensus nullus sanctus. *Origen.** Omnis operatio abhominanda. *Basil.** Cogitatio omnis claudicat. *Chrysost.** Nihil recipiendum. *Hieron.** Nihil credendum. *Cyrillus.** Nihil defendendum. *Hilarius.** Nihil perquirendum. *Damascen.** Nihil loquendum. *Ambros.** Nihil audiendum. *Bernardus, multò verò expressiùs, vbi ait:** Ad illud Concilium toto desiderio feror, in quo Traditiones non obstinaciùs defensantur, nec superstitiosiùs obseruantur. *Denique Constantinus Imperator (vt sacratissimi Concilij Nicæni primi formam imitemur)** Ex verbis diuinitùs inspiratis, libris Apostolicis sumamus quæstionum explicationes. *Hac, hæc est verè illa Christiana libertas, in sola lege Dei acquiescere: quæ cùm consilij Dei vox sit, in Conciliis Christianis rex, & veluti anima esse debet: quam tamen vos in vestris Conciliis per Canones & Traditiones vestras certè semianimem reliquistis. Sequitur*

* *Supra Pontificij, etiã & Pontifex, Aduocati.*

* *Patres hi singuli sigillatim supr.*

* *Bernard. Epist. 91.*

* *Supra.*

CAPVT

CAPVT X.

Tertius Error: medium exquirendæ veritatis neceſſarium in tribus inſigniter peruertitis: qui in ſupremo veſtro Iudice,

- *Nec ad iudicandum, ſcientiam:*
- *Nec ad ſciendum, diligentiam:*
- *Nec ad concludendũ, rationem debitã & neceſſariam magnopere expetere aut expectare ſoletis.*

De Scientia neceſſaria.

Aduerſarius. [a] Cùm Scriptura obſcura eſt & difficilis, nec per eam ſolam lites obortæ terminari queant; ſupereſt vt certum aliquem Iudicem nobis deſignatum adeamus: at hîc alius non eſt habitus, quàm is, qui ſemper fuit, Romanus Epiſcopus. [b] Eſt eius interpretatio ſenſus Spiritus ſancti. *Falſum, ſiue Pontifices tantùm in exponendis Scripturis, ſiue etiam in cauſis publicis definiendis verſentur. De primo.*

Aduocatus. [c] Quoad expoſitionem Scripturarum: plurimi tractatores, ſicut pleniori gratiâ Sancti Spiritus, ita ampliori ſcientia alijs præcellentes rationi magis adhæſiſſe probantur, vnde nonnullorum Pontificum conſtituris, Auguſtini, Hieronymi, & aliorum dicta videntur eis eſſe præferenda. *Quomodo fit, igitur, vt qui iudicio & ſcientiâ minus, vs in iudicando & definiendo magis polleat? Aduerſarius.* [d] Apparet, quòd diuinarum Scripturarum tractatores, etſi Pontificibus ſcientia præmineant, tamen quia dignitatis eorum apicem non ſunt adepti, in cauſis definiendis ſecundum poſt eum locum merentur. *Id eſt, iuxta* * *eneruem Ieſuitarum diſtinctionem, quoad perſonam priuatam errare in interpretando Pontifices*

a *Salmeron Ieſ. Com. in Epiſt. Pauli in genere diſp.* 10. § Quarto cum.

b *Bellar & Ieſ. aly ſupra.*

c *Gratianus diſt.* 20. *cap.* Decretales.

d *Gratianus quo ſupra.*

* *Vide ſupra.*

fices possint; quoad publicam in expositionibus confirmandis, can-
e Agrippa de vanit. scient. cap. 92 *sisq; diiudicandis non possunt. Cùm tamen Aduocatus.* [e] Qui Pontificum CANONES diligenter examinârit, comperiet admirabilia, & abscondita mysteria, & quæ habentur in Scripturis nonnunquam adulterantes, atque suis figmentis adsimulantes.

Confirmatur: Pontificem vt Pontificem, propter singularem imperitiam, de Scripturarum interpretatione germana non posse discernere.

f Gratianus dist. 23. cap. Qui.
g Toletus Jesuit. Instruct. Sacerd. lib. 1. cap. vlt. § Episcopus.

Aduocatus. [f] Qui Episcopus ordinandus est, examinetur si in lege Domini instructus, vt Concil. Carthag. definit. [g] Episcopus est, cui dictum est, 1. Petr. 1. [Parati reddere rationem omni poscenti de ea, quæ vobis est, fide.] Vnde perfectam vtriusque Testamenti debet habere cognitionem, & perfectam mysteriorum fidei intelligentiam, vt sciat etiam alijs veritatem fidei exponere, & aliorum contra veritatem fallacias expellere, hæresesque expugnare. Verè enim Doctor in Ecclesiæ Cathedra sedens, cui EX OFFICIO sacras exponere populo Scripturas competit. *Huius officij in Mitris Episcopalibus vmbram saltem aliquam etiam pubi-*
h Salmeron Jes. Com. in 1. Tim. 4. disp. 13. *cam tenetis: sed in Mitris, non in mentibus.* [h] Mitra, quæ capiti Episcopi superponitur geminata, duorum Testamentorum SCIENTIAM, quæ tradere debet, denotat. *Hæc satis ostendunt recondita & quasi occlusa Scripturarum loca, sine aliqua claue scientiæ, non posse aperiri. Quæ insuper Quarta*
i Gregor Valent. Jes. lib. 8. Analys. cap. 5. § Ad postremum. *esse debet, nobis exponite. Aduersarius.* [i] De ratione interpretandi Scripturas, primum documentum erit vt interpretator benè perspectos habeat omnes libros Scripturarum, & in eorum lectione assiduè versetur, vt rectissimè docet Augustinus: secundum, vt in lectione Patrum & Conciliorum similiter multùm versetur: tertium, vt probè teneat eam linguam, in qua sacræ Scripturæ traditæ & expositæ fuerunt: quartum, vt artium liberalium cognitione, & scientiâ naturalium rerum, quoad eius fieri potest, accedat. *Hæc ad Propositionem*

poſitionem ſunt ſatis, iam (vt Aſſumptionem ſtudeam) in huiuſmodi aliqua principia interpretando Pontifices ferè omnes, omnia etiam aliquos ignorâſſe hiſtoria priſca diuulganit. [k] Ignorabat Gregorius Græcâs literas, quod ſæpè ipſe fatetur. *Quid opus eſt pluribus?* [l] Pontifices non poſſunt iudicare de linguis. [m] Paulus 2. quia ab omni doctrinæ genere erat remotiſſimus, omnes bonos & doctos viros ſummis iniurijs perſecutus eſt, dehortans Romanorum filios à literis politioribus, & humanitatis ſtudioſos hæreticos appellabat, me quoque eius monitorem in carcerem conijci iuſſit. *Quid ex his, inquies? nihil, inquam, niſi vt cum Luthero miremur ſtuporem veſtrum.* [n] Clamant Pontificij (inquit Lutherus) Caput, caput Eccleſiæ, cùm nullum ſit capitis vſpiam iudicium. *Non diſſimile eſt, quod habet μυθολογος in Fabula de Vnipe, quæ inſpiciens caput larue ingeniosè fabrefactum, ait: ὦ ὅσα κεφαλὴ, ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει: i. O quale hoc caput cerebrum non habens! Et quid eſt aliud, obſecro, Iudex iudicij expers? ne quis tamen veterem cramben veſtram reſumat, non* poſſe errare quoad publicam perſonam, ſeu in ſententijs definiendis, *Occurro.*

Argumentum, in quo imperitiæ Latinæ Eccleſia egregium documentum exprimitur.

Adhuc, [o] In Concilijs generalibus paucißimi inueniuntur linguæ Hebreæ, & Græcæ periti, ſi Ruffino credimus, ex ſexcentis Epiſcopis, qui ad Concilium Ariminenſe conuenerunt, nemo fuit, qui ſciret quid ὁμούσιος ſibi vellet: nam cum callidi Ariani Synodo proponerent, vtrũ vellent Chriſtũ colere, an ὁμοούσιον, omnes clamabant, ſe nolle ὁμούσιον, ſed Chriſtum. *Cuius nominis ignorantiâ Latini iſti in nomen hæreticũ turpiſſimè impegerunt.* [p] Simpliciores Catholici in Concilio Ariminenſi ab Arianis decepti nomen *(catholicum)* ὁμοίου (*id petentibus Arianis*) tollendum DECREVERANT, & (*hæreticiſſimum*) ὁμοίου ſubſtituendũ: quo Ariani toto orbe terrarum prædicarunt ſe viciſſe. *At ſi, in hoc quod tum contendebant, certè quidem vicerunt, ita vt* [q] Simplices Epiſcopi occidentales ſeducti fucis hæreticorum, poſtea fucum intelligentes,

[k] Cathorinus aduerſus Caietani Annot. pag. 355. § Petrum.
[l] Bellar. lib. 2. de verbo Dei ca. 15. § Sexto.
[m] Platina de vita Pauli 2.
[n] Roffenſis Art. 25
[o] Bellar. lib. 2. de verbo Dei ca. 10. § Quartum argumentum.
[p] Bellar. lib. 3. de Laicis, cap. 19. § Quarto, ſanctij
[q] Ecchius Enchirid. Tract. de Concil. § Fatemur,

gentes, retractârunt concluſa Arimini. *Liberius Pontifex ſi interfuiſſet eâdem laborâns ignorantiâ, quamodo non in eodem hæſiſſet luto hæreſeos? expedi, quæſo, Bellar. hanc difficultatem.*

Dilemma. *Vel enim ordinario modo enaſiſſet, aut extraordinario; non ordinario, quia propria ratio vere iudicandi in rei, de qua iudicatur, certâ cognitione conſiſtit, quia* [r] De ratione interpretandi Scripturas tertium documentum eſt, vt probè teneamus linguas. *Nec modo extraordinario, expectandũ enim non eſt, vt Deus ex animo cæco veritatis lucẽ proferat: quia etſi* [ſ] Poſſit quidem Deus extorquere ex corde Hæretico veram fidei confeſſionem, ſicut poſuit quondam verbum in ore Aſinæ Balaam, at hoc violenter eſt, &c. *Vnde argumento à fortiori concludere neceſſe eſt: Pontifex non poteſt eſſe Conciliorum ſupremus Iudex ordinarius, cùm ſit iudicandi ſcientia plerunque deſtitutus.*

[r] *Bellar. ſupra.*

[ſ] *Bellar. ſupra.*

CAPVT. XI.

Secundum, in perſcrutanda veritate, iudicandi medium tollunt, debitam diligentiam.

A *Duerſarius.* [a] Siue Pontifex in definiendo ſtudium adhibeat, ſiue non adhibeat, modo tamen controuerſiam definiat, infallibiliter certè definiet; atque ideò vtetur autoritate ſibi à Chriſto conceſſa, quod ex promiſſis Chriſti colligitur. *Aduocatus.* [b] Duplex diſcrimen inter ſacros Autores, & ſummum Pontificem Patreſque Concilij reperitur; vnum eſt, quòd ſacri Scriptores ex proxima Dei reuelatione & inſpiratione ſcribunt Catholica dogmata, nec enim egent externis ad ſcribendum incitamentis, at oportet Pontifices humana via ingredi, & rationes penſitare, diligentiamque adhibere. *Illuſtro.* [c] Paſtoribus vigilantibus Angelus apparuit. Luc. 2. Aduerte quod non dormitantibus apparuit. *Atque hic genuinus papiſmus eſt is, quem* [*] *ſupra obſeruaui, germanus Anabaptiſmus. Multum diuerſi Spiritus ſanctus in Apoſtolis.* [d] Nam Apoſtoli & Seniores congregati in Concilio Hieroſolymitano, [MAGNA FACTA CONQVI-

[a] *Greg. Valent. lib. 8. Analyſ. fidei cap. 3.*

[b] *Canus locis Theol. lib. 5. c. 5.*

[c] *Stella in Luc. 2.*

[*] *Supra Apolog. part. 1.*

[d] *Canus locis Theol. lib. 2. cap. 2. & lib. 5. ca. 5.*

QVISITIONE.] tum ex rebus anteactis, tum etiam ex Scriptoris Prophetarum de re proposita, & in quæstionem vocata sententiam tulerunt. [c] Commune est, mihi crede, omnibus Iudicibus, vt, si decreta ediderint temeritate quadam sine mentis iudicio, repentino animi motu quasi vento excitati, nihil omninò conficiant, quod certum aut solidum habeatur. Et hoc modo quis non videt, omnia Pontificum & Conciliorum dogmata labefactari, cùm hanc Aduersarijs licentiam permittimus, vt in quæstionem vocent, vtrum in quæstione Pontifex debitam adhibuerit diligentiam. *Aduersarius.* [f] Nos igitur respondemus, suauiter disponit omnia, & finem & media ad fidem necessaria. *Media autem necessaria Pontifex non adhibet, cùm præsertim* [*] *absens, per se, negnit, præsens per alios* [*] *non vult in Concilio Scripturas interpretandi propria documenta addiscere: Ergo hic scrupulus altiùs infixus inhæret in animis nostris, quàm vt tam exili & languido responso eximi queat.*

[c] *Idem ibid. lib. 3. cap. 3.*

[f] *Idem ibid.*

[*] *Dicebus supra.*

CAPVT XII.

Tertium medium est, vt ex medio aliquo vero veram conclusionem eliciamus: quod Pontificij in defensione Decretorum Concilij Papalis insigniter peruertunt.

Aduersarius. [a] Debet (* quamuis non necessariò) Pontifex adhibere diligentiam ad rimandam veritatem, huius tamen doctrina est discursiua in medijs, & prophetica in conclusione. *Quomodo?* In disputationibus, quæ circa quæstiones fidei publicas versantur, vel alioqui in controuersiam vocantur, consulta Ecclesia, concludendo quidem & asserendo nunquam errat, in medijs autem ipsis & argumentis hallucinari & aberrare possit, saluâ promissâ Ecclesiæ infallibilitate in conclusione. *Planius verò quod in familiari colloquio alius.* [b] Quamuis Papa in præmissis errauerit, AMEN cùm ad concludendum peruenerit, ad extremum (*Anglicè,*

[a] *Stapleton lib. 8 de doctr. Princ. cap. 14.*

[*] *Valent. Iesuit. supra.*

[b] *Dom. Wright.*

glicè, the vpshot) ſcopum ipſum pertingat neceſſe eſt. *Exemplo res fiet dilucidior.* [c] Leo Papa Serm. 8. De ieiunio, de loco Luc. 21. [Attendite ne corda veſtra grauentur ebrietate, crapulâ, aut curis huius vitæ:] inde collegit (*quod & alij veſtrum volunt*) Eccleſiæ Miniſtros debere à coniugio abſtinere, ſiquidem cum matrimonio maximæ coniunctæ ſunt curæ. Reſpondeo, Chriſtus illis verbis non prohibet omnes curas, ſed nimias curas & ſolicitudines, quæ auocant & auertunt à neceſſaria cura ſalutis ſpiritualis: & probatur, quia omnibus fidelibus ſanctum hoc eſſe voluit. Et 1. Tim. 5. 8. Epiſcopis imponitur cura moderata rerum ſecularium, domui ſuæ proſpicientes. *Hinc vides Pontificem, ex falſa Scripturæ interpretatione deluſum, concludentem* (*opinione veſtrâ, verè*) debere Epiſcopum abſtinere à coniugio. *Fac eum in præmiſſis iſtis errantem hoc ſancire decretum*: Epiſcopus à coniugio abſtinere debet: *vel ex præmiſſis illis falſis concludit, vel extra, & ſine præmiſſis: ex præmiſſis concluditur per hanc notam conſequentiæ, & complexionis*, Ergo, *ſine expreſſam, ſeu ſubintellectam; at præmiſſa cùm tantùm fallaces ſunt Aduocat.*

[c] *Greg. Valent. lib. de Cœlibat. cap. 2. pag. 858. in Tomo quo Analyſis.*

[d] Media fallibilia manifeſtum eſt præſtare certitudinem non poſſe, cui nõ poſſit ſubeſſe falſum, nam effectus nequit cauſam ſuam excedere, & concluſio certior eſſe non poteſt præmiſſis, ex quibus infertur, quia ex poſterioriſtica doctrina Propter quod vnumquodq; eſt tale, illud eſt magis tale. *Cùm præterea etiam (quales iam Leonis illa) falſæ: decretum nullum materialiter verum ex illis erit conſectariũ: exempli cauſa: Canis latrat*, Ergo, *loquitur: etſi conſequens verũ eſſet, at nulla eſt tam omnipotens Logica, quæ conſequentiã hanc firmare, aut efficere poſſit. Potiùs igitur adducor, vt credam, vos* (cùm dicitis, Pontificẽ in medijs & argumentis errare: & nihilominùs infallibiliter concludere) *ſine præmiſſis decretũ ſancire: enimuerò ſine medio concludere, quid eſt aliud, quàm argumentari ſine argumento, & (vt planiùs dicam) ſine ratione ſapere? Illud igitur Bellarmini inculcare non deſinam.* [e] Non debet Pontifex expectare diuinam reuelationem, ſed ordinariũ MEDIVM adhibere. *Quid facere debeat ſcio, quid autem fecit, vos, quæ-*

[d] *Vega lib. 9. ca. 14. de Incertitud. Grat.* § Mox quippe, &c.

[e] *Bellar. lib. 2. de Concil. cap 11.* § Etſi verò.

ſo,

so, recognoscito, f Ioan. 22. expresse hæreticos esse definiebat, qui asserebat Christũ nihil priuatim habuisse: quod certe decretũ eius nõ multũ cum Scripturis conuenit. *Possit ergo concludendo aberrare, imò (nisi portentũ illud vos fallat) non possit fere non.* g In quodã Conc. Rom. Ioh. 23. in sublimi Cathedra præsidenti, non columba, in cuius forma Spiritus sanctus se patefecit, sed terribilis Bubo apparuit. *Nec sanæ potest Spiritum sanctum sibi vendicare, qui Spiritus sancti regulam imperiosè fastidioseq; contemnit.* h Act. 15. [Cum magna inquisitio esset:] vide quam prudenter agunt, non præcipitant sententiam, sed singula expendunt. In rebus fidei non satis est dicere, Volumus & mandamus. Quid mirum, si in hoc Concilio fuerit Spiritus sanctus? nos autem aliter conuenimus, noscque ipsos quærimus; itaque nobis polliceamur quidnis nobis licere de plenitudine potestatis. Et quomodo Spiritus sanctus huiusmodi conuentus probare possit? *Hucusque Papa in Concilij sententijs rimandis pensitandisq; versabatur. Superest*

f *Platina de vita Ioan. 22.*

g *Fasciculus rerũ expetend. & fug. expetend.*

h *Ferus commen. in Act. 15.*

CAPVT XIII.

Error quartus. Postquam omnia à Concilij Patribus accuratissimè consulta atque constituta sunt, Pontifex duplex (da veniam verbo) prauilegium sibi arrogat, nimirũ, vel pro suo arbitrio abrogandi Concilij acta, vel à se quoque confirmata relaxandi.

1. *Conciliorum decreta infringere.*

A Duecfariam a Ius confirmandi, aut infirmandi Concilia tam Oecumenica, quam particularia est penes Pontificem Romanum. *Distinguo: Concilia olim dupliciter confirmata fuerunt, vel Edicto, vel Assensu: Edicto, cum lege latâ populus Concilij acta suscipere iubebatur; Assensu, cum quis testaretur se assentiri iis, quæ essent in Concilio definita. Hic per Assensum communis fuit Romanis Pontificibus cum Episcopis aliis, vt Patronus* b *Eusebius Nicomediæ, Theognis Nicææ: Concilium, inquiunt, consentientibus animis confirmare*

a *Stapleton. de prin. doctr. Controu. 3. qu. 7. & Bellar. infra.*

b *Sozom. lib. 2. cap. 15.*

decreuimus. *Vnde est quod Constantinus Imperator scribens ad omnes Ecclesias:* Vos, (inquit) quòd in vrbe Roma, in Italia, in Africa, in Libia, in vniuersa Græcia, &c. consentiente sententia conseruatur, hoc etiam vestrâ prudentiâ approbaturos. *Legati etiam Macedoniorum.* * Concilia, *inquiunt*, Episcoporum recte de Religione sentientium, quæ Lampsaci & Smyrnæ habita fuerunt, nostro approbamus assensu. *Dissentiendi quoque auctoritas* * Romani Episcopi *atque etiam* Vincentij *nominatim olim hæreticis obijciebatur: Atqui ex edicto confirmare Concilium Imperatorum partes fuerunt, quas Pontifices post multa sæcula sibi, quasi suo iure assumserunt. Edicti Papalis formâ hanc prodigiosam mundi senectus peperit.* b Mandamus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis à sacris Canonibus constitutis, aliisque grauioribus, arbitrio nostro infligendis; vniuersis & singulis venerabilibus Patribus nostris, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs quibuslibet Ecclesiarum Prælatis, cuiuscunque status, ordinis, gradus, ac dignitatis sint, vt eadem Decreta in Ecclesijs & Diocœsibus suis obseruent. *Edicti exemplum, sine exemplo, nouitatis & arrogantiæ plenum. Aduocatus.* * Nos aliùd conuenimus, quàm Apostoli, per Volumus & Mandamus quiduis sub prætextu plenitudinis potestatis, &c. *Sequitur Priuilegium secundum.*

Eusseb. de vita Constant. lib. 3. cap. 18.

Socrates lib. 4. cap. 12.

Sozom. l. 6. c. 23 & Theod. lib. 2. cap. 22.

b Bulla Pij quarti Pont. super confirm. Concil. Trid.

Ferus supra cap. 12. lit. b.

Conciliorum sanctiones relaxare.

Aduersarius. c Non ibunt inficias æqui æstimatores Romanum Pontificem de iure positiuo, seu humanitus constituto, posse dispensare: habet enim Papa ex doctrina Thomæ, plenitudinem potestatis in Ecclesia, vt, scilicet, quæcunq; per Ecclesiam instituta sunt, sint ei dispensabilia. Asserunt etiam illud clarissimi, tum Theologi, tum Iurisperiti, tametsi inconsideratè ac minus rectè à Pontifice dispensatum foret, post dispensationem tamen matrimoniam tale (quale fuit illud Henrici octaui Regis Angliæ, cum vxore fratris sui defuncti) nullo pacto debere dirimi.

c Liber qui inscribitur, Tum Tuaria perbrevis Apologia, stat confutatio: probans Pont. sicè de matrimonio tali posse dispensare.

Proprium

4 Propium Pontificis munus est de Conciliorum actis dispensare. *Dixi hoc esse nouum, quia, Aduertendum* 4 Tertiopote Conciliorum aliquorum Pontifices similes erant Patribus Conciliorum, vt non opus esset aliquo decreto ad reuocandum ab incœpta & immoderata licentia. Nam si bene reuoluuntur historiæ, reperietur quod non præsumebant Pontifices Decreta Conciliorum tam facile dispensare, sed tanquam diuina oracula obseruabant. *Sed iam quæ mala nostra, nec remedia pati possumus. Adde.* Vtinam manerent Conciliorum leges inuiolabiles, vt nec per Papam, nec per Concilium dispensaretur. *Dixi quoque hoc fastuosum esse & insolens malum. Proximum quia.* 5 Ex multis Pontificum exemplis, Papam Synodice à Pontificibus conclusa mutare non posse, Leo Papa quidem Decreto Concilij Chalcedonensis reclamabat, & post eum alij: & tamen decretum illud semper obtinuit, nam contra Canones non est dispensatio, sed dispositio. *Secundum, quia hoc nihil aliud sonat, quàm imperiosum illud, & Molestum & inbecuus. Hoc enim Papam esse, salua sua Concilio, vel etiam cum Concilio sentio. Illum cæsum censemus? Superest, vt*

a Azorius Iesuita supra & alij.

b Franciscus de Victoria, lib. de Pontif. Relect. 4.

c Cusanus Card. lib. 2. de Concord. Cathol. cap. 20.

d Ferus supra cap. 14. lib. 1.

CAPVT XVIII.

Intelligamus quanti habenda sit Pontificis autoritas quoties aliquid etiam contra Concilij } *in genere: an sit supra Concilium: in specie: quatenus Concilio subijci debeat.*

Diuersarum 1 Pontifex est absolute supra Concilium generale, & nullum in terris supra se iudicium agnoscit: contraria sententia non est toleranda. 2 Qui dicunt Concilium esse supra Papam, pugnant illi vetera cum priuatu Pontificis Romani. *Videre igitur quam parum sese priuatus sit Pontifex laudis. Aduersarios diserti ssimos habuit. Adnumerat.* 3 Cardinalis Cameracensis, Ioannes Gerson, Almeyn, Nicolaus

a Bellar. lib. 2. de Concil. cap. 17.

b Greg. Val. Iesuita Rom. lib. 8. cap. 5. Bellarmin. & Iudex Expurg. & Bellar. lib. 2. de Conc. cap. 14.

lius Campanus, Parisiensis, Cardinalis Florentinus, & alij Patres in Concilio Basiliensi congregati consuerunt.

d Æneas Sylvius de gest. Con. Basil. Conclus. 2. & 3.

d Concilij Basiliensis Patres sic statuerunt, Hæc est, *inquiunt*, veritas fidei Catholicæ, generale Concilium esse supra omnem aliam potestatem in terris. *Rursus*, Quisquis his autoritatibus opponit, pertinaciter hæreticus est. *Inquitur Concilio*

e Cusanus Cardinalis lib. 2. de Concord. Cathol. cap. 18. & 20.

desertò à Eugenio Papa, quem hæresis damnabat. e Est Epistola Papæ Damasi in Epistolis Ambrosianis inserta, vbi Papa ipse fatetur, in causa Bonosi, post Concilij decretum, sibi formam iudicandi minimè competere: Neque (*inquit*) contrà sententias vestras mihi tenendum est aliquid. Vide Ambros. Epist. 72. 73. Zozimus Papa dicit: contrà statuta Patrum aliquid condere, aut mutare nec nostræ sedis potest autoritas. Leo Papa in Concilio 8. Canonibus Nicænis, necesse est me perseuerantem exhibere fauorem. Ex quibus clarè constat autoritatem Synodi esse supra Papam. *Hæc ille. Deinde alij viri, si numerum spectes, plurimi, si nomina, grauissimi, se huic primatui opposuerunt.* f In Nic. 16. Octaui Concilij Chalcedonensis Episcopus dum ei obijcitur sententia Pontificis Romani, respondet, Si Pontifex nos aliquid CONTRA Canones facere velit, reijcimus, si cum Canone, acquiescimus.

f Idem ibid. lib. 2. cap. 20.

Vtrique ratione pugnatur.

Pontificiorum Obiectio prima.

Aduersarius. g Epistola B. Rhenani lib. 10. ob errorem, de primatu Petri, quo adulatione appellat hanc assertionem, Papam esse supra Concilium, DERIDETVR. *Absque dubio de spe decidit? Doctrinis enim veris expectabamus, ex dilatoris: quid igitur sibola Papalis abscergam videamus.* h Ecclesia collectiue considerata (*vt in Concilio*) est nomen collectiuum, vt populus, cui Petrus & eius successor Papa præficitur. i Iam verò quilli est parere voci pastoris, cui Christus, Pasce oues.

g Index Expurg. apud Iunium. pag. 165.

h Greg. 3. ad Ieſ. Anal. lib. 8. cap. 7.

i Ad obiectam. 1 Bellar. supra.

Populus

Populus Antiochenus, vt est apud Chrysostomum, cum Mariæ studio, Scripturarum lectione, à Martha curis, negotijs secularibus, impedirentur, sic se excusarunt. Vos Pastores estis, nos oues, Vestrum est igitur legere, nostrum tantum attendere. *Chrysostomus pretextum hunc*, non excusationem, *sed* crimen *vocat. Quid ita?* Quia Oues (*inquit*) estis, sed rationales. *Eodem modo ego. Theologi in Concilio congregati (etsi Oues) tamen profecto sint rationales, vt etiam Conciliarij & Iudices constituantur. Aduocatus.* [k] Facile conciliari possunt opiniones duæ, quas Canus, tanquam dissidentes commemorat: vnam, Concilij Patres esse Pontificis consiliarios in fidei negotio; alteram, eosdem esse sane Iudices. *Nec insuper Papa ita Pastor, & caput Ecclesiæ dicendus est, vt non Ecclesia filium se ac membrum esse agnoscat. Vnde nullo discrimine argumentum retorquebimus.* [l] Ecclesia est mater omnium fidelium, Ergo verum Pontificem filium habet, aliàs vt Augustinus prædicat: Non habebit Deum Patrem, qui non habet Ecclesiam matrem. *Tum etiam quòd* [m] Cùm Papa sit membrum illius Ecclesiæ, quæ corpus Christi mysticum dicitur, potestas Ecclesiæ est supra Papam, vt ex Augustino constat, qui in causa Cæciliani (de Miltiade Papa) dicit, Si Iudices tuos malos fuisse putemus, qui Romæ iudicarunt, restat Con. plenarium vbi cum ipsis iudicibus causa possit agitari, si malè iudicasse, conuicti fuerint. Cùm inquit Christus Petro [Dic Ecclesiæ] addit, Sit velut Ethnicus, qui non audierit. Et hoc ex * Epistola Gregorij Pontificis PROBATVR. *Secundo loco ex Scripturis pugnatis, qua discutientur * infra.*

* *Vide supra in hac parte Apol. lib. 1. cap. 20.*

k *Valent. Iesuita quo iam supra. § Quod si.*

l *Burgensis Episc. in Concil. Basil. contra Eugenium Papam.*

m *Cusanus Card. lib. 2. de Concord. Cathol. c. 17. ad 18*

* *Greg. Epist. 214*

Obiectio secunda.

Aduersar. [n] Opinionem eam, quæ negat Papam esse supra Concilium, copiosè refutat Ioannes Turrecremata. *Turrecremata pro hac Pontificis prærogatiua multa quidem mugatur: sed ita vt rectius informatus eam penitus subuertat. Aduocatus.*

[o] Posse congregari Concilium contra voluntatem Papæ expresse tenet Turrecremata: vt erat congregatum in Italia contra Ioannem Papam secundum. Idem tenet Syluester,

n *Greg. Val. quo supra. § Atque.*

o *Francisc. de Vitt. Relect. 4. de Potestate Papæ & Concil. prop. 23.*

& est sententia vera. *Quam probabimus non modo veram esse, sed prorsus necessariam.*

Argumentum primum.

Aduersarius. [p] Obijcitur nobis quod mortuo Pontifice, aut manent in Ecclesia claues, aut pereunt: si primum, datæ sunt Ecclesiæ, non Petro: si secundum, vnde qui succedunt claues accipiunt? Respondeo, non manent in Ecclesia formaliter, sed (*en claues volantes*) in manibus Christi, vt nouus Pontifex cũ institutus est, nõ accipit claues ab Ecclesia, sed à Christo, vt cum Rex, mortuo prorege, decernit vt populus aliũ eligat, sęque illi eandem potestatem concedere, quam prior habuerat. Sic cum Christus Petro dedit, promisit simul eandem autoritatem suis successoribus. [q] Contrarium pugnat prorsus cum certissima fide, de primatu D. Petri. *Respondeo. 1. Populus tamen commissam sibi autoritatem exequitur, Proregem eligendo. 2. Collega vester refutat hoc delirium. Aduocatus.* [r] Mortuo Pontifice Romano, Ecclesia nominandi, ordinandi, creandi, constituendi ius sibi vendicat, & Pastores, defuncto Pontifice, concilia congregant, ligant, soluunt, & omnia munia iurisdictionis Pontificiæ præstant. *Exemplo familiari manifestum faciam.* [s] Quæstio est quomodo peccetur in conferendis beneficijs Ecclesiasticis. Intelligendum est primò, quis sit Dominus bonorum Ecclesiasticorum; non enim is, qui dat, aut is, qui accipit, dominus est, sed vterque dispensator, Ecclesia sola domina est: vnusquisque enim dominus est sui stipendij: non beneficij Ecclesiastici; nam si Dominus esset beneficij, posset de eo facere quicquid vellet. Itâque summus Pontifex possit retinere omnia beneficia, & omnia vendere sicut ego calicem, quod vtrumque valdè absurdum est: & in antiquis decretis semper summus Pontifex, non dominus illorum, sed dispensator vocatur [t]. *Hic Iesuita noluit Papam dispensatorem, ac seruum domina sua Ecclesiæ adequari. Hæc de æquitate. De necessitate accipe paucis.* [u] Audiui sæpè à doctissimis viris, omniq́ue virtute præditis, omnium malorum Seminarium esse summum, videlicet, Pontificem Con-

[p] Bellar. lib 1. de Rom. Pon. ca. 12. § Obiectio quinta.

[q] Greg. Val. Iesu. lib. 8. Anal. cap. 7 § Atque.

[r] Stapletonus de doctr. princip. lib. 13. cap. 15.

[s] Molinat. Iesu. in Summula. quæst. 10. art. 2.

[t] Orthun. in epist. ad Lectorem, quæ habetur in Fascic. rerum expetend.

Concilio vniuerſali obedire nolle. *Quorum malorũ quaris? Attende, Primum Graci apud*[a] *Nilum Archiepiſcopum Theſſalonicenſem aſſerunt ſolam cauſam continuati ſciſmatis eam eſſe,* quod Epiſcopus Romanus nollet ſubijci œcumenico Concilio. *Alterum eſt vniuerſalis Apoſtaſia certiſſimum periculum: quippe. Aduocatus.* [u] Vniuerſa Eccleſia à ſtatu ſuo corruit (*ſententia cordibus omnium tradenda non chartis*) quando is, qui eſt vniuerſalis, CADIT. *Et rurſus.* [x] Cum fortaſſe is in errore perit, qui Vniuerſalis dicitur, nullus iam Epiſcopus in veritate inuenitur.

[a] *Lib. 1. de primatu Romani Pont.*

[u] *Greg. Magnus lib. 4. Epiſt. 32. ad Mauricium*

[x] *Ibid. Epiſt. 36.*

CAPVT XV.

In ſpecie de duobus ſubiectionis membris: { 1. *An ab Eccleſia iudicari atque damnari Pontifex vel inuitus poſſit.* 2. *An poſſit etiam deponi.*

De vtroque ſimul ex { *Theſi,* *Praxi.*

Primo quoad Theſin.

Aduerſarius. [a] Pontifex non poteſt vllo modo iudicari in terris ab vllo Principe ſeculari, ſiue Eccleſiaſtico, neque ab omnibus ſimul in Concilio congregatis, quia eſt Princeps Eccleſiæ. [b] Nec poteſt Papa ſe ſubijcere iudicio Concilii coactiuo, ſed tantum diſcretiuo. *Ecquid preterea?* [c] Aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines terminari, ſed ſedis iſtius præſulem ſuo ſine quæſtione reliquit arbitrio. *Ita vt.* [d] Si Papa ſuæ & fraternæ ſalutis negligens deprehenditur, & ſecum ducit innumerabiles populos gehennæ cum ipſo plagis multis in æternum vapulaturos; huius culpas hîc redarguere præſumat mortalium nullus, quod cunctos ipſe iudicaturus eſt, à nemine iudicandus, niſi deprehendatur à fide deuius. *Quæſtio igitur eſt, an iudicio Coactiuo ſubijci debeat: nihil autem magis coactiuum, quam quod inuito fit. De quo Aduocatus.* [e] Hæc concluſio tenenda, quod Concilium eſt ſupra Papam, non eget noua probatione.

[a] *Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. ca. 26.*

[b] *Idem lib. 2. de Concil. cap. 18.*

eodem modo apud Gratian. cauſa. 9. q. 3. Non ab Auguſto, non ab omni clero Iudex iudicabitur

[c] *Gloſſator apud Gratian. diſt. 40.* Ad Canonem non nos.

[d] *Apud Gratian. diſt. 40.*

[e] *Franc. de Vict. Relect. 4. de Poteſt. Papæ. Prop.* Si 22. & 23.

Si præterea Papa decreto Concilii contrarium mandauerit, posse Episopos, vel Concilium prouinciale resistere tali mandato, doctores egregii, & aliter magni defensores autoritatis Pontificiæ expressè tenent hanc sententiam. Caietanus in ipso opere, vbi tenet superioritatem Papæ supra Concilium, * Resistendum est, inquit, etiam in faciem Papæ publicè dilaniantis Ecclesiam. Deinde propter iniustas dispensationes & insolentia mandata Papæ, possit conuocari Concilium generale CONTRA VOLVNTATEM Papæ. Hoc expressè tenet *Sylvester. Hoc expressè quoque tenet *Turrecremata assertor vehementissimus Pontificiæ dignitatis. *Hæc omnia Victoria vester. Aduersarius.* [f] In Concilio Sinuessano Canon extat: Nemo iudicet primam sedem. *Non ignoras quod. Aduocatus.* [g] Idem Concilium Sinuessanũ accusabat Papam Marcellinum de actu infidelitatis, viz. Idololatriæ, in quo casu discutere causam Pontificis Concilium possit, & si eum infidelem esse inuenerit, declarare eum esse extra Ecclesiam, 1. damnare. *Addis. Aduersarius.* Sed Marcellinus ipse se abdicabat Pontificatu, priusquam erat damnatus, & Episcopi dicunt, Tu teipsum iudica. *Ratio est, quia eum minime pertinacem esse deprehenderunt. Alioqui. Aduocatus.* [h] Si Accusari Pontifex impius possit, tum etiam iudicari exigente delicto possit, atque deponi. [i] Ecclesia à Ministris non solum exigere rationem, sed etiam eos deponere & repudiare possit, si non sint idonei, impii autem nostri Pontifices ab Ecclesia quidem argui, & in ordinem cogi nolunt, quasi Domini sint, non Ministri.

Obiectionis solutio.

Aduersarius. [k] Præstat caput ægrum habere, quam nullum, nec consulunt Medici, vt caput, ægrum licet, tollamus, vt ab ægritudine liberemur. Caput omnes semper pro virili defendunt. *O argutulum caput tuum. Aduocatus.* Nunquam suadent Medici, vt caput, quamuis vlcerosum abscindatur, sed si perinde vt in corpore mystico, vno capite absciso, possit aliud inueniri, non absurdum videbitur caput pestilens amputare, imò etiam vtile interdum erit

&

* *Cap.* 27.

* *In verbo* Papa § Quod si. * *Lib.* 3 *cap.* 10.

[f] *Bellar. lib.* 2. *de Conc. cap.* 17. § Probatur secundo.

[g] *Bellar. cap.* 19. § Primum exemplum.

[h] *Concilij Basil. Patres, vt autor Aeneas Syluius de gest. Concil. Basil.*

[i] *Ferus comment in Act.* 11. *in principio.*

[k] *Beller. lib.* 2. *de Concil. cap.* 19. § Ad alteram.

[l] *Aeneas Syluius de gest. Concilij Basil. lib.* 1. § Constare iam.

& necessarium, vt Hieronymus docet, cùm de præsbyteris tuis: Sal, inquit, infatuatum nulli vsui inseruit, nisi vt mittatur foras. *Atque insipidos sales copiosa (id est malorum Pontificum) loco suo motaque Pontificali Iam*

CAPVT XVI.

2. *Ex Praxi demonstratur.*

Aduersarius. [a] Decretum fuit, primam sedem (*Romanam*) nemo iudicet. *Quam tamen iudicauit non nemo, primoq; Otho* 1. *Imperator:* [b] Ab Othone primo satis constat bono zelo, sed non secundum scientiam depositum fuisse Iohannem 12. Fuit enim ille Iohannes omnium Pontificum ferè deterrimus, atque ideò non mirum si pius Imperator minùs peritus rerum Ecclesiasticarum, iudicauerit eum potuisse deponi, præsertim cùm multi doctiores ita senserint. *Imò Otho (pace tuâ dixerim) satis peritus videtur, non modò quòd peritorum & doctorum, vt dicis, consilia: verumetiam (quod tu dissimulas) Concilium est secutus. Aduocatus.* [c] Otho Concilium indixit, & conuocatis Italiæ Episcopis, quorum iudicio vita sceleratissimi hominis dijudicaretur, suadente Clero, Leonem Pontificem creauit. *Sed forsan hi tibi imperiti quoque videntur, proferamigitur Aduocatas opiniones tuâ peritissimos.* [d] Hac de causa legitur congregatum Concilium Episcoporum Italiæ Romæ, per Imperatorem contra Iohannem Papam 12. qui venator lubricus & incorrigibilis erat: hoc factum laudat & approbat Turrecremata, & hoc est valdè vtile. *Non ergo in hoc facto pius Imperator imperitus, sed in responso peritus Bellarminus, minùs pius ac candidus fuit. Aduersarius.* [e] Obijciunt nobis Imperatorem Henricum 2. Ille (aiunt) Gregorium sextum Pontificem pontificali suâ dignitate spoliabat. Minimè deposuit Henricus Gregorium, sed persuasit illi vt sponte cederet. *Amica, scilicet, persuasio, quæ ore gladij perficitur. Nam Aduocatus.* [f] Henricus 2. in Italiam cum magno exercitu veniens habita Synodo

[a] *Bellar. supra cap. 15.*

[b] *Bellar. lib. 2. de Rom. Pon. ca. 29. § Ab Othone.*

[c] *Platina de vita Iohannis 13.*

[d] *Franciſc. de Vitt. Relect. 4. c. vlt. Propoſ. 23.*

[e] *Bellar. lib. 2. de Rom. Pon. ca. 29. § De Henrico.*

[f] *Platina de vita Greg. 6. & Platina conſentit Sabellicus Enneadis 9. lib. 10.*

Benedictum nonum, Syluerium tertium, Greg. 6. tanquam tria teterrima monstra abdicare se Magistratu cogebat. *Aduersarius.* g Fuit Gregorius Papa præstantissimus. *Aduocat.* h Illum Synodus Woormatensis multorum criminum damnabat Brixiæ etiam, atque Moguntiæ. *De quo tot nefaria scelera produntur, vt eum* præstantissimum *fuisse facile concedamus, sed vt Martialis suum Optimum,* malorũ. *Deinde* i Constantinopolitana Synodus sexta, item septima Honorium Monothelitam Hæreticum fuisse iudicabat, & damnabat. * Orientalis Ecclesia deposuit Iulium Pontificem Romanum. k Synodus Constantiensis Ioannem 23. è Pontificatu remouebat. l A Synodo Basilien si Eugenius Pontifex à sede Apostolica præcipitatus est. m Romanus Clerus, abrogatâ Liberij Pontificiâ dignitate ob præsumptionem hæreseos, se contulit ad Felicem, quem Catholicum esse cognouit. Nec est quod Felicem in numero Paparum censeamus, nisi concedamus Liberium meritò esse electum. n Anastasium propterea quòd Acatium reuocabat, Romana Ecclesia repudiabat. o Constantinus Pontifex à populo Romano de sede deturbatur. p Bonifacius septimus homo sacrilegus & parricida conspirantibus bonis ciuibus, vrbem relinquere cogitur, turpiter vitam finiebat. q Leo octauus eligitur à Clero populoque Romano, ab Imperatore confirmatur, sed clerus populusque Romanus, mutatâ sententiâ, abrogato Leone, Benedictum sufficiunt. *Denique Pontifices multos à Pontificibus accusatos, damnatos, depositos fuisse* * *Pars prima abunde suppeditat.*

g Stapl. de doct. Princ. ca. 15. vide de hoc ex Bell. *supra.*

h Carol. Sigonius lib. 8. & 9. Imp. Occident.

i Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. ca. 11.

* Sozomenus.

k Æneas Syluius *supra.*

l Idem in gestis Conc. Basil.

m Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 9.

n Gratian. dist. 19. Can. Anastasius.

o Platina de horum Pontificum vitis.

p Idem in eius vita.

q Idem in vita Leonis.

* Pars 1. Apolog. lib. 1. cap. 18.

Concludamus.

Aduocatus. r Pontifex in Concilio non est solus Iudex, sed habet collegas multos, id est, omnes Episcopos, qui si eum conuincere possint de hæresi, possunt eum quoque iudicare, atque deponere licet INVITVM. *Ex hac confessione apparet, quàm tu constanter inconstans sis, quia de autoritate Pontificis, deque eius iudicij infallibilitate libri tui tres integri*

r Bellar. lib. 1. de Conc. cap. vlt. § Denique & § Ita quoque.

in

in hanc sententiam, tanquam in spongiam incubuerunt. De Pontificijs satis, Iam

CAPVT XVII.

Ad Protestantes accedimus, vt primo, an Concilia amplecti lubenter velint: secundo, etiam qualia, intelligant. Ostendemus igitur eos & Concilia verè efflagitare, & vera.

Verè.

Aduersarius. [a] Martinus Lutherus arrepto calamo omnium Conciliorum autoritatem abiecit: *Sic tu quidem calamum tuum in Lutherum distringis, sed calumnioſum satis. Primò enim Reus.* [*] Audetis (*Pontifices ipsos alloquitur*) quatuor illa Concilia prima, cum quatuor istis Christianissimis & potentissimis Imperatoribus contemnere, & conscelerare ob execrales (volui dicere decretales) vestros? *Quibus verbis Concilij congregatiuis antiquum Lutherus exigit.* 2. *Aduocatus.* [b] Lutherani Concilia prima sex generalia recipiunt. *Nec hoc solùm, sed etiam* [c] Quatuor Concilia generalia Caluinus dicit se vt sacrosancta reuereri. *Nempe, quod olim Beatus Gregorius Pontifex.* [d] De quatuor primis Concilijs sic scribit S. Gregorius: Hæc suscipere me & venerari fateor, Nicænum, in quo peruersum Arij dogma destruitur, Constantinop. in quo Eunomij & Macedonij error conuincitur, Ephesinum etiam primum, in quo Nestorij impietas iudicatur, Chalcedonense denique in quo Eutichetis & Dioscori prauitas reprobata est. Hæc totâ deuotione amplector. *Quid porrò?* [e] Lutherani Concilia Generalia efflagitant. *Denique.* [f] Concilium Wittenbergense congregabant 300. Pastores, præside Luthero. *O igitur Conciliorum omnium hostem ac proditorem, scilicet, Lutherum,* Concilij præsidem! *Apage. Calumnias. Denique.* [g] Audi Calumnum in Instit. Nos, inquit, libenter concedimus, si quo de dogmate

[a] *Bellar. in præf. de Concil.*

[*] *Lutherus Tract. aduersus Papatũ.* § Sed agedum.

[b] *Bellar. lib. 1. de Conc. cap. 5.* § Ex. his.

[c] *Stapelt. de doct. Princ. lib. 10. c. 8.*

[d] *Gratian. dist. 15. cap.* Sicut.

[e] *Bellar. lib. 1. de Conc. cap. 21.* § Primo ergo.

[f] *Bellar. ibid. ca 6.* § Octauum numerari.

[g] *Caluinus lect. supra.*

dogmate incidat disputatio, nullum esse certius remedium, quàm si verorum Episcoporum chorus conueniat, vbi controuersum dogma excutiatur. *Optimè, subsidium Concily generalis, quod* * Constantinus quondam tanquam Dei Exercitum instruens, in vnum locum coegit: *Quodq;* * Innocentius, ceu solum remedium, *adhibendum* necessariò putauit: *Hoc Protestantes impensè efflagitant, Pontificij verò (vt Pontificis autoritatem asserant) non modo non necessarium, verumetiam propemodum superfluum esse* [b] *contendunt, Cùm satis iam constet Protestantes Concily medium ampletti, sed in quo veritatis eruendæ media destinata nec deseruntur negligentiùs, nec fastidiosiùs contemnuntur: secundo loco docendum erit,*

* *Euseb. lib. 3 de vita Constant. cap. 4. 5. 6. & Socrates lib. 1. ca. 6.*
* *Sozom. lib. 2. cap. 26.*
b *Vide supra.*

CAPVT XVIII.

Qualia Concilia Protestantes expetant.

Aduersarius. [a] Optant illi (*Protestantes*) quidem Concilium Generale, sed non quale nostrum fuit Tridentinum: tale igitur optant, quale nunquam fuit. *Quale itaque Concilium optant, explica, &*

a *Bellar. supra.*

Conditiones, quas Protestantes exigunt, vt Concilio libero frui possint.

Prima, ne Pontifex Romanus, qui iam est pars rea, Concilia indicendi autoritatem suprematem sibi vendicet. Aduersarius. [b] Conditio hæc iniqua, *quæ tamen* a *Aduocat.* [1] Est antiquissima. [2] In octo Concilijs primis Generalibus seruata. [3] Vtilis nunc, *&* [4] necessaria: *quia* [5] Papa à Concilijs Generalibus abhorrere plerumque solet.

b *Bellar. lib. 1. de Conc. cap. vlt. § Tertia.*
1 2 3 *Supra cap. 5.*
4 5 *Cap. 6.*

Secunda: ne Papa, cùm est pars litigantium, in Concilio præses & iudex constituatur. Aduersarius. [1] Conditio iniqua. *Cùm tamen* a *Aduocatus.* [c] Iudex in sua quoquomue causa nemo esse debet. *Nec præses iure esse potest, qui in* [2] Concilio præsens esse non vult.

1 *Supra c. 6. & 7*
c *Tiraquella lib. de pœnis, Causa 51. num. 65.*
2. *Supra cap. 6.*

Tertia:

Tertia: Vt quàm̃ doctiTheologi, & non solum Episcopi plerumque indocti, voces decisiuas proferre permittantur. Aduersarius. [1] Est contra formam Concilij, quia soli Episcopi Pastores sunt. *Imò, est iuxta formam Concilij, quia Aduocat.* [2] Omnes Presbyteri sunt Pastores. *Et* [3] Tales in antiquissimo Concilio Nicæno primo. [4] Atque etiam in Concilijs alijs posterioribus vocem decisiuam habebant. [5] Estque hoc hodie necessarium. [6] Alioqui pro arbitrio Nationis Italicæ omnia agerentur. 1 *Supra cap.* 8. 2 3 4 5 6 *Ibidem.*

Quarta: vt ex sola Scriptura fidei negotia expediantur. Aduersarius. [1] Est conditio iniqua. *Quæ tamen, Aduocat.* [2] Ante Concilium Tridentinum admitti potuit: *proculdubio æquissima, quia* [3] Iudex arbitrium suum reformare debet iuxta regulas iuris. *Et* [4] Est sacra Scriptura fidei & morum regula exactissima. 1 *Supra cap.* 9. 2 3 *d Tiraquella quæ supra. Cap.* 39. *num.* 3. 4 *Supra* 9.

Quinta: Vt decisio non fiat iuxta suffragiorum pluralitatem, sed iuxta normam verbi diuini pronuncietur sententia. Aduers. [e] Hæc conditio tollit penitùs formã Conciliorum: quomodo enim intelligi possit, quæ sit Concilij sententia, nisi plurimorũ sententia valeat? *Hoc responsum probabilitate non caret. Enimuerò Aduoc.* [f] Possit errare maior pars. *Propterea.* [g] Nego, cùm de fide agatur, plurimorum iudicium nos sequi oportere: neque enim hîc, vt in humanis iudicijs ex suffragiorum numero sententiam metimur; scimus enim frequenter vsu venire, vt maior pars vincat meliorem. Quadraginta Prophetæ Ahab mentiti sunt, ex ore verò Michææ solius veritas egressa est. Maior pars Ephesini Concilij in Dioscori sententiam venit. *Quid igitur in hac parte consultissimum erit? Aduers.* [h] Munus est Pontificis ex arbitrio sententiam dicere. *Hoc itaque interest: Protestantes volunt veritatem suffragiorũ ex verbo Dei explorari, vt, si expresse Scripturæ vocipari maiori reluctetur, minori potius assentiantur, vos tam Pontificis vestro licere pro suo arbitrio suffragiũ resp uere omniũ. e Bellar. lib.* 1. *de Conc. cap vlt.* § Quinta conditio. *f Gregor Valent. lesi. lib.* 8. *Anal. cap.* 7. *pag.* 88. § Respondendum, &c. *g Canus locis Theolog. lib.* 5. *cap. penult.* § Verum. *pag.* 264. *h Ibidem. Eodem modo Bellar. hanc causam disceptans.*

Sexta: ne Patres Concilij ante sententiæ confirmationẽ vlla Pontificis institutione à libertate iudicandi arripi se patiantur. Aduers. [1] Nisi Concilij Patres consentiant institutioni Pontificis, 1 *Ibid. cap.* 9.

tificis, non est formandũ decretum. *Aduoc.* [2] Si instructioni Pontificis consentire teneantur, non sunt libera suffragia: *Sanè, quoties præiudicij caligo Doctorum mentes præstigijs suis occupat, atque perstringit.*

Septima: ne Papa summus Scripturarum expositor constituatur. Aduersarius. [1] Non est alius Iudex habendus, qui Scripturas difficiles exponat, quàm Romanus Pontifex. *Aduocatus.* [2] Qui tamen cum alijs Ecclesiæ Doctoribus, nec scientia, nec gratia Spiritus sancti est vllo modo comparandus. [3] Quia plerumque Græcas literas ignorat. [4] Quarum ignorantiâ fuit aliquando causa erroris prodigiosi. *Secundò, ne qui in argumentandi falsitate delusus concludendi infallibilitatem ostentet. Aduersarius.* [5] Pontificis ordinarij Pastoris doctrina fallax esse potest in præmissis, sed in conclusione est infallibilis. *Aduoc.* [6] Quod ordinario modo fieri nequit.

Octaua: ne vllum teneat in Concilio locum, qui Concilio negat omne obsequium. Aduersarius. [1] Pontifex nullo Ecclesiastico iudicio coactiuo subijcitur. *Aduocatus.* [2] Sententia adulatoria, [3] hæretica, [4] Cleri Romani, [5] sanctorum Imperatorum, [6] Conciliorumque Actis atque Decretis sæpè damnata fuit. *Deinde ne Iudex sit, qui iudicij decretum intolerabili audacia sua infringere aut relaxare solet. Aduersarius.* [7] Hoc est Pontificis munus. *Aduocatus.* [8] Effrænata hæc est, & immoderata licentia. [9] Contra antiquorum Patrum, & sanctorum Pontificum consulta.

Nona: Nullum sit Antichristianismi indicium expressius, quàm in templo Dei vnum aliquem collocare, cuius iudicium cùm falli possit, tanquam infallibile veritatis Oraculum veneramur. Aduersarius. [1] Pontifex quoties vt Pontifex loquitur infallibiliter iudicat. *Aduocatus.* [2] Qui tamen vt Pontifex (vt aliqui Catholici tenent) in Concilio particulari definiens, errare possit. [3] Quem vt Pontificem quoque errâsse Catholici multi, etiam ipsi Pontifices complures tenuerunt. *Inde consectarium erit, quod præclarè obseruat Gregorius:* [4] Vt quando is qui appellatur vniuersalis, cadit, Ecclesia vniuersa simul corruat. *Merito igitur,* Protestantes optant tale

Con-

1 2 Supra ca. 10 lit. k & deinceps. 3 4

5 6 Supra cap. 12.

1 Supra cap. 14. & 15. 2 Supra cap. 15. 3 4 Supra cap. 16. 5 6 7 8 Supra ca. 13. 9

1 2 3 Supra in libro tertio per totum.

4 Greg. lib. 3. Epist. 32.

Concilium generale, *quale Tridentinum & alia Papalia Concilia iamdiu non fuerunt. Sic Bellar.*

CAPVT XIX.

In exemplo Concilij Apostolici, ceu clarissimo speculo, Concilij legitimi formam genuinam contemplari possimus: & Protestantium atque Pontificiorum ingenia propemodum explicare.

Concilij Christiani Hypotyposis.

PRæpositio. [a] Ex Apostolorum Concilio Hierosolymitano Concilia alia formam suam sumere debent. *Cuius B. Lucas Act. 15. descriptionem luculentam elaborauit, nos in Assumptione, Concilium Papale, & illud Apostolicum, tanquam extremos colores, conferemus, vt se inuicem magis illustrent.*

1. *Concilium Papale. Aduersarius.* [*] Papa Concilijs personaliter adesse non solet, sed solus iudicat. *At in Cons. Apost. Act. 15. 7.* [Surgens Petrus dixit ad eos] *Aduocatus.* [*] In Concilio Hierosolymitano Petrus est primò locutus. *Secundò, Concilium Papale. Aduersarius.* [*] Non vult ex solis Scripturis fidei quæstiones expedire. *At Concilium Apostolicum, Act. 15. 15.* [Huic (*dicto Petri*) concordant verba Prophetarum, sicut scriptum est.] *Aduocatus.* [b] Petrus probat sententiam suam ex diuino testimonio, eandem Iacobus ex Propheticis dictis cõfirmat ex varijs locis Scripturæ. [c] Priusquam Petrus loqueretur, magna erat disputatio ex varijs SCRIPTVRAE locis deducta. [d] Propter quod, inquit Iacobus, EGO IVDICO, id est, quia video hæc dicta consonare cum Prophetarum SCRIPTIS. [e] Viri fratres, inquit Iacobus, Simon, &c. Iacobus SENTENTIAM Petri confirmabat, additis SCRIPTVRAE testimonijs. [f] Nihil equidem dubitauerim Iacobum legis peritissimum rem ipsam plurimis PROPHETARVM TESTIMONIIS comprobasse: ex quibus Lucas noster hic vnicum tantùm quod clarissimum videbatur, in historiæ sacræ monumentum retulit: sic enim verba historiæ sonant, & huic concordant

[a] *Bellar. lib. 2. de Concil. cap. 2. § Secũda classis.*

[*] *Bellar. supra.*

[*] *Bellar. supra.*

[*] *Bellar. supra.*

[b] *Caietanus in Act. 15.*

[c] *Arias Montanus.*

[d] *Caietanus in hunc locum, idem habet Lyranus.*

[e] *Canus loci the. lib. 5. cap. vlt. § Ad vndecimũ*

[f] *Ferus in Act. 15.*

dant verba Prophetarum. *Tertiò, in Concilio papali. Aduersarius.* * Papa etiamsi diligentiam non adhibuerit, tamen infallibiter iudicat. *At in Concilio Apostolorum Act.* 15.7. [Cùm magna conquisitio facta esset.] *Aduocat.* * Magnam adhibent diligentiam. *Quartò, in Concilio papali. Aduersarius.* Soli Episcopi sunt Iudices, & vocem decisiuam habent. *At in Concilio Apost. Act.* 15.6. [Conueniunt Apostoli & Presbyteri videre de hoc:] & vers. 28. [Visum est nobis] *Aduocatus.* * VISVM EST NOBIS, significat vocem decisiuam, & refertur ad illud quod præcesserat, APOSTOLI & PRAESBYTERI, ex quo constat Presbyteros quoque vocem decisiuam habuisse. *Quinto, in Concilio papali. Aduersarius.* * Papa licèt erret in præmissis, tamen eius iudicium in conclusione est infallibilis veritatis. *Aliter in Conc. Apost. Act.* 15. *vers.* 19. [Dixit, PROPTER QVOD ego iudico] *Aduocatus.* g Id est quia dicta Petri video consonare cum Prophetis, Ergo iudico. *Et* * Sententiam suam confirmant EX Scripturis. *Cum itaque* propter quod, *idem prorsus, quod* Ergo, *complexionis nota, conclusionem arguit vi præmissarum illatam: fieri nequit vt ex non veris præmissis conclusio materialiter falsa consequatur: ex quo efficitur, quòd* h In Concilio Apostolorum omnia prudenter aguntur: at nos *(intelligit Pontifices)* aliter conuenimus, dicendo ex plenitudine potestatis volumus & mandamus: quomodo Spiritus sanctus huiusmodi conuentus probare possit? *Postremò in Concilio papali. Aduers.* Pontifex mittit Legatos ad Concilium cum instructione, sine qua decretum non est formandum: nec quod sancitum est in Concilio, ante Pontificis confirmationem est ratum. *At in Concilio Apostol. Act.* 15. *vers.* 25. [Placuit nobis collectis in vnum mittere ad vos Petrum & Iohannem,] *Aduocatus.* i Vt referrent ijs, qui erant Antiochiæ, Concilij decretum. *Papa Legatum mittit ad Concilium, Concilium hoc Petrum Legatum mittit: Papa vnus distractus ab alijs, Petrus vnus cum alijs in* vnum collectis *decreti confirmationem promouet. Denique postquam Synodi Patres defuncti sunt munere suo, Petrus Concilij decretum refert;*

* *Greg. Valent. Iesuit. supra.*

* *Cenus supra.*

* *Cardin. Arelatensis supra.*

* *Stapletonus supra.*

g *Caietanus in eum locum.*

* *Iam supra.*

h *Ferus in Act. 15.*

c

i *Arias Montan.*

referri; Papa ſuum affert, & ſententiam Synodicam imponit, potiùs quam exponit. Poſtremò cum [k] Concilium, etiam legitimum errare poſſit in ijs, quæ non legitimè agit: *certè non poſſunt igitur conuentus Papales non errare, qui legitimi Concily iura tam multa, tamq; inſignitèr violárunt. Quis, igitur, tam excors qui non facile prænideat ex huiuſmodi Papatu ortum, niſi ipſe intereat, totius Chriſtianiſmi interitum?*

[k] *Bellar. lib. 2. de Concil. cap. 7.* § Tertio profert.

Duplex adhuc difficultas expedienda eſt.

Prima.

Cum [l] Non ſemper cogi poſſint Concilia generalia, primis enim trecentis annis nullum fieri potuit generale Concilium. *An igitur Eccleſiæ ſalus vniuerſalis neceſſariò periclitatur? Minimè verò, Innocentius Pontifex hîc viam nobis præiuit. Aduocatus.* [m] Expedit, donec Synodum conſequamur, medelam calamitatis huius committere voluntati magni Dei, & Chriſti eius Domini noſtri, illa vniuerſis tranquilitatem dabit, nihil autem deſperare debemus, freti noſtra in Deum fide. *Non iam ſuam authoritatem Papa tanquam fidei noſtræ anchoram opponit. Solet autem Deus ſæpè in iſtius anguſtijs, vel per Concilia particularia, vel Eccleſiarum publicas confeſſiones, ſemper per Scripturarum vſum publicum publica Orthoxorum ſaluti conſulere.*

[l] *Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 9.*

[m] *Apud Sozom. lib. 8. cap. 26.*

Secunda.

Quoties Concilia generalia inter ſe pugnant, vt ſint Chriſtiani in partes diſſentientes penitùs diſtracti, hic vni, alter contrariæ Synodi autoritati aſſenſum præbeat: in tanto diſcordiarum conflictu vnde reconciliandi ſpes potiſſimùm effulgeat? Tum Patronus. * Nec ego Nicenum, nec tu debes Arimenſe tanquam præiudicaturus proferre Concilium: neque ego huius, neque tu illius autoritate detineris: Scripturarum (*non dicit Paparum.*) autoritatibus, non quorumcun-

* *Auguſt. lib 3. contra Maxim. cap. 14.*

que proprijs, ſed vtriuſque communibus teſtibus: res cum re, cauſa cum cauſa, ratio cum ratione decertet. *In quarum expoſitione genuina, vtrum Proteſtantes an Pontificij ſuperiores fuerint, ipſorum Pontificiorum calculis explorandum permittimus. Iam cum mediato Eccleſiæ iudice externo, explicato, immediatum inquirimus.*

Libri quarti finis.

LIBER

LIBER QVINTVS.

CAPVT I.

De externo Eccleſiæ Iudice immediato diuinâ Scripturâ, quæ & doctis in obſcurioribus, & indoctis in perſpicuis eſt ſupremus, & infallibilis Iudex Eccleſiæ.

Status quæſtionis.

[a] VOlunt Proteſtantes ipſam Scripturam eſſe Iudicem, ad eamque ſolam, tanquam exactiſſimam regulam omnium controuerſiarum diſcutionem eſſe exigendam. [b] Hæc, de Iudice expoſitionis Scripturæ, eſt quæſtio grauiſſima, ex qua quaſi dependent omnes controuerſiæ: hæc quæſtio priuſquam intelligatur, ſunt aliqua prænotanda de ſenſibus Scripturæ. *Iam itaque*.

[a] Pintus in Eſaiam.

[b] Bellar. lib. 1. de verbo Dei. cap 3.

De vero modo { *Significandi*, *Indicandi*.

Verum ſignificandi modum Pontificij miris diſtinctionum technis miſerè obſcurârunt.

Primò.

Aduerſarius. [c] Senſus Scripturarum duplex eſt, literalis, ſiue hiſtoricus; & ſpiritualis, ſiue myſticus. *Myſticum & literalem diſtinguis, cùm tamen Aduocatus*. Eſt interdum ſenſus myſticus, ſenſus ipſe literalis. *Secundò. Aduerſarius.*

[c] Bellar. lib 3. de verbo Dei. cap 3. § Vt igitur. d Maldonat. Iſa. cam. in Iob 3. vers 4.

[e] Lite-

[e] Bellar. quæ ſupra. & Azor. Inſt. Moral. lib 8. cap.2.

[e] Literalis eſt, quem verba immediatè præ ſe ferunt: Spiritualis, ſeu myſticus, qui aliò refertur, quàm ad id, quod verba immediatè ſignificant. *Reclius multò. Aduocatus.*

[f] Pererius Ieſuit. et Lauretus Sylua Allegor. in præfat. g Salm. Ieſ. com. in Eph. 5. diſp. 13. § Ad quintam.

[f] Senſus literalis eſt, quem Autor Scripturæ per verba, ſeu nomina propriè, ſeu METAPHORICE accepta primum voluit ſignificare. *Eſt igitur obſeruandum quod* g Veteres Theologi Latini, Græcos imitati, Spiritualem ſenſum interdum illum appellant, qui aliàs dicitur Tropicus, vel Metaphoricus, aut Figuratus, QVI TAMEN REVERA LITERALIS EST, NON MYSTICVS. *Tertiò. Aduerſarius.*

[b] Bellar. quo ſupra § Spiritualis

[h] Spiritualis ſenſus à recẽtioribus Theologis triplex ponitur: Allegoricus, Tropologicus, Anagogicus. *Diſtinctio laxa, & quaſi luxata, quia* Anagoge *eſt ſpecies quædam* Allegoriæ. *Aduocatus.*

[i] Bellar ibid. § Hæc diſtinctio.

[i] Hæc diſtinctio ſpiritualium ſenſuum à veteribus non ſemper obſeruatur, qui hos omnes ſenſus vocant Allegoricos. *Quartò. Aduerſarius.*

[k] Ibidem § Spiritualis.

[k] Allegoricum ſenſum vocant *(recentiores Theologi)* cum verba Scripturæ præter literalem ſenſum ſignificant aliquid in nouo, quod ad Chriſtum vel ad Eccleſiam pertinet: vt Abraham qui duas vxores, & duos filios habuit, ſignificabat Deum autorem duorum teſtamentorum, & duorum populorum, Ga-

[l] Ibid. § Ex his.

lat. 4. *Definitio anguſtior, quia, Aduocatus.* [l] Multi ſentiunt etiam in nouo Teſtamento ſenſum ineſſe Allegoricum, & quidem meritò. *Itaque recentiorum Theologorum tantam oſcitantiam meritò contemnimus. Accuratiſſimi ſenſus diſtinctio hæc eſt: Modus ſignificandi alius proprius eſt, alius figuratiuus, &c. Sed cum iam inter ſcholaſticos, tanquam homines peregrinos verſemur, propriè & ἀκριβῶς loqui non licet, ſed diſputationis ergò, ex diſtinctionum vſu potiùs quàm ex arte diſſerendum: ita tamen vt ex tenebris ipſam eruamus veritatem.*

CAPVT

CAPVT II.

De sensu { *Literali, seu Historico.* / *Spirituali, Mystico, Allegorico. 1. Θεωρικῶς, & Τροπικῶς.* } *quomodo, aut* { *Dijudicari possunt:* / *Ad vsũ accomodari.*

Thesis prima. Quid sit sensus historicus & literalis.

Aduocatus. [a] Sensus Historicus est, quem verba propriè aut figuratè sumpta significant. *Vel sic.* [b] Literalis sensus est, quem ipsæ voces propriè aut translatè sumptæ proximè significant: Scriptura enim voces, quibus vtitur ad aliquid significandum, aliquando propriè, aliquando metaphoricè vsurpat, vt docet [*] Augustinus. Metaphoricus item duplex est, aut enim singulis verbis, aut toti orationi inest, qualis est Luc. 4. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno Dei. Tales sunt parabolæ, prouerbia, & multæ aliæ Scripturarum sententiæ, quæ cùm in veteri, tum in nouo Testamento continentur. *Et hæc figura est illa* [c] Allegoria verborum, quæ est oratio Metaphorica, obscuram reddens significationem, quæ quidem est diuinæ Scripturæ, & externis & humanis doctrinis. *At quomodo literalem illum Metaphoricum, seu Allegoricum expiscari quis possit?*

a *Ribera Jes. in prooem. in Malac. num. 9.*
b *Azor. Jes. Instit. Moral. lib. 8. ca. 2. § Quinto quæritur.*
[*] *Lib. 3. de doctr. Christ. cap. 5. 10. & 29.*
c *Perezius Jes. com. in Gen. 2. 1.*

Thesis secunda. Quis sit sensus Allegoricus.

Aduocatus. [d] Sensus Allegoricus (*literalis*) is est, non quem verba ipsa sumpta faciunt, sed quem Autor parabolæ intendit: [e] Nimirum is, qui deducitur ex similitudine, quas res vocibus significatæ, cum re alia habet. Vt si hominem veracem, aut auarum lupum, aut talpam dixeris, is erit sensus,

d *Laurentius prof. in lib. de Sylua Allig.*
e *Alphonsus lib. 1 de hæres. cap. 3.*

que proprijs, ſed vtriuſque communibus teſtibus: res cum re, cauſa cum cauſa, ratio cum ratione decertet. *In quarum expoſitione genuina, vtrum Proteſtantes an Pontificij ſuperiores fuerint, ipſorum Pontificiorum calculis explorandum permiſimus. Iam cum mediato Eccleſiæ indice externo, explicato, immediatum inquirimus.*

Libri quarti finis.

LIBER

LIBER QVINTVS.

CAPVT I.

De externo Eccleſiæ Iudice immediato diuinâ Scripturâ, quæ & doctis in obſcurioribus, & indoctis in perſpicuis eſt ſupremus, & infallibilis Iudex Eccleſiæ.

Status quæſtionis.

[a] VOlunt Proteſtantes ipſam Scripturam eſſe Iudicem, ad eamque ſolam, tanquam exactiſſimam regulam omnium controuerſiarum diſcutionem eſſe exigendam. [b] Hæc, de Iudice expoſitionis Scripturæ, eſt quæſtio grauiſſima, ex qua quaſi dependent omnes controuerſiæ: hæc quæſtio priuſquam intelligatur, ſunt aliqua prænotanda de ſenſibus Scripturæ. *Iam itaque*.

[a] *Pintus in Eſaiam.*

[b] *Bellar. lib. 1. de verbo Dei. cap 3.*

De vero modo { *Significandi,* / *Iudicandi.*

Verum ſignificandi modum Pontificij miris diſtinctionum technis miſerè obſcurârunt.

Primò.

Aduerſarius. [c] Senſus Scripturarum duplex eſt, literalis, ſiue hiſtoricus; & ſpiritualis, ſiue myſticus. *Myſticum & literalem diſtinguis, cùm tamen Aduocatus*. Eſt interdum [§] ſenſus myſticus, ſenſus ipſe literalis. *Secundò. Aduerſarius.*

[c] *Bellar. lib. 3. de verbo Dei. cap. 3.*

[§] Vt igitur. [d] *Maldonat. Ieſ. com. in Iob 5. verſ. 4.*

[d] Lite-

e Bellar. quo ſupra. & Azor. Inſt. Moral. lib 8. cap.2.

f Pererius Ieſuit. et Lauretus Sylua Allegor. in præfat. g Salm. Ieſ. com. in 8ph. 5. diſp. 13. § Ad quintam.

b Bellar quo ſupra § Spiritualis

i Bellar ibid. § Hæc diſtinctio.

k Ibidem § Spiritualis.

l Ibid. § Ex his.

e Literalis eſt, quem verba immediatè præ ſe ferunt: Spiritualis, ſeu myſticus, qui aliò refertur, quàm ad id, quod verba immediatè ſignificant. *Rectius multò. Aduocatus.* f Senſus literalis eſt, quem Autor Scripturæ per verba, ſeu nomina propriè, ſeu METAPHORICE accepta primum voluit ſignificare. *Eſt igitur obſeruandum quòd* g Veteres Theologi Latini, Græcos imitati, Spiritualem ſenſum interdum illum appellant, qui aliàs dicitur Tropicus, vel Metaphoricus, aut Figuratus, QVI TAMEN REVERA LITERALIS EST, NON MYSTICVS. *Tertiò. Aduerſarius.* h Spiritualis ſenſus à recentioribus Theologis triplex ponitur: Allegoricus, Tropologicus, Anagogicus. *Diſtinctio laxa, & quaſi luxata, quia* Anagoge *eſt ſpecies quædam* Allegoriæ. *Aduocatus.* i Hæc diſtinctio ſpiritualium ſenſuum à veteribus non ſemper obſeruatur, qui hos omnes ſenſus vocant Allegoricos. *Quartò. Aduerſarius.* k Allegoricum ſenſum vocant (*recentiores Theologi*) cum verba Scripturæ præter literalem ſenſum ſignificant aliquid in nouo, quod ad Chriſtum vel ad Eccleſiam pertinet: vt Abraham qui duas vxores, & duos filios habuit, ſignificabat Deum autorem duorum teſtamentorum, & duorum populorum, Galat. 4. *Definitio anguſtior, quia, Aduocatus.* l Multi ſentiunt etiam in nouo Teſtamento ſenſum ineſſe Allegoricum, & quidem meritò. *Itaque recentiorum Theologorum tantam oſcitantiam meritò contemnimus. Accuratiſſimi ſenſus diſtinctio hæc eſt: Modus ſignificandi alius proprius eſt, alius figuratiuus, &c. Sed cum iam inter ſcholaſticos, tanquam homines peregrinos verſemur, propriè & ἀκριβῶς loqui non licet, ſed diſputationis ergò, ex diſtinctionum vſu potiùs quàm ex arte diſſerendum: ita tamen vt ex tenebris ipſam eruamus veritatem.*

CAPVT

CAPVT II.

De ſenſu { *Literali, ſeu Hiſtorico.* / *Spirituali, Myſtico, Allegorico. 1. Θεωρικῶς, & Τροπικῶς.* } *quomodo, aut* { *Dijudicari poſſunt:* / *Ad vſũ accomodari.*

Theſis prima. Quid ſit ſenſus hiſtoricus & literalis.

Aduocatus. [a] Senſus Hiſtoricus eſt, quem verba propriè aut figuratè ſumpta ſignificant. *Vel ſic.* [b] Literalis ſenſus eſt, quem ipſæ voces propriè aut tranſlatè ſumptæ proximè ſignificant: Scriptura enim voces, quibus vtitur ad aliquid ſignificandum, aliquando propriè, aliquando metaphoricè vſurpat, vt docet [*] Auguſtinus. Metaphoricus item duplex eſt, aut enim ſingulis verbis, aut toti orationi ineſt, qualis eſt Luc. 4. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro aptus eſt regno Dei. Tales ſunt parabolæ, prouerbia, & multæ aliæ Scripturarum ſententiæ, quæ cùm in veteri, tum in nouo Teſtamento continentur. *Et hæc figura eſt illa* [c] Allegoria verborum, quæ eſt oratio Metaphorica, obſcuram reddens ſignificationem, quæ quidem eſt diuinæ Scripturæ, & externis & humanis doctrinis. [e] *At quomodo literalem illum Metaphoricum, ſeu Allegoricum expiſcari quis poſſit?*

a *Ribera Jeſ. in proem. in Malac. num. 9.*
b *Azor. Jeſ. Inſtit. Moral. lib. 8. ca. 2. § Quinto quæritur.*
[*] *Lib. 3. de doctr. Chriſt. cap. 5. 10. & 29.*
c *Pererius Jeſ. cam. in Gen. 21.*

Theſis ſecunda. Quis ſit ſenſus Allegoricus.

Aduocatus. [d] Senſus Allegoricus (*literalis*) is eſt, non quem verba ipſa ſumpta faciunt, ſed quem Autor parabolæ intendit: [e] Nimirum is, qui deducitur ex ſimilitudine, quas res vocibus ſignificatæ, cum re alia habet. Vt ſi hominem veracem, aut auarum lûpum, aut talpam dixeris, is erit ſenſus,

d *Lauretus præf. in lib. de Sylua Alleg.*
e *Alphonſus lib. 1 de hæreſ. cap. 3.*

f Stella in Luc 7. quem vocis prolator intendit. f Non quem verba prima ſignificant, ſed qui per res ſignificatas nobis inſinuatur, vt Iud. 9. [Arbores eligunt Regem, &c.] Clarum eſt hoc non de arboribus, ſed de hominibus intelligi. *Eſt enim ſenſus, vt*

g Aquinas par. 3 q. 1. ar. 11. g Cum brachium Dei dicitur, non membrum ipſum, ſed virtus operatiua per membrum ſignificatur.

CAPVT III.

De ſenſu Myſtico, ſeu propriè Allegorico, in quo ineſt Allegoria, non verborum, ſed rerum.

a Azor. Inſt. Moral. lib. 8. cap. 2. b Pererius Ieſ. com in Gen. 21. *Duocatus.* a Myſticus ſenſus eſt, quem non voces primò & proximè ſignificant, ſed res vocibus ſignificatæ. Nimirum quando res vocibus ſignificata eſt typus, figura & vmbra alterius rei, vt Heb. 5. & 7. vt 2. Cor. 9. Gal. 4. b Eſt hæc allegoria rerum, vt deſcribit Ambroſius, cum aliud re geritur, aliud in myſterio ſignificatur, vt triduana manſio

c Ribera Ieſ. com. in Hoſ. 11. nu. 8. Ionæ in ceto, reſurrectionem figurabat. c Senſus his ſpiritualis allegoricus iudicatur, qui non per verba proximè ſignificatur, ſed per res, vt vbi eductio populi Iſrael ex Egypto ſignificabat puerum Ieſum ex eadem regione euocandum,

d Ribera Ieſ. proem. in Malac. num. 9. & educendum: ideo verborum Prophetæ ſenſus literalis eſt de populo Iſrael, de puero verò Ieſu allegoricus. d Sicut hiſtoricus ſenſus ſumitur ex ſignificatione verborum, ita ſpiritualis ex ſignificatione & ſimilitudine rerum, quas verba illa ſignificant, definitur. Vt ergo ſenſus hiſtoricus non eſt, niſi quem verba propriè ac figuratè ſumpta efficiunt: ita neque ſpiritualis eſt, niſi quem res illis verbis ſignificatæ reddunt. *Eſtnè igitur in Scripturis omnibus ſenſus aliquis literalis?*

Theſis quarta. Cuiuſuis Scripturæ eſſe aliquem ſenſum literalem.

e Azorius Ieſ. quo ſupra. § octauo. *Aduerſarius.* e Quidam putant Scripturam aliquando ſenſu

ſenſu literali vacare, ſolo myſtico contentam. *Aduocatus.* * Mihi tamen videtur omnem Scripturæ locum ſenſu aliquo literali conſtare vel proprio, vel metaphorico. *An inſuper literalis niſi vnus aſſignari poſſit?*

Theſis quinta. Vnius Scripturæ ſenſum hiſtoricum eſſe vnicum.

Aduerſarius. [f] Multi putant eandem Scripturam multos ſenſus hiſtoricos capere poſſe, vt Lyranus, Albulenſis, Canus. [g] Nec eſt improbabile. [h] Hæc eſt communis Theologorum opinio, eiuſdem literæ poſſe plures literales ſenſus eſſe. *Cuius communis opinionis præiudicium tuum quoque iudicium occæcauit. Enimuero. Aduocatus.* [i] Quidam, è quorum numero eſt Medina, ſentiunt hoc non poſſe eſſe. *In quo perquam eruditè ſentiunt, nam,* [k] Quod aiunt, in ſacris Scripturis duplicem eſſe ſenſum literalem: quia ea, quæ facta ſunt in veteri Teſtamento, ſunt figuræ eorum quæ ſunt in nouo: pugnant hæc, & hanc pugnam multi eruditi non vident: nam vbi facta veteris Teſtamenti ſunt figuræ, de ſignificatione loquimur, non vocum, res enim factæ ſunt, & res ſunt figuræ: Ergo hic non literalis ſenſus eſt, ſed ſpiritualis, ſiue allegoricus: pudet in his immorari, & prima Theologiæ elementa, communeſque animi conceptiones confirmare. *Et tamen audi.* [l] Audiui virum eruditiſſimum Epiſcopum Placentinum hac de re pro ſuggeſto diſſerentem: cenſebat ille quidem ea quæ liberaliter de Dei ſapientia dicta ſunt, de Virgine Maria etiam liberaliter intelligi debere. Quæ ſententia viri doctiſſimi, non prorſus circumſpecta mihi videtur: neque enim Eccleſia ſenſum literalem Scripturæ tribuere potuit, quem illa hactenus non habuerit. *Poſſit tamen eſſe duplex vnius Scripturæ ſenſus, alter Literalis, alter Spiritualis, ex Authoris intentione, non modo applicatione Interpretis.*

f Ribera Ieſ.com. in Heb.cap.1. num.47.

g Bellar. lib.3. de verbo Dei cap.3: § Ex his *et Salmeron.Ieſ.com.in 1.Tim.1.diſp.3.* § Idem.

h Azor.quo ſupra § Vndecimo quæritur.

i Ibidem.

k Ribera Ieſ.com. in Hoſ.cap.11. num.6.& 7.

l Acoſta Ieſuita lib.3. de Chriſto reuelat.cap.11.

Thesis sexta. Scripturæ veteris Testamenti in Testamento nouo allegatæ, non tam per applicationem, quam ex vera significatione citantur.

Aduersarius. [m] Iansenius non dubitauit dicere: Multa loca afferri ab Euangelistis per applicationem quandam, non autem quòd Prophetæ id significare voluerint, ad quod ab Euangelistis afferuntur: vt cum dicitur: [Vt impleretur quod dictum est, ex Ægypto, &c.] sicut si quis, inquit, de Patre nimis filium amante diceret, Videres illum in desiderio filij sui omnia contemnere, vt impleretur in eo illud Maronis: Omnis in Ascanio chari stat cura parentis. *Aduocatus.* [n] Qua in re vir eruditissimus toto cœlo errat, nam cum dicitur: [Bene de vobis prophetauit Esaias] si prophetauit, tum præuidit quod prædixit, atque ita impletum est quod priùs prophetatum. Audax est igitur Iansenij opinatio quæ Patribus omnibus aduersatur. *At sensus spiritualis numquid in Scripturis omnibus reperitur?*

m Ribera Iesuita com. in Hos. 11. num. 13.
* Iansenius Concord. cap. 11.
n Ribera Iesuita quo supra.

Thesis septima. Omni Scripturæ sensus mysticus non est affingendus.

Aduersarius. [o] Quidam Pontificij opinantur, omnem scripturæ locum sensu mystico constare, quoniam vox Pauli est: *Omnia in figuris contingebant illis. Reus.* *Aliqui κατοπτρίσασι ex hoc dicto Pauli figurarum nomen arripuerunt, atqui Paulus eo loco non de figuris, sed de exemplis loquitur: hortatur enim vt in timore Dei ambulemus, ne tale quiddam nobis contingat. *Aduocatus.* [p] Non inuenitur sensus spiritualis in omni sententia scripturæ, nec in testamento veteri, nec in nouo. [q] Mihi videtur leges ceremoniales & iudiciales, duplicem sensum, habere sensum literalem, scilicet & mysticum. At verò præcepta & consilia morum non solent, nisi sensum literalem habere. *Quis sensus est altero nobilior, historicus an spiritualis?*

o Azorius Iesuita Instit. Mor. cap. 2. § nono quæritur.
* 1. Cor. 10.
* Lutherus serm. de decem Leprosis § Vltra.
p Bellar. lib. 3. de verbo Dei. cap. 3. § Sed quãquã.
q Azorius Iesuita quo supra. § Nono.

Thesis

Theſis 8.

In Allegoria rerum ſenſus allegoricus eſt nobilior.

Aduocat. [11] Senſus Allegoricus vt nobilior atque ſacratior magis intenditur à Spirit. ſancto quàm literalis, vt Deu. 23. [Non alligabis os boui trituranti] ex hoc Apoſtolus: Nunquid de bobus cura eſt Deo? propter nos hæc ſcripta ſunt, &c. Oſtendit in figura boum, Deum magis de Miniſtris verbi præcepiſſe, vt verbum prædicantes ab auditoribus alerentur. Audi exemplum ſatis accomodatum, 1. Reg. 20. Ionathas loquitur puero: [Ecce ſagittæ vltra te ſunt] duo procul-dubiò videbat, alterum proximè, vt puer tolleret ſagittam, alterum remotiùs, ſed quod multò magis volebat: vt Dauid iſtis verbis admonitus, fugiendum eſſe ſibi intelligeret. *Poſtremò, nunquid in exemplis verè malis Spiritus ſanctus futuri boni typum aliquem exprimi voluit?*

[11] *Ribera Ieſ. prælud. 4. imum in omnes Prophetas num. 21.*

Theſis 9.

Impij, in quo impij fuerunt, Chriſti figuram nullam expreſſerunt.

Aduerſ. [f] Nec quis miretur me quercum, in qua Abſolon capillis pependit, vocâſſe crucem, verè enim crux fuit, cruciſque Dominicæ manifeſta figura, in qua Abſolon pendens Chriſtum præfigurabat. *Mirus tu quidem figuratiua crucis faber es. Aduocatus.* [t] Patres aliqui Dauidis adulteriũ, vt & id, quod de duabus Meretricibus * narratur, & congreſſus Iudæ cum Thamar, allegoricè expoſuerunt. Cæterùm * Hieronymus reprehendit eos, qui allegoricè exponunt res malè & turpiter geſtas: & Auguſt. etiam *Origenes. Dicendum exiſtimo, quod homo bonus, qui in veteri populo præceſſit in re aliqua, quæ verè mala non fuit, in ea potuit typum & figuram Chriſti continere: ſic Abel à fratre ſuo interfectus, figura Chriſti: Ioſeph venditus à fratribus in Aegyptum Chriſtum adumbrauit:

[f] *Gretzerus Ieſ. lib. 1. de Cruce cap. 6. § Plus probaſſet, &* § *Nec eſt pag. 14.*

[t] *Azorius Ieſ. Inſtit. Moral. lib 8 cap. 2. § Decimo quæritur.*

* *In Oſea c. 10. in Eſaiæ 45. in Ezech. 12.*

* *Lib. 2. de Ser. Dom. in monte.*

* *Hom. 5. in Ge.*

Samſon ingreſſus ad alienigenas ſignificauit Chriſti ingreſſum ad Gentes: tale eſt illud de amico importuno. Luc. 11. & illud Luc. 18. de Iudice, qui nec Deum timebat, nec hominem reuerebatur. Sed impios, in quo impij fuerunt, figuram Chriſti non fuiſſe. *Hæc ille. At Abſalon capite pendens impietatis ſuæ pœnas luebat; eum igitur Chriſti pendentis typum agnoſcere prohibet pietas. Hucuſque de Allegorici ſenſus vera diſtinctione diximus, nunc*

CAPVT IIII.

De Senſus myſtici & Allegorici vſu legitimo.

a Ieſ. ſupra.

[a] Allegoria alia verborum, cùm verba res ſignificant; vt parabolæ: alia rerum, cùm res ſignificatæ res alias præfigurant. *De parabolis hanc accipe regulam generalem: tantùm ea verba valere ad ſenſum rimandum, quæ ad ſcopum Parabolæ propriè collimant.*

Theſis 10.

Parabolarum partes ſingulæ non ſunt curiosè premendæ.

b Index Expurg. apud Iunium pag. 155.
c Mald. Ieſuita Comment. in Luc. 29.
d Idem in Mat. 22. 6.

Aduerſarius. [b] Illud Petri Rami, Parabola non eſt ſubtilius interpretanda, deleatur. *Et tamen Aduocatus.* [c] Non ſunt Parabolæ partes ſingulæ ſubtiliùs explorandæ, adhibendum eſt iudicium, & ex fine Parabolæ colligendum, quæ eius partes neceſſariæ ſunt, quæ verò tanquam emblemata & ornamenta adhibentur. [d] Ergo in Parabolis non perſonæ perſonis, partes partibus, ſed totum negotium toti negotio cõparandum. *Dogma in hoc genere θεολογικώτατον, & neceſſarium.*

e Suarez Ieſuita in Thom. Tom. 4 qu. 88. Art. 4. Sect. 1. diſp. 13.
* Hom. 48. & 65. in Mat.

[e] Monet * Chryſoſtomus in exponendis Parabolis præcipuè attendendum eſſe finem Parabolæ, nec ſingula verba accommodanda eſſe, ſed ſolùm quatenùs ex ijs per quandam Analogiam declaratur quod intenditur. Vt Luc. 16. [Dominus laudauit Villicum iniquitatis, quòd prudenter feciſſet.] Non quod laudauit factum, ſed (propoſitum Parabolæ)

rabolæ) solertiam tantùm, non vt eam imitemur in tali materia, sed in altiori. *Ex quo malè feriantium Concionatorum pungendus est pruritus, qui,* * nimis premendo nasum, eliciunt sanguinem. *Ad Allegoriam rerum accedo: primò, quando & apud quos ea vti conuenit.*

* Prouer. 30. 33

Thesis 11.

Allegoricus rarior nec firmior.

Aduocatus. [f] Paulus quandoque ex sensu mystico argumenta deducit præsertim agens CVM FIDELIBVS: quæ apud Iudæos refractarios firma & solida non sunt, apud conuersos tamen suam probabilitatem habent: quæ apud simplices solent esse plausibiliora, quòd facilius illis & suauius erudiantur: hinc RARAE SVNT apud Paulum Allegoriæ. In more est Paulo (inquit * Augustinus) apertiùs differere, & magis propriè quàm figuratè loqui. *Figuratè verò.* [g] Id facit POSTQVAM alijs APERTIS locis demonstrationem fecit. [h] Apostoli si quando in citandis Scripturis (quod RARVM est) sensum mysticum adhibent, cùm prophetias impletas dicunt: perspicuum esse omnibus legem scientibus supponunt, quod reuerà perspicuum & certum erat ex ipsis Scripturis. *In hac Thesi tria sunt obseruanda, & in Theologorũ vsum proferenda: primum, Argumenta ab Allegorijs petita,* rariora *esse oportere*: secundum, non apud Aduersarios *ingerenda esse, sed tantùm apud eiusdem fidei Professores: non habere in se satis virium, nisi quatenùs* à locis Scripturarum apertis demonstrationem *sumant. At propterea non tam ad probandam veritatem, quàm ad comprobandam facere. Sequitur vt secundo loco discamus, quatenùs nobis integrum sit in veteris Testamenti sensu Allegorico insistere: an interpreti pro arbitrio Allegorias fingere liceat?*

[f] *Salmeron Iesuita in Epist. Pauli in genere disp. 6.* § Quandoque. *& Com. in Rom. 11. disp. 34.* § Et in hoc.

* *Lib. de opere Monach. cap. 2. Tom. 3.*

[g] *Salmeron Iesuita Com. in Rom. 11. disp. 34.*

[h] *Acosta lib. 3. de Christ. Reuela. cap. 18.*

Thesis 12.

Allegoricus ab Apostolis explicatus, non peregrinus alijs à nobis obijci in disputatione debet.

Ad-

j Salmeron Iesuit. Commen. in Heb. 2. disp. 7. § Idē.

Aduocat. j Valent rationes à sensu mystico RECEPTO ET PROBATO, non autem ita à mystico & voluntario pro cuiusque cerebro: at sensus mysticos ab Apostolis assignatos nemo potest respuere: quia illorum veritatem signa quibus coruscabant, & sapientia doctrinæ, & vitæ sanctitas testabantur, & commendabant. k Tum valet ad confirmandam fidem, eùm ex aliquo Scripturæ loco planè constat, quales sunt mystici sensus, quos Paulus & alij Apostoli explicárunt. *Rectè. Ergo tutissimum erit in mysticis sensibus assignandis Iudices Apostolos consulere, duces sequi, quia* l Mystici sensus tenent tantùm in ijs, quos Scriptura aut Christus declarárat. *In vtraque Allegoriæ specie tam verborum, quàm rerum quid potissimum est animaduertendum?*

k Arrius Iesuit. Institut. Moral. lib. 8. cap. 2. § Annotandum

l Catharinus aduersus Caietan. pag. 97.

Thesis 13.

Quousque sensus proprius est asserendus.

Aduocatus. m Quod propriè interpretari possumus, per figuram interpretari incredulorum hominum est, & quasi fidei diuerticula quærentium. n Quando sensus literalis potest haberi ex significatione verborum propria, non est recurrendum ad figuratam. o Hanc regulam Augustinus tradidit: quando verba propriè & iuxta rationem Grammatices excepta absurdum aliquem, & impossibilem sensum efficiunt, recurrendum est ad tropum, & figuratam locutionem. *Denique*

m Meld. Iesuit. Com. in Mat. 8. 12.

n Toletus Iesuit. Comm. in Luc. 10 Annot. 25.

o Salmeron Iesuit. Colleg. in 1. Cor. 15. disp. 24. § Ad primum.

Thesis 14.

Obscuriora loca per apertiora illustranda sunt.

Aduocatus. p Ea quæ in vno loco Scripturæ traduntur sub Metaphoris in alijs locis expressiùs exponuntur. *Propteria quoties deest nobis aut Apostolorum exemplum, aut expressa Scriptura auctoritas, Thesin sequentem teneamus.*

p Aquinas part. 1 q. 1. art. 9. c

Thesis 15.

Et de sensu Allegorico vltima: (quæ instar Coronidis, ac Conclusionis esse possit) Ex literali tantùm efficax argumentum.

Aduer-

Aduerſ. q Quidam (*Pontificij*) inter quos eſt Medina negant tantùm ex literali ſenſu argumentum efficax colligi ad fidei dogmata confirmanda: ſed etiam aiunt ex myſtico multa argumenta deſumi. *Ergo Bellarminus falsò verum fatetur, cùm ait. Aduoc.* r Conuenit inter NOS, & aduerſarios ex ſolo ſenſu literali peti debere argumenta efficacia. *Quod dicis inter vos conuenire, falsũ, in eo quod significas debere vos in hoc conſentire, verum tenes, namque* s Certum eſt ſymbolica argumenta non eſſe argumentatiua: ex ſenſu myſtico argumentum efficax ad res fidei comprobandas non ſumi, communis eſt Theologorum ſententia. *Patronus.* t Nulla expoſitio ad hæreſes conuincendas probabilem vim habet, niſi quæ verè, purè, germanè literæ ſententiam explicat: proinde Auguſtinus, Quis non impudentiſſimè nitatur, inquit, aliquid in Allegoria poſitum pro ſe interpretari, niſi habeat alibi MANIFESTISSIMA teſtimonia, quibus obſcura illuſtrentur. u Et.* Hieronymus, Pius, inquit, hic ſenſus, ſed nunquam parabola aut dubia ænigmatum intelligentia poteſt ad autoritatem dogmatum quicquam proficere: ſola igitur literalis expoſitio ad veritatem ſuffulciendam, & falſitatem deſtruendam valida eſt. *Poſtremo loco quæritur, an ſit ſenſus Spiritus ſancti mutabilis, ita vt liceat Eccleſiæ nouum aliquem ſenſum cõminiſci, & à Scripturis hactenùs abhorrentẽ.*

q *Acosta lib. Inſtit. Moral. li. 8. cap. 2. § Decima, &c.*

r *Bellar. lib. 3. de verbo Dei cap. 3. § Sed quanquã.*

s *Vega lib. 9. de Iuſtif. cap. 44. & Aquinas part. 1. art. 10.*

t *Polyd. Virgil. Inuent. lib. 4. c. 9.*

u *Sextus Senens. Biblioth. lib. 3. pag. 140. & 141.*

* *In 2. Commen. ſuper Matth.*

Theſis poſtrema de vtroque ſenſu.

Aduerſ. x Ad Cuſanum quod attinet, rectè ſanè ab eo ſcriptum eſt: alio atque alio modo Scripturas pro temporis ratione accipi poſſe atque exponi. *Siccine?* y Etiam nullâ quoq; impietate, non enim poteſt honeſta ad pietatem docentiã aliqua eſſe inhoneſta ratio: & fortaſſis (dicam audacius) tale etiam quid in Paulo curioſus aliquis repererit, & forſitan aliquoties expediens fuerit, neque Deo ipſi Scripturæ autori ingratum ad piè ſubditorum animos fallendos, in quibuſdam cauſis Scripturas nonnihil à genuino ſenſu detorquere. *O Theologos aureos, iam cete ſen rudi donandos!*

x *Duræus contra Whitak. fol. 45.*

y *Tumultuaria Apologia pro Pontificia diſpenſatione, vt Henricus Rex Angliæ ſororis defuncti vxorem matrimonio ſibi adiungeret. Anno 1532. fol. 34 & 35.*

fraus aliqua pia? *impiè*, etiam (qui * veritas est) Deo grata? *blasphemè*: * Deus non nostro eget mendacio. *Idcirco. Advocat.* [1] Ecclesia sensum literalem Scripturis tribuere nequit, quem ipse hactenùs non habet. *Etenim,* [a] Maior est Scripturæ sanctæ autoritas, inquit Augustinus, quàm omnis ingenij humani perspicacitas, vnum enim CONSTANTEM ac simplicem sensum habet, quo pugnatur & vincitur. *Ratio.* [b] Eum sensum, qui ex verbis immediatè sumitur, certum est esse SENSVM SPIRITVS sancti. *Et rursus.* * Ex solo sensu literali, qui vnicus est, argumentum efficax, sumitur. *Nonus igitur iste sensus quem Ecclesia cudit, qua cùm careat Sp. sancto, quo, obsecro, Spiritu gaudeat? Nos his tam multis tamq; luculentis Pontificiorum thesibus, ceu totidem clypeis muniti, ipsorum Pontificiorum tela omnia ex Scripturarum testimonijs contortis desumpta, ex ipsorum manibus facilè excutiemus. Tantùm Theses attigimus. Nunc*

Iob 13.

[1] Acosta Iesuit. li. 3. de Chri. Revel. cap. 11.

a Agrippa de vanit cap. 100.

b Bellar. lib 3. de verbo Dei cap. 3.

* Supra Thes. 5. & Thes. 15.

CAPVT V.

Ad Hypotheses tres descendimus quarum

1. *Protestantes Allegorias Apostolicas amplecti.*
2. *Patrum verò coactas aliquas meritò aversari.*
3. *Pont. in istis ludere.*

Prima.

[a] *Adversarius.* Nunc argumenta quæ ab Allegoria desumuntur, ab Hæreticis nostris parui fiunt: à quibus vel hoc signo, intelligitur abesse Spiritum, quo medullas Scripturarum penetrare possint, & intelligere. [b] Etiam Patrum expositiones Allegoricas Protestantes irrident, cùm tamen facilè intelligimus Apostolum Paulum ex nomine Melchisedech mysterium eruisse. *Quasi verò Protestantes aut Apostolicas Allegorias omnes non sanctè colant, aut aliquas Patrum & Pontificiorum insciè contemnant. Reus.* * Quod in Melchisedech fuit adumbratum, verè in Christo exhibitum fuit, dum Scriptura talem nobis proponit Melchisedech, quasi

a Sahneron Iesuit. Com. in Galat. 4. disp. 30.

b Colleg. Anglo-Rhem. Annot. in Hebr. 7.

* Calvinus Com. in Heb. 7. 3.

qui

qui nunquam vel natus ſit, vel mortuus: velut in pictura demonſtrat, nullum eſſe in Chriſto neque principium nec finem. *Deinde.* * Apoſtolus hiſtoriam Agar, & Saræ elegan-
ter accommodat ad ſuum inſtitutum, eam transferens ad
expoſitionem Allegoricam: [Quæ, inquit, Allegorica ſunt.]
Inde occaſionem arripuit Origenes, & cum eo multi alij
Scripturam à genuino ſenſu huc & illuc torquẽdæ, ſic enim
colligebant ſenſum literalem humilem eſſe atque abiectum,
latere ſub literæ cortice altiora myſteria, quæ non aliter erui
poſſint, quam Allegorias cudendo tali approbatione creuit
magis ac magis licentia; vt in tractandis Scripturis ludere
non tantum permiſſum fuerit, verumetiam ſummæ laudi tri-
butum: neminem enim multis ſeculis ingenioſum putârunt,
niſi qui ſubtiliter transfigurare ſacroſanctum verbum Dei
ſciret, ac auderet. Hoc proculdubio Satanæ commentũ fuit
ad eleuandam Scripturæ autoritatem. *Sic Caluinus. Ecquid
ſimile Lutherus? Rem.* * Si non in nouo Teſtamento figuræ
clara ſignificatio ſit, non eſt ea nitendum: ſiquidẽ Cacodæ-
mon inſignis artifex figuris ludit, ac ſi quam animam nan-
ciſcatur, quæ ſine certo fundamento Scripturas ad Allego-
riam torquet, eam quaſi teſſeram huc & illuc iactare ſolet,
cuiuſmodi ſeductrices figuras in ture Canonico, & ſchola-
ſticis Doctoribus commentus eſt, vt cùm Papam ſole, Cæ-
ſarẽ luna ſignificari aiunt. Triplex autem eſt ſignificatio fi-
guræ, cùm Scriptura ipſa ſignificationem Allegoricam pro-
ponit, vt cùm Petrus Baptiſmum per arcam Noah, Paulus
per mare rubrum ſignificat: & Chriſtus crucẽ ſuam per Ser-
pentem, Ioh. 3. huiuſmodi ſignificationes pro articulis fidei
ſunt habendæ. Secunda cùm humanus captus figuram indu-
cit, & per appoſitam ſimilitudinem alijs aliquot claris Scrip-
turæ ſententijs accommodat, vt Auguſt. hoc in loco per le-
pram, hæreſin exponit: quanquam ipſa Scriptura non dicit
per leprã hæreſin ſignificari, ſed alibi Scriptura hæreſis cla-
ram mentionẽ facit: idcircò figura iſta fidem non cogit, ſin
conuellatur; tamen immotum ſtat fundamentum, *viz.* Scri-
ptura, ad quam ſignificationẽ illam traxerat. Tertia eſt nuda

* *Caluinus Com. in Gal. 4. 22.*

* *Lutherus inter Sermones Hom. in Luc. 17.*

significatio ex proprio capite conficta, vbi figura ſola eſt, neque quicquam in Scriptura extat, quod per hanc ſignificari volunt, vt cùm per Aaronem Papam intelligi volunt, cum tamen ne apiculus quidem Scripturæ Papæ aut Papatus mentionem vllam faciat. *Non igitur Proteſtantes Spiritus ſancti ſenſum myſticos, ſed tantùm ſpiritus fanatici Allegorias frigidas, & mera deliramenta auerſantur: quod Hypotheſes ſequentes teſtantur.*

Secunda.

c Rhemenſes ſupr. d Salmeron Iſ. Com. in 2. Cor. 3. § Nec tamen.

Aduerſ. c Proteſtantes Patrum expoſitiones irrident. *Pergite verò conuitiari,* d Non ſunt iſti hæretici audiendi, qui debacchantur in Origenem, qui luſit Allegorijs concinnandis, ac Scriptura ſacra, non ſecus ac pilâ verſatili vſus eſt: ita vt nullum eſſet tam abſurdum delirium, quod non colore aliquo commendaretur. Ita illi, ſed reuerâ ludunt iſti nebulones & inſaniunt, qui nihil ſpirituale in Scripturis tradi volunt. *Satiſne tu ſanus es? Nullas illi Allegorias irrident, niſi planè ridiculas, & quales non modò Patres ipſi neceſſariò reſpuendas eſſe ſeriò monent, & Pontificij expoſitores pari libertate aſpernantur. Aduoc.* e Sanctus *Hieronymus de Origene delirat, inquit, hoc in loco Allegoricus ſemper interpres, & vim cupiens hiſtoricæ facere veritati.* f De eodem *Epiphan. Quanquam, inquit, huiuſmodi nugas ſoleat ille (Origenes) Scripturarum interpretatione peruerſa affirmare, & in hæreſin ſuam detorquere. Prætereo friuolam eius expoſitionem ſuper tunicis pelliceis, quanto conatu egerit, vt eas humana eſſe corpora crederemus. Etiam ipſe* g Hieronymus, *De ſeipſo, Allegoricè interpretatus ſum, inquit, Abdiam Prophetam, cuius hiſtoriã neſciebam, ardebat enim animus cogitatione myſticâ, cum ſubitò ex Italia affertur exemplar à quodam iuuene, tot annis, quot ego quondam ſcripſeram, laudante opuſculum meum: fateor, miratus ſum, quod quamuis malè quis ſcripſerit, inueniet tamen lectorẽ ſimilẽ ſui: ille prædicabat, ego erubeſcebã: ipſe quaſi myſticos ſenſus ferebat ad cœlum, ego demiſſo capite confiteri meum pudorem prohibebar. Quid ergo?*

e Sixtus Senenſ. Biblioth lib. 5. Annot 236.
* Prolog. lib. 5. Com. in Eſaiam.
f Ribera Ieſuita prom. in Mal. num. 3.
* Epiſt. ad Ioh. Hieroſol.
g Sixtus Senenſ. ſupra lib. 3. § pag. 145.
* Prolog. in Com. in Abdiam.

h Repre-

[h] Reprehendit Hieronymus eos, qui cum veritatem historiæ tueri nesciunt, ad allegorias confugiunt inanes: super caput 13. Isaiæ, Audiuimus (inquit) Medas, audiuimus Babylonem: nolumus intelligere quod fuit, quærimus quod non fuit: & hoc dicimus, non quo tropologicam intelligentiam contemnamus, sed quod spiritualis interpretatio sequi debeat ordinem historiæ, quod quidam ignorantes, lymphatico in Scripturis vagantur errore. *Denique*, [i] Augustinus in tractatibus in Psalmos genus tenet Allegoricum, literalis expositionis parum, quod Hieronymus in eo taxat; nam cum Augustinus hebraici sermonis ignarus esset, & in Græcis literis parùm instructus, necesse illi fuit à propriæ literæ sensu ad extortas allegorias discedere. *Pontificij cordatiores Protestantibus astipulantur*. [k] In hoc genere plurimùm peccauit Origenes, homo audax, & temerarius, adeoque suorum errorum pertinax amator, vt quicquid in mentem venerit, aptum iudicet, & quasi magnum, & à Spiritu sancto traditum mysterium monumentis mandat literarum. [l] Illud vitium allegorizandi in Origene, Origenisque similibus, quo historia destruitur, vix dici possit quàm valdè me offendat. *Denique*, [m] Hilarij & Hieronymi allegoriam, etsi bella omnino est, tamen QVIA ALLEGORIA est, prætermitto. *Protestantes, igitur, quòd rident, homines esse agnoscere potestis, non stipites; quod fatuos hominum fœtus irrident, sapientes. Sequitur*

h Pererius Iesuit. com. in Dan. ca. 5 lib. 6 ad finem, pag. 323.

i Senens. Bibl. lib. 4. pag. 212. tit Augustinus. 5 In Psalterium

k Ribera Iesuita in præf. lib. 1 de Templo noviss.

l Acosta Iesuita in præf. lib. 1 de Temp. noviss.

m Maldonat. Iesuita com. in Matth. 13

CAPVT VI.

Hypothesis tertia. De Pontificiorum Allegorijs.

Aduersarius. [a] Argumenta nostra ab Allegorijs sumpta Protestantes parui faciunt: à quibus vel hoc signo intelligitur abesse spiritum, quo medullas Scripturarum penetrare possint. *Vestrum igitur spiritum, si placet, consula-*

a Salmer. Iesuita supra.

mus, & myſtica oracula veſtra, quæ effutire, quaſi ex Tripode plurima ſoletis, quorum duo genera obſervo, primum Cabaliſticum, alterum Allegoricum. Primum

Cabaliſticum.

Aduerſarius. [b] Aue Maria, &c. Eua maledictionis mater mutatur in Aue. Vox vna ex tribus literis conflata, ſignificat in vnitate Trinitatem: A, litera apud omnes prima, ſignificat Deum Patrem: V, verbi veritatem: E, Æternitatem nomen ſummè effabile, & inge deuotione efferendum. *Iacobus de Valentia de literis ſacro-ſancti nominis* Ieſus *eodem modo philoſophatur: ſed non arridet ſcio viris eruditis ſenilis infantia. Idcirco de inuerſione nominis* Ieſu. *Aduocatus.* [c] Non probo, quamuis multi eam amplectuntur. *Eos multos permittamus ſuis frui ineptijs. Sequitur*

[b] *Holcollus Theologus Oxonienſis lib.Sap in cap.17 lect.195.*

[c] *Pererius Ieſ. com.in Gen.6.*

Genus Allegoricum.

Aduerſarius. [d] In 1.Reg.11. ſcriptum eſt, [Domini enim ſunt cardines terræ.] Quam autoritatem Doctor quidam figurauit ad Cardinales: ſicut enim oſtium, inquit, regitur cardine, ita Eccleſia Romana regitur Concilio Cardinalium. *Aduocatus.* [e] Non ſecus illi iuriſconſulti ſacras literas aliquoties detorquent, quo volunt, ac ſutores ſolent ſordidas quo volunt dentibus extendere pelles. *Nec Iuriſconſulti tantum, ſed Theologi Pontificij alij multi in hoc genere inſigniter ridiculi fuerunt. Idcirco* [f] Grauiter damnandi ſunt inepti quidam noſtrorum temporum expoſitores, qui reiecta prorſus literali expoſitione, tanquam re leuiſſimi momenti, & Grammaticis potiùs quam Theologis digna, in ſingulis Scripturæ locis coactas quaſdam & inſulſas Allegorias protrahunt, vim inferentes diuinæ Scripturæ, ridiculas ſuas venditant cogitationes, tanquam magna & arcana Eccleſiæ fundamenta. *Quo iuuabo Allegorizandi Cacoethe Aduerſarios noſtros Ieſuitas, etiam ſummos Pontifices immodi-*

[d] *Polydor. Virg. Inuent lib.4. cap.9.*

[e] *Idem ibidem.*

[f] *Seuenſ Bibl. lib.3.pag.143.*

tabo-

laborasse disputatio* sequens liquidum faciet: vbi facile sentias eos, ita Allegorijs addictos, vt veluti *Camelj, nunquam ex puro fonte (Scripturarum) bibere incipiant, quin impositio pede prius turbent aquam. Vt veritatis candidatus nullus sit, quin Protestantium doctam ignorantiam amulari mallet, quam Pontificiorum istam obscuram diligentiam. Hucusque de sensibus Scripturarum. Nunc

* Infra.
* Plinius de Camelo.

CAPVT VII.

Ad supremum sensuum Iudicem, diuinam Scripturam, id est, Deum ipsum, ex Thesi & Hypothesi reuertamur.

Thesi.

Propositio prima. Scriptura non est, seu nasus cereus, *mutabilis.*

ADuersarius. [a] Impudens est Caluinistarum calumnia, cum dicunt Scripturam à nostris nasum cereum appellari, quæ in varias expositiones flecti possit. O ministros mendacij. *Comprime tuam rabiem parumper, fauete linguæ, aures arrige.* [b] Protestantes falsò negant, Scripturam esse veluti nasum quendam cereum, in omnem sensum flexibilem. [c] Quæ instar nasi cerei ducetur quò quis vult. [d] Quæque possit (vt Card. Cusanus rectè dicit) pro temporum ratione aliter atque aliter exponi. *Quid inde?* [e] Si Scripturam solam fidei Regulam Christus Ecclesiæ reliquisset, quid aliud quàm Delphicum gladium haberemus? *Si igitur Autores vestros audimus, Caluinista veri nuncij, sin vos, tum complures viri Pontificij iamdiu blasphemiæ magistri, non modò ministri extiterunt. Ad quam blasphemiam inaudiendam hæc tuorum confessio sufficere debet. Aduocatus.* [f] Fateor esse nonnulla Scripturarum loca quæ in alium atque alium sensum trahi, nec

a Defensio Censuræ Anglicanæ contra Protestantes.
b Melchior Canus loc. Theolog. lib. 3 cap. 2.
c Salm. Iesuit. in Epist. Pauli in genere. disp. 8. § Tertio quia. & Apolo. tumultuaria supra cap. 4.
d Durand. Iosuit. supra.
e Turrianus Iesuit. contra Sadeelem: pag. 99.
f Canus loco Theolog. lib. 3. cap. 2.

ne à contentiosissimis quidem possint. *Quod nos de locis perspicuis perpetuò verum esse contendimus. Nam* [g] Scripturæ diuinæ tanta est maiestas, tanta energia, vt nullas externas, ne quidem Euangelicas Glossas patiatur, nec tanquam cera ad humanorum ingeniorum placita se flecti permittat, nec humanarum fabularum more in alios sensus, tanquam Proteus aliquis transformari, sed sibiipsi sufficiens seipsam exponit: vnum constantem & simplicem sensum habet, quo solo constat veritas, qui omnes argumentationum machinas elidens, & dissipans dicere, & fateri compellat, quia digitus Dei hic est. *De hoc* * *infra plura liquidò & copiosè traduntur. Interim, quaso viri boni, videte, qui sacram scripturam nasum cereum facitis, vos ipsos factos esse quasi nasum cereum.* [h] Talem Iesuitarum Pater Ignatius obedientiam profitebatur: Meus (inquit) esse non debeo, sed eius (*præpositi*) qui me (*Iesuitam*) creauit, vt me ab eo duci tractarique instar mollissimæ ceræ finam, quæ sequitur fingentis manum.

[g] Agrippa lib. de Vanit. scient. cap. 100.

* Infra.

[h] Rabidinera Ies. de vita Ignatij, lib. 5. cap. 4. § Si quando.

Propositio secunda. Scripturam literam mutam & mortuum Pontificij vocant impiè.

Aduersarius. [i] Scriptura muta est, at Iudicis vox lites terminans viua esse debet. [k] Scriptura verò est litera planè mortua. [l] Ac sine anima. *Blasphemia Scripturæ ipsius spiritu, & Energia, testimonijs Patrum, Aduersariorum confessione, Rationis denique vi ac claritate profligandæ: 1. Scriptura de verbo scripto ita loquitur, acsi illud tam scriptum Lectoris oculos erudiat, ac aures audientis viua voce prolatum.*

[i] Salmeron Ies. quo supra.
[k] Turrianus Ies. contra Sadolem pag. 99.
[l] Costerus Iesuita Enchirid. Tract. de summo Pont. § Quia.

Scripturæ vox.

Aduocatus. * Sicut dicit Scriptura: Nonne dicit Scriptura? * Quid dicit Scriptura? * Tunc fiet SERMO qui scriptus est. Habemus firmiorem propheticum SERMONEM. *Imo etiam de verbo scripto Apostolus.* * Sapientiam LOQVIMVR, &c. *Idque*

* Vulgata editio in Ioh. 7. 38. 40.
* Rom. 10. 8.
* 1. Cor. 15.
* 2. Pet. 1.
* 1. Cor. 2.
* 1. Cor. 10.

Idque Energia Scripturæ lectæ quodammodo euincit. Aduocatus. [m] Cum Auguſtinus audiebat vocem illam cœleſtem: Tolle, lege, & legiſſet illud ad Romanos: Non in commeſſationibus &c. CX IPSA LECTIONE ad fidem, & pœnitentiam conuertebatur. *Idem ipſe etiam* [*] *Auguſtinus teſtatur, de familiari ſuo Alipio. Liceat mihi ingratiam tuam, Lector, & pro Scripturarum ipſarum gloria exemplum aliud proponere doctiſſimi iuxta & ſanctiſſimi Iunij, Doctoris inter Proteſtantes meritò celeberrimi.* [*] Cum ego, inquit, in ἀβάσανος fœce volutâſſem, regredior fortè domum, incertus quid agam, quid legam, quo ſtudio occuper, in nouum Teſtamentum imprudens incido, aperio, aliud agenti exhibet ſe mihi primo quoque aſpectu, auguſtiſſimum illud caput Ioannis Euangeliſtæ: [* In principio erat Verbum.] Lego partem capitis, horrebat corpus, ſtupebat animus, ita commoueor legens, vt repentè diuinis atem argumenti, & ſcripti maieſtatem autoritatemque ſenſerim longo interuallo omnibus humanæ eloquentiæ fluminibus præeuntem. Recordatus es mei Domine Deus mi, pro immenſa miſericordia tua, ouemque perditam in gregem tum recepiſti. *Legimus etiam* [n] Cyrum Regem ex lectione Eſaiæ (vt teſtis eſt Ioſephus Antiqu. lib. 2. cap. 1.) admiratum Scripturæ diuinitatem, correptum fuiſſe ſtudio exequendi ea quæ legerat, ac Deum Iſrael adoraſſe. *Sed inſtas.*

[m] *Colleg. Rhem. annot. in Rom. 13*

[*] *Auguſt. lib. 8. Confeſſ. cap. vlt.*

[*] *Franciſ. Iunius in lib. de vita ſua*

[*] *Iob. 11.*

[n] *Eſpenſ. Epiſt. com. in Tit. 3.*

Obiectionis ſolutio.

Aduerſarius. [o] Dico Deum per Scripturas quidem loqui, ſed non per Scripturas nos alloqui: Scriptura eſt verbum Dei; ſed Eccleſia eſt vox Dei: *ô acumen! merito te hoc in loco flagellat Doctor celeberrimus, & ſummum literarum decus, Aduerſarius tuus inuictiſſimus D. Whitacherus. Reus.* [*] Si loquitur Deus, inquis, in Scripturis, vel ſecum, vel ad alium, vt aut hominem, aut Angelum, aut dæmonem, aut mutas creaturas: at ad ſolos homines loquitur, Ergo homines alloquitur. *Immò in his verbis Decalogi:*

[o] *Stapletonus li. 1 contra VVhitak. cap. 7. §. 9.*

[*] *VVhitacherus in Reſponſ. ad Stapleton.*

[Ego sum Deus tuus, non habebis deos alienos: Non assumes nomen meum in vanum: Memento Sabbati: Honora patrem: Non occides: &c.] *Quos, obsecro, alloquitur Deus?*

p Canisius Jes. in Expos. Decalogi.

Aduocatus. P Nempe tam seriò NOBISCVM agitur, vt si salui esse velimus, voluntati Dei obsequamur. Docet vt nullam creaturam pro Creatore HABEAMVS, vult vt Deum publico cultu ADOREMVS. Docemur, subditi superioribus præstare obsequium, &c. *Imò*, Rom. 13. *Scimus, quoniam quæcunque lex LOQVITVR, ijs qui in lege sunt LOQVITVR. Id est, hæc PRONVNCIANTVR de ijs omnibus qui sunt in lege, quia OMNES ACCVSANTVR à lege. *Et *paulò post* [Per legem enim cognitio peccati.] quasi diceret, Lex PRONVNCIAT omnes peccatores. *De vniuersa denique Scriptura Gregorius Papa.* * Est Epistola Omnipotentis Dei AD creaturam suam. *Secundo loco*

* Rom. 3. 19.

q Tolletus Jes. in eum locum.

r Ibidem.

* Gregorius.

CAPVT VIII.

Patres: Confitentibus quoque Aduersarijs.

* Constant. Imper.

PAtronus. * Libri diuini planè nos instruunt, quid de diuinis sentiendum sit, ex his sumamus quæstionum explicationes. * Hi docent vias Dei. * Sicut amicus familiaris ad cor doctorum, & indoctorum loquuntur. * Quibus non loquentibus, quis loquatur? *De his * supra, ipsis non repugnantibus Aduersarijs.* *Aduocatus.* [a] Scriptura hominem PRAEDICAT saluari per iustitiam Christi. [b] Actiuè lecta sonat, ac animas enutrit. [c] Deus LOQVITVR in Scripturis, [d] Hoc ex Scripturis dicere possumus, quæ in hunc modum LOQVVNTVR. *Et* [e] Verbum Dei est gladius spiritus, & VIVVS Dei sermo viuificans animas mortuas ob peccata. *Siccine? literæ mutæ loquuntur, mortuæ, & animatum expertes præstant* Animabus *vitam? Accedat*

* Augustinus.
* Lactan. et Isidor.
* Ambrosius.
* Vide supra li. 1. ca. 19 & deinceps.
a Ferus in Act. 17
b Especianus.
c Stapl. et. supra.
d Bellar. supra.
e Royardus Rem. 21. post. Pentecost.

Ratio Solida 1.

f Valen. Jes. lib 5. Anal. cap. vlt. per totum caput.

Aduocatus. [f] Cum traditio omnis, scriptis ferè doctorum Ortho-

Orthodoxorum in Eccleſia conſeruetur, Ipſa (inquam) Traditio non loquitur clarè perſpicuèq; de ſe magis quàm ipſa Scriptura, nec eſt viua vox doctorum Patrum, qui olim Scripturas interpretati ſunt. *Si igitur Scripturæ literæ ſunt mortuæ, ſequitur non modo Scripturas ipſas ſuam iamdiu exhalâſſe animam, verumetiam de omnium Patrum libris, de omnium hiſtoriarum monumentis, Ieſuitarum voluminibus, de Tridentina denig; Synodi, adeoq; omnium Conciliorum ſcriptis et actis omnibus actũ eſſe. Secunda.* Non decet (*inquis*) vt traditiones in Scripturis explicentur, quæ toti mundo leguntur. *Diſputo. Si Scripturis & mutis teſtibus traduntur, quid explorationem metuitis? ſi vt loquentibus, quid eas mutas & mortuas nuncupatis? Tertia.* g Hæc ſcripſi, Pater ſanctiſſime, vt hæreticorum fraudes detegerem, dogmata explicarem. *Diſputo. Si ſacras Scripturas, ſcripturas mutas dicitis, tum tu in diſputationibus tuis, quas literis commendâſti quantus quantus, mutus es, ſi nõ ſunt muta, tũ eos qui id aſtruunt magis mutos eſſe decuiſſet; & certè optandum eſſet, vt aut Doctores iſti veſtri muti eſſent, aut diſcipuli ſurdi. Ignoſcas mihi, Lector, quod in his nugacisſimis nugis explodendis ſeriam videar impendiſſe operam.*

Dilemma.

g *Bellar. Epiſt. dedicat. in contr. de Sacram. & alijs præfat. ſuis multa in hanc ſententiã.*

Dilemma.

CAPVT IX.

Propoſitio tertia. Scriptura, eam ſtudioſè perſcrutantibus, eſt ſui interpres.

Aduerſarius. a Scriptura ſe ipſa non interpretatur, quia varios ſenſus præbet. *Imò & vnum certum eſſe ſenſum agnoſcitis, & modum inueniendi in collatione Scripturarum conſiſtere. Patronus.* *Non eſt abſcondita veritas, niſi ijs, qui quærere nolunt. *Omnia clara ſunt in Scripturis ijs, qui in pia ratiocinatione diuinum ſermonem audire volunt. *Prophetæ ſimplici ſermone ad populum locuti ſunt. *Scriptura ſeipſum exponit, neminem errare ſinit. * Ex manifeſtis Scripturæ locis, non ex parabolis arguendum. * Ex claris locis exponendæ. *Et idem:* Loca Scripturæ obſcura

a *Bellar. lib. 3. de verbo Dei. cap. 3.*

**Chryſoſt. hom. in Matth 14.*
**Epiph hæreſ. 69.*
**Lactant. lib. 5. cap. 1.*
**Chryſoſt. hom. 3. in Geneſ.*
**Ireneus lib. 2. cap. 46. idẽ ca. 48*
**Baſil. in Aſcet. Reg. 267.*

a Auguſt. de doct. Chriſt. lib 2.
b Idem de verbis Dom. ſerm.49.
c Ederus Oecon. Bib lib.1.pag.64

d Vide ſupra li.1. ca.19.et deinceps
e Supra in eodem libro.
f Lyranus com. in Ioh.10.

g Bellar. ſupra, in lib.1. huius Apol.

h Auguſt.lib.2. contra Donat. cap.6.

i Apolog tumultuaria ſupra.

k 2.Cor.6.14.

l Rom.12.6.

m Defenſio Cenſurae pag.133.

à perſpicuis. a Ille qui cor habet, legat ſuperiora & inferiora, ac inueniet ſenſum. *Hoc eſſe conſtans Patrum iudicium Aduerſarij noſtri ingenuè confitentur. Aduocatus.* b Ex cauſis dictorum, inquit Hilarius, aſſumenda eſt intelligentia dicendi: optimus enim Lector eſt, qui dictorum intelligentiam ex dictis potiùs quàm imponat, & retulerit magis quàm attulerit. c Nos, inquit, Epiphanius, ex Scripturarum conſequentijs diſcere poſſumus, & verè dixit. d Afferamus, inquit Auguſtinus, diuinam ſtateram de Scripturis ſanctis, & ibi appendamus, imò à Domino appenſa recognoſcamus. e Qui non per oſtium ingreditur, fur eſt, & latro. Ioh. 10. Per oſtium, id eſt, inquit Chryſoſtomus, per Scripturam ingrediendum eſt, ad inuentendum Chriſtum. *Aduerſarius.* f Cùm Auguſtinus dicit, Nihil ferè in Scripturis obſcurum eſt, quod non alibi planiſſimè dictum reperiatur: non fruſtra FERE adhibet. *Sed adeſt aliud Auguſtini teſtimonium, nullo modo prætereundum. Patronus.* h Nulla obſcuritas eſt in Scripturis, ſed ſi manu mentis tuæ Scripturarum ianuam pulſaueris, paulatim incipiens colligere rationem dictorum, aperietur tibi non ab alio, ſed à Dei VERBO, quia ſolus Ieſus in Euangelio ſuo myſteria legis reuelauit. *Hos Patres non tantùm commemorando, verumetiam imitando colendos in medium produximus. Aduerſarius.* i Forſan expediens erit, nec Deo ingratum, aliquando ad piè ſubditorum animos fallendos, Scripturas à genuino ſenſu nonnihil detorquere. *Hæc vobis tuta frequenſq; licet ſit, via crimen habet, quia (quærente Apoſtolo)* k Quæ enim communio tenebris cum luce? *inſto & vrgeo; quæ ſocietas veritati cum fraude; id eſt, Deo cum Diabolo? tum enim Dei veritatem aſſequimur, cum* l Prophetamus κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, *id eſt*, ſecundum analogiam fidei *Scripturas interpretamur, vbi per analogiam intelligimus non tantum quod totidem verbis expreſsè in ſacris literis reperitur, ſed etiam quicquid ex iis ἀναλογῶς per conſequentiam neceſſariam deducitur, ac derivatur. Aduocatus.* m Cenſura noſtra ſic exponit per ALIAM SCRIPTVRAM, qui eſt modus exponendi OPTIMVS.

Non

[i] Non enim ſenſum, quem extrinſecus attuleritis, alienum & extraneum debetis, ſed EX SCRIPTVRIS ſenſum capere veritatis. [k] Ad eruendam Scripturarum interpretationem dogma latiſſimè patens hoc erit; loca clariora conſulere, & ANTECEDENTIA, & CONSEQVENTIA perpendere. *Sic contra Archihæreticum diabolũ.* [l] CHRISTVS docuit Scripturam Scripturæ conferendam eſſe, ſi in Scripturarum lectione errare nolumus. [m] Sicut in ſcriptis Philoſophorum veritas cognoſcitur per reductionem ad prima principia: ſic in Scripturis à Catholicis Scriptoribus traditis veritas cognoſcitur, quantum ad ea, quæ ſunt fide tenenda, per REDVCTIONEM ad ſacras literas canonicas. [n] Nihil perinde mihi videtur Scripturas aperire, atque IPSA SCRIPTVRA: itaque diligens, attenta, frequenſque lectio, tum meditatio & collatio Scripturarum omnium, ſumma regula ad intelligendas Scripturas mihi ſemper eſt viſa. *Denique.* [o] Matth. 20. 1. [Simile eſt regnum cœlorum] Sunt inter Catholicos, qui hue tantùm ſpectare parabolam putant, vt probet Chriſtum, præter omnium opinionem, alijs plus, alijs minus quàm ſperabant, daturum eſſe: mihi non videtur alio Interprete, quam ipſo Euangeliſta opus eſſe. *Non ita tamen vt Scripturam ſolum, ſed vt ſummum Interpretem habeamus, id eſt, vt in exponendis Scripturis Paſtorum iudicium, ſed ex Scripturarum clariſſima collatione appenſum, amplectamur.*

i *Canus locis the. lib. 7. cap. 3. nu. 13. Idem & Clemens Papa Epiſt. 5.*

k *Greg. Valent. Ieſ. Analyſ. lib 8. cap 1. § Ad poſtremum.*

l *Iauſenius.*

m *Lyranus præf. in Tobiam.*

n *Acoſta Ieſ. li. 3. de Chriſto Reuel. cap. 23. pag. 179 in initio.*

o *Maldonat. Ieſ. Com in cum loc. lit E.*

CAPVT X.

Propoſitio quarta: Scripturarum interpretationem mente deuotâ, & in Scripturis exercitata, ex ipſis Scripturis petere conari: non eſt Interpretationis Spiritum priuatum, ſed planè publicum conſulere.

a *Campianus Ieſ. Rat. 2. Idem habet Colleg. Rhem. ſupra. Idem habet Kellinſonus in examine noua Religionis. Idem obiectat Stapeltonus. Coſterus, Ledeſma, & denique quis non?*

ADuerſarius. [a] Proteſtantes quoties ad ſolas Scripturas prouocant, & ſenſum Scripturarum ſuopte Marte

rimantur, quid aliud faciunt, quàm relictâ Spiritus publici autoritate ſuum priuatum ſpiritum conſectantur? *Sic ferè tota Ieſuitarum ſchôla centies clamitat & vociferatur, difficiles Ariſtarchi qui id aliis vitio dant, quòd ſibi eſſe laudi ducunt: recognoſcant igitur Ieſuitæ verba ſua quæ in Scripturarum expoſitione contra communem aliorum ſententiã liberè protulerunt.*

1 Ribera Ieſ. vide ſupra l. 5. c. 12.
2 Maldonat Ieſ. ibidem.
3 Bellar. ibidem.
4 Malonat. Ieſ. ibid.
5. Idem ſupra.
6 Idem ibid.
7 Tolletus Ieſuit. ibidem.
8 Salmeron Ieſ. ibidem.

Videlicet. [1]Sic Patres hunc locum Scripturæ expoſuerunt, SED MIHI non placent. [2]Sic autores MVLTI exponunt, at MALO EGO ALITER. [3]Sic Patres interpretantur, quibus EGO NON aſſentior. [4]Sic quidem Patres, at perſuadere mihi non poſſum. [5]Sic ferè omnes, quibus equidem non aſſentior. [6]Horum verborum hic mihi NON VIDETVR eſſe ſenſus, quem omnes præter Hilarium afferunt. In [7]huius ſententiæ explicatione nec Græci nec Latini mihi perfectè loqui videntur. [8]HOC EGO MIROR non eſſe ab Interpretibus apprehenſum. *Hæc omnia Ieſuitæ de Scripturarum expoſitione ſuopte Marte ex ipſis Scripturis, quam verè nunc non diſputo, certè quidem liberè, ſed quo iure, ambigitur. Si quod non liceat Chriſtianis Scripturæ expoſitionem ex Scriptura ipſa, tanquam à Spiritu publico petere, cur ipſi id faciunt? ſin liceat, cur id ſaltem Theologi alij non faciant? nec Theologi modò verum etiam pij Chriſtiani alij veritatis candidati, cùm præſertim verum ſit quod, Aduocatus.* [a]Equidem vidi homines prorſus illiteratos ex Scripturis tanta depromere, ſenſuſque eos afferre, vt penitùs miratus ſim: [*]Spiritualis verò omnia diiudicat.] *Tu* Laicos, *etiam* illiteratos, *ſed in Scripturarum lectione exercitatos, ſpirituales vocas: quos Ieſuitæ alij* Carnales *ſæpè contumelioſè nominant: Tu eos* Spiritum veritatis *ſequi, illi vertiginis: Tu, ab vi Spiritus ſanctis ſenſus* quoque profundos depromi: *Illi tales idiotas ſentiunt vix poſſe in primam Scripturæ corticem penetrare.*

Dilemma.

a Acoſta Ieſ. vide ſupra Apol. huius lib. 1. cap. 5.

* 1. Cor. 2. 15.

Obiectionis ſolutio.

b Colleg. Anglo-Rhemenſ. Annot. in 2. Pet. 1. & Turrian. Ieſ. in Diſp. aduerſus Sadaelem pag. 7.

Aduerſarius. [b]Nulla Prophetica Scriptura eſt priuatæ interpretationis, inquit D. Petrus Epiſt. 2. cap. 1. verſ. 20.

id

id est, non debet Scriptura exponi à quolibet Christiano, sed tantùm per eum spiritum, quo scripta est, qui spiritus residet in Ecclesia. [c] Qui spiritus residet in Papa. *Et alij in hoc loco satis pueriliter exultant, nec tamen huius Scripturæ sensum genuinum, vel extremis labris degustârunt. Protestantes aliter.* [* Nulla Scriptura est priuatæ interpretationis.] *Id est (inquiunt) nulla Scriptura ex priuatis hominum ingenijs profecta, sed ex cœlesti Spiritu, quo erant inspirati Prophetæ ij, qui Oracula Dei ediderunt: sequitur enim in textu, Aduocatus* [* Non enim voluntate humanâ allata est aliquando Prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt Sancti ad homines &: *Nulla Prophetia, &c.] hic versus pendet à superiore: Habemus firmiorem Propheticum sermonem, id est, Nullus Ptopheta dogmata vitæ populo ex sua interpretatione prædicauit, sed quæ à Domino didicerat, populo commendabat: non sicut Gentium diuini, qui quæ cordi suo finxerant, populo propinabant. [d] Apostolus differentiam tangit inter scripturas Propheticas, & scientificas humanas: hæ ex lumine humani intellectus proficiscuntur, ideoque dicuntur esse priuatæ interpretationis: Illæ sub lumine diuinæ reuelationis apparuerunt: sequitur enim vers. 21. [Sed erant Spiritu sancto inspirati.] *Ex quo sequitur Scriptura interpretationem eam esse Spiritus sancti, quæ ex Scripturarum ipsarum consequentia deducitur. Nam* [e] Petrus vniuersum statum huius vitæ assimilat [* Loco calliginoso egenti lucernæ lumine] quod est sacra scriptura: futura verò vita assimilatur, [diei claro, quo Lucifer] id est Christus, oritur non corporaliter, sed spiritualiter in cordibus hominum, cùm dixit vers. 19. [Cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco.] [f] Nec enim Lector suâ propriâ interpretatione vti debet, sed quomodo intelligi sua verba voluerit is qui scripsit, attendere. [g] Qui enim in interpretatione sua aliquid fingit, vt auditoribus placeat, sua, non Dei verba loquitur. *Hæc igitur tantùm Scripturarum autorem Spiritum sanctum denotant, Lectorem verò minimè attingunt. Ex quibus sequitur, eum, qui Scripturas scrutatur, Spiritum sanctum.*

[c] *Bell. & Valent. Iesuita supra.*

[*] *2. Pet. 1. vers. 20.*

[*] *Vulg. Editio vers. 19.*

[*] *Beda Comm. in hunc locum.*

[d] *Card. Caietan. in eundem locũ.*

[e] *Caietan. ibidẽ.*

[*] *1. Pet. 2.*

[f] *Beda quo supra.*

[g] *Aquinas in eundem locum.*

* Iacob. 2. 9. *Sanctum adeoque ſummum Eccleſiæ Iudicem publicum conſulere. imò vel quiuis impiſſimus licet (*Nam etiam Dæmones credunt) Scripturas ſcrutari ad ſcientiam, quamuis non ad ſapientiam, poſſit, id eſt, ad veritatis cognitionem, etiamſi non adeptionem ſalutis: aliud enim illuminationis, aliud ſanctificationis eſt donum. De hoc Sap. 1. [In maleuolam animam non ingreditur ſapientia: neque enim vagine curuæ gladius rectus conuenit: illud verò illuminationis donum ſæpè conceditur etiam (vt * Balaam) non bonis. Sed ſuperior noſtra quarta propoſitio* infra confirmatur neruoſius. Pregrediamur.*

Num. 22.

* Infra.

CAPVT XI.

Quinta propoſitio: Scriptura eſt fidelibus Iudex ſupremus, etiam quoad nos, in quo conſcientiæ noſtræ vltimò acquieſcant.

a Bellar. lib. 3. de verbo Dei cap. 3. per totum. *Aduerſarius.* a Tenent Proteſtantes verbum Dei eſſe Iudicem, & omnium Patrum iudicia, omniumque Conciliorum decreta ad amuſſim Scripturarum examinari iubent. *Quid ergo?* Proinde nullum relinquunt Eccleſiæ commune iudicium. *Falleris, nam hominibus priuatis priuatam, publicis Paſtoribus publicam etiam in Concilio iudicandi poteſtatem tribuunt: ita vt ſine aperta Scripturæ autoritate nemini Chriſtiano liceat Conciliorum decretis refragari, per eam verò nemini non liceat: vnde eſt quòd cùm Conciliorum Patres in definiendis controuerſiis, tum fideles omnes pie humiliterq́, in Scripturis verſati in Conciliorum decretis examinandis Scripturam Iudicem ſupremum agnoſcant & venerentur. Hanc ego veritatem argumentis euincam neceſſarijs: huic enim ſententiæ Scripturarum exempla, iudicia Patrum, & ipſorum Aduerſariorum ſuffragia patrocinantur: nimirùm, & legitimorum Conciliorum Patres in Decretis definiendis* Scripturam *Iudicem ſupremum facere, & Chriſtianos omnes Conciliorum decreta ex Scripturis explorare debere, & Scripturis repugnantia explodere. Primum ex*

Scripturis.

Scripturis.

Aduersarius. [b] Act. 15. 28. [Visum est nobis, & Spiritui sancto:] quibus ostenditur sententiam Concilij, cui præsit Petrus, esse sententiam Spiritus sancti. Idcoque nulli vnquam expectabant, vt diuinâ autoritate iudicium suum cõprobarent. Ergo testimonium Ecclesiæ certius erit quoad nos autoritate scripturæ. *Hanc defensionis suæ Pontificij veluti columnam Herculeam substernunt strenuè, sed iamiam rituram, Aduocatorum nostrorum viribus labefactatam.* [Visum est, &c.] *Aduoc.* [1] Iacobus sententiam Petri confirmat additis scripturæ testimonijs. [2] Propter quod ego iudico (inquit Iacobus) id est, quia video hoc cum Prophetarum [3] CRIPTIS conuenire. [3] Et hoc Concilium forma esse debet aliorum omnium. *Sic Christi discipuli, nec aliter eius prodromus & præcursor Sanctus Baptista.* [c] Luc. 2. [Sicut scriptum est, &c.] Si Iohannes Baptista sanctificatus in vtero, quo maior nemo est inter filios hominum, testimonio Prophetæ dictum suum probat, quid est quod velis credi tibi nullo adducto testimonio? Proba igitur quod dicis, & fidem tibi adhibebimus. *Cuius sapientiæ documentum Dominus contra Hæresiarcham primum nobis tradere voluit.* [d] Christus scripturam à Diabolo malè citatam aliâ scripturâ, seu clauũ clauo retudit: rectè docens scripturam scripturæ conferendã esse, si in scripturarum lectione errare nolumus. *Et hunc summum* *animarũ Episcopũ *sequuti sunt Episcopi Orthodoxi.*

[b] *Bellar lib. 1. de verbo Dei cap. 5. § Sextum testimonium.*

[1] *Canus vide supra in hac parte lib. 4. cap. 19. lit. E.*

[2] *Caietanus ibid.*

[3] *Bellar. ibidem*

[c] *Stella in Luc. 2.*

[d] *Iansenius Concord. Euang. de Test. Christi.*

* *1. Pet. 2. 25.*

Patres antiqui contra autoritatem Conciliorum, Hæreticorum insidias, Papæ iudicium, ad Scripturam diuinam, tanquam summum & cœlestem arbitrum prouocârunt. 1. Aduersus Concilia

Aduocat. [e] Si huius mundi Principes quæris, Arianorum defensores plures fuerunt: si Episcopos velis, habes trecentos Arianos, si numerum Conciliorum, Ariani decem & amplius

[e] *Lindanus Panopl. lib. 2. cap. 6. § Non pauci. pag. 52.*

ampliùs vnl Nicænæ ſynodo obiecerunt. *Quorſum iſthæc? inquies, attende.* † Cùm Ariani vrgebant Concilium Ariminenſe, potuit Auguſtinus illis Nicænum opponere: ſed nec ego, * inquit, Concilium Nicænum, nec tu debes Ariminenſe tanquam præiudicaturus proferre Concilium, ſcripturarum autoritatibus, non quorumcunque proprijs, ſed vtriſque teſtibus concertemus. Noluit Auguſtinus remouere Concilia ex his diſputationibus, & ſolas ſcripturas recipi: ſed duplici de cauſa in hunc modum cum illis contendit: primò vt expeditiùs ageret. *Eſto: Vtrùm verò iam in Concilio an in Scripturis Auguſtinus iudicium ſupremum poſuit, etiam* quoad nos? *In Concilio? non dixeris, nam* Concilia decem Ariani Concilio vni oppoſuiſſent: *in Scripturis? ſi dixeris, ad exitum perducta eſt quæſtio, quod propemodum concedis, cùm ais, Scriptura iudice* ‖ rem expeditiùs agi. *Quæ quanta aduerſus Synodos interdum valeat, ſummus Theologus docuit.* * Fruſtra (*Ariani Hæretici*) circumcurſantes prætexunt ſynodum poſtulare, cùm diuina ſcriptura ſit omnibus potentior. *Etiam ſummus Pontifex:* * Qui verè loqui deſiderat, è ſacris literis ſumere debet, quid loquatur: & omne quod loquitur AD DIVINAE AVTORITATIS FVNDAMENTVM REVOCET. *Inde* * *Auguſtinus.* * Plenaria Concilia priora à poſterioribus emendari poſſint, quando quod clauſum antea erat, poſt aperitur. *Vbi de Concilio Carthaginenſi, cui Cyprianus præfuit, ex profeſſo loquitur, vbi non facti, ſed fidei quæſtio definita erat: quo in loco Auguſtinus Canonica Scripturæ honorem ſupremum vendicat, qua cùm aduerſus Concilia, tum multò magis obtinere debet*

Aduerſus Hæreticos.

In præcipua fidei quæſtione Auguſtinus pro Gratia diuinæ neceſſitate contra Pelagianos contendens * Illa cauſa, *inquit*, Iudicem requirit, & quis erit Iudex? IVDICET APOSTOLVS, quia in Apoſtolo loquitur Chriſtus. *Et rurſus.* Sedeat inter nos IVDEX Ioannes, qui ſic ſcribit: *In Magiſtri ſui veſtigijs inſiſtit diſcipulus Optatus in acerbiſſimo conflictu ſuo cum Hæretico Parmeniano,* * De rebaptizandis Hæreticis. * Quærendi nobis

† Bellar. lib. 4. de verbo Dei cap. 11 § Quintò.

* Lib 3. contra Maxentium Arianum cap. 14.

‖ Lindanus iam ſupra.

* Athanaſius in Epiſt. de Synodo Arimineſ.

* Greg. Magnus Mor. lib. 18. c. 4.

* Lib. 2. contra Donatiſtas cap. 2.

* Lib. de Gratia & lib. Arbit. c. 18

* Lib. 5. contra Parmenianum.

nobis *(inquit)* ſunt Iudices, de vtraque parte Chriſtiani dari nequeunt: ERGO de foris quærendus eſt IVDEX: an Paganus? is diuina ſecreta non nouit: an Iudæus? is baptizatos contemnit. Ergo de terris nullus occurrit; de cœlo petendus eſt IVDEX, ſed quid ad cœlum pulſamus, cùm hic habemus EVANGELICVM TESTIMONIVM, in quo poſſunt humana cum terrenis comparari? *Eodem modo Baſilius, Chryſoſtomus, Clemens Alexandrinus infra. Iam tertium ſequitur etiam*

Aduerſus Papæ iudicium.

Patronus. * Opponi poſſit Pontificis autoritas: ſed talis potiùs autoritas proferatur, cui fas nõ eſt cõtradicere: ſummi illius Pontificis qui per ſanguinem ingreſſus eſt in Sancta ſanctorum. Nunquid minoratum eſt, quia hoc Papa conceſſit? Nec dico præpoſitorum decreta à ſubditis dijudicanda eſſe, vbi nihil iubere deprehenduntur DIVINIS contrarium INSTITVTIS: ſed neceſſariam eſſe dico prudentiam qua aduertatur quid aduerſatur, & libertatem, quâ ingenuè contemnatur. *De his abundè * ſupra; & nonnihil deinceps * infrà apertiùs. Reliquum eſt vt*

* *Bernardus vide ſupra.*

* *Supra de Pont. Romano.*

Hæc ex Aduocatis comprobemus.

1. *Aduerſus Synodum Scripturæ voci aduerſantem. Aduoc.*

[h] Plus credendum eſt aſſertioni alicuius ſimplicis & non autorizati, excellenter in ſcripturis eruditi, quàm declarationi Papæ: & talis eruditus, ſi ipſe præſens in Concilio eſſet, deberet ſe illi opponere, ſi ſentiret maiorem partem ad oppoſitũ EVANGELII vel malitiâ, vel ignorantiâ declinare. *Exemplum ſaltem vnum profer.* [i] Concilium dicit: [Raptores & ſeductores mulierum nullatenus habeant vxores, quas ſeduxerunt, etiamſi Patres conſenſerint. Hieronymus verò dicit eſſe Coniugium legitimum, ſi Patre conſentiente duxerit.] [k] Autoritati Conciliorum præiudicat autoritas Hieronymi, & hoc ideo, quia corroboratur autoritate VETERIS TESTAMENTI. *Multò magis apud Patres, ſi fortè ab ex-*

[h] *Gerſon part. 2. de exam. Doctr. Conſid. 3. & Panormitanus cap.* Significaſti *extra de electione.*

[i] *Gratianus in c.* Placuit *q. 2. c. 36.*

[k] *Gloſſator in eum locum.*

l Caietanus.

preſſis Scripturis deſciuerint. Exempli cauſa. Aduocat. [l] Nullus deteſtetur nouum ſenſum, quod diſcrepet à priſcis Doctoribus, ſed perſpicaciùs ſcruteturTEXTVM ATQVE CONTEXTVM. *Exemplum vnum ſufficiet.*

m Pererius Ieſ. & alij ſupra de autorit. Patrum.

[m] Veteres Patres ferè omnes arbitrati ſunt Præ deſtinationis cauſam fuiſſe præuiſa hominum opera, non meram Dei gratiam: ſed hæc opinio *(nullo alio Iudice prolato)* SCRIPTVRAE aduerſatur. *Multò igitur magis licebit eâdem autoritate autoritatem Papæ con-*

n Petrus Cantor Pariſienſis libro de verbo abbreuiato.

temnere, de quo ſupra ſatis ſuperq́, diximus. Quid multa? [n] Recurrendum eſt magis ad teſtimonium & legem diuinam, vt ex ea alleges, vel ex æquitate manifeſta, vel viua ratione probes, quibus nulla vnquam autoritas poſſit refragari. *Paſtores Eccleſiæ ad Scripturam tanquam ſupremum Iudicem aſtringi docuimus, nunc ſecundum aggrediar, vt probem*

CAPVT XII.

Sexta Propoſitio. Chriſtianos fideles ſacris literis penitùs imbutos debere aliorum omniũ iudicia ex ſacra ſcriptura examinare; & vbi expreſſè repugnant repudiare, atq́, ita ab homine ad Deum, id eſt, Scripturam diuinam prouocare.

a Stapleton. de doctrin. prine. lib. 1. cap. 5.

Aduerſarius. [a] NON QVID, SED QVIS loquatur fidelis populus debet attendere, quia iubemur magis de doctoribus falſis cauere, quàm de doctrina: ſcriptũ eſt enim: Cauete à Pſeudoprophetis: nolite omni ſpiritui credere: Ordinarius Paſtor Eccleſiæ audiendus, non iudicandus,

b Ibid. quo ſupr.

Dogma, mihi crede, in Theologia portentoſum, vel etiam, ſi tibi credis. Aduocatus. [b] Ioh. 10. [Oues meæ vocem meam audiunt:] & [Cauete, quid audiatis,] in Parabola de ſemine: [Ex fructibus cognoſcetis eos] ait Dominus, id eſt, à DOCTRINA, vt volunt Vincentius, Theodoretus, Chryſoſtomus, verus & Orthodoxus Paſtor nõ dignoſcendus ex perſona quam gerit, quia ex Paſtore fieri poſſit lupus. *Fierine, Stapleton, poſſit* Paſtor Orthodoxus Lupus? *Tum non*

Quis

Quis loquatur, *ſed quid attendere debemus. Semper* Ordinarius Paſtor audiendus, *etiam cum ſit lupus? O præclarus enim Paſtor, ſcilicet, Lupus! quid enim?* [c] Quilibet homo, etiam Papa, vt eſt Papa, & Paſtor Eccleſiæ decipi poſſit. *Ideoque* [d] Non perſonis fides probanda eſt, ſed potiùs ex fide perſona, vt docet * Tertullianus. *Et ad hoc monſtrum expugnandum huius Apologiæ pagina ferè ſingula faciunt.*

[c] *Alphonſus de Caſtro, lib. 1. aduerſus hæreſ. c. 4.*
[d] *B. Rhenanus in lib.*
* *Tert. de Preſcr.*

Propoſitionem ſuperiorem (ſuffragantibus Aduerſarijs) ex Scripturarum & Patrum auctoritate confirmabimus.

Teſtimonium primum.

[e] *Aduerſarius.* [e] Obijciunt nobis Proteſtantes illum locum Ioannes 1. cap. 4. [Probate ſpiritus.] Et illud Pauli ad Theſſ. 5. [Omnia probate, quod bonum eſt tenete.] Reſpondeo: vt cum ſcribimus ad Academiã, vt librum aliquem examinent, non omnibus, ſed tantum doctoribus eius facultatis, qua de iſte liber tractat, examinandus datur: dico ſecundò, intelligendum eſſe de doctrina dubia, non in Concilijs antea definita, quæ cuſtodienda eſt, non examinanda. *Perſona humana nulla eſt ab hac lege examinis immunis: omnis quippe doctrina à fidelibus Chriſtianis ex Scriptura probari liberè debet, an ſit falſa; ſi falſa, eadem libertate reprobari.* *Aduocatus.* [f] 1. Cor. 10. [Vos iudicate quid loquor.] Vbi primum Apoſtolus quod dicturus erat, ſupponit eorũ iudicio. *Et* [g] 1. Theſſ. 5. [Rogamus vos fratres, &c. Omnia Probate.] primùm monet ſpirituales ſuos Paſtores colant, & eorum ordinationibus pareant, ſed ſubiungit: vt omnia examinent: & ad extremum addit, Adiuro vos vt hæc epiſtola legatur omnibus ſanctis fratribus. *Igitur nihil à nullo non examinandum eſt.* [h] 1. Theſſ. 5. [Prophetias nolite ſpernere, ſed probate:] id eſt, ſi quis dicta Prophetarum explanat, nolite eum contemnere, non tamen omnia indiſcretè recipienda ſunt, ſed diſcutienda cum ratione, quia addit,

[e] *Bellar. lib 3. de verbo Dei cap. 10 § Vndecimum.*
* *idem habent Rhemenſes Annot. in 1. Ioh. 4.*
[f] *Aquinas com. in hunc locum.*
[g] *Idem in 1. Theſſ. 5 & Stapulenſis in hunc locum.*
[h] *Sic Lambertus Hortenſius citans Haymonẽ.*

Omnia probate. *Attende.* Si quis, *& omnia, id est, nullius Doctor, nullique, doctrina examine careat.* 2. [i]Matth. 16. [Cauete de fermento Phariſæorum.] Quomodò concordat cum eo quod dixerat? [Quod dixerint vobis, facite, Nam ſedent ſuper Cathedram.] Nimirum ſic: Non omnem doctrinam cauete, ſed eam, quæ Dei mandatis aduerſatur. *Vel ſic.* [k]Sedent ſuper Cathedram Moſis] id eſt, quatenus docent quæ Moſes in Cathedra docuit, audiendi ſunt, alioqui cauete. [l]Malac. 3. [Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem ex ore eius requirent, quia Angelus eſt Domini exercituum.] hoc eſt, catenùs audiendi, quatenùs Moſis legem docent, & ſi ita dici poteſt obaudiendi ſunt. [m]Matt. 16. [Cauete de fermento Phariſæorum] id eſt, de doctrina. 1. Theſſ. 5. [Quod bonum eſt tenete] id eſt, tutiſſimum documentum. 1. Ioh. 4. [Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate] id eſt, ex confeſſione doctrinæ diſcernitur inter ſpiritum Chriſti & Antichriſti. [n]Nec quæras quomodo cognoſcas, Apoſtolus demonſtrat: [Qui confitetur, &c.] *Denique*, [o]Trapezitis comparati ſunt *(riſum veſtrum* [*] *Rhemenſes comprimite)* Scripturarum ſtudioſi, ſcientes quod bonum eſt retinere, à malo abſtinere, & ſic ſuadet Hieronymus: Eſtote probati numularij. Si quis nummus ſit adulterinus, & figuram Cæſaris non habeat, nec ſignatus ſit moneta publica, reprobetur.

i *Ianſenius Conc. in hunc locum. & Maldonatus in eundem.*

k *Stella in Luc. 11 pag. 72. & Maldonat. Ieſ. com. in Matth. 23. 3.*

l *Epiſc. Eſpenſæus com in 1. Tim. digreſſ. li. 2. pa. 250*

m *Caietanus in hac loca.*

n *Aquinas in eundem.*

o *Eſpenſeus Epiſc. com. in Tit. ad finem Tract. de* lectione librorum ſuſpectorum.

[*] *Remenſes, Salmerõ et alij falsè irrident. vide ſupra lib. 1. cap. 17.*

Teſtimonium ſecundum ab exemplo Beræenſium.

Aduerſarius. [p]An exiſtimas (Act. 17. 11.) Beræenſes iſtos doctrinam Pauli ad amuſſim Scripturarum exigiſſe, vt ex doctrinæ veritate in Scripturis inuentæ, Paulo cederent, ita vt ſi cum Scriptura eam non quadrare inueniſſent libere repudiarent; ſin quadrare, conſenſum ei præberent? hoc enim demum eſt ad amuſſim Scripturæ alicuius doctrinam exigere: non ſic ſcrutabantur ſcripturas, nulla de doctrina Pauli inter eos dubitatio fuit, ſed cum iam firmiter credidiſſent,

p *Staplet. lib. 2. de Autorit. Script. cap. 7. § 5.*

sent, ad maiorem suam consolationem, vt ait textus, suscipientes verbum Dei cum omni animi propensione, quotidie discutientes erant verbum, an ita se haberent. NIHIL EGO dubito hanc meam solutionem in hoc meo libro, quem impugnas, te legisse, vel in Bellarmini dictatis legere potuisse. *Tu ad Bellarminum prouocas, ad Bellarminum igitur mittendus es si sapere cupis; sin minùs, ad Anticyras relegandus, Bellarminum enim Aduersarium reperies, quem adsciscis tibi Aduocatum. Aduocatus.* [q] Etsi Paulus Apostolus erat, tamen hoc NON CONSTABAT Beræensibus, nec tenebantur mox credere, nisi prius viderent miracula, aut alias probabiles rationes credendi: itaque licet Paulus probet illis Christum ex oraculis Prophetarum, meritò illi scrutabantur scripturas, an hæc ita se haberent; ita vt *(paulò post simili illustrans)* etsi hæreticus peccat DVBITANDO de autoritate Ecclesiæ, tamen posito hoc dubio & peccato, non malè facit scrutando loca Scripturæ & Patrum à Concilio Tridentino prolata, & examinando an ita se habeant, modo id faciant animo inueniendi veritatem, non calumniandi. *Hoc vnicum Bellarmini testimonium satis redarguat temeritatem tuam, insolentiamq; retundat. Alia insuper sunt afferenda, quæ defensionem nostram corroborent.* [r] Susceperunt verba Apostoli HAESITANDO an verum esset: sed promptos se exhibuerunt examinando an conforme esset scripturis; & POST EXAMEN crediderunt. [s] Libenter examinabant doctrinam Apostolorum, & animo veri cognoscendi cupido conferebant, vt probarent vtrum Apostolica dicta cum scripturis conuenirent, & postquam omnia explorâssent, sequitur in textu [crediderunt.] [t] Scrutantes non oscitantem sed diligentem requirit Lectorem, hinc Psalmographus, Beati scrutantes testimonia eius. Et sapiens: si effoderis velut propter argentum. Scrutatio duplex, curiosa, quando vel inutilia, vel incomprehensibilia scrutantur; & alia necessaria, de qua hoc loco: scrutantur enim Christum nec temerè credunt, sed omnia probantes. Nos iuxta Apostoli dictum debemus omnia probare, sed quod bonum est,

[q] *Bellar. lib. 3. de verbo Dei, ca. 10. § Septimum argumentum.*

[r] *Caiet. Cardin. com. in Act. 17.*

[s] *Arias Montan. in eundem locum.*

[t] *Ferus in eund.*

est, retinere: *quod rursus Beraensium exemplum liquidissimè docet. Illi*[a] [Nobiles Thessalonicẽses mulieres & viri][u] Fecerunt scrutando scripturas quod Christus Iudæos vt facerent prouocabat, dicens, Matth. 12. [scrutamini scripturas] hoc est, vt annotant Chrysostomus & Euthemius, nolite simpliciter legere, sed enuleate & excutite. *Sed hic rursus Pontificij occinunt suum* Quis, non quid; *instant enim.*

[a] *Act.17.12.*
[u] *Erasmus Jes. com. in Act.17. 12.*

Instantia tollitur.

Aduersarius.[x] Omnes Catholici in his duobus inter se conueniunt, primum, Pontificem in generali Concil. &c. secundum est, Pontificem vel solum, vel in suo particulari Concilio aliquid in re dubia statuentem, siue errare possit, siue non, *(ô vos misera mancipia!)* esse ab omnibus fidelibus obedienter audiendum.[y] Ecclesia Romana, cui nos *(inquit Papa)* Christus præesse voluit, quicquid ordinat, perpetuo quidem & irrefragabiliter obseruandum est: *hæc hæc est, Antichristiana tyrannis. Aduocatus.*[z] In 2.Cor.11. [Sustinetis, si quis vos redigat in seruitutem.] Patientia Asinina est non curare quid ei imponatur, aurum an lutum. *Atque,* [a]Facere malum, quouis iubente magistro, constat non esse obedientiam, sed inobedientiam, inquit Bernardus: & Gregorius, Cauete (inquit) ne plusquam expedit subditi sitis, ne præpositorum vitia veneremini. *Denique hoc monstrum, Pontificibus vel errantibus necessario obediendi, superior nostra disputatio, multis argumentorum telis confectum expugnauit: maxime vero id facit*

[x] *Bellar. lib.4. de Rom. Pont. cap.2.* § Deinde.
[y] *Stephanus Papa apud Grat. dist. 39.ca.* Enimuero
[z] *Perald. Epist. sum. vitut. tom. 1. de* Beatitud.
[a] *Idem Tom.1. de* Iustitia *cap.5.*

Testimonium tertium.

Aduersarius.[b] Obijcitur illud Pauli, Gal.1.8. [si vel nos, vel Angelus de cœlo docuerit aliud Euangelium, præter quod accepistis, Anathema sit.] Ergo, inquiunt, in quæstione fidei, non tam Quis, quàm Quid attendere debemus. Respondeo, in testimonijs humanis hoc verum est, vbi

[b] *Staplet. de doct. princ. lib.10.ca.5*

vbi non autoritas, ſed ratio eſt regula veritatis: at in rebus fidei, res aliter ſe habet, quia autoritate, non ratione fides nititur. *Recte*, autoritate, *ſed verbi diuini, non (vt tu vis) perſonæ humanæ, quia res fidei tantum literarum fidei lumine niti debent. Ecquid præterea?* [c] Vaniſſimi ſunt hæretici Lutherani, qui audent in hac Pauli confidentia eos, qui à ſeipſis aliter vel docent, vel credunt, excommunicare: eſt profectò intollerabilis tanta hominum arrogantia, quaſi par & æqua conditio ſit illis cum Apoſtolo. *Non eſt equidem æqualis eorum autoritas, ſed verbi diuini (de quo Apoſtolus) autoritas apud omnes æqualis exiſtimari debet. Aduocat.* [Si vel nos &c. Anathema.] [d] Anathema, id eſt, excommunicatum: Doctrinæ Euangelicæ autoritas habet, vt quicunque doctor, etiam Apoſtolus contra eam pugnet, reijciendus ſit. *Niemirum.* [Si nos, aut Angelus.] [e] Obijciebatur Apoſtolo alios oppoſitum ei docuiſſe, ipſumque Paulum fuiſſe in ſua ſententia inconſtantem: ad has obiectiones excludendas excommunicat ſeipſum, & reliquos Apoſtolos, imò & Angelos, ſi aliter docerent: at tantum par, inquies, in parem autoritatem habet, non in ſuperiorem. Reſpondebit Paulus ex diuina autoritate hoc ſe habere; ac ſi inſuper quæras diuinam autoritatem, in promptu eſt Euangelium Chriſti, quod ex ſe autoritatem diuinam habet, vtpote non ab Angelo, aut ab Apoſtolo, ſed à Chriſto immediatè traditum, hac Euangelica autoritate vtitur Apoſtolus in theſi conditionali. [Si nos aut Angelus aliter prædicaret.] *Quamobrem?* [f] Quoniam in rebus diuinis autoritas diuina ſpectanda eſt, neque decet multitudinem aut conditionem perſonarum, ſed REM ipſam æſtimari. *Poſt Scripturas*

[c] *Salm. Ieſ. com. in 1. Gal. 8.*

[d] *Aquinas com. in Gal. 1.*

[e] *Caietanus in eundem locum.*

[f] *Arias Montan. in hunc locum.*

CAPVT XIII.

Patroni ſunt conſulendi.

PRimò, *Epiphanius Montaniſtis hæreticis bellum indixit:* *Lib.2.hæreſ.48.
quid ille? * Diſcors, *inquit*, à diuinis Scripturis Montanus inuenitur, VT OMNIBVS EST MANIFESTVM qui attentè legunt, à Scripturis diſcors, alienus eſt à fide Catholica. *Viden' quid ſit hæreticum eſſe? quorum etiam erit, & quomodo hæreſin detegere? illud, à Scripturis diſſentire; hoc, omnia ex Scripturarum lumine diſcernere. Secundo, Theodoſius Imperator Chriſtianiſſimus inter omnium hæreticorum turmas verſatur, Romani Pontificis ſpiritum nihil moratur, Epiſcoporum omnium rationes ad ſe defutri mandat, eaſq; Dei gratia implorata, ad Scripturas, tanquam Lidium lapidem explorat, Orthodoxam fidem approbat, conſopitis diſ-*
* *Socrat.li.5 cap. 10. Sozom.lib.7. cap.12.* *cordiis omnia feliciter expedit,* * Arianorum, Eunomiorum, Macedoniorum, & Orthodoxorum ſententias ſcriptis proditas legit Imperator (*inquit Socrates*) tum demum precatur, vt Deus illi ad eliciendam veritatem opem ferre vellet. *Vt hinc teſtimonio occurras, vah quàm in multa impingis?*
a *Bellar.lib.1.de Concil.cap.10.* a Primo (*inquis*) Non iudicem fecit, ſed rem in Concilio Nicæno deciſam approbat. *Imò vero Imperator ſcripta legit, & opem implorat, non ad veritatem traditam agnoſcendam, ſed ad eam multis diſſentionum anfractibus implicatam* eliciendam. Secundò, Hoc falſum eſt (*inquis*) quod narrat Socrates; quis enim ſcire potuit quid orabat, cum ſecreto id fecit? *Quaſi ſenis Dauid, decumbente iam eius filio, cum in ſecreto Dominum orantem viderant, difficile fuiſſet coniicere eum pro incolumitate filij precari, aut incredibile eſſet Theodoſium poſtea factum ſuum promulgaſſe.* Tertio, Imperator (*inquis*) ſi ſic feciſſet, peccâſſet peccato infidelitatis, de fide acceptâ dubitando. *Aut' verò? precari, vt in examine fidei Deus adeſſe nobis velit, argumentum infidelitatis eſſe? Ergo aut Patres Concilij Tridentini, ſi orationibus vſi ſint,*

(*vel*

(*vel potius ſi non ſunt viſi*) *infidelitatis arguendi ſunt*. Poſtremò, fortaſſis (*inquis*) veniam petijt, quod ius alienum occupaſſet in definiendo. *Frigida hæc coniectura, abs te contra hiſtoriæ fidem pueriliter conficta, tantum enim abeſt vt veniam facti ſui imploraret, vt etiam gratias Deo egerit maximas, quod conatui ſuo omnia tàm feliciter ſuccederent. Quis non videt hoc factum quàm vos vehementer exercuerit? Ad Patres Theologos reuertamur. Tertio, Baſilius.* * Oportet, inquit, AVDITOREM probare omnia quæ à Doctoribus dicuntur, & quæ Scripturis conſona ſunt ſuſcipere, & quæ aliena reijcere. *Quid reſpondes?* ᵇ Reſpondeo, cum iam ex contrarijs conſuetudinibus nihil certi habere potuit: Baſilius contra hæreticos ad Scripturas prouocabat, cuius iudicio vtrique ſtare debent. *Quid audio Scripturæ iudicio? proinde Scripturam Iudicem putas*; ſtare debent? *haud igitur mutam illam facis*; Vtrique, *id eſt, tam hæretici quàm Catholici? Ergo eam etiam publicum Iudicem eſſe non potes non agnoſcere. Deus immortalis, precor, beet tibi, Bellarmine, hanc mentem, quam profectò Auguſtinus tenuit contra Pelagianos.* * Quis erit Iudex? iudicet Apoſtolus, *Eandem contra Parmenianum Optatus habuit*. Quærendi ſunt Iudices? iudicet Euangelium. *Eadem fuit Ambroſij ſententia.* * Huc veniat (*inquit*) iſte populus, cuius in corde lex diuina ineſt, non humana: ſed Auxentius hæreticus certus eſt vos non ignaros eſſe fidei, ideo veſtrum refugit examen. *Ergo aut non Papalis grex ignarus, ignarusq; populus is fuit, aut non fuit Papalis Paſtor Ambroſius. Denique, eadem Chryſoſtomi, etiam Clementis Alexandrini mens eadem fuit: ille*, * Si qui dicuntur habere Spiritum ſanctum, dicãt aliquid à ſeipſis, & non ex Euangelijs, NE CREDITE, ſi quis loquitur Euangelium, Spiritum ſanctum habet, vel nega Chriſtum, & expunge Scripturas, vel ſeruus Chriſti obedi Scripturis. *Quæ vtinam ſententia non Pontificios imminutæ diuinæ Maieſtatis reos eſſe conuinceret. Si præterea quæſtio longè difficilima dirimenda eſſet*, * Gentilis mihi dicit, vellem

* *Lib. Moral. Reg. 72.*

ᵇ *Bellar. lib. 4. de verbo Dei. cap. 11 § Alium locum*

* *Hæc vide ſupra.*

* *In Alb. hom. 33*

vellem fieri (*inquit*) Christianus, sed cui adhæream nescio; multæ sunt inter vos pugnæ, nescio quod dogma eligam: singuli dicunt, ego verum dico; cui credam nescio, cum vtrique Scripturas prætexant. Respondeo illi, hoc multum pro nobis, nam si rationibus crederemus, meritò tu turbareris, sed cum Scripturas accipimus, quæ sunt simplices & veræ, si quis illis consentiat, verus est Christianus; sin quis contra pugnet, procul est ab hoc Canone. *Quotus, quæso, quisque est ex grege Pontificio, qui non ab hoc examine penitùs abhorreat? Postremò, Clemens Alexandrinus.* *Inanis est (*inquit*) hic prætextus, volentibus enim licebit inuenire veritatem, SCRIPTVRA IVDICE vtimur ad res inueniendas, nihil creditur priusquam fuerit iudicatum, quare non est principium illud quod opus habet iudicio, meritò igitur cum fide comprehendimus principium indemonstrabile; & ab eo demonstrationes sumimus veritatis, non enim enunciantibus hominibus absolutè fidem adhibemus, quibus licet enunciare contrarium, sed VOCE DOMINI PROBAMVS quod quæritur, QVAE est MAGIS DIGNA, QVAM QVAEVIS DEMONSTRATIO, vel potius, QVAE EST SOLA DEMONSTRATIO. *Facessant igitur Papæ Romani miseri assecla, qui diuinam Scripturam, ad quam sancti Patres in omni discrimine aduersus hæreticos tanquam* Iudicem supremum *prouocârunt, eam literam* [1] mutam, [2] mortuam, [3] nasum cereum, [4] dephicum gladium *impuro ore appellitant; eos etiam qui sacrum Oraculum consulunt*, profanos, hæreticos, priuati spiritus sectatores, Lymphaticos *nequitur traducunt & criminantur. Ecqua Ratio?*

*Lib. 7. Strom. pag. 156.

1 2 vide supra. 3 4

CAPVT

CAPVT XIIII.

Obiectionis vnius ⟩ *Conceſſis,*
duplex ſolutio ex ⟩ *Comparatione.*

Aduerſarius. [a] Scriptura eſt res ſine anima, Iudex autem viuus eſſe debet, qui errantes corrigat. [b] Iudex ſupremus debet pronunciare ſententiam, vt conſtet nobis euidenter. Ego Gretzerus contra vos Lutheranos diſputo: dicat nunc Spiritus ſanctus, In Scriptura tu, Iacobe Gretzere, malè ſentis, cecidiſti cauſa: & ego ſtatim tranſibo ad veſtrũ ſcamnum. *Scelerata vox, & intolerabile ſcomma in Spiritum ſanctum, quaſi vox eius ſcripta neminem de crimine, niſi quem ex nomine, condemnet: Adeſte, quaſo, Ieſuita omnes, & perſonas hominum ſobriorum ad punctum temporis ſuſcipite, vt ego vos inuictiſſimâ Scripturarũ autoritate, vt liquidiſſimâ ratione, vt confeſſione denique veſtrâ diſertiſſimâ conuincam. Scripturâ.* Ioh. 5. [*Eſt qui vos accuſet, Moſes, in quo ſperatis.] *Ad-noc.* [c] Quũ Chriſtus antè dixit: [Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere:] inde colligitur Moſen hoc loco Scripturam Moſis appellari. *Quos verò & quomodo accuſat?* [d] Sequitur apud Ioh. [Si enim crederetis Moſi, crederetis pariter & mihi, nam ille ſcripſit de me.] Accuſat igitur eos propter incredulitatem, quod in iſto ſingulari Chriſto non crederent, quem Moſes & ſignis depinxit, & vaticinijs ſuis promiſit. *Animaduerte. Scriptura Moſis nec vllâ voce* Chriſtum *nominatim Meſſiam eſſe pronunciabat, nec hos Iudæos expreſſis verbis incredulos nominatim accuſabat: & tamen hoc Scriptura teſtimonio & Chriſtus Meſſias, & Iudæi increduli eſſe apertiſſimè deprehenduntur, id quod nos contendimus, videlicet, Scriptura credentibus ipſam Scripturam Iudicem eſſe habendam. Rationem attexam. Concilij Tridentini Seſſ. 6. Canon decimus ſic ſe habet.* [e] Si quis dixerit homines ſine Chriſti iuſtitia, per quam nobis meruit iuſtificari, aut per eam ipſam formaliter iuſtos eſſe, Anathema

[a] *Colerus Ieſ. ſupra. Idem alij Ieſuita vnus ſupra.*

[b] *Gretzerus Ieſ. Colloq. Ratisb. Seſſ. 9.*

[*] *Ioh. 5. 45.*

[c] *Maldonat. Ieſ. Com. in hunc locum.*

[d] *Janſenius Concord. in eum loc.*

[e] *Conc. Trid. Seſſ. 6.*

sit. *Huius Canonis pars prior hæresin Pelagianam damnat, pars altera (si vobis credimus) Lutheranam. Iam fac te, Gretzere, partem priorem tenere, an propterea hæreticus esses censendus? sanè, inquies, vel hæreticissimus, at quo Iudice? inquam, respondebis,* Iudice Ecclesia: *quaro subinde quâ voce? dices,* Hoc decreto, Si quis dixerit, &c. *Iusto dennò & vrgeo, Huius decreti sententia estne vox scripta, id est, (te interprete) litera muta & mortua? Nec enim illa dicit:* Tu, Gretzere, malè sentis, es tu, Gretzere, anathema: *quia, inquis,* oportet autē Iudicem viuum & animatum esse. *Quid respondes? videor mihi videre Iacobum Gretzerum iam ad respondendum (plusquam est illa litera)* mutum, *illicò ac* mortuum: *quid enim habet quod respondeat? An se nisi nominatim designatum non damnari? tum vt non in altera Canonis parte* Iacobus Gretzerus, *ita nec in altera Martinus Lutherus damnatus est: an non nominatum licèt decreti scripti autoritate damnari? quo igitur spiritu litera, Spiritus sanctis* * Calamis *exarata, mortem inesse dicitis, qui in hominum scriptis damnandi vigorem non potestis non agnoscere? Postremò, vt quos ratio victos, confessio vestra victos & constrictos teneat. Aduersarius.* [f] Scriptura Iudex? at sensus Scripturæ ex collatione fit, alius ergo erit collationis Iudex. *Aduocatus.* [g] In hoc loco mihi non videtur alio interprete quàm ipso Euangelista opus esse. [h] Scriptura præstat officium testis, dicente Domino: [Scrutamini Scripturas, quia testimonium perhibent de me. *Ain' testis? at testimonium ex collatione cognoscitur, quis igitur erit testis collationis? dices, satis esse, quod est Scriptura ei conferenti testis, rectè, atque ita studioso legenti Iudex quoque sufficiens esse potest. At varia, inquies, dissentientesq; sunt hominum de Scripturarum expositione sententiæ: quid igitur? Ergone non est Scriptura Iudex? cum nos quoque Iudicem viuâ voce pro tribunali sententiam dicentem audimus. De verborum sensu fortè nonnihil dissentimus, illéne igitur Iudex aptus non est, quia ego ineptus Auditor? imò est, & vt ille accuratè obseruanti satis abunde facit; ita illa studiosè eam tractantem instituit. Aduocatus.* [i] Docet Deus (inquit B. Pater * Ambrosius) & mentes illumi-

nat

* *Ita Patribus Prophetæ & Apostoli nuncupantur ex Psalm.* Calamus sum Scribæ velociter scribentis.

f Salmeron 1. Isa. in Epist. Pauli in gen. disp. 13. § Magdeburgenses.

g Maldon. Iesuit. Com. in Mat. 20. 1.

h Salmeron ibi. disp. 8. § Tertiò quia.

i Ribera Iesuita prælud. 1. in Exp. omnium Prophetarum num. 15.

* *Serm. 8. in Psal. 18.*

nat singulorum, & claritatem cognitionis infundit, si tu aperias ostia cordis tui, & cœlestis Gratiæ accipias charitatem: multa est obscuritas in diuinis literis, sed si manu mentis tuæ Scripturarum ianuam pulses, & ea, quæ sunt occulta diligenter examines, paulatim incipies rationem colligere dictorum, & aperietur tibi non ab alio, sed A DEI VERBO. [k] Cuius iudicio (inquit Basilius) vtrique (*Catholici & Hæretici*) stare debent. *Si enim Ethnici de lege humana:* [l] *νόμος πάντων βασιλεὺς θνητῶν, inquit Pindarus*, Lex mortalium omnium REX, *qua imperat imperantibus, &* [m] Qui legem præesse iubent, videntur iubere Deum præesse, qui autem hominem, bestiam; quippe libido obliquos viros agit, etiam optimos: ita vt interitū paratum esse ciuitati videam, in qua, non lex Magistratibus, sed legi imperant Magistratus. *Vos verò qui Catholici haberi soli vultis, sacrum Dei oraculum vocatis* literam mortuam, *&* rem inanimatam; *nonne vos pudet? postremò; quandoquidem in hanc contentionem incidimus, operæpretium erit obseruare*

[k] *Bellar. supra.*
[l] *Plutarch. de Regno.*
[m] *Arist. Eth. lib. 10. cap. 4.*

CAPVT XV.

Ex Comparatione

Concilij Tridentini iudicium, quod Pontificij in Ecclesia quoad nos, diuinis Scripturis prius & superius faciunt; vocem scriptam esse, etiam obscuram admodum, & planè extorquet.

NEmo est, qui in Concilij sententiam scriptam esse intelligat, qui eam legit; nemo eam legens qui nesciat obscurã esse, quã non intelligit. Aduersarius. [a] Omnibus hinc perspicuum euadat verissimam esse testificationem, quã aliquot locis Concilij Tridentini Patres testificantur, sese Religionis cõtrouersias secundum Scripturam sacram, Apostolicas Traditiones, probata Concilia Ecclesiæ Catholicæ sensum & consensum, & veterum Patrum constantem consentientemque

[a] *Epist. Christophori Plantini in frontispicio Conc. Trident.*

temque doctrinam dijudicare, *Hoctine omnibus perspicuum, etiam in omnibus? Advocatus.* [b] In Concilij Tridentini verbis EXPLANANDIS Vega, qui Concilio interfuit, studiosè versatur: & permagni sanè refert, vt ad manum habeamus quorundam testimonia scripta, qui, veluti oculati testes Actionum dicti Concilij, coram adfuere. *Quorsum?* Vt horum INTERPRETATIONE EXPLICATIORA reddantur, quæ sunt in eadem Synodo constituta. *Explicatione igitur indiget, etiam in causis non parui momenti. Primò, de vero Canone Scripturarum Senensis.* [c] Canon Concilij Tridentini non est intelligendus de vltimis capitibus Hester, quæ non solùm recentiores Autores negant esse Canonica, verumetiam Hieronymus seu partem vitiosam resecat. *Bellarminus verò.* [d] Hæc capita enumerantur in Canone. *Etiam.* [e] Oratio Manassis non est Canonica, & tamen in Editione Latina habetur. *De qua Concil. Trident.* [*] Si quis ipsos libros integros prout in vulgata Editione habentur, non pro Canonicis susceperit, Anathema sit. *Secundo.* [f] Quæstio est, vtrum vulgata editio, à Conc. Trident. approbata, ita sit perfecta, ac si omni careat errore, vt veriùs verti non potuerit; Vega, Canus, Senensis, Payua, Lindanus, hi omnes fatentur aliquos esse errores, non solùm vitio Scriptorum, verum etiam Interpretis incuriâ: mihi tamen contraria sententia verior esse videtur, eam, licèt clariùs & Latiniùs possit, non posse tamen reddi veriùs aut simpliciter certiùs. *Tertiò.* [g] Concilium Tridentinum post traditam doctrinam totam de Originali peccato, in fine declarat, non esse mentis suæ in illa Virginem comprehendere: ergo non est erroneum à tota illa Virginem excipere: & tamen inter alia ibi docuerat Concilium omnes peccâsse in Adamo, mihi videtur dicendum esse, non posse sine errore negari B. Virginem ex vi peccati Adæ ita fuisse obnoxiam maculæ & peccato contrahendo, vt si per Christum non esset verè ac propriè redempta, illud contraheret. *Ergo Concilium non ita expressè causam hanc definiit, vt non sit in eius explicatione hallucinandum. Quartò.* [h] Aliqui Catholici existimant nullum esse præceptum

[b] *Canisius Ies. in Epist. Dedicat. ante libros 15. Vegæ de explicat. Conc. Trid. de una quæstione de Iust.*

[c] *Supra Apolog. huius part. 2. lib. 1. cap. 1.*

[d] *Ibidem.*

[e] *Bellar. quo supr.*

[*] *Conc. Trid. Sess. 4.*

[f] *Azorius Ies. Instit. Moral. l 8 cap. 3 § Quartò*

[g] *Suarez Ies. in 3 Thom. Tom. 2. quæst. 27. Art. 2. disp 3. §. 2.*

[h] *Maldon. Ies. Summ. in quæst. 18. Art. 4.*

præceptum diuinum de auriculari Confessione: sed tamen hæc opinio aut iam declarata est, tanquam hæresis ab Ecclesia, aut operæpretium faceret Ecclesia, si declararet eam esse hæresin. *Perinde quasi dixerit Synodus Tridentina aut hoc ita declarauit, vt intelligi nequeat, aut non declarando penitùs somniauit. Quinto.* [i] Non desunt ex Catholicis Doctoribus (inter quos [*] Suares) qui dicunt peccatorem ex priori auxilio gratiæ mereri iustificari: quod si verum censeri debet, nullo modo debuisset à Concilio Tridentino, in Canonibus de Gratia iustificante, reticeri. *Hæc, quia propemodum παρεργὰ videri possint, vlterius non persequar: qua quidè hîc spectant omnia, vt Pontificij intelligant Concilij Patres in eo quod rei tantæ definire noluerunt, nimis mutos fuisse, literas autem, quibus definitiones & sententias suas explicârunt, mutas non esse censendas. Hactenus quoad Thesin. Nunc tandem*

i Bannes lib. de Auxilio Gratiæ cap. 18.

* Suares Tom. de auxilio Grat. 4. 2 num. 5.

CAPVT XVI.

Ad Hypothesin deuenimus, in qua, ceu in extremo cõflictu Pontificiorum, ac Protestantium de controuersiis omnibus fides & veluti spiritus periclitatur: hic enim alterutri parti aut vincendum est, aut deinceps in omni causa penitùs oneri succumbendum.

Status quæstionis.

[a] NOta dissentio Protestantium à nobis est in genuino Scripturarum intellectu, quem illi sibi arrogant, Ecclesiæ nostræ derogant. [b] Non est contentio in verbis, sed in sensu: non minor autem erit iactura, si Ecclesia sensum falsum pro vero sumat, quàm si Scripturas humanas pro diuinis amplecteretur. *Rectè. Iam igitur cominùs agamus.*

a Cæterum Iesuita in præfat. 3. partis Apolog. pag. 3. hoc facilè agnoscunt Iesuitæ alij.

b Alphonsus de Castro lib. 1. hæres. cap. 4.

De Protestantium in exponendis Scripturis dexteritate, & imbecillitate vehemens Pontificiorum & virulenta iactantia.

Aduersarius. [c] Alterum est quod me quidem ad congressum incitarit, Aduersariorum *(Protestantium)* perpetuum in Scripturis exponendis ingenium, plenum fraudis, inane prudentiæ: Dei verbum perurgemus, obscurant: Patres testamur interpretes, obsistunt: In summa sic instituunt, nisi eorum iudicio steteris, nullum iudicium fore. [d] Hæreticorum est noua comminisci, & Scripturas ad normam iudicij sui limare. Neque solent Protestantes, vt veteres sancti Patres, sed nouo modo ad gustatum suum sacras literas intelligere. [e] Ex Spiritu suo priuato omnia exponunt. Scriptura sacra est probatica illa piscina, de qua loquitur D. * Ioannes, quæ à Dei Angelo mota, cuicunque ægritudini medebatur. [f] Hæretici *(Protestantes intelligit)* ad sacram Scripturam descendunt tanquam ad piscinam sanitatis recuperatricem: at sanitatem non consequuntur, quia illis Dei Angelus non reuoluit Scripturam, sed si ipsi eam aduersus Deum mouere & reuoluere conantur, cùm non explanent sed deprauent, cùm tamen gloriantur se solos verum sensum inuenisse. [g] Quos ego Scripturas non intelligere nunquam miratus sum: nam vt Dei Spiritum omittam, quo carent, nec Theologiam nôrunt, nec sanctorum Patrum legunt Commentarios, nec pias ad Deum preces adhibent. [h] Cum tamen mediis carent eruendi sensum genuinum. [i] Miseret me horum qui ex priuato spiritu aguntur, illorum verò magis quos tam miserabiliter isti in fraudem inducunt. *Quid ad hæc Protestantes? Reus.* * In hoc cardo rei vertitur, & litis summa pendit (quandoquidem Papa & autores sectarum, atque etiam nos qui Scripturæ nitimur, & vnum Euangelium, & verbum Dei pariter iactamus) vt certi simus, vtra pars Scripturam rectius docent, & explicet: Nobis igitur Papæ doctrina adorienda est, quæ suo fimo & fœtore sacras literas contaminauit. *In palæstram descendamus, & in vtroque genere expositionis, Allegorico, & literali, quantum vtraque pars valeat, experiamur.*

c Campianus Iesuit. Rat. 2.

d Costerus Iesuit. præfat. Apolog. pro 3. part. Enchirid.

e Rettinsonius, Colleg. Rhemens. Censuræ defensio, & quotquot vspiam extant Pontificiorum contra Protestantes Libelli Anglici.

* Ioh. 5.

f Pintus Com. in Isaiæ 8. § Quod si.

g Ribera Iesuita Com. in Proph. Hos. cap. 13. num. 12.

h VVrightus in libello contra fidem Protest.

i Mulinusinus Iesuit. Animaduert. disp. 1. § Vobis.

* Lutherus Exurgat. in Mat. 5. in illa verba: [Nó veni vt legem destruam.]

CAPVT

CAPVT XVII.

Loca Scripturarum diſcutiemus, quæ ſunt cum hac Controuerſia, de Iudice Romanæ Eccleſiæ, coniuncta maximè: deinde alia loca controuerſa enucleabimus. Prioris ordinis Interpretationes aliæ ſenſu Allegorico, aliæ literali niti videntur, tam veteris quàm noui Inſtrumenti.

Allegorica Teſtamenti veteris.

Locus primus.

*Gen. 1.

*GEn. 1. [Creauit Deus duo luminaria magna, Solem, & Lunam; maiorem, vt diei, minorem, vt noctibus præeſſet. *Aduerſar.* [a] Innocentius 3. ad Conſtantinopolytanum Imperatorem, Cap. Solitæ de maioritate & obedientiâ. [Ad *firmamentum cœli,] inquit: hoc eſt, vniuerſalis Eccleſiæ: [Fecit Deus duo magna luminaria,] id eſt, duas dignitates inſtituit, quæ ſunt, Pontificialis autoritas, & regalis poteſtas: ſed illa, quæ [præeſt diebus] id eſt, ſpiritualibus, quæ [maior eſt;] altera [quæ noctibus] id eſt, carnalibus, [quæ minor:] vt quanta eſt inter Solem & Lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoſcatur. *Hanc expoſitionem Ieſuita tanquam Pontifice ſuo dignam allegat: & id genus interpretationum plena ſunt Pontificum Epiſtolæ; quid ex his audis, Reus.* *Audis tu hæc, Lector? hic tibi temperandum eſt à riſu, ne tu quoque, quod mihi contigit, in tuſſim ouillam incidas: Quapropter caue rideas in rebus tam ſerijs, & memento Papam ſeriò agere, & in Scripturis interpretandis non falli, vt hîc vidiſti. *Aduocatus.* [b] Sunt admirabilia & abſcondita myſteria, quæ aliqui Romani Pontifices proferunt, qui alicubi in ſacris Scripturis conuertentes, nonnunquam adulterantes, atque ſuis figmentis adſimilantes atque adaptantes errârunt.

[a] *Molina Ieſ. Tom. 1. de Iuſt. & iure, Tract. 2. diſp. 29. § His prænotatis.*

Lutherus Tract. aduerſus papatū. § Item etiam.

[b] *Agrippa lib. de Vanit. Scien. c. 92.*

Locus ſecundus.

* Eſa. 49. 43. c Turrianus Ieſ. contra Sadaelem pag. 14. d Polyd. Virg. li. 4. Inuent cap. 12 * Act. 10.

* Eſa. 49. 43. In faciem terræ adorabunt, & puluerem pedum tuorum lingent.] *Aduerſ.* c Vbi hoc niſi in deoſculatione pedum Pontificis Romani, vt iam exitus probat? *Vbi, quæris? dicam vbi non fuit; certè non in Petro. Aduocat.* d Cecidit Cornelius oſculaturus pedes Petri; ſtatim dixit Petrus, [* Surge, &c.] ô vocem memorabilem! noſtri autem imperioſiſſimi Domini ſummi Pontifices contrarium conſtituerunt. *Nec in vllo ſancto Patre.* e Maſculus ſenior, Abſit, inquit, vt quiſquam pedibus meis oſcula figat: noſtri autem Pontifices etiam ſummos Monarchas ad oſcula, non pedum, ſed calceorum, non dico, admittunt, ſed inuitant, & quodammodò cogunt. *Vbi igitur impletum fuit? dicam.* f Lingere pulueren aut terram victorum ac ſupplicum eſt, qui terram coram victoribus & coram Regibus ſuis oſculantur: vt Pſalm. 71. Inimici eius terram lingent: & Eſa. 49 [Pulueren pedum tuorum lingent.] Vaticinatur de Gentibus à Iudæis vincendis, de quo multa legimus in libris Machabæorum.

e Eraſ. Apolog. lib. 6.

f Ribera Ieſ. Com. in Mich cap. 7. num. 48.

Locus tertius.

* Iſa. 8. 14. g Bellar. præfat. de Rom. Pont. § Quæ ſunt, &c. * 1. Cor. 11.

* Iſ. 28. Ecce pono in Sion lapidem probatum, pretioſum, angularem, fundamentum ſummum.] *Aduerſ.* g Quis ſit hic lapis nemo ignorat, qui Euangelium legit, vbi Chriſtus Petrum Petram vocat, quâ ſignificatur ſedes Romana, quæ eſt fundamentum fundatum, id eſt, ſecundarium fundamentum. Chriſtus autem eſt primarium de quo Apoſtolus * fundamentum aliud, &c. *O Doctorem Cathedralvt labefactatam Papæ Cathedrã erigeres & illuſtrares textũ Scripturæ ſimul & ſenſum inſulſo commento tuo temeraſti. De textu* * *diximus, iam ſenſum diſcutiemus, oſtendemuſq; hunc textum ſoli Chriſto conuenire. Rem.* * Adeo ſunt impudentes qui hoc honoris tranſferunt ad Petrum, vt aſſerant fundatam fuiſſe in eo Eccleſiam, vt hoc quoque teſtimonio (Epheſ. 2.)

* Supra. * Caluinus in Epheſ. 2. 20.

abutantur

abutantur in prætextum erroris ſui, qui facilè refelli poſſunt, quia vult Apoſtolus Iudæos ac Gentiles, ſeu duos parietes diuerſos, in vnam ſpiritualem ſtructuram aptare, Chriſtum proinde medium in angulo collocat, qui vtraſq; coadiuuet continuò: poſt (*Scripturâ Iudice*) ait: [Totum in ipſo coagmentari.] Quod ſi verum eſt, vbi erit Petrus? *Aduocatus.*

[h] Lapidem probatum, &c.] id eſt, Chriſtum: ſic exponunt vnanimiter omnes Patres. [i] Pſalmiſta volens oſtendere hanc vaticinationem de Chriſto intelligendam, ſubdit: [*O Domine, ſaluum me fac.] *Scripturam Iudicem conſulamus, & nemo tam cæcus erit, qui non videat, nemo tam effrons, qui non fateatur, per* fundamentum, *ſolum Chriſtum ſignificari.*

[k] Quem Iſaias vocat lapidem pretioſum, propter (*ergo ſolum Chriſtum*) Redemptionis pretium, quem Propheta Daniel vocat [*Lapidem abſciſſum ſine manibus,] quia erat (*ſolus Chriſtus*) natus ex virgine, ſine virili ſemine. [Lapis angularis] [l] dicitur *lapis angularis græcè ἀκρογωνιαῖος, id eſt, vt vna voce exprimam (*at quod ſummum id quoque ſolum eſt*) ſumm-angularis; in quo duo populi Iudæi & Gentiles connectuntur: dicitur [probatus,] quia (*ergo ſolus Chriſtus*) PERVICIT dæmones, mundũ, carnẽ, infernũ: dicitur [pretioſus,] meriti ſui æſtimatione, quia Patri complacuit (*ergo ſolus Chriſtus*) diuinitatem eius inſinuans, quia erat Deus & Dei verbum. [m] Dicitur Chriſtus [Lapis pretioſus] quia honorificatus eſt à Deo (*ergo ſolus*) ſuper omnes creaturas.

[n] Ideo dicitur Chriſtus [Lapis Angularis] quia (*ergo ſolus*) totam Eccleſiam ſuſtentat, & (*ſolus agitur*) in honorificentiſſimo loco eſt poſitus. [o] Dicitur [Lapis abſciſſus de monte ſine manibus] id eſt (vt exponit *Ambroſius) Chriſtus filius (*itaque ſolus*) generatus à Patre, [ſine manibus] id eſt, non per creationem aut effectionem, non enim filius creatus aut effectus eſt, ſed tantum genitus: cum dicitur, [ſuper vnum lapidem oculi ſeptem] oculus ſcientiam ſignificat, & ſeptenarius in Chriſto (*ergo ſolo*) perfectionem & *Theſauros ſapientiæ abſconditos. *Si igitur vel Patres, vel Scholaſticos, vel etiam Ieſuitas teſtes adhibeamus, Iudice* Propheta,

b Sixtus Senenſis Bib. de loco Iſaiæ.
i Pintus Ieſuita in Iſa. 28.
**Pſal. 117.*
k Aquinas com. in 1. Cor. 3. & in 1. Pet 2.
**Dan. 2.*
l Salmer. Ieſ. com. in 1. Pet. 2.
**1. Pet. 2.*
m Caietanus com. in Rom 9.
n Maldonat. Ieſ. com. in Matt. 21.
o Peterius Ieſ. comb. in Dan. 2. in hæc verba, Abſciſſus lapis.
**Serm. 70.*
**Coloſſ. 3.*
**Dan. 2. & Zac. 3.*

*Rom. 9. & 1. Cor. 3.
*Act. 2. & 1. Pet. 2.
*Mat. 21.

Iudice *Paulo, *Petro Iudice, Iudice *Christo, locus hic non de Petro, & successore eius Papa, sed de solo Christo intelligi debet.

Locus quartus.

p Bellar. lib. 1. de Rom. Pon. cap. 9. Rossensis art. 25. aduersus Luther. Sanderus lib. 5. de visib. Monarch. cap. 5.
q Bellar. quo supra. & alij fere omnes hunc locum millies inculcant.
r Aquinas com. in hunc locum.

Aduersarius. P Synagoga, quæ fuit vmbra Ecclesiæ militantis, habuit vnum summum Sacerdotem. Ergo Ecclesia ipsa vnitate Sacerdotis carere non potest. *Negatur primò antecedens.* q Hoc probatur ex 1. Cor. 10. [Omnia contigerunt illis in figuram.] *Languida & ieiuna probatio, quia hoc in loco τύπος non sumitur, quemodo aliàs solet, pro significatione Analogica, sed pro exemplo morali. Aduocatus.* r Ostendit quid antiquis Iudæis contigit, quod non propter se tantum, sed propter corripiendos euenit, vt cohibeamur à peccato, 1. à peccato cordis, [Non concupiscentes, vt illi.] 2. à peccato operis, [Non sitis idololatræ, sicut illi.] 3. à peccato oris, [Nec murmuretis, sicut illi.] Vbi eorum peccata & pœnæ exemplorum causæ proponuntur. Ad significandum, quod sic fiet grauius nobis si fuerimus similes illis, ideo subditur, [Scripta sunt autem ad correctionem nostram.] Dicitur enim vulgariter, quòd pulchriter se castigat, qui exemplo alterius se emendat. *Quòd propriè figuræ ratio in ipsius figuræ cum re figurata analogia quadam consistit.* Agnus occisus *(exempli causâ) Christum crucifixum*; *eius* ossa integra, *huius quoque* ossa infracta *repræsentârunt. At hîc* Iudæi propter concupiscentiam, idololatriam, murmurationem *pœnis grauissimis afflicti fuerunt*, Ne vos concupiscatis, ne Idololatræ sitis, ne murmuretis sicut illi; *ne similiter pereatis. Nulla est in istis figuræ ratio, nulla proportio, vbi figuræ non prædicunt qua futura sunt: sed ne futura sint præcauent. Secundo etiam consequentia claudicat, quia Aaronille* vnus summus Sacerdos *non cuiusquam hominis, sed Christi tantum personam gerebat, vt Patres omnes exponunt: cuius gloria cùm prorsus spiritualis fuit, non cum temporali veteris legis statu in eodem genere gloria comparanda, nisi quis sic fortè concludat, Hierosolymitanũ templum vnicum fuit,*

quo

quo vix quicquam vidit ſol magnificentius, propterea vnum debere eſſe Chriſtianum templum, multoq́, illuſtrius.

CAPVT XVIII.

Ex nouo Teſtamento Locus primus.

*Luc. 22. 38.

LVc. 22. [Dixerunt, *Chriſto*, Ecce duo gladij: At ille dixit, Satis eſt.] *Aduerſarius*. *De hac Eccleſia (*Romana*) eiuſque poteſtate (inquit *Bonifacius Pontifex) Euangelicis dictis inſtruimur: nam dicentibus Apoſtolis [Ecce duo Gladij:] non reſpondit Dominus, nimis eſſe; ſed [ſatis.] Certè qui in poteſtate Petri gladium temporalem eſſe negat, malè verbum attendit Domini proferentis, [Couuerte Gladium tuum in vaginam;] vterque ergo eſt in poteſtate Eccleſiæ, ſpiritualis, ſcilicet, Gladius & materialis, ſed is quidem pro Eccleſia, ille ab Eccleſia exercendus, ille Sacerdotis, is manu Regum ac militum, ſed ad nutum & patientiam Sacerdotis. [b] Vbi notandum eſt, quòd cum Proteſtantes reprehendunt hanc Bonifacij extrauagantem, vt erroneam; monendi ſunt vt cogitent eadem eſſe verba ſancti Bernardi in libris de Conſideratione, *Nos, hortante Bernardo, cuius Bernardo opponimus Iudicem ſuperiorem. Scripturam Canonicam., quam Pontificij Canonum ſuarum putidis gloſſematis deturpauunt. Nam.* [c] Inter argumenta, quibus Canonum Profeſſores aſſerere ſtudent omnem Imperatoris authoritatem à Pontifice emanare, hoc eſt vnum; quod dicunt ſe pro comperto habere VTRVMQVE GLADIVM penes Eccleſiam eſſe, cùm Apoſtoli, qui totius Eccleſiæ perſonam ſuſtinebant, intrepidè protulerint, [Ecce duo Gladij,] nec Chriſtus eos vt ſuperfluos excludit, ſed reſpondit [ſufficit,] & cum Petrus gladium perſtringeret, nequaquam iuſſus eſt eum abijcere, ſed [in vaginam recondere:] quaſi

a Molina Ieſ. li. 1. de Iure Tract. 2. diſp. 29. § quarto, &c.

b Bonifa. 8. in extrauag. Vnam ſanctam de maioritate.

b Bellar. lib. 5. de Rom. Pon. cap. 7. § Sic enim.

c Hieron. Balbus lib. de Coronat. § Argumenta quibus.

quasi vsum prohibens, non imperium auferens, quæ enucleatius explicant Andreas Siculus, Antoninus, & Aconitanus, qui omnes ex hac Euangelica narratione effici volunt vsum solum & procurationem alterius gladij Imperatori demandari, potestatem verò vtriusque penes Pontificem residere: ad quod nihil videtur accommodatius quam [a]Nicolai Pontificis iussa. *Rem.* [b]Quod hinc eliciunt Canonistæ, Cornutos suos Episcopos duplici iurisdictione esse præditos, non solum putida est allegoria, sed proteruum ludibrium, quo Dei verbo insultant. *Credamnè ego, Caluine, tibi? Advocatus.* [d]De duobus gladijs clarum est, quod (*loquitur de potestate Pastorali*) in sensu literali nihil habetur: sed cum Christus significabat eos habituros contradictionem, & necesse habere defensionem, ipsi ERRANTES dixerunt, [Ecce duo gladij hîc.] [e]Multi in hoc loco interpretantur illos DVOS GLADIOS de duplici potestate, Ecclesiastica, scz. & seculari: sed quia hæc non sunt ad rem, ne immoremur in increpatione EXPOSITIONIS huic loco DISSONÆ & TORTÆ, transeamus ad ea quæ in contextu sequuntur. [f]Recentiores interpretes ex hoc loco colligunt, Ecclesiam duos habere gladios, alterum spiritualem, temporalem alterum: quo vt habeat, ex hoc certè loco non habet. Quod respondit Christus [satis est] non confirmat discipulorum opinionem existimantium gladijs rem esse gerendam, sed, vt ait Theophylactus, aut ironicè loquutus est, aut planè indicat sibi non opus esse gladijs, quod nollet se gladijs defendere; quod si enim res gladijs agenda esset; non modo duo, sed ne centum quidem aduersus armatam militum cohortem satis fuissent: satis ergo eos duos esse dicit, quia ne illi quidem erant necessarij. In eo quod iussit eos gladios acquirere, significabat mortem suam instare; in hoc quod dicit, satis esse duos, (*id est, non necessarios*) indicat mortem suam esse voluntariã. [g]Significans aduersus tantam militum manum, non plus duodecim gladios prodesse, quam duos: Ergo, duos satis esse, id est, nihil possunt. *Hæc veritas, altero textu* [Conuerte gladium in vaginam,] *liquidò enincitur. Quia.*

Videtur

[a] *Nicolaus dist. 22 cap. Omnes. cap. autoritatem. 15. quæst. 6.*

[b] *Caluinus hanc in hunc locum.*

[d] *Francis. de Vict. Relect. 1. sect. 6. in fine.*

[e] *Stella in Luc. 22.*

[f] *Maldonat. Jes. com. in Luc. 22. vers. 38.*

[g] *Arias Montan. in hunc locum.*

[b] Videtur Christus reprehendisse Petrum, quod Malcam percussisset gladio, ideò dixit, * [Conuerte gladium in vaginam,] significans Petrum malè vsum esse gladio: nam huius rei varias rationes Christus subdit, (*Scripturâ Iudice*) dicens, [Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam eum?] Ergo in hoc opere fecit contra ordinationem Dei, & Christi voluntatem sibi cognitam; deinde addit Christus: [Tu putas quod non possum rogare Patrē meum, vt mittat, &c] acsi dixerit: Tu putas me indigere defensione gladij? in quo multum erras. *Ergo reconde gladium. Philosophus, Natura, inquit, ἐν πρὸς ἕν, rem vnam ad vnum finem ordinauit; nec igitur fecit* Delphicum gladium, *qui ex altera parte serrare, ex altera scindere potuerit: Vos ex his duobus gladijs vnam papalem iurisdictionem, vt ita dicam, Secular-Ecclesiasticam efficere gnauiter contenditis, quasi nimirum, Pontifex aduersantes sibi vel spiritualiter, (excommunicando) vel (feriendo) corporaliter occidere suo iure possit. sed illud actu, inquitis, hoc nutu suo: enimuerò vt iste Delphicus gladius non natura, sed artis opus fuit, ita hæc superior vestra expositio figmentum humani ingenij, non Spiritus sancti oraculum existimari debet. Gladij enim isti duo, obsecro, nunquid non vtrique ferrei, ideſt, eiusdem naturæ arma fuerunt? Ex his, igitur, si arguendum sit, aut potestatum ratio diuersa confundenda est, aut eadem gladiorum natura distrahenda. Dum igitur ex Allegoria & commentitia gladiorum interpretatione disputatis, Spiritus Sancti vaginâ pugnatis, non gladio.*

[b] *Suarez 1ſ in 3. Thom. Tom. 2. q. 46. Art. 8. disp. 3. § 3.*

* *Matt. 22. 51.*

Locus secundus.

* Matt. 17. [Solue pro me & te.] *Aduersarius.* Christus duplex didrachma dari iubet, vnum pro se, alterum pro Petro: vt significaret familiam suam duo habere capita: [k] Et significatur Petrum fuisse omnibus alijs prælatum. *Cùm tamen Reus.* * Ridiculi sunt Papistæ, qui tam friuolo prætextu Petrum dignitatis socium Christo faciunt, Vicarium, inquiunt, sibi elegit, quem solutione tributi sibi æquauit. Sed si

* *Matt. 17. 24.*

[i] *Possevin. in Apparat. de hac quæst. Artic. 25. § Si cui, &c.*

[k] *Bellar. vide supra lib. 3. c. 7. huius Apolog.*

* *Caluin. Harm. in hunc locum.*

in tributo soluendo enituit primatus Petri, vnde ista, quam sibi arrogant, immunitas? sed ita putidè ineptire oportet, qui Scripturam pro sua libidine deprauant. *Certè, nam Aduocat.* [l] Tributum pendere est subiectionis nota, non autoritatis, vt patet (*Scripturâ Iudicè*) Rom. 13. Propter hoc tributum penditis. *Multum igitur paucis,*

[l] *Caiet. in Ro. 13.*

Aduersarius. [m] Petrus solus ambulabat super aquas: *vel sic*, Christus post resurrectionem Petro primum apparuit; *Vel sic:* Petro soli ostensa erat visio lintei: *Vel sic*, In omni piscatione Petrus princeps inuenitur, Ergo. *Quid ergo?* Petrus constitutus erat Princeps & Monarcha Ecclesiæ. *Solenne vestrum obscuritatis artificium, quo conamini primò. Quemadmodum Sepia in aqua cùm videt se à piscatoribus peti atrum suum sanguinem in aquam effundit, quo possit Piscatorum manus effugere; ita vos, vt apertissimos Scripturarum sensus enitetis, tetrâ Allegorizandi caligine omnia obfuscatis. Secundo, vt Piscatores quo anguillas capiant, prius turbant aquam; ita vos vt hominum simplicium religioni facilius insidiamini, alienis & peregrinis Glossis clarissima Scripturarum luci tenebras offunditis: enimuerò extra literalem sensum, sensus aly non ab Apostolis expresè explicati, sed ab alijs inuenti: Aduocat.*

[m] *Bellar. vide supra huius Apo. lib. 3. cap. 7. & 13.*

[n] *Agrip. lib. de Vanit. Scient. cap. 100.*

[n] Mystici & Allegorici, quibus alij Scripturam peregrinis coloribus depingunt, docere certè, ad plebis ædificationē, aliquid possunt; ad aliquid verò vel confirmandum, vel confutandum nihil possunt: nam adducat quis in certamen horum aliquem sensum, citet etiam quantumuis grauem Autorem, citet Glossam, citet quamlibet sanctorum Patrum expositionem, non ita nos astringunt, quasi non liceat reluctari. *Cùm præfertim.* [1] Apostoli non citent sensum mysticum nisi eum, quem prius ex scripturis alijs certū & perspicuum fecerint. *Acosta. Et* [2] Quoties sensus literalis haberi possit, non est recurrendum ad figuratum. *Toletus. Quia* [3] Ex sensu mystico argumentum efficax non sumi posse, communis est Theologorum sententia. *Vega. Postquam de sensu Allegorico disserimus*

[1] *Acosta Iesuita vide supra huius Apol. lib. 1.*
[2] *Toletus Iesuita sup.*
[3] *Vega Iesuita supra.*

CAPVT

CAPVT XIX.

Teſtimonia Scripturarum, extra intelligentiam Allegoricam, iam in diſputationem adducuntur, quibus Romanæ Cathedræ Iudex ſupremus (Papa) niti maximè ſolet, & in ijs iudicij ſui infallibilis ſumma propugnacula conſtituere: ſi verè, tum Pontificiũ iudiciũ, in expoſitionibus alijs omnibus ab omnibus Chriſtianis, tanquam ſacrum Dei oraculum, meritò colendũ: ſin falsò, tanquam illud Delphicum neceſſariò contemnendum atque explodendum eſt. Teſtimonia alia, vt haſtæ, remotiùs; alia veluti gladij Aduerſarios ſuos propiùs attingere videntur.

Prioris generis teſtimonia partim ex Teſtamento Veteri, partim ex nouo petuntur.

Teſtamenti veteris Locus primus.

*Ezech. 37. [Ecce ego aſſumam filios Iſrael de medio Nationum, & faciam eos in Gentem vnam in terra in montibus Iſrael, & Rex vnus erit omnibus imperans. *Et v. 24. Seruus meus Dauid Rex ſuper eos, & Paſtor vnus erit omnium eorum.] *Aduerſarius.* [a] Ergo vnus eſſe debet paſtor vniuerſalis, & Monarcha Eccleſiæ. *Ergone tu ſatis ſanus es, qui gloriam eam, quam Scriptura Chriſto Domino propriam eius (ah iam non eius!) ſeruo Papæ aſcribis? *Aduoc.* [b] Ezech. 34. [Suſcitabo paſtorem vnum, ſeruum meum Dauid, &c.] Et Ezechiel. 37. [Dauid ſeruus meus Rex in perpetuũ erit, &c.] Dauid Chriſtum ſignificat quem olim Iudæi reiecerunt: quoniam Dauid Chriſti figura fuit, & vſitatum eſt in Scripturis nomen figuræ rei figuratæ tribuì. *Quod ex (Iudice noſtro) Scriptura ipſa liquidò conſtabit.*

*Ezech. 37. 21.

a Sanderus de viſib. Monarch. lib. 4. cap. 5.

b Ribera Ieſ. Com. in Hoſ. 3. nu. 24.

c Ribera quo ſup. in his verbis: [Rex in perpetuum] c Quod luculenter explicat Apoſtolus ad Rom. 11. idque annotat Paulus Burgenſis, addens hanc Prophetiam non implendam eſſe ante mundi

d Gloſſa interlinearis. finem. d Intelligitur Chriſtus, de quo & regno eius non erit finis. *Ne fortè hæc reſponſio exilior paulo & languidior eſſe videatur, rem altiùs repetam, premamq́ fortiùs.* [Rex vnus erit

e Pintus Com. in hunc locum. omnium imperans:] e Hic eſt ille de quo quærebant Magi Orientales, Matt. 2. [Vbi eſt is qui natus eſt Rex Iudæorũ?] non dicunt, Vbi eſt Rex, ſed vbi eſt natus, quia antequam

* Luc. 1. naſceretur, erat Rex: de quo dixit Angelus * Luc. 1. [Regnabit in domo Iacob in æternum,] talis, cui omnes Reges (*excluduntur ex parte Prophetiæ, quoad dominium, cùm includuntur in parte, quoad obſequium*) & OMNES PRAESVLES

f Pintus quo ſup. parere debent. *Deinde,* f Hæc [Deus & ſeruus meus Dauid] verba ſunt Patris cœleſtis, qui CHRISTVM vnigenitum DEVM, vt verum hominem, SERVVM vocat. Verus hic Dauid, qui Goliah, mundum ſuperabat, [Paſtor vnus] de

* Ioh. 10. quo * Ioh. 10. [Fiet vnum ouile, & vnus Paſtor:] & de quo

* Zach. 13. * Zach. 13. [Percutiam Paſtorem, & diſpergentur oues:] quem locum Chriſtus Dominus noſter de ſeipſo interpretatur. * Matt. 26. *Ex quibus ſatis liquet, ex opinione Magorum, ab expoſitione Pauli, ex annuntiatione Angeli, ex interpretatione Chriſti, verba huius Prophetiæ ſoli Chriſto conuenire. Huic Scripturæ conſonus eſt Scripturæ*

* Matt. 26.

Locus ſecundus.

* Oſ. 1. verſ. vlt. * Oſeæ 1. verſ. vlt. [Congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael pariter, & ponent ſibi caput vnum.] *Aduerſ.* g Ergo vnus eſſe debet (*ſignificat Romanum*) Pontifex vniuerſalis.

g Sanderus lect. lib. de viſib. Monarch. cap 5. *Vbi addit,* Chriſtum & Vicarium eius vnum caput conſtituere. *Scripturas inſigniter detorques: quia Oſea & Ezechiel. vt verbis ita ſenſu vnanimiter concordant, & ſolum Chriſtum Meſſiam ſignificant. Reuu.* * Per Dauidem, Chriſtum ſignificat, cuius ſceptrum eſt Euangelium, & quem tum conſtituunt homines vnum Regem, quando in eum tanquam vnicum

* Caluinus in eum locum.

nicum Redemptorem credunt. *Aduocatus.*[b] Hoſæus per [vnum caput] Chriſtum intelligit, de quo *Epheſ. 1. ſcriptum eſt, [Et omnia ſubiecit pedibus eius & ipſum dedit CAPVT ſuper omnem Eccleſiam] quia Capitis eſt prouidere membris ſuis, & membrorum capitis ductui parere, qui Chriſti ſunt. Sapientia ſua *(hoc Papam iugulat)* niti non debet, Chriſtus enim eſt, *Ipſum audite: &, ille *Magiſter vnus de quo apertius Paulus 1. Cor. 11. *[Volo vos ſcire, quod omnis viri Chriſtus caput eſt, Caput autem mulieris vir, Caput vero Chriſti Deus.] Hoc eſt, vt Chriſtus non proprio, ſed Patris Conſilio omnia fecit, & dixit, ita vir conſilium & ductum Chriſti ſequi debet. ex quo patet, neceſſe eſſe eos errare & deſipere omninò, qui *(hoc quoque Papam confodicat)* ſibi potius credere velint, quàm tanto ac tali capiti, quod ne verbo quidem vnquam à capite ſuo, id eſt, Dei Patris ſenſu receſſit.

[b] *Ribera Jeſuit. in Hoſ. 1. num. 130. ſic Lyran. Gloſſa, & alij.*

* *Matth. 17.*
* *Mat. 23.*
* *1. Cor. 11.*

Ex Teſtamento nouo
Locus primus.

*1. Cor. 2. [Spiritualis vero omnia dijudicabat.] *Aduerſarius.* [i] Si deuiabit terrena poteſtas, iudicabitur à ſpirituali poteſtate: ſed ſi deuiat ſpiritualis, minor à ſuo ſuperiori; ſi verò ſuprema, à ſolo Deo, non ab homine poterit iudicari: teſtante Apoſtolo, [Spiritualis homo dijudicat omnia, ipſe verò à nemine iudicatur.] Per [Spiritualem] intelligimus Paſtores Eccleſiæ. *Soline ſucceſſores Spirituales? nequiter, qui enim vos eſtis, qui Dei manũ reſtringitis? Rem.* Apoſtolus ver. 14. [Animalis homo non comprehendit ea quæ ſunt Spiritus Dei.] Et verſ. 15. [Spiritualis autem, &c.] in iſtis, vt ex oppoſito liquet, animalem, id eſt quemlibet hominem ſolis naturæ facultatibus præditũ, cum ſpirituali, id eſt, cum quovis regenerato confert: quatenus hic per Dei ſpiritum illuminatus veritatem à mendacio diſcernit, à ſolo Dei verbo, non hominis arbitrio pendens: qui ideo [dijudicare omnia, à nemine iudicari,] dicitur, quia nulli humanæ ſapientiæ

*1. Cor. 2.

[i] *Extra de maior. & obedient. cap. vnam ſanctam. Stapleton. Antid. in 1. Corin. 2. hoc quoq; oſcitat Stapletonſis. pag 127.*

* *Caluinus com. in eum locum.*

k Salmer. Iesuit. com. in eum locum.

aut rationi subest. *Aduocatus.* k [Animalis homo,] id est, nondum regeneratus per Spiritum, carnem sapit, & secundum omnes sensus tam interiores quàm exteriores carnali ratione nititur, ex opposito [Spiritualis omnia dijudicat,] Omnium notitiam eam habet, quæ necessaria est ad vitam cœlestem. *Hinc concludere licet.* l Quòd legens Scripturas mente purâ, quanquam ILLITERATVS (quod ego sanè verissimum esse teneo) sensus sæpè penitius quàm literati perscrutatur: Spiritualis enim *(vel illiteratus)* omnia dijudicat.

l Acosta Iesuit. lib. 2. de Christ. Reuela. cap. 5.

Locus secundus.

* 1. Cor. 12. 21. in Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. ca. 12. & idem est argumentum Pontificiorum multorum.

* 1. Cor. 12. Non potest dicere caput pedibus, non est mihi opus vobis.] *Aduersarius.* m Per Caput, hoc in loco, vel Christus intelligitur, vel alius; non Christus, quia possit ille dicere pedibus, non estis mihi necessarij: si alius, tum intelligitur vnum esse aliquem, qui præter Christum sit summum Caput Ecclesiæ. *Licet,* Caput, *in singulari numeretur, non tamen ad vnicum singulare Caput restringi, nisi iniquissimè possit. Ostendo, Aduocatus.* n Non potest oculus (inquit Ambrosius) dicere manui, operâ tuâ non indigeo: hoc enim non potest dicere potior inferiori, Non mihi opus es, quia oculis quidem videtur, manus sunt quæ operantur; aut iterum, caput pedibus, &c. id est, maiori statu & dignitate non potest esse sine eo qui humilis est, quia ferrum potest, quod non potest aurum. [Non potest oculus, &c.] o Oculus significat contemplatiuos; [Dicere manui,] significat actiuos; [Operâ tuâ non indigeo.] *Et paulò post.* Secundò ostendit Paulus secundam differentiam Prælatorum, qui significantur per [Caput,] & subditorum, qui significantur per [Pedes.] *Denique,* p [Oculus] id est contemplatiuus, [Manus] actiua, [Caput] sunt præsidentes, pedes subditi. *His per* Caput, *non vniuersum quempiam, sed* Prælatos *multos interpretantur. Tota enim hæc comparatio non in membrorum numero, sed in communi quadam symmetria consistit, vt non magis*

m Hæc verba Lombardus ex Ambrosio excerpsit in hunc locum: ecclesiastes Theophyla.

o Aquinas in hunc locum.

p Salm. Iesuit. in hunc locum.

ex

ex vno Capite, *Pontificem vnum, quàm ex duobus* oculis, *& pedibus etiam duobus tantum duos Prelatos, aut duos* ſubditos. *Itaque Baſilius ſcribens ad Epiſcopos tranſmarinos, hoc* * εἰτε κεφαλὴν ἑαυτῶν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας λογιζεσθε, ἢ μέρεσι, &c. *id eſt,* Si vos ipſos tanquam Catholicæ Eccleſiæ caput habeatis, [Non poteſt caput dicere, &c.] *Vbi multis ſimul nomen vnius capitis tribuit. Niſi igitur vos melioribus rationibus Eccleſia veſtra ſummum Monarcham ſtabilire poſſitis, corpus veſtrum facile prodetis, tam captum oculis, quàm capitis expers. Hæc fuit prima, quaſi lenis armaturæ excurſio.*

* *Baſil. Epiſt. 77.*

CAPVT XX.

Teſtimonia grauioris momenti, quorum alij ad Petri primatum obliquè, alia directè collimare videntur.

Indirectè ex Synagoga veteri.

Locus primus.

* MAtth. 23. [Super Cathedram Moſis ſederunt Scribæ & Phariſæi, omnia, ergo, quæcunque vobis dixerint, ſeruate, & facite.] *Aduerſarius.* [a] Ergo Pontificibus Romanis obediendum eſt, nec licet ouibus Paſtorum ſententiam examinare. *Et in hunc finem Ieſuitæ alij hunc locum centies inculcant. Aduocatus.* [b] Qui ſic exponunt, locum detorquent, vt perſuadeant parendum eſſe omnibus, quæ Epiſcopi præcipiunt; cum Chriſtus loquatur de ijs, qui RECTE docuerunt legem, non de ijs qui ſuis conſtitutionibus illaqueant. *Reus.* * Papiſtæ, quibus ſatis eſt titulo præditos eſſe, ac leges imponere, huc torquent verba Chriſti, quaſi neceſſe ſit obedienter recipere quicquid mandant

* *Matth. 23. 2.*
[a] *Bellar. lib. 3. de verbo Dei, cap. 5. Idem etiã Staphil.*
[b] *Erasmus annot. in Matth. 23.*
* *Caluinus in hunc locum.*

mandant ordinarij Eccleſiæ Præſules. Atqui ſatis ſuperque hæc calumnia refellitur altero Chriſti edicto, vbi (*Scripturâ Iudice*) à fermento (id eſt, à corrupta doctrina) Phariſæorum caueri iubet. Si reijcere, authore Chriſto, non modo ſatis eſt, ſed etiam oportet, quicquid puræ legis doctrinæ Scribæ de ſuo admiſcent, certè non ſine delectu & iudicio amplecti conuenit, quicquid ipſis mandare libuerit. Hîc apparet Chriſtum populum hortari, vt Scribis pareat, quantiſper illi in pura legis interpretatione manent: nam [ſedere in Cathedra Moſis,] nihil aliud eſt, quàm ex lege Dei tradere, quomodo viuendum ſit: ſedit igitur in Cathedra Moſis, qui non ex ſeipſo vel proprio ſenſu, ſed ex Dei autoritate & verbo præcipit. *Aduocatus.* [c]Cum dicit Chriſtus, [Cauete de fermento Phariſæorum] quomodo concordat cum eo quod dicit, [Sedent ſupra Cathedram Moſis, quod dixerint facite?] Nimirum ſic, non omnem doctrinam cauete, ſed eam, quæ LEGI Moſis aduerſatur. *Nam.* [d][Sedent ſuper Cathedram Moſis] id eſt, quatenus docent quæ MOSES in Cathedra DOCVIT, exaudiendi ſunt, alioqui cauendi. [e]Quicquid ex præſcripto LEGIS, id eſt, ex Cathedra Moſis docent, ſuſcipiendum eſſe & faciendum, ait Ieſus, quod ſi illi officium ſuum non præſtent, non ipſorum, ſed Cathedræ rationem eſſe habendam. [f]Dominus per [Cathedram Moſis,] NON PHARISAEORVM DOCTRINAM intelligit, ſed doctrinam LEGIS Moſis: perinde enim eſt, ac ſi dixerit, Omnia quæ lex ac Moſes vobis dixerit. *In hoc Ieſuita purum putum Caluinianum ſenſum amplectitur. Quo ſpiritu?* [g]Chriſtus iubet Phariſæos audiri, vt tamen cauendum ſit de fermento Phariſæorum, id eſt, de corruptelis vitæ & doctrinæ. *Quam vos legem cauendi dum* * *ſublatam cupitis, ſatis oſtenditis Cathedram veſtram non* Moſaicam *eſſe, ſed planè* Phariſaicam. *De qua Chriſtus in eodem capite.* [*Væ vobis Phariſæi, quia clauditis regnum cœlorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntes finitis intrare.] [h]Multa erant in Scripturis myſteria ad regnum cœlorum pertinentia, ſed Pha-

c Ianſenius Conc. in hunc locum.

d Stella in Luc. 11

e Arias Monta. in eum locũ Mat.

f Maldon. Ieſ. com. in eundem locũ.

g Caſſander lib. conſult. art. 7.

* *Supra.*

* *Mat. 23. 13.*

h Arias Mont. in Mat. 23.

Phariſæi neque his attendebant, neque alios ad hæc inſtruebant, aut inſtrui patiebantur, ſed toti in eo erant, vt cæremoniarum obſeruationem ſine explicatione ſignificationum ipſarum inculcarent, neque permittebant, vt quiſquam de ſacris Scripturis vel cogitaret, nedum diceret quicquam, NISI SE CONSVLTIS, ET EX SVARVM INTERPRETATIONVM PRÆSCRIPTO. Ita illi claudebant regna cœlorum ante homines: neque enim hominibus, id eſt, cæteris A SE licebat de Scripturis agere: ſic enim dicebant cœco illi reſtituto, [In peccatis natus es totus, & vis docere nos?] Et ſequitur, [neque ipſi intrabant] vt patet ex hoc teſtimonio, quod nollent, vt quiſquam de Chriſto, vel etiam veriſſima illis afferret. *Hanc Synagogæ ſvvgvaslav (Lector) repete, & de Proteſtantium & Pontificiorum contrario ingenio dijudica, qui ſunt qui venerantur Cathedram Moſis, quique Phariſæorum fermento inquinantur.*

Locus ſecundus.

*Iohan. 11. [Hoc dixit Caiphas, non à ſeipſo, ſed cum eſſet Pontifex illius anni prophetauit quod Chriſtus erat moriturus.] *Aduerſarius.* [i] Pluſquam ridiculi ſunt Papiſtæ, inquit Caluinus, qui ex hoc exemplo Caiphæ colligunt, habendum eſſe pro oraculo quicquid Romano Pontifici effutire libuerit: ſed pluſquam ridiculus Caluinus, qui talem ſententiam Papiſtis affingit: non ex hoc loco Catholici illud colligunt, ſed vitam Epiſcopi impiam non impedire, quo minus veram doctrinam tradat. [k] Pluſquam igitur ridicula eſt Caluini calumnia, quam illi pluſquam ridiculè effutire hoc loco libuit. *Vel tibi potius Caluinum mendacij inſimulare, veſtram diſſimulare inſcitiam nimis libuit, quam vel tacente Caluino, Pontificius Doctor primarius egregriè prodidit.* [l] Iohan. 11. [Hoc Caiphas non à ſeipſo dixit, ſed cum eſſet Pontifex illius anni, &c.]

* *Ioh. 11. 51.*
i *Stapleton. in Prompt. Fer. poſt Paſſ. Domin.*
k *Idem Antidot. in comment. in Ioh. 11.*
l *Canus locis Theol. lib. 5. cap. vlt. § Ad id.*

quo FIT VT PONTIFICVM ROMANORVM VITA licet fortè sit contraria Domino Iesu, at IVDICIA eorum VERA ERANT, vtpote quæ ad populi salutem constituta sunt; imò adeò à Spiritu sancto sunt, quia qui ea proferunt, sint Ecclesiæ Christi Pontifices. [m] Hoc cùm dixit Caiphas Pontifex, Spiritus sancti assistentiam expertus est: Ergo PONTIFICES NOSTRI NON POSSVNT ERRARE. [n] Igitur mitor te, Luthere, cùm hæc non ignores, quòd tam parum tribuis Pontificis Romani iudicio, cum APERTISSIMVM SIT CAIPHAM VERVM IVDICIVM PROTVLISSE. *Sic exposuit publicus Ecclesiæ vestræ Pastor Roffensis, publicus Ecclesiæ Moderator Canus, publicum Collegium Rhemense, & satis profectò confidenter: verùm nos ad veritatis Iudicem supremum, tanquam arbitrium honorarium prouocamus. Aduocatus.* [o] Sic quidem exponunt, sed reuera altera pars sententiæ Caiphæ blasphema erat, quia (*Scripturâ Iudice*) sequitur in TEXTV, [Caiphas dixit Christum blasphemare.] *Rectè itaque Caluinus, qui,* [*] Procul à nobis faceſſat illa obedientia, quæ nos ad horribilem apostasiam, filium Dei negando, impellat. *Quod accidere posse liquet, quia* [p] cum Pharao dixit (Genes. 45) Omnes opes Ægypti vestræ erunt, dictum erat vi Spiritus sancti propheticum, nam postea spoliabant Ægyptios: sed sensum ipse ignorans, Propheta non fuit. *Hic locus, igitur, nihil iuuat Romanum Caipham. A Synagoga*

Ad Ecclesiam noui Testamenti ascendimus.

Locus primus.

[*] Luc. 12. [Quis tu putas est fidelis dispensator, quem constituat Dominus supra familiam suam?] *Aduersarius.*

m Colleg Anglo-Rh: m annot. in Joh. 11.
n Roffens. Episc. contra Assert. Luth. verit. 3.
o Bellar. lib. 2. de Conc. cap. 2 § Alij dicunt.
** Caluinus loco supra citato.*
p Pererius Jes. com. in Gen 45. 20. pag. 696.
**Luc. 12. 42.*

rius. [q] Hinc intelligunt omnes Patres Episcopum, quamuis non expressè loquitur de Episcopo Romano, tamen sine dubio hæc est sententia huius loci, quia Oeconomus præficitur toti familiæ, id est, Ecclesiæ, vbi Dominus non committit seruum iudicio familiæ. [r] His verbis apertè indicat se vnum seruum toti familiæ suæ, id est, Ecclesiæ præpositurum, qui à se solo iudicari possit. Nam Petro Dominus respondet, [Quis putas?] quasi diceret, Tibi, ô Petre, imprimis dico; tibi enim incumbit. [s] Dicitur enim [Quis?] vnum denotans: Secundò dicitur, [Tu putas,] Petrum significans; tertiò [Dispensator fidelis super familiam] designans vnum super totam Ecclesiam: quartò [Constituet eum super omnia bona] idem apertius confirmans. *His argumentis alter vestrum*, sine dubio; *alter* apertè, *(inquit)* Scriptura indicat vnum Oeconomum seu dispensatorem præfici vniuersæ Ecclesiæ. *Apertissima tenebræ, quibus veritatis lucem clarissimam de fideli dispensatore considentiùs quàm fidelius obfuscare conamini. Quid? quia vnus dispensator nominatur, summus & quidem vnicus significatur, ita quiuis Episcopus erit summus? quia* Tit. 1. [Oportet Episcopum inculpatum esse sicut Dei Oeconomum.] *Apostolus Oeconomum vnum nominat, sed quâ vnâ voce, Aduocatus*, [t] Episcopos & Prælatos vniuersos ad omnem prudentiam, pietatémque instituit. *An ex hoc nomine, Oeconomus, id est,* Paterfamilias, *seu* dispensator, *id effici putas? ita multi erunt ille vnus, quia de multis idem vnum Apostolus.* 1. Corinth. 4. [Sic nos existimet homo, vt Oeconomos mysteriorum Christi: at quæritur in Oeconomis, vt fidelis quis inueniatur.] *En tuus singularis* [fidelis quis Oeconomus] *indefinite in plurali numero expressum*; [nos Oeconomos.] *Ad textum reuertor. Aduocatus,* [u] Dominus hanc parabolam *(Quam vos ad solum Petrum)* ad OMNES accomodat: omnes enim, quos Dominus vigilantes inuenisset, præmio; quos dormientes & imparatos, supplicio

[q] *Stapleton. lib. de doctr. princ. de hoc loco.*

[r] *Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 9. § Restat.*

[s] *Stapleton. & Bellar. quo supra.*

[t] *Aquinas, Salm. Montanus, & Interpretes alij (quos legi) vniuersi.*

[u] *Maldonat. Jes. com. in cum locũ Luc. 12. 48.*

afficiendos esse, siue Apostoli, siue alij essent. *Attendite.*

x Salm. Jes. trall. 19. in Parab.

x [Quis putas?] In præsidenti parabola Petrus prosilijt, & dixit: Domine, ad nos ne hanc parabolam dicis, an ad OMNES? Dominus respondet, [Quis putas?] in qua innuit, se præcedentem parabolam dixisse ad OMNES Pastores Ecclesiæ, vt (*Scripturâ Iudice*) Marc. 13. [Quod vobis dico, omnibus dico:] hîc subiungit, [OMNI cui multum, &c.]

y Arias Montan. annot. in hunc locum.

y Et hoc patet ex interrogatione Petri. *Quomodo?*

z Iansenius Cen. in eundem. Idem fusè probat Aquinas in hunc locũ, ex Ambros. Theophyl. Ch. Bed.

z Quia Petrus sciebat, se & CONDISCIPVLOS suos electos ad Patrisfamilias officium: Dominus sciuit eum intelligere ea, quæ sunt superius dicta ad OMNES quidem pertinere, vt patet; nam (*Scriptura Iudice*) subiungit [AB OMNI, cui multum datum est, multùm exigetur ab eo.] Satis significans, prædicta ad OMNES pertinere, sed magis ad eos, quibus plura dona sunt concessa. *Quarta, quam addis, vmbracula textus ipsius luce meridiana dissipellitur. Illa enim verba* [Constituet eum super omnia bona] *æternæ fœlicitatis præmium, non Ecclesiæ dominium significant: quia dicitur,* [Cùm venerit Dominus,] *tum* [Super omnia quæ possidet constituet eum *fidelem ministrum.*]

a Sà Iesuit. schol. in hunc locum ex Iustino & Beda.

Aduocatus. a Super omnia, &c.] id est, dabit illi regni cœlestis æterna gaudia, æterna possessione frui. [b Super omnia bona] faciet vt fideles Pastores non soli, sed tamen præ cæteris habeant æterna, non propter suam vitam, sed propter fidelem gregis custodiam. *Postremo loco*

b Glossa ordinar.

autoritate pugnas. Aduersarius. c Hunc locum * Chrysostomus explicat de Petro & Successoribus eius. *Falleris, non enim hunc locum, sed illum Iohan. 21.* [Simon amas me?] (*De quo * infra disseremus,*) *ad Petrum accommodauit Chrysostomus. Quanquam si daremus Patrem vnum de vno Petro; plures tamen opponi possunt, qui de pluribus locum hunc exposuerunt.*

c Bellar. quo supra * Lib. 2. de Sacerd. circa priac. * Infra.

Aduocatus. d Theophylactus, Parabola hæc, inquit, fideles (*loquitur de Pastoribus maximè*) omnes attingit. Cyrillus ostendit mandatum præmissum conuenire admissis in gradum

d Eman. Sà Iesuit. schol. in hunc locum.

Disci-

Diſcipulorum. *A quibus Chryſoſtomus minimè diſſentit, quia alibi,* *Dominus (*inquit*) de iuſtis & bonis Sacerdotibus introducit ſermonem, dicens, [Quis eſt fidelis ſeruus & prudens?] *Et tamen audetis vos commentum veſtrum contrarium in his verbis,* [Sine dubio, & apertè, &c.] *tanquam diuinum Oraculum effundere. Hæc tantùm indirectè Petri Monarchiam illuſtrárunt, ſed ne indirectè quidem. Secundo in loco* *Chryſoſt. Oper. imperfect. ho. 51.

CAPVT XXI.

Teſtimonia illa diſcutiemus, quæ, ex opinione Pontificiorum, Petri, adeoque Papæ, Cathedram Monarchicã ſtabiliunt maximè atque confirmant. Eaq́, vel ex præmiſſis & præceptis Petro datis, vel ex Petri rebus geſtis petuntur. Vtriuſque generis teſtimonia non ſolum expoſitione, verumetiam applicatione ſuâ gnauiter peruertunt.

Primò in præmiſſis & præceptis.

Locus primus.

*Matth. 16. [Tùm dixit Chriſtus: Ego tibi dico, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, &c. Dabo tibi claues, &c.] *Matt. 16. 18.

Status diſputationis.

Reus. *In his Pontificij Petri poteſtatem, adeoque Papæ Monarchiam interpretantur: Adeſte ergo iam Papæ & omnes Papiſtæ in vnum, videte ſi fortè poſſitis hoc vinculũ diſſoluere; nonne hoc veſtræ autoritatis hactenus fuit vnicum præſidium? Prorſus in nullo verbo vobis credimus, priuſquam hoc mendacium dilueritis; ſuſpecti, inquam, eritis *Luther. Art. 25 pag. 218.

in omnibus alijs, ſemel deprehenſi in hâc tam craſſa temeritate deprauandi verbi Dei. *Aduerſarius.* [a] Ego viciſſim verba tua in te, Luthere, retorquebo: adſis & tu, Luthere, cum omnibus Lutheranis, ſtat contra vos hæc autoritas inuicta, quæ etiam de vobis triumphabit. Tu ſuper fidem ſolam vis ædificari Eccleſiam, nos ſuper Petrum, qui primus Chriſtum eſt confeſſus: ipſa Euangelij verba pro nobis miſitant apertiſſimè, omnia Sole clarius pro nobis dimicant. *Verborum germanum ſenſum enucleate.*

[a] *Roffenſ. Epiſt. aduerſ. Luther. Art. 25.*

Hæc verba [Tu es Petrus, &c.] *quid ſibi volunt?*

Aduerſarius. [b] Quorum verborum planus ac obuius eſt ſenſus, vbi in Metaphora fundamenti intelligimus promiſſum Petro totius Eccleſiæ principatum. [c] Proteſtantes nec per [Petram] Petrum intelligi volunt, nec per, fundamentum, gubernationē totius Eccleſiæ. Omnium ferè (*Reorum*) Lutheranorum communis ſententia eſt, per petram, non ſignificari Petrum, ſed confeſſionem illam de Chriſti diuinitate à Petro editam. [d] Sed nos reſpondemus, confeſſionem Petri duobus modis conſiderari poſſe; vno modo abſolutè, & ſecundum ſe, ſine relatione ad perſonam Petri; altero modo cum relatione ad Petrum: priore modo videntur velle fidem eſſe fundamentum Eccleſiæ, ſed certè falluntur. [e] Idem enim eſt ſuper confeſſionem Petri, & ſuper confitentem Petrum. [f] Itaque cùm dicent Patres confeſſionem iſtam eſſe, Petram: intelligunt cum relatione ad Petrum confitentem.

[b] *Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 10. § Ac vt.*
[c] *Ibidem & Valent. Ieſ. Analyſ. lib. 7. cap. 1. § Hic verò.*
[d] *Bellar. quo ſup. § Reſp. fidem.*
[e] *Stapelt. de doctr. Princ. ca. 3. & 5.*
[f] *Maldon. Ieſ. in Matt. 16. eodem modo Valent. Ieſ. quo ſupra. § Vt autem.*

Cominùs pugnandum eſt, ex { *Relatione, Autoritate.*

Obiectio prima.

Aduerſarius. [g] Chriſtus locutus eſt Syriacè, Cephas, quâ linguâ Petrus & Petra eiuſdem ſunt generis. Primò igitur

[g] *Bellar. quo ſup. § Primò pronomen. Idem argumentum vrget Coſterus Enchir. & Stapelt. quo ſupra.*

tur Pronomen [Hanc] non poteſt referri ad Chriſtum petram, ſed ad Petrum petram; debet enim referri ad aliquid proximum non remotum; proximè autem dictum fuit non Chriſto, ſed Petro: [Tu es Cephas,] id eſt, petra.[h] Nec alio referri particula, HANC, poteſt. *Vobis, Doctoribus in Iſrael, vt hoc genus relationis inſolens atque abſonum eſſe videatur?* *Aduocatus.*[i] Ad Rom. 5. 12. [Per hominem peccatum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſit, IN QVO omnes peccauerunt.] Apoſtolus hæc tria verba nominauit, hominem, peccatum, mortem: quæ vox θάνατος, mors] apud Græcos eſt maſculini generis. Rectè Auguſtinus, refertur [in quo] non ad mortem (*quod eſt antecedens proximũ*) quãuis ſit maſculini generis; nec ad peccatum, quia apud Græcos ἁμαρτία eſt fœminini generis; ſed ad (*Antecedens remotius*) primum hominem Adamum, in quo omnes fuerunt, quando peccauit, & eo peccante, omnes peccâſſe intelligimur. *Similis eſt locus Act.* 1. Ἰησοῦς ὁ ἀναλημφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν: *Id eſt*, Ita ille Ieſus veniet, quomodo aſpexiſtis ILLVM aſcendentem in cælum. Τὸν, Illum, *non ad proximum* τρόπον, i. modum, *ſed ad præcedens*, τὸ Ἰησοῦς, *refertur. Huiuſmodi alia paſſim occurrunt, ſed non vacat iſtas minutias conſectari.*

[h] *Valent. Ieſ. ſupra.*

[i] *Pererius Ieſ. Com. in Rom. 5. num. 41. Eodem modo Toletus Ieſ. in eundem locũ.*

Obiectio ſecunda.

Aduerſarius.[k] [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c.] Huius orationis membra per hanc Coniunctionem, Et, diſtinguuntur; ex qua copula, perſona Petri euincitur. *Minimè verò, ſiquidem, vt dicis, particula*, Et, membra diſtinguit, *quod interdum fieri vel ex prima parte eiuſdem textus, facilè diſcas.* [* Caro & ſanguis non reuelauit hoc tibi, ſed Pater meus, qui eſt in cælis. ET ego tibi.] *Aduocatus.*[l] Elegans eſt Antitheſis, Græcè etiam efficacior κἀγὼ δὲ (*ad verbum* Et ego verò *Latiniùs*) Sed ego; quaſi dicat: Tu, qui homo es, dicis me eſſe filium Dei, tum dico te eſſe Petrum. *Vbi copula*, Et, *non coniunctionis, ſed diſtinctionis vice fungitur. Eundem*

[k] *Stapelton. Controu. 3. de Princ. Concluſ. 4.*

* *Vers. 17. 18.*

[l] *Maldon. Ieſ. in eum locum.*

dem quoque vsum inter hæc membra, Petrum, & petram, *paulo pòst liquidò probabimus.*

Obiectio tertia.

Aduersarius. [m] Si ad Christum referetur, non diceret Dominus, [Ædificabo] sed, ædifico, vel ædificaui Ecclesiam meam; nam in se iam ædificauerat Apostolos & discipulos multos: dicit autem [ædificabo] quia nondum constituerat Petrum fundamentum; sed quia post resurrectionem suam id facturus erat. *Præstat tacere, quàm nihil dicere, quod tu, Bellarmine, iam facis strennè. Christus enim, licèt semper fuerit Ecclesiæ vnicum fundamentum, tamen peculiari quodam modo fundamentum & Petra, viz.* Angularis, *id est, duorum parietum Iudæorum ac Gentium, & in his Catholicæ & vniuersalis Ecclesiæ non ante resurrectionem fuit. Aduocat.* [n] Christus describitur petra & lapis angularis, vt parietes duos cõiungeret Iudæos ac Gentiles, coniunctosque retineret, vt * Petrus docet. [o] Angularis lapis dictus, quia TOTAM familiam sustentat, & in quo duo populi Iudæi & Gentiles connectuntur. *Sed quod erat post resurrectionem implendum, vt patet* * Ioh. 12. [Postquam exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum.] [p] Græcè πάντας omnes, vt rectè Chrysost. Theoph. Cyrillus, Leont. [Omnes] dixisse, vt Iudæos & Gentiles significaret. *Hanc* * φιλανθρωπίαν Dei erga omnes *ipse sanctus Petrus non ante Christi ascensum, ex reuelatione* * Lintei, *satis compertam aut exploratam habuit. Nam* Act. 10.34. [In veritate comperi, quia, &c. Sed in OMNI Gente, qui timet Deum, acceptus est illi.] *Aduocatus.* [q] Dixit Petrus se IAM comperisse ex factâ sibi reuelatione, quòd non solos Iudæos, veluti personas singulariter electas, verumetiam ex OMNI populo siue Iudæo, siue Græco, aliquos iam esse vocatos.

Obiectio quarta.

Aduersarius. [r] Loquitur Christus de ædificatione per seipsum

m *Bellar. quo sup. § Primò pronomen.*

n *Jansenius Concord. cap. 114.*

* 1. Pet. 2.

o *Maldon. Jes. & Salmeron supra.*

* Ioh. 12. 32.

p *Maldon. Jes. in hunc locum.*

* Tit. 2.

* Act. 10.

q *Stapelt. Antid. in Act. 10.*

r *Stapelt. Contr. 3 de doctr. Princ. ad Conclus. 4.*

ſeipſum facienda: [Ego, inquit, ædificabo:] Deus autem ſuper Chriſtum, non Chriſtus ſuper ſeipſum ædificat. *Anile deliramentum, & cerebri Stapletoniani figmentum proprium.* *Aduocatus.* [r] Chriſtus in ſe ante Eccleſiam ædificauerat. *Patronus.* * Super hanc petram: quaſi dixerit, Ego non me ſuper te (Petre) ædificabo, ſed te SVPER ME. *Chriſtum denique Eccleſiam ſuper ſe, tanquam ſuum Angularem lapidem, credo inter ipſos Pontificios vix quenquam reperiri, qui auſit inficiari.*

[r] *Bellar. vide ſup. Obiect. 3. lit M.*
* *Auguſt. vide paulò poſt.*

Obiectio quinta.

Aduerſarius. [t] Non propriè Eccleſiæ eſt fundamentum fides, debent enim eiuſdem generis eſſe fundamentum, & reliquum ædificium: at ædificium, quod eſt Eccleſia, eſt hominum congregatio, quaſi lapidum viuorum, vt dicitur 1. Pet. 2. Debet ergo lapis, qui eſt fundamentum, eſſe etiam aliquis homo, non aliqua virtus. *Fides in hac Theoria non excludit μετωνυμίαν: ſed cõſignificat Chriſtũ, in quem credimus, & in quem incorporati ſumus per fidem, atque ita fundamentũ erit ἀμετάληπτος ædificio. Sed ingrediatur Aduocatus.* [u] His in verbis [Superædificati eſtis ſupra fundamentũ Apoſtolorum, &c.] hic ſubeſſe ſenſus poteſt, vt CHRISTVS Dominus, SIVE FIDES EIVS, quæ ſuo tempore fuit in Prophetis, & deinde in Apoſtolis, ſit IPSVM FVNDAMENTVM Apoſtolorum & Prophetarum: idcircò ſingulari numero dixit fundamentum: & eſt FIDES vna tantùm (*Scriptura Iudice*) HYPOSTASIS rerum ſperandarum. *Tibi etiam ſi placet, Stapletoni tui Antidotum propinabo liberè.* [x] Paulus ſignificat (per fundamentum) fidem de Chriſto ſanam & incorruptam. *Idcircò inſulſa ac imperita ea ſubtilitas eſt, quâ Chriſtus à fide, res credita à creditione diuellitur. Non eſt fides ædificij myſtici propriè myſticum fundamentum? Iudicem veſtrum ſupremum, Concilium Tridentinum, ego teſtem appello.* [y] Symbolum fidei [Credo in Deum] eſt FVNDAMENTVM firmum atque VNICVM, [Contra quod (*citat in margine hunc locum Mat. 16*) portæ inferni non præualebunt.] *Quod Concilij teſtimonium*

[t] *Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. ca. 10. § Deinde.*

[u] *Salmeron Teſt. Com. in Epheſ. 2. diſp. 6. § Et ad.*

[x] *Stapelt. Antid. Com. in 1. Cor. 3.*

[y] *Synod. Trident. Seſſ. 3. § Credo.*

vobis in hac causa, tanquam murum aheneum opponimus. Maximum autem causæ nostræ propugnaculum in ipsa Scriptura collocamus: ex qua deducuntur

CAPVT XXII.

Argumenta quibus Protestantes Christum confessionis Petri subiectum, Ecclesia Petram & fundamentum esse demonstrant.

Primum, ex natura fundamenti, quod vnicum esse debet.

a Bellarm. supra. § Iam tertia. & § Ad argumentum.

** 1. Cor. 3.*

** Ephes. 2. 20.*

b Stapelt. Antid. in 1 Cor. 3.

c Maldon. Ies. Comin Mat. 16.

d Salmeron Ies. Com. in Ephes. 2. disp. 6. § Et sed.

e Lambardus.

ADuersarius,[a] Ait Caluinus, rem esse perspicuam, super quam petram ædificetur Ecclesia, cùm Apostolus dicat,[*] [Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, Christus Iesus.] Respondeo. B. Paulum loqui de primario fundamento; alioqui pugnaret secũ, cùm ait, [* Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum] dicimus nos Petrum esse secundarium fundamentum. [b] [Fundamentum:] Caluinistæ Lectori insidiantur, cùm per fundamentum, fidem exponunt. [c] Nam quod hoc in loco Ephes. 2. per Fundamentum hæretici (*sic Protestantes calumniosè nominant*) fidem exponunt [Super fundamentum Apostolorum & Prophetarum] id est, super eorum fidem atque doctrinam, peruersa omninò interpretatio est. *Quæ tamen gratior vobis videbitur ex amicorum vestrorum confessione profecta. Aduocatus.* [d] His in verbis [Superædificati estis super fundamentum, &c.] hic subesse sensus potest; vt Christus ipse Dominus, siue fides eius, quæ suo tempore fuit in Prophetis, & deinde Apostolis, sit ipsum fundamentum Apostolorum & Prophetarum: idcircò in singulari numero dixit, fundamentum. [Super fundamentum Apostolorum, &c.] [e] Id est, super Christum: vel doctrina Prophetarum & Apostolorum, id est, vetus & nouum Testamentum. *Utriusque verò subiectum proprium est Christus.*

[f] Intellige,

[f] Intellige, per fundamentum, formaliter Christum, quatenus est fundamentum Apostolorum & Prophetarum. [g] Fundamentum, id est, fidem à Prophetis prædictam, & ab Apostolis prædicatam. *Patronus.* * Super fundamentum, hoc est, super nouum & vetus Testamentũ: quod enim Apostoli prædicauerunt, Prophetæ futurum dixerunt; nam Apostoli fundamentum iecerunt, vnde dicit Dominus ad Petrum, [Super hanc petram ædificabo, &c.] hoc est, in hac fidei confessione statuo fideles ad vitam. * Id est, super fidem Christi, super quam fundati sunt Apostoli & Prophetæ, quia ipse totum spirituale portat ædificium. *Cui sententiæ Patres complures alij diserte suffragantur. De quibus paulò post.*

[f] *Caietanus in hunc locum.*
[g] *Gagnæus in eundem. cum his Glossa, Lyran. & alij concordãt.*
* *Ambros. in hũc locum.*
* *Anselmus.*

Argumentum secundum ex numero singulari, petra, quæ vox secundũ commune idioma Spiritus sancti, per analogiam solum fidei Christum designat.

Aduo. *In sacriloquio quando in singulari numero fundamentũ dicitur, quis alius quàm Christus intelligitur? (*Scripturâ Iudice*) attestante Paulo 1. Cor. 10. [Petra erat Christus:] cùm verò in plurali, petræ, dicitur; eius membra intelliguntur, viz. illi qui eius robore soli dati sunt, cùm ipse Petrus dicit: *[Vos viui lapides estis.] *Aliud igitur Pater Bellarminus tenet, aliud Pater Bellarmini: cui potiùs assentiendum sit, qui ambigit; nec Papistam esse didicit, nec Orthodoxum: quia ille* Papam, *hic* Scripturæ lucem *interpretationis Iudicem supremum agnoscit. (Cuius hæc est (vt ita dicam) vox vernacula, ex ore Prophetarum & Apostolorum profecta. Videlicet,* [h] Per lapidem in Scripturis Christum frequentissimè significari probat Cyprianus. Is. 28. Lapis probatus, Psal. 117. Lapis angularis, Dan. 2. Lapis abscissus sine manibus, Zach. 3. Super lapidem vnum, Psal. 103. Bonis petra refugij, Is. 8. Malis petra scandali. *Eadem ex Prophetis iuxta cum Prophetis Apostolorum exegesis.* [i] In 1. Cor. 3. Fundamentum vnicum. [k] In Ephes. 2. Fundamentum Apostolorum. [l] In 1. Pet. 2. Lapis angularis. *Fieri igitur nequit,*

* *Greg. Magnus Pont. lib. 28. in Iob cap. 38.*
* *1. Pet. 2.*
* *Iesuita supra.*
* *Caluinus supra.*
[h] *Perrinus Iesuita Colon. in Dan. li. 2. cap. 2. in hæc verba:* [Donec abscissus est lapis.]
[i] *Bellar. supra.*
[k] *Salmeron Iesuita supra.*
[l] *Idem supra.*

quia Christus, cùm Petram *Ecclesia fundamentum nominabat (ad petram illam toties à Prophetis decantatam alludens) seipsum significauerit. Conclusio tam perspicua, vt nobis in hac parte quoque viri Pontificij clarissimi facile assentiantur. Ex schola veteri,*[m] Apostolus distinguit duplex fundamentum: vnum, quod habet soliditatem ex se, de quo Mat. 7. [Fundata erat supra firmam petram,] cui fundamento Christus comparatur, &c.[n] Per dictionẽ hanc [Super hanc petram] non credo Dominum aliud demonstrâsse, quàm hæc verba, quæ Petrus Domino respondit, cùm dixit, [Tu es filius Dei viui.] Quia semper illo articulo fidei fundata est Ecclesia. Ergo super seipsum fundauit Dominus Ecclesiam.[o] Super hanc quam confessus es, id est, super Christum. *Ex schola nouâ, etiam Ignatianâ.*[p] Christus lapis dicitur, quia Dæmonem suâ morte percussit, & imperio, quod in homines habebat, spoliabat: deinde, quia Christus est petra, (Mat.[q] 16.) super quam fundata est Ecclesia, ideoque nullo vnquam tempore, nullâ vi labefactari aut euerti poterit: quinimò nec portæ inferni prævalebunt aduersus eam. *Nonnulla igitur numeri singularis vis est, fatente alio Iesuita, quia* [q] Ephes. 2. [Superædificati super fundamentum &c.[r] Intelligi Christus potest, seu fides eius: IDCIRCO SINGVLARI NVMERO dixit. Fundamentum. *Idcirco cum Gregorio Pontifice ex*[s] *Beda concludam*, Fundamenta quando pluraliter ponuntur, Doctores significant; quando singulariter, Doctorum doctorem Christum Iesum.

m Aquinas Com. in 1. Cor 3 Lect. 2. & in Ephes. 2.

n Glossa apud Grat. dist. 19. cap. Ita Dominus.

o Lyranus Com. in Mat. 16. eodem modo Petrus, Hugo Card. &c.

p Pererius Iesuita Com. in Dan. 2. in ea verba: Lapis abscissus. § Similitudo. *Vbi locum Mat. 16. in margine designat.*

q Salmeron supra in hoc capite lit. d

r Beda in Matt. 16.

Argumentum tertium ex verbo, Es.

Aduersarius.[t] Dicit Illyricus, non super petram, sed super confessionem à Petro editam (*nullâ ratione habitâ ad Petrum*) fundatam esse Ecclesiam: quia si super Petrum, mox corruisset Ecclesia, quia Petrus iam confessus, non ita paulò post Dominum negabat. Respondeo, Petrum, quando negabat Dominum, nondum fuisse fundamentum: hoc enim loco ei promisit, quod post resurrectionem suam daturus erat.

t Illyr. quæst. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 10. § Addit. & § Ad illud.

erat. *A texto ipſo refelleris, quia dixit Chriſtus* [Tu es Petrus,] *Aduocatus.* [r] Quod nomen iam primo Petro inditum fuit. Quæ vox ſaxum firmum ſignificat. *Non dicit, Tu es Petrus, ſed* [Tu es Petrus,] *Diſputo. Vel ſenſu idem eſt,* Tu es Petrus, *&* Tu es Petra: *vel non eſt idem vtriuſque ſenſus: Si hoc, tum argumentũ veſtrum enervatis, in quo ex eodem nomine* Syriaco *ſenſum eundem elicere voluiſtis; ſin illud, tum hoc noſtrum argumentum corroboratur, quia is, cui dicitur,* [Es Petrus,] *non tam erat Petra, quæ habet in ſe inconcuſſam & ſtabilem ſolidatatem. Etenim. Aduocatus.* [s] Ex textu conſtat, quòd Eccleſia non conſtat ex hominibus ratione poteſtatis, aut dignitatis Eccleſiaſticæ, aut ſecularis, quia dicitur (*Scripturâ Iudice*) portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam, & multi Pontifices alíſque Eccleſiaſtici apoſtatarunt à fide. [t] Petra (*igitur*) ſignificat Chriſtum primarium fundamentum: nullus enim homo tam firmus eſt, vt non poſſit moueri, id quod etiam in PETRO vidimus.

[r] *Arias Montan. Valen. Ieſ. ſupra.*

Dilemma.

[s] *Lyranus in hunc locum.*

[t] *Ferus in hunc locum.*

Argumentum quartum à Coniugatis.

Etſi demus ex idiomate Syriaco eandem quoque obſeruari in Græcis Latiniſq; terminationem, ſeu maſculinam, Tu es Petrus, & ſuper hunc Petrum; *ſiue fœmininam,* Tu es petra, & ſuper hanc petram: *tamen hoc eſt decretum apud Logicos, vt τὰ παρώνυμα, id eſt, denominans & denominatum, ſemper tanquam diuerſa diſcriminemus: vt cum dicimus* magiſtratum, *ipſum munus publicum, & qui eo munere fungitur,* magiſtratum *pariter appellamus. Hæc duo, an, quia eandem terminationem, eandam quoque ſignificationem ſortiuntur? cum igitur* Simon *ab ea* petra, *quæ eſt Chriſtus, ἐπωνυμίαν aſſumpſit, vt* Petrus *diceretur, nulla ferre ratio poteſt, vt ipſe ſit eadem* petra. *Patronus.* [u] A petra Chriſto Petrus vocatur. [x] Χριστὸς ἀπὸ πέτρας ἀδάμαντος: Πέτρος δὲ ἀπὸ τοῦ Πέτρου. *Denique,* [y] Chriſtus à petra, ſicut Chriſtianus a Chriſto. *Nec vllus Ie-*

[u] *Ambr. ſerm. 84.*

[x] *Baſil. ſerm. de pœnit.*

[y] *Auguſt. 124. in Ioh.*

ſuita negabit Chriſtum petram, *vtpote, qui ſoliditatem habet ex ſe; Petro verò, quatenus à Chriſto firmitudinem habet,* petræ *nomen impoſitum fuiſſe. Quamuis igitur* Petrus *&* petra Syriacè *vno eodemq; ſono efferantur; tamen cum Matthæus tam ſollicite diſtinxit inter* Petrum *&* petram, *quaſi de induſtria τὸ ἀπὸ deſerendo, τὴν διαφορὰν expreſſiſſet: non eſt committendum, vt tradito nobis corpore de vmbra digladiemur. Hoc argumentum* * *infra ex Patribus corroboratur.*

*In cap. proximo

Argumentum quintum ex conſequente inexpugnabile: in hac voce [Eccleſia,] *ſiue ſolam militantem, ſiue etiam triumphantem ſignificet.*

Aduerſarius. [u] Cum concedimus fidem ac confeſſionem eſſe Eccleſiæ fundamentum & petram, ſemper intelligimus relatione habita ad Petrum confitentem: idem enim eſt ſuper Petrum fide certa ſingulariter confitentem, & ſupra certam & ſingularem Petri confeſſionem. *Ab hoc putido propugnaculo vos hac ratione depellemus. Quod Petrus confitebatur erat* petra *et fundamentum Eccleſiæ, ſed Petrus in illa confeſſione,* [Tu es filius Dei viui.] *non ſeipſum confitebatur, ſed Chriſtum, proinde non Petrus, ſed ſolus Chriſtus, in Petri confeſſione, Petra eſt Eccleſiæ. Conſequentiam confirmo neruoſius in hunc modum. Qui illam confeſſionem Petri verè & ex animo profitetur, verè ædificatur ſuper* petram *illam, quæ eſt fundamentum Eccleſiæ; at qui Petrum & eius Succeſſorem aliquem nunquam nouit, ne ex nomine quidem, poſſit, abſque omni relatione ad Petrum confitentem, Petri confeſſionem de Chriſto verè conſtanterq; profiteri: idcirco Chriſtus eſt illa* petra *& fundamentum Eccleſiæ. Nodus hic firmior eſt, quam qui vnus diſſolui aut diſcindi queat. Quid enim? vt nullus immediatè in Chriſtum credat fundamentum primum, qui non per Petrum credat; in eúmque tanquam*

[u] Greg. Val. Ieſ. Anal. lib. 7 cap. 1. § Vt. Eodè modo Bellar. & Ieſuitæ alij ſupra.

tanquam fundamentum ſecundarium ædificetur? frequens hæc quidem [a] *veſtra, ſed frigida & ieiuna defenſio. Quia. Aduocatus.* [x] Eſt fides vna tantum hypoſtaſis rerum ſperandarum; & in aliis quidem ædificijs, non omnes lapides tangunt fundamentum, ſed virtute tantum, reipſa tamen alios lapides attingunt: tamen Chriſtus ita eſt fundamentum, vt omnes lapides eum fide & amore attingant, etſi intermedio miniſterio Apoſtolorum, & prædicantium, & ſacramenta adminiſtrantium. *Reſte. Fideles omnes immediatè Chriſtum amant, immediatè in Chriſtum ſperant, Chriſto demique, tanquam* [1] petræ, vt lapides viui, *æque ac Petrus, per fidem* [2] fundati ſtabiles & immobiles, *immediatè adhæreſcunt. Si præterea per* [Eccleſiam meam] *partem etiam triumphantem interpretamur (neque enim aliquid occurrit quod verba Chriſti indefinitè poſita ad ſolam militantem reſtringat) per* petram *non Petrum, ſed Chriſtum intelligi neceſſe eſt. Quia. Aduocatus.* [y] Petrus regit tantùm eam partem, quæ eſt in terris. *Itaque de quouis alio præter Chriſtum, ex Tertulliano concludemus.* * Non ædificamus fidem ſuper perſonas, ſed perſonas examinamus ex fide. *Supra Aduocati præceſſerunt, iam conſulendum eſt Patronorum.*

[a] Bellar. Valent. Caſtrum, & alij Ieſuita locis ſupra citatis.

[x] Salm. Ieſ. cum. in Epbe. 2. diſp. 6. § Et ad.

[1] 1. Pet. 2.

[2] Coloſſ. 1.

[y] Bellar. ſupra.

[a] Ex Reuano ſupra.

CAPVT XXIII.

Sanctorum Patrum Iudicium.

Aduerſarius. [a] Ex his *(Patrum teſtimonijs)* apparet, quanta ſit quorundam hæreticorum impudentia: Calumnus enim loco notato dicit, ſe beatos nolle Patres adducere, non quod non poſſet, ſed quod nollet de re tam clara diſceptando moleſtus eſſe Lectoribus. Cum tamen Patres omnes doceant, ſuper Petrum fundatam eſſe Eccleſiam. [b] Patres omnes hoc docent. [c] Omnes.

[a] Vllar. lib 1. de Rom. Pon. cap. 10 § Ex his.

[b] Maldonat. Ieſ. com. in Mat. 16.

[c] Staplet. Auriol. com. in Epbeſ. 2.

Vos

Vos quidem teſtimonia plurima adducitis, ſed ſenſu plane alieno: id enim ad alios Patres reſpondere poſſumus, quod

d Eraſmus annot. *ad Cyprianum Aduocatus.* d Cyprianum Petrum non pro homine, ſed pro typo accepiſſe, propemodum indicant quæ ſequuntur. Vnus (inquit) pro omnibus loquens, & Eccleſiæ voce reſpondens, ait, Domine quo ibimus? Itaque Petrus ſaxeus Eccleſiæ fidem repreſentat. *Interim non deſunt locupletiſſima Patrum ſuffragia, quæ ita Chriſtum petram*

*Homil. de cruce Dom. circa mediũ *aſſerant, vt Petrum penitùs excludant. Chryſoſtomus.* *Ergo Chriſtum Ieſum glorificemus murum inexpugnabilem & fundamentum, ipſe enim dicit Petro, [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo, &c.] *Quamnam? verbis proximis oſtendet.* Sic beatiſſimus Paulus dicit, [Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus.] *Alibi etiam diſertiùs.* [Tu es Petrus, & ſuper hanc

*Serm. de Pentec. paulò ante finem & hom. 55. in Matth. petram, &c.] * Super hanc petram, NON DIXIT SVPER PETRVM, non enim enim ſuper hominem, ſed ſuper fidem ædificauit Eccleſiam ſuam: quid autem erat fides? [Tu es

*Lib. 2. de Trinit. Chriſtus filius Dei viui.] *Hilarius.* * Vna hæc eſt fidei petra immobilis Petri ore confeſſa, cum dixit, [Tu es filius, &c.]

Dilemma. *Diſputo. Vel ante confeſſionem Petri Chriſtus fidei petra fuit, vel non; ſi hoc, tum fides Petri (quod abſit!) ædificata non fuit ſuper petram; ſin illud, tum Chriſtus fidei petra fuit, nulla habitâ relatione ad Petrum: quod non obſcure innuit Theophylactus.*

*Theophylact. in hunc locum. * Vocauit Petrum petram, &c. Quia confeſſus erat Petrus Chriſtum filium Dei, dixit Chriſtus, quod hæc confeſſio erat fundamentum Eccleſiæ: ita vt omnis homo, qui ædificaturus eſt ſibi fidei ædificium, hanc confeſſionem, tanquam illi fundamentum ſubſtituere debeat. *Ubi loquitur de confeſſione in Abſtracto, ſine reſpectu ad Petrum, ſubdit*

*Idem ibidem. *enim.* * Eſt vnuſquiſque noſtrum Eccleſia, quæ eſt domus Dei: ſi igitur in confeſſione Chriſti confirmati ſumus, portæ inferni non præualebunt aduerſus nos. *Et*

*Ambroſ. in Epheſ. 2. *Ambroſius.* * Id eſt, in hac fidei confeſſione ſtatuo fi-

*Euſeb. Emiſſen. in Natiuit. Petri deles ad vitam. *Euſebius.* * Super hanc petram, quam tu (*Petre*) modo fidei fundamentum poſuiſti; ſuper

hanc

ſuper hanc fidem, quam tu modò docuiſti, dicens: [Tu es Chriſtus, &c.] Huic enim ſententiæ Apoſtolus concordans, ait, (Ephes. 2.) Aliud fundamentum nemo poteſt ponere, &c. *Auguſtinus* * [Super hanc petram, &c.] Id eſt, ſuper hanc petram, quam confeſſus es, quam cognouiſti, dicens (*non enim auctoritatem ſuam Petrus extulit, ſed Chriſti*) Tu es Chriſtus Filius Dei viui: ſuper hanc ædificabo Eccleſiam meam; ſuper me ædificabo te, NON ME ſuper te. *Rurſus.* * Petra erat Chriſtus, ſuper quam ipſe ædificatus eſt Petrus. *Hieronymus.* * Super hanc petram Dominus fundauit Eccleſiam, ab hac petra Petrus fortitus eſt nomen. *Theodoretus.* * Petra angularis Chriſtus. Et Dominus B. Petro ait, [Super hanc petram ædificabo &c.] *Rurſus.* * Hoc fundamentum iecit Petrus, vel potiùs ipſe Dominus: cùm enim dixiſſet Petrus, [Tu es Chriſtus, &c.] dixit Dominus, [Super hanc, &c.] Ne vos igitur denominate ab hominibus. CHRISTVS enim eſt fundamentum: ac ſi dicat, Non eſt aliud fundamentum quàm petra illa, quam Petrus poſuit in fundamentum, cùm diceret [Tu es Chriſtus, &c.] *Anſelmus.* * [Super hanc petram &c.] id eſt, ſuper me, quaſi dicat, Es tu Petrus à me petra, & tamen mihi reſeruetur fundamenti dignitas. * *Denique, (quia Pontificis proprium eſſe vultis omnia omnium decreta approbare vel repudiare) Gregorius,* * Petra, cùm in ſingulari numero reperitur, Chriſtum ſignificat. *Hi ſinguli cùm in horum Textus expoſitione enucleanda ita ſenſerint vt inter* Petrũ & petram: 1. *tanquam inter vnum & multos diſtinguat Gregorius.* 2. *tanquam inter perſonam confitentem, & rem confeſſam, Hilarius.* 3. *tanquam inter doctrinam & docentem Euſſenus.* 4. *tanquam inter rem denominantem & denominatam, Hieronymus.* 5. *tanquam inter Chriſtianum & Chriſtum, Ambroſius.* 6. *tanquam inter hominem & Deum, Theodoretus.* 7. *tanquam inter Me & Te, Auguſtinus.* 8. *denique tanquam inter Petrum & petram, Anſelmus & Chryſoſtomus. Non igitur Calvinus* impudens *cenſendus eſt, qui Lectori* moleſtus *eſſe non vult; ſed is potiùs moleſtus, qui vſque adeo eſt impudens, vt pro ſententia ſua Patres omnes Indices*

* De verbis Dom. ſecundum Matth. Serm. 13.
* Theodoret. in Pſal. 109.
* In Matth. c. 16.
* In Pſal. 47
* Pſal. 117.
* In Matth. 16.
* Supra.

afficiendos esse, siue Apostoli, siue alij essent. *Attendite.*

x Salm. Jes. trall. 19. in Parab.

x [Quis putas?] In præsidenti parabola Petrus prosilijt, & dixit: Domine, ad nos ne hanc parabolam dicis, an ad OMNES? Dominus respondet, [Quis putas?] in qua innuit, se præcedentem parabolam dixisse ad OMNES Pastores Ecclesiæ, vt (*Scripturâ Iudice*) Marc. 13. [Quod vobis dico, omnibus dico:] hîc subiungit, [OMNI cui multum, &c.] y Et hoc patet ex interrogatione Petri. *Quomodo?* z Quia Petrus sciebat, se & CONDISCIPVLOS suos electos ad Patrisfamilias officium: Dominus sciuit eum intelligere ea, quæ sunt superius dicta ad OMNES quidem pertinere, vt patet; nam (*Scriptura Iudice*) subiungit [AB OMNI, cui multum datum est, multùm exigetur ab eo.] Satis significans, prædicta ad OMNES pertinere, sed magis ad eos, quibus plura dona sunt concessa. *Quarta, quam addis, vmbracula textus ipsius luce meridiana dissipellitur. Illa enim verba* [Constituet eum super omnia bona] *æternæ felicitatis præmium, non Ecclesiæ dominium significant: quia dicitur,* [Cùm venerit Dominus,] *tum* [Super omnia quæ possidet constituet eum *fidelem ministrum.*] *Aduocatus.* a Super omnia, &c.] id est, dabit illi regni cœlestis æterna gaudia, æterna possessione frui. [b Super omnia bona] faciet vt fideles Pastores non soli, sed tamen præ cæteris habeant æterna, non propter suam vitam, sed propter fidelem gregis custodiam. *Postremo loco autoritate pugnas. Aduersarius.* c Hunc locum * Chrysostomus explicat de Petro & Successoribus eius. *Falleris, non enim hunc locum, sed illum Iohan.* 21. [Simon amas me?] (*De quo * infra disseremus,*) *ad Petrum accommodauit Chrysostomus. Quanquam si daremus Patrem vnum de vno Petro; plures tamen opponi possunt, qui de pluribus locum hunc exposuerunt. Aduocatus.* d Theophylactus, Parabola hæc, inquit, fideles (*loquitur de Pastoribus maximè*) omnes attingit. Cyrillus ostendit mandatum præmissum conuenire admissis in gradum

y Arias Montan. annot. in hunc locum.

z Jansenius Con. in eundem. Idem fusè probat Aquinas in hunc locũ. ex Ambros. Theophylact. Chrysost. Beda.

a Sà Iesuit. schol. in hunc locum ex Iustino & Beda.

b Glossa ordinar.

c Bellar. quo supra

* Lib. 2. de Sacerd. circa prin.

* Infra.

d Eman. Sà Iesuit. schol. in hunc locum.

Disci-

Discipulorum. *A quibus Chrysostomus minimè dissentit, quia alibi,* *Dominus (*inquit*) de iustis & bonis Sacerdotibus introducit sermonem, dicens, [Quis est fidelis seruus & prudens?] *Et tamen audetis vos commentum vestrum contrarium in his verbis,* [Sine dubio, & apertè, &c.] *tanquam diuinum Oraculum effundere. Hæc tantùm indirectè Petri Monarchiam illustrarunt, sed ne indirectè quidem. Secundo in loco*

* *Chrysost. Oper. imperfect. ho. 51.*

CAPVT XXI.

Testimonia illa discutiemus, qua, ex opinione Pontificiorum, Petri, adeoque Papæ, Cathedram Monarchicã stabiliunt maximè atque confirmant. Eaq; vel ex præmissis & præceptis Petro datis, vel ex Petri rebus gestis petuntur. Vtriusque generis testimonia non solùm expositione, verumetiam applicatione suâ gnauiter peruertunt.

Primò in præmissis & præceptis.

Locus primus.

* MAtth. 16. [Tùm dixit Christus: Ego tibi dico, Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, &c. Dabo tibi claues, &c.]

* *Matt. 16. 18.*

Status disputationis.

Reus. * In his Pontificij Petri potestatem, adeoque Papæ Monarchiam interpretantur: Adeste ergo iam Papæ & omnes Papistæ in vnum, videte si fortè possitis hoc vinculũ dissoluere; nonne hoc vestræ autoritatis hactenus fuit vnicum præsidium? Prorsus in nullo verbo vobis credimus, priusquam hoc mendacium dilueritis; suspecti, inquam, eritis

* *Luther. Art. 25 pag. 218.*

in omnibus alijs, ſemel deprehenſi in hâc tam craſſa temeritate deprauandi verbi Dei. *Aduerſarius.* [a] Ego viciſſim verba tua in te, Luthere, retorquebo: adſis & tu, Luthere, cum omnibus Lutheranis, ſtat contra vos hæc autoritas inuicta, quæ etiam de vobis triumphabit. Tu ſuper fidem ſolam vis ædificari Eccleſiam, nos ſuper Petrum, qui primus Chriſtum eſt confeſſus: ipſa Euangelij verba pro nobis miſitant apertiſſimè, omnia Sole clarius pro nobis dimicant. *Verborum germanum ſenſum enucleate.*

a Roffenſ. Epiſc. aduerſ. Luther. Art. 25.

Hæc verba [Tu es Petrus, &c.] *quid ſibi volunt?*

Aduerſarius. [b] Quorum verborum planus ac obuius eſt ſenſus, vbi in Metaphora fundamenti intelligimus promiſſum Petro totius Eccleſiæ principatum. [c] Proteſtantes nec per [Petram] Petrum intelligi volunt, nec per, fundamentum, gubernationē totius Eccleſiæ. Omnium ferè (*Reorum*) Lutheranorum communis ſententia eſt, per petram, non ſignificari Petrum, ſed confeſſionem illam de Chriſti diuinitate à Petro editam. [d] Sed nos reſpondemus, confeſſionem Petri duobus modis conſiderari poſſe; vno modo abſolutè, & ſecundum ſe, ſine relatione ad perſonam Petri; altero modo cum relatione ad Petrum: priore modo videntur velle fidem eſſe fundamentum Eccleſiæ, ſed certè falluntur. [e] Idem enim eſt ſuper confeſſionem Petri, & ſuper confitentem Petrum. [f] Itaque cùm dicent Patres confeſſionem iſtam eſſe, Petram: intelligunt cum relatione ad Petrum confitentem.

b Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 10. § Ac vt.
c Ibidem & Valent. leſ. Analyſ. lib. 7. cap. 1. § Hic verò.
d Bellar. quo ſup. § Reſp. fidem.
e Stapelt de doll. Princ. ca. 3. & 5.
f Maldon. leſ. in Matt. 16. eodem modo Valent. leſ. quo ſupra. § Vt autem.

Cominùs pugnandum eſt, ex { *Relatione, Autoritate.*

Obiectio prima.

Aduerſarius. [g] Chriſtus locutus eſt Syriacè, Cephas, quâ linguâ Petrus & Petra eiuſdem ſunt generis. Primò igi-

g Bellar. quo ſup. § Primò pronomen. Idem argumentum vrget Coſterus Enchir. & Stapelt. quo ſupra.

tur

tur Pronomen [Hanc] non poteſt referri ad Chriſtum petram, ſed ad Petrum petram; debet enim referri ad aliquid proximum non remotum; proximè autem dictum fuit non Chriſto, ſed Petro: [Tu es Cephas,] id eſt, petra.[h] Nec alio referri particula, HANC, poteſt. *Vobis, Doctoribus in Iſrael, vt hoc genus relationis inſolens atque abſonum eſſe videatur?* *Aduocatus.*[i] Ad Rom. 5. 12. [Per hominem peccatum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſit, IN QVO omnes peccauerunt.] Apoſtolus hæc tria verba nominauit, hominem, peccatum, mortem: quæ vox θάνατος, mors] apud Græcos eſt maſculini generis. Rectè Auguſtinus, refertur [in quo] non ad mortem (*quod eſt antecedens proximū*) quāuis ſit maſculini generis; nec ad peccatum, quia apud Græcos ἁμαρτία eſt fœminini generis; ſed ad (*Antecedens remotius*) primum hominem Adamum, in quo omnes fuerunt, quando peccauit, & eo peccante, omnes peccâſſe intelligimus. *Similis eſt locus* Act. 1. Ἰησοῦς ὁ-τὸν εἰλήφθη ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν: *Id eſt*, Ita ille Ieſus veniet, quomodo aſpexiſtis ILLVM aſcendentem in cælum. Τὸν Illum, *non ad proximum* τρόπον, i. modum, *ſed ad præcedens*, τὸν Ἰησοῦν, *refertur. Huiuſmodi alia paſſim occurrunt, ſed non vacat iſtas minutias conſectari.*

[h] *Valent. Ieſ. quo ſupra.*

[i] *Petrus Ieſ. Com. in Rom. 5. num. 41. Eodem modo Tolet. Ieſ. in eundem locū.*

Obiectio ſecunda.

Aduerſarius.[k] [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c.] Huius orationis membra per hanc Coniunctionem, Et, diſtinguuntur; ex qua copula, perſona Petri euincitur. *Minimè verò, ſiquidem, vt dicis, particula*, Et, membra diſtinguit, *quod interdum fieri vel ex prima parte eiuſdem textus, facilè diſcas.* [* Caro & ſanguis non reuelauit hoc tibi, ſed Pater meus, qui eſt in cælis. ET ego tibi.] *Aduocatus.*[l] Elegans eſt Antitheſis, Græcè etiam efficacior κἀγὼ δὲ (*ad verbum* Et ego verò *Latinius*) Sed ego; quaſi dicat: Tu, qui homo es, dicis me eſſe filium Dei, tum dico te eſſe Petrum. *Vbi copula*, Et, *non coniunctionis, ſed diſtinctionis vice fungitur. Eundem*

[k] *Stapleton. Controu. 3. de Princ. Concluſ. 4.*

* *Vers. 17. 18.*

[l] *Maldon. Ieſ. in eum locum.*

dem quoque vſum inter hæc membra, Petrum, & petram, *paulò pòſt liquidò probabimus.*

Obiectio tertia.

m Bellar. quo ſup. § Primò pronomen.

Aduerſarius.[m] Si ad Chriſtum referetur, non diceret Dominus, [ædificabo] ſed, ædifico, vel ædificaui Eccleſiam meam; nam in ſe iam ædificauerat Apoſtolos & diſcipulos multos: dicit autem [ædificabo] quia nondum conſtituerat Petrum fundamentum; ſed quia poſt reſurrectionem ſuam id facturus erat. *Præſtat tacere, quàm nihil dicere, quod tu, Bellarmine, iam facis ſtrennè. Chriſtus enim, licèt ſemper fuerit Eccleſia vnicum fundamentum, tamen peculiari quodam modo fundamentum & Petra, viz.* Angularis, *id eſt, duorum parietum Iudæorum ac Gentium, & in his Catholicæ & vniuerſalis Eccleſiæ non ante reſurrectionem fuit. Aduocat.*[n] Chriſtus deſcribitur petra & lapis angularis, vt parietes duos cõiungeret Iudæos ac Gentiles, coniunctoſque retineret, vt * Petrus docet.[o] Angularis lapis dictus, quia TOTAM familiam ſuſtentat, & in quo duo populi Iudæi & Gentiles connectuntur. *Sed quod erat poſt reſurrectionem implendum, vt patet* * Ioh. 12. [Poſtquam exaltatus fuero, omnia traham ad meipſum.][p] Græcè πάντας omnes, vt rectè Chryſoſt. Theoph. Cyrillus, Leont. [Omnes] dixiſſe, vt Iudæos & Gentiles ſignificaret. *Hanc* * φιλανθρωπίαν Dei erga omnes *ipſe ſanctus Petrus non ante Chriſti aſcenſum, ex reuelatione* * Lintei, *ſatis compertam aut exploratam habuit. Nam* Act. 10.34. [In veritate comperi, quia, &c. Sed in OMNI Gente, qui timet Deum, acceptus eſt illi.] *Aduocatus.*[q] Dixit Petrus ſe IAM comperiſſe ex factâ ſibi reuelatione, quòd non ſolos Iudæos, veluti perſonas ſingulariter electas, verumetiam ex OMNI populo ſiue Iudæo, ſiue Græco, aliquos iam eſſe vocatos.

n Janſenius Concord. cap. 114.

* 1. Pet. 2.

o Maldon. Jeſ. & Salmeron ſupra.

* Ioh. 12. 32.

p Maldon. Jeſ. in hunc locum.

* Tit. 2.

* Act. 10.

q Stapelt. Antid. in Act. 10.

Obiectio quarta.

r Stapelt. Contr. 3 de doctr. Princ. ad Concluſ. 4.

Aduerſarius.[r] Loquitur Chriſtus de ædificatione per ſeipſum

ſeipſum facienda: [Ego, inquit, ædificabo:] Deus autem ſuper Chriſtum, non Chriſtus ſuper ſeipſum ædificat. *Anile deliramentum, & cerebri Stapletoniani figmentum proprium. Aduocatus.* [f] Chriſtus in ſe ante Eccleſiam ædificauerat. *Patronus.* * Super hanc petram: quaſi dixerit, Ego non me ſuper te (Petre) ædificabo, ſed te SVPER ME. *Chriſtum denique Eccleſiam ſuper ſe, tanquam ſuum Angularem lapidem, credo inter ipſos Pontificios vix quenquam reperiri, qui auſit inficiari.*

[f] *Bellar. vide ſuq Obiect. 3. lit M.*

* *Auguſt. vide paulò poſt.*

Obiectio quinta.

Aduerſarius. [t] Non proprie Eccleſiæ eſt fundamentum fides, debent enim eiuſdem generis eſſe fundamentum, & reliquum ædificium: at ædificium, quod eſt Eccleſia, eſt hominum congregatio, quaſi lapidum viuorum, vt dicitur 1. Pet. 2. Debet ergo lapis, qui eſt fundamentum, eſſe etiam aliquis homo, non aliqua virtus. *Fides in hac Theoria non excludit uerumtamen: ſed cõſignificat Chriſtũ, in quem credimus, & in quem incorporati ſumus per fidem, atque ita fundamentũ erit ἀμυθήτως ædificio. Sed ingrediatur Aduocatus.* [u] His in verbis [Superædificati eſtis ſupra fundamentũ Apoſtolorum, &c.] hic ſubeſſe ſenſus poteſt, vt CHRISTVS Dominus, SIVE FIDES EIVS, quæ ſuo tempore fuit in Prophetis, & deinde in Apoſtolis, ſit IPSVM FVNDAMENTVM Apoſtolorum & Prophetarum: idcircò ſingulari numero dixit fundamentum: & eſt FIDES vna tantùm (*Scriptura Iudice*) HYPOSTASIS rerum ſperandarum. *Tibi etiam ſi placet, Stapletoni tui Antidotum propinabo liberè.* [x] Paulus ſignificat (per fundamentum) fidem de Chriſto ſanam & incorruptam. *Idcircò inſulſa ac imperita ea ſubtilitas eſt, quâ Chriſtus à fide, res credita à creditione diſtinguitur. Non eſt fides ædificij myſtici propriè myſticum fundamentum? Iudicem veſtrum ſupremum, Concilium Tridentinum, ego teſtem appello.* [y] Symbolum fidei [Credo in Deum] eſt FVNDAMENTVM firmum atque VNICVM, [Contra quod (*citat in margine hunc locum Mat. 16*) portæ inferni non præualebunt.] *Quod Concilij teſtimonium*

[t] *Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. ca. 10. § Deinde.*

[u] *Salmeron Jeſ. Com. in Epheſ. 2. diſp. 6. § Et ad.*

[x] *Stapelt. Antid. Com. in 1. Cor. 3.*

[y] *Synod. Trident. Seſſ. 3. § Credo.*

vobis in hac cauſa, tanquam murum abeneum opponimus. Maximum autem cauſe noſtre propugnaculum in ipſa Scriptura collocamus: ex qua deducuntur

CAPVT XXII.

Argumenta quibus Proteſtantes Chriſtum confeſſionis Petri ſubiectum, Eccleſia Petram & fundamentum eſſe demonſtrant.

Primum, ex natura fundamenti, quod vnicum eſſe debet.

a Bellar. ſupra. § Iam tertia. & § Ad argumentum.

** 1. Cor. 3.*

** Epheſ. 2. 20.*

b Staplet. Antid. in 1 Cor. 3.

c Maldon. Ieſ. Comm Mat. 16.

d Salmeron Ieſ. Com. in Epheſ. 2. diſp. 6. § Et ſed.

e Lambardus.

Aduerſarius. [a] Ait Caluinus, rem eſſe perſpicuam, ſuper quam petram ædificetur Eccleſia, cùm Apoſtolus dicat, [*] [Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, Chriſtus Ieſus.] Reſpondeo. B. Paulum loqui de primario fundamento; alioqui pugnaret ſecũ, cùm ait, [*] [Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum] dicimus nos Petrum eſſe ſecundarium fundamentum. [b] [Fundamentum:] Caluiniſtæ Lectori inſidiantur, cùm per fundamentum, fidem exponunt. [c] Nam quod hoc in loco Epheſ. 2. per Fundamentum hæretici (*ſic Proteſtantes calumnioſè nominant*) fidem exponunt [Super fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum] id eſt, ſuper eorum fidem atque doctrinam, peruerſa omninò interpretatio eſt. *Quæ tamen gratior vobis videbitur ex amicorum veſtrorum confeſſione profecta. Aduocatus.* [d] His in verbis [Superædificati eſtis ſuper fundamentum, &c.] hic ſubeſſe ſenſus poteſt; vt Chriſtus ipſe Dominus, ſiue fides eius, quæ ſuo tempore fuit in Prophetis, & deinde Apoſtolis, ſit ipſum fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum: idcircò in ſingulari numero dixit, fundamentum. [Super fundamentum Apoſtolorum, &c.] [e] Id eſt, ſuper Chriſtum: vel doctrina Prophetarum & Apoſtolorum, id eſt, vetus & nouum Teſtamentum. *Vtriuſque verò ſubiectum proprium eſt Chriſtus.*

[f] Intellige,

[f] Intellige, per fundamentum, formaliter Christum, quatenus est fundamentum Apostolorum & Prophetarum. [g] Fundamentum, id est, fidem à Prophetis prædictam, & ab Apostolis prædicatam. *Patronus.* * Super fundamentum, hoc est, super nouum & vetus Testamentũ: quod enim Apostoli prædicauerunt, Prophetæ futurum dixerunt; nam Apostoli fundamentum iecerunt, vnde dicit Dominus ad Petrum, [Super hanc petram ædificabo, &c.] hoc est, in hac fidei confessione statuo fideles ad vitam. * Id est, super fidem Christi, super quam fundati sunt Apostoli & Prophetæ, quia ipse totum spirituale portat ædificium. *Cui sententiæ Patres complures alij diserte suffragantur. De quibus paulo post.*

[f] *Caietanus in hunc locum.*
[g] *Gagneius in eundem. Cum his Glossa, Lyran. & alij concordat.*
* *Ambros. in hæc locum.*
* *Anselmus.*

Argumentum secundum ex numero singulari, petra, *quæ vox secundũ commune idioma Spiritus sancti, per analogiam solum fidei Christum designat.*

Aduo. *In sacriloquio quando in singulari numero fundamentũ dicitur, quis alius quàm Christus intelligitur? (*Scripturâ Iudice*) attestante Paulo 1. Cor. 10. [Petra erat Christus:] cùm verò in plurali, petræ, dicitur; eius membra intelliguntur, viz., illi qui eius robore soli dati sunt, cùm ipse Petrus dicit: *[Vos viui lapides estis.] *Aliud igitur Pater Bellarminus tenet, aliud Pater Bellarmini: cui potiùs assentiendum sit, qui ambigit; nec Papistam esse didicit, nec Orthodoxum: quia ille* * Papam, *hic* * Scripturæ lucem *interpretationis Iudicem supremum agnoscit. Cuius hæc est (vt ita dicam) vox vernacula, ex ore Prophetarum & Apostolorum profecta. Videlicet,* [h] Per lapidem in Scripturis Christum frequentissimè significari probat Cyprianus. Is. 28. Lapis probatus, Psal. 117. Lapis angularis, Dan. 2. Lapis abscissus sine manibus, Zach. 3. Super lapidem vnum, Psal. 103. Bonis petra refugij, Is. 8. Malis petra scandali. *Eadem ex Prophetis iuxta cum Prophetis Apostolorum exegesis.* [i] In 1. Cor. 3. Fundamentum vnicum. [k] In Ephes. 2. Fundamentum Apostolorum. [l] In 1. Pet. 2. Lapis angularis. *Fieri igitur nequit, quin*

* *Greg. Magnus Pont. lib. 28. in Iob cap. 38.*
* *1. Pet. 2.*
* *Iesuita supra.*
* *Caluinus supra.*
[h] *Pererius Iesuita Com. in Dan. li. 2. cap. 2. in hæc verba:* [Donec abscissus est lapis.]
[i] *Bellar. supra.*
[k] *Salmeron Iesuita supra.*
[l] *Idem supra.*

quia Christus, cùm Petram *Ecclesia fundamentum nominabat (ad petram illam toties à Prophetis decantatam alludens) seipsum significaverit. Conclusio tam perspicua, vt nobis in hac parte quoque viri Pontificij clarissimi facile assentiantur. Ex*

m Aquinas Com. in 1. Cor 3 Lect. 2. & in Ephes. 2.

n Glossa apud Grat dist. 19. cap. Ita Dominus.

schola veteri,[m] Apostolus distinguit duplex fundamentum: vnum, quod habet soliditatem ex se, de quo Mat. 7. [Fundata erat supra firmam petram,] cui fundamento Christus comparatur, &c.[n] Per dictionē hanc [Super hanc petram] non credo Dominum aliud demonstrâsse, quàm hæc verba, quæ Petrus Domino respondit, cùm dixit, [Tu es filius Dei viui.] Quia semper illo articulo fidei fundata est Ecclesia. Ergo super seipsum fundauit Dominus Ecclesiam.[o] Super hanc quam confessus es, id est, super Christum. *Ex schola nouâ, etiam Ignatianâ.*[p] Christus lapis dicitur, quia Dæmonem suâ morte percussit, & imperio, quod in homines habebat, spoliabat: deinde, quia Christus est petra, (Mat.[q] 16.) super quam fundata est Ecclesia, ideoque nullo vnquam tempore, nullâ vi labefactari aut euerti poterit: quinimò nec portæ inferni prævalebunt aduersus eam. *Nonnulla igitur numeri singularis vis est, fatente alio Iesuita, quia* [q] Ephes. 2. [Superædificati super fundamentum &c.[Intelligi Christus potest, seu fides eius: IDCIRCO SINGVLARI NVMERO dixit. Fundamentum. *Idcirco cum Gregorio Pontifice ex* Beda concludam*, Fundamenta quando pluraliter ponuntur, Doctores significant; quando singulariter, Doctorum doctorem Christum Iesum.

o Lyranus Com. in Mat. 16. eodem modo Petrus, Hugo Card. &c.

p Percrius Iesuita Com. in Dan. 2. in ea verba: Lapis abscissus. § Similitudo.

Vbi locum Mat. 16. in margine designat.

q Salmeron supra in hoc capite lit. d

* *Beda in Matt. 16.*

Argumentum tertium ex verbo, Es.

Aduersarius.[r] Dicit Illyricus, non super petram, sed super confessionem à Petro editam (*nullâ ratione habitâ ad Petrum*) fundatam esse Ecclesiam: quia si super Petrum, mox corruisset Ecclesia, quia Petrus iam confessus, non ita paulò post Dominum negabat. Respondeo, Petrum, quando negabat Dominum, nondum fuisse fundamentum: hoc enim loco ei promisit, quod post resurrectionem suam daturus erat,

r Bellar. quo sup. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 10. § Addit. & § Ad illud.

erat. *A texto ipso refelleris, quia dixit Christus* [Tu es Petrus,] *Aduocatus.* [r] Quod nomen iam primo Petro inditum fuit. Quæ vox saxum firmum significat. *Non dicit, Tu es Petrus, sed* [Tu es Petrus.] *Disputo. Vel sensu idem est,* Tu es Petrus, & Tu es Petra; *vel non est idem vtriusque sensus: Si hoc, sum argumentũ vestrum enervatis, in quo ex eodem nomine* Syriaco *sensum eundem elicere voluistis; sin illud, tum hoc nostrum argumentum corroboratur, quia is, cui dicitur,* [Es Petrus,] *non iam erat Petra, qua habet in se inconcussam & stabilem soliditatem. Etenim. Aduocatus.* [s] Ex textu constat, quòd Ecclesia non constat ex hominibus ratione potestatis, aut dignitatis Ecclesiasticæ, aut secularis, quia dicitur (*Scriptura Iudice*) portæ inferi non prævalebunt aduersus eam, & multi Pontifices alijque Ecclesiastici apostatarunt à fide. [t] Petra (*igitur*) significat Christum primarium fundamentum: nullus enim homo tam firmus est, vt non possit moueri, id quod etiam in PETRO vidimus.

[r] *Arias Montan. Valen. Iof. supra.*

Dilemma.

[s] *Lyranus in hunc locum.*

[t] *Ferus in hunc locum.*

Argumentum quartum à Coniugatis.

Etsi demus ex idiomate Syriaco eandem quoque obseruari in Græcis Latinisq; terminationem, seu masculinam, Tu es Petrus, & super hunc Petrum; *siue femininam,* Tu es petra, & super hanc petram: *tamen hoc est decretum apud Logicos, vt τὰ παρώνυμα, id est, denominans & denominatum, semper tanquam diuersa discriminemus: vt cum dicimus* magistratum, *ipsum munus publicum, & qui eo munere fungitur,* magistratum *pariter appellamus. Hæc duo, an, quia eandem terminationem, eandem quoque significationem sortiuntur? cum igitur* Simon *ab ea* petra, *quæ est Christus, ἐπωνυμίαν assumpsit, vt* Petrus *diceretur, nulla ferre ratio potest, vt ipse sit eadem* petra. *Patronus.* [*] A petra Christo Petrus vocatur. [*] Χριστὸς ἀπὸ τοῦ πέτρα ἐπάλειπτος: Πέτρος δὲ ἀπὸ τοῦ Πέτρα. *Denique,* [*] Christus à petra, ficut Christianus a Christo. *Nec vllus Iu-*

[*] *Ambr. serm. 84.*
[*] *Basil. serm. de pœnit.*
[*] *Augustin. in Iob.*

ſuita negabit Chriſtum petram, *vtpote, qui ſoliditatem habet ex ſe; Petro verò, quatenus à Chriſto firmitudinem habet*, petræ *nomen impoſitum fuiſſe. Quamuis igitur* Petrus & petra Syriacè *vno eodemq́ ſono efferantur; tamen cum Matthæus tam ſollicite diſtinxit inter* Petrum & petram, *quaſi de induſtria τὸ ἐπὶτὸν deferendo, τὸν διάβολον expreſſiſſet: non eſt committendum, vt tradito nobis corpore de vmbra digladiemur. Hoc argumentum* * *infra ex Patribus corroboratur.*

* in cap. proximo

Argumentum quintum ex conſequente inexpugnabile; in hac voce [Eccleſia,] *ſiue ſolam militantem, ſiue etiam triumphantem ſignificet.*

u Greg. Val. Jeſ. Anal. lib. 7 cap. 1. § Vt. Eodē modo Bellar. & Ieſuita aly ſupra.

Aduerſarius. u Cum concedimus fidem ac confeſſionem eſſe Eccleſiæ fundamentum & petram, ſemper intelligimus relatione habita ad Petrum confitentem: idem enim eſt ſuper Petrum fide certa ſingulariter confitentem, & ſupra certam & ſingularem Petri confeſſionem. *Ab hoc putido propugnaculo vos hac ratione depellemus. Quod Petrus confitebatur erat* petra *et fundamentum Eccleſiæ, ſed Petrus in illa confeſſione,* [Tu es filius Dei viui,] *non ſeipſum confitebatur, ſed Chriſtum, proinde non Petrus, ſed ſolus Chriſtus, in Petri confeſſione, Petra eſt Eccleſia. Conſequentiam confirmo neruoſius in hunc modum. Qui illam confeſſionem Petri verè & ex animo profitetur, verè ædificatur ſuper* petram *illam, quæ eſt fundamentum Eccleſiæ; at qui Petrum & eius Succeſſorem aliquem nunquam nouit, ne ex nomine quidem, poſſit, abſque omni relatione ad Petrum confitentem, Petri confeſſionem de Chriſto verè conſtanterq́ profiteri: ideirco Chriſtus eſt illa* petra *& fundamentum Eccleſiæ. Nodus hic firmior eſt, quam qui aut diſſolui aut diſcindi queat. Quid enim? vt nullus immediatè in Chriſtum credat fundamentum primum, qui non per Petrum credat; in eúmque*

tanquam

tanquam fundamentum ſecundarium ædificetur? frequens hæc quidem vestra, *ſed frigida & ieiuna defenſio. Quia. Aduocatus.* [x] Eſt fides vna tantum hypoſtaſis rerum ſperandarum; & in alijs quidem ædificijs, non omnes lapides tangunt fundamentum, ſed virtute tantum, reipſa tamen alos lapides attingunt: tamen Chriſtus ita eſt fundamentum, vt omnes lapides eum fide & amore attingant, etſi intermedio miniſterio Apoſtolorum, & prædicantium, & ſacramenta adminiſtrantium. *Rectè. Fideles omnes immediatè Chriſtum amant, immediatè in Chriſtum ſperant, Chriſto demique, tanquam* petræ, vt lapides viui, *æque ac Petrus, per fidem* fundati ſtabiles & immobiles, *immediatè adhæreſcunt. Si præterea per* [Eccleſiam meam] *partem etiam triumphantem interpretamur (neque enim aliquid occurrit quod verba Chriſti indefinitè poſita ad ſolam militantem reſtringat) per* petram *non Petrum, ſed Chriſtum intelligi neceſſe eſt. Quia. Aduocatus.* [y] Petrus regit tantùm eam partem, quæ eſt in terris. *Itaque de quouis alio præter Chriſtum, ex Tertulliano concludemus.* * Non ædificamus fidem ſuper perſonas, ſed perſonas examinamus ex fide. *Supra Aduocati præceſſerunt, iam conſulendum eſt Patronorum.*

*Bellar. Valent. Coſterus, & alij Ieſuita locus ſupra citatus.

x Salm. Ieſ. com. in Epbe. 2. diſp. 6. § Et ad.

*1. Pet. 2.

*Coloſſ. 1.

y Bellar. ſupra.

*Ex Reuano ſupra.

CAPVT XXIII.

Sanctorum Patrum Iudicium.

A *Dverſarius.* [a] Ex his *(Patrum teſtimonijs)* apparet, quanta ſit quorundam hæreticorum impudentia: Caluinus enim loco notato dicit, ſe beatos nolle Patres adducere, non quod non poſſet, ſed quod nollet de re tam clara diſceptando moleſtus eſſe Lectoribus. Cum tamen Patres omnes doceant, ſuper Petrum fundatam eſſe Eccleſiam. [b] Patres omnes hoc docent. [c] Omnes.

a Vellar. lib. 1. de Rom. Pon. cap. 10 § Ex his.

b Maldonat. Ieſ. com. in Mat. 16.

c Stapleto. Antid. com. in Epbeſ. 2.

Vos

Vos quidem testimonia plurima adducitis, sed sensu planè alieno: id enim ad alios Patres respondere possumus, quod ad Cyprianum Aduocatus. [d] Cyprianum Petrum non pro homine, sed pro typo accepisse, propemodum indicant quæ sequuntur. Vnus (inquit) pro omnibus loquens, & Ecclesiæ voce respondens, ait, Domine quo ibimus? Itaque Petrus saxeus Ecclesiæ fidem representat. *Interim non desunt locupletissima Patrum suffragia, quæ ita Christum* petram *asserant, vt Petrum penitùs excludant. Chrysostomus.* *Ergo Christum Iesum glorificemus murum inexpugnabilem & fundamentum, ipse enim dicit Petro, [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo, &c.] *Quamnam? verbis proximis ostendet.* Sic beatissimus Paulus dicit, [Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus.] *Alibi etiam disertiùs.* [Tu es Petrus, & super hanc petram, &c.] * Super hanc petram, NON DIXIT SVPER PETRVM, non enim enim super hominem, sed super fidem ædificauit Ecclesiam suam: quid autem erat fides? [Tu es Christus filius Dei viui.] *Hilarius,* * Vna hæc est fidei petra immobilis Petri ore confessa, cum dixit, [Tu es filius, &c.] *Disputo. Vel ante confessionem Petri Christus fidei petra fuit, vel non; si hoc, tum fides Petri (quod absit!) ædificata non fuit super petram; sin illud, tum Christus fidei petra fuit, nulla habitâ relatione ad Petrum: quod non obscure innuit Theophylactus.* * Vocauit Petrum petram, &c. Quia confessus erat Petrus Christum filium Dei, dixit Christus, quod hæc confessio erat fundamentum Ecclesiæ: ita vt omnis homo, qui ædificaturus est sibi fidei ædificium, hanc confessionem, tanquam illi fundamentum substituere debeat. *Vbi loquitur de confessione in Abstracto, sine respectu ad Petrum, subdit enim.* * Est vnusquisque nostrum Ecclesia, quæ est domus Dei: si igitur in confessione Christi confirmati sumus, portæ inferni non præualebunt aduersus nos. *Et Ambrosius.* * Id est, in hac fidei confessione statuo fideles ad vitam. *Eusebius.* * Super hanc petram, quam tu *(Petre)* modo fidei fundamentum posuisti; super hanc

d Erasmus annot. ad Cyprianum Aduocatus.

* Homil. de cruce Dom. circa mediũ

* Serm de Pentec. paulò ante finem & hom. 55. in Matth.

* Lib. 2. de Trinit.

Dilemma.

* Theophylact. in hunc locum.

* Idem ibidem.

* Ambros. in Ephes 2.

* Euseb. Emissen. in Natiuit. Petri

ſuper hanc fidem, quam tu modò docuiſti, dicens: [Tu es Chriſtus,&c.]Huic enim ſententiæ Apoſtolus concordans, ait, (Epheſ. 2.) Aliud fundamentum nemo poteſt ponere, &c. *Auguſtinus* * [Super hanc petram,&c.] Id eſt, ſuper hanc petram, quam confeſſus es, quam cognouiſti, dicens: (*non enim autoritatem ſuam Petrus extulit, ſed Chriſti*) Tu es Chriſtus Filius Dei viui: ſuper hanc ædificabo Eccleſiam meam; ſuper me ædificabo te, NON ME ſuper te. *Rurſius.* *Petra erat Chriſtus, ſuper quam ipſe ædificatus eſt Petrus. *Hieronymus.* *Super hanc petram Dominus fundauit Eccleſiam, ab hac petra Petrus ſortitus eſt nomen. *Theodoretus.* *Petra angularis Chriſtus. Et Dominus B. Petro ait, [Super hanc petram ædificabo, &c.] *Rurſius.* * Hoc fundamentum iecit Petrus, vel potiùs ipſe Dominus: cùm enim dixiſſet Petrus, [Tu es Chriſtus, &c.] dixit Dominus, [Super hanc,&c.] Ne vos igitur denominate ab hominibus, CHRISTVS enim eſt fundamentum: ac ſi dicat, Non eſt aliud fundamentum quàm petra illa, quam Petrus poſuit in fundamentum, cùm diceret [Tu es Chriſtus, &c.] *Anſelmus.* *[Super hanc petram,&c.] id eſt, ſuper me, quaſi dicat, Es tu Petrus à me petra, & tamen mihi reſeruetur fundamenti dignitas. *Denique, (quia Pontificis proprium eſſe vultis omnia omnium decreta approbare vel repudiare) Gregorius.* * Petra, cùm in ſingulari numero reperitur, Chriſtum ſignificat. *Hi ſinguli cùm in huius Textus expoſitione enucleanda ita ſenſerint vt inter* Petrũ & petram: 1. *tanquam inter vnum & multos diſtinguat Gregorius.* 2. *tanquam inter perſonam confitentem, & rem confeſſam, Hilarius.* 3. *tanquam inter doctrinam & docentem Emiſſenus.* 4. *tanquam inter rem denominantem & denominatam, Hieronymus.* 5. *tanquam inter Chriſtianum & Chriſtum, Ambroſius.* 6. *tanquam inter hominem & Deum, Theodoretus.* 7. *tanquam inter Me & Te, Auguſtinus.* 8. *denique tanquam inter Petrum & petram, Anſelmus & Chryſoſtomus. Non igitur Caluinus* impudens *cenſendus eſt, qui Lectori* moleſtus *eſſe non vult; ſed is potiùs moleſtus, qui vſque adeo eſt impudens, vt pro ſententia ſua Patres omnes Iudices*

* *De verbis Dom. ſecundum Mat. Serm.* 13.

* *Tract. in Ioh.* 124.

* *In Mat. l.* 2. *c.* 7.

* *In Pſal.* 47.

* *Ibi.*

* *In Mat.* 16.

* *Supra.*

vendicet, cùm eſt multorum teſtimonijs diſertè reiectus. Patres qui in partem contrariam proferri ſolent, nihil aliud efficiunt quàm (quod facile largiemur) Apoſtolos omnes per Metonymiam, qua cauſæ efficienti effecti nomen tribuit, fundamenta appellari; quia ad iacendi fundamenti (videlicet, fidei Chriſtianæ) miniſterium vocati ſunt: vnde eſt quod Petrum, propter primam confeſſionem, ſæpe petram, & quidem inter alios primam vocant. Ex Caluino igitur concludam. Reus. Hunc certè honorem Petro libenter concedo, vt in ædificio Eccleſiæ primus collocetur, vel, ſi hoc quoque velint, primus omnium fidelium: verùm, vt primatum in alios habere inde deducant, non permittam: multum enim intereſt inter honorem ordinis, & poteſtatem: videmus Apoſtolos hoc ferè Petro detuliſſe, vt præiret hortando, monendo: ſed de poteſtate (*in Apoſtolos*) nihil omninò legimus.

* Caluin. Inſtit. lib. 4 cap. 6. § 5.

CAPVT XXIIII.

Locus ſecundus.

* Mat. 16. 19.

Matth. 16. [*Dabo tibi claues regni cœlorum, quorumcunque peccata remiſeris, ſunt remiſſa.]

Ex his triplicem obiectionem eliciunt.

Obiectio prima.

a Maldon. Ieſ. Com. in Matt. 16. 19.
b Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 12. 13. & 14.
* Ioh. 21. 16.
c Suarez Ieſ. Tom. 4. in Thom. diſp. 49. Sect. 1. nu. 17 § Dico igitur.

Aduerſ. [a] Quibus verbis ego principatum Petro DATVM eſſe contendo, contra Caluiniſtas. [b] Per Claues ſignificat principatum Eccleſiaſticum: quod ibi PROMISSVM fuit ſoli Petro, in hoc capite Ioh. 21. impletum eſt, cùm dicitur ſoli Petro, [*Paſce oues;] vbi βόσκειν ſignificat, rege. [c] Dicò promiſſionem illam dandi claues, & ædificandi Eccleſiam ſuper petram (Matth. 16.) impletam eſſe his verbis, cùm dixit Petro, Paſce oues: nullus enim alius locus eſt, ex quo poſſit actualis donatio, ſeu collatio poteſtatis colligi: hîc verò in verbo, Paſce, includitur omnis actus iuriſdictionis,

nis,&c. *Aduoc.* [d] Aliqui censent eam impletam esse (Ioh. 26.) in his verbis: [Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,] inter quos est Corduba. [e] Nullus locus occurrit vbi illud, Dabo, impletum fuit, nisi in his verbis: Ioh. 20. [Quorum remiseritis,&c.] *Haec, tota iurisdictio ex eodem textu (Ioh. 21.) facile euincitur,* [*] Sicut me misit Pater, ita ego mitto vos.] [f] Vbi vides idem dari APOSTOLIS per illa verba [Sicut misit me Pater, &c.] quod Petro promissum per illud, Dabo tibi claues, & postea exhibitum per illud, Pasce oues. Constat autem per illud, Pasce, intelligi iurisdictionem PLENISSIMAM etiam exteriorem. *Quia.* [g] In his verbis, [Sicut me Pater, ita ego vos] significat officium: ac si diceret, Vt ego Pastor sum, sic ego mitto vos, vt sitis etiam Pastores. *Hinc eculeus emergit, quo vos torqueri necesse est: disputo enim, Promissio summae potestatis, quae in his verbis Mat. 16.* [Dabo tibi, *(inquitis)* & ædificabo in te] *designata est, quibus tandem Scripturarum verbis impleta fuit,* eandem *(inquitis)* pastoralem potestatem plenissimam exhibuit Apostolis omnibus in his verbis, Sicut, &c. quam dedit Petro in illis, Pasce oues: in quibus collata est potestas Petro super omnes Apostolos. *Vobis igitur expositoribus, Christus promisit vnam potestatem Petro prae aliis Apostolis, in quibus promisit prorsus aliis eandem. Vel sic, Apostolis aliis dedit* pastoralem autoritatem pleniſſimam, *in Petrum autem contulit* maiorem, *id est, plenissimâ pleniorem.* ἀσύστατον.

[d] *Ibid.* § Aliqui *num.* 16.

[e] *Ferus in Mat.* 16. & *Lyranus.*

[*] *Ioh.* 21.

[f] *Bellar. lib.* 4. *de Rom. Pont. cap.* 23. § Addit.

[g] *Toletus Ioſ. Com. in Ioh.* 20.

Dilemma.

Secunda Obiectio.

Aduersarius. [h] Iam & ipsa verborum diuersitas, quibus Dominus vsus est, Matth. 18. vbi Christus ad omnes loquitur, [Quorumcunque peccata,&c.] & in Matth. 16. solum Petrum alloquitur, dicens: [Quorumcunque ligaueris,&c.] excellentiorem autoritatem Petri in potestate ligandi soluendique designat: quia (vt annotat Origen. hom. 6. in Matth.) alijs Apostolis datae sunt claues his verbis:

[h] *Lanſenius Concord. cap.* 66. *pag.* 49. & *Greg. Valent. Ieſ. lib.* 7. *Analyſ. cap.* 2.

[Accipite claues, &c. quodcunque peccata ligaueritis super terram, ligata erunt in COELO:] Petro autem in cœlis, alijs datæ sunt claues vnius cœli, Petro multorum.[i] Ecce vides hîc, ex hoc diuerso modo loquutionis fortiores & potentiores claues datas fuisse Petro, quàm cæteris Apostolis. *Quo quid dici possit ineptius? primò quia Scriptura vsus perpetuus est, pro eodem numerum vtrumque vsurpare, vt de eâdem apparitione Spiritus sancti Marcus,* * Vidit COELOS apertos: *de quo Lucas,* * Apertum est COELVM: *& contra quod Matthæus:* * Thesaurizate vobis thesauros in COELO. *Lucas habet capite 16. vers. 33.* Thesaurizate vobis in cœlis. *Quod si igitur Origeni lubuit more suo Allegorias sectari, & tanquam aliud agens in re theologica subtiliùs quàm solidiùs agere: oportuit tamen vos, præsertim iam in disputatione seria versatos, istam λογολοιχίαν satis* * *ineptam auersari: ineptam verò dixi? sim ego ineptus, nisi dilucidè demonstrem. Orationem dominicam eandem recolamus.* * Pater noster ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς: *& rursus, ὁ ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Præfatio.* Pater qui es in COELIS: *petitio tertia,* fiat voluntas tua sicut in COELO, &c. *An quia petimus, vt voluntas Dei in cœlo fiat, cœlos alios intelligimus, in quibus voluntas Dei non fit? Sed iam eo redeat vnde deflexa est oratio. De hoc textu Patronus.* * Vos, O sancti & beati viri, claues Regni COELORVM sortiti, & ligandi ac soluendi IN COELO, & in terra adepti. * Christus non solùm dixit, [Quæ solueritis, erunt soluta in COELIS,] verumetiam adiunxit, [Quæ ligaueritis erunt ligata in COELIS.] *Nec vllus Pater (excipiamus modò* * Delicantem illum Allegoricum semper interpretem) *hac syllabica Mysteria, scilicet vnquam somniauit. Nullúsne tandem Aduocatus prodit, qui vrisuque Obiectionis vim omnem illidat penitùs, nostræq; expositioni ingenuè assentiatur? Aduocatus.* [k] Quodcunque ligaueris, &c. Quæ hîc promissa sunt Petro, non illi solùm, sed omnibus etiam Apostolis, Episcopis, Sacerdotibus competunt: vnde Theophylactus, Quamuis, inquit, soli Petro dictum sit, [Dabo tibi claues,] omnibus tamen Apostolis concessæ sunt claues:

[i] *Alphons. de Castro aduers. hæres. lib. 11. & Rosset. in Sept. Episc. in Art. Luth. 25. & Bozius lib. 18. de notis Eccles. c. 1.*

* *Marc. 1. 10.*
* *Luc. 3. 21.*
* *Mat. 6. 20.*

* *Vide paulò post ex Hieron.*
* *Mat. 6. 9.*

* *Hilarius lib. 6. de Trinit.*
* *August. contra Aduers. legis & Proph. lib. 1. cap. 17.*
* *Sic de Origene Hieron. supra li. 3. cap. 5.*

[k] *Mald. Jes. Com. in Mat. 18.*

claues: quando? quando dixit [Quorum remiseritis, &c.]
Quibus verbis obiectiones vestra superiores disertissimè labefactantur. Ad secundam illam de Cœlis. [l] Quasi Petrus *(irridet Origenis commentum)* in omnibus cœlis alij Apostoli in vno soluendi potestatem acceperint: hoc Origenes nimis subtiliter, quia, in cœlo, idem est quod apud Deum. *Ecquid autem potentius ex his verbis* In cœlis? *equidem plusquam omnipotentes eas claues esse oportet, quæ vltra* Deum *extenduntur. Viros Pontificios, Iansenium, Valentianum, Alphonsum, Roffensem, Bozium, qui singuli Origenis insomnium de* cœlis, *tam auidè amplectuntur, toto (vt dicitur) cœlo errâsse abunde constat. Quanquam hic quoque noster Aduocatus Maldonatus non est per omnia probandus, addit enim mox fatius*

[l] Idem com. in Matth. 16.

Obiectio tertia.

Aduersarius. [m] Hoc enim sensu datæ sunt Petro claues, id est, suprema secundum Christum in Ecclesia potestas, vt [*claudat & nemo aperiat, aperiat etiam & nemo claudat,] id est, vt quæ soluerit nemo ligare, quæ ligauerit nemo soluere possit: vnde potestas Romani Pontificis ad reseruandos, quos vocant, casus efficacissimè probatur. *Vel planè potiùs nugacissimè atque sacrilegè: hoc in antecedente vbi Scripturam, quâ tantum Christi potestas diuina illustratur, seruo (si tamen seruo) Pontifici tuo accomodas; alterum in consequente, vbi illud tanquam veritatis dogma ingeris, quod à saniore antiquitate penitùs abhorruit. Vtrumque demonstro, primum, ex loco Apocalypseos solum Christum intelligi. Aduocatus.* [n] [Claudit, & nemo aperit, &c.] Eliachim figura Christi fuit, habet ille clauem templi, quia princeps est: [aperit] id est, si apperuerit, vt populus ingrediatur, nemo illi repugnare poterit, & contra: Ita Christus habet clauem Ecclesiæ, quæ dicitur clauis Dauid, id est, domus ipsius Dauid, & in eam introeunt, quibus ipse aperit, id est, quos ipse adducit per gratiã; & quibus ipse propter incredulitatem fores occludit, introire non poterunt: ideo ait Christus Ioh. 10. [Ego sum ostium]

[m] Maldonat. lect. com. in Matth. 16.19. *Apoc. 3.7.

[n] Ribera Iesuita in Apoc. 3.7.

um:] & iuxta Auguſtinum in hunc locum [Oſtiarius aperit] Oſtiarius dicitur. Si quis quærat cur hæc nunc de Chriſto dicantur, legat quod ſtatim ſequitur (*Scripturâ Iudice*) verſ. 8. [Ecce dedi coram te oſtium apertum, quod (*An igitur Papa?*) NEMO poteſt claudere.] *Solus, inquam, Chriſtus,* °Quia poteſtati Chriſti OMNIA ſunt ſubiecta, vt nemo poſſit reſiſtere: Et per Clauem (quæ ex omnibus expoſitionibus videtur germanior) intelligentia Scripturarũ indicatur, vt videtur ex illis quæ ſequuntur, [Ecce dedi coram te oſtiũ apertum, &c.] Vbi Oſtium de Scripturarum intelligentia, & munere prædicantium intelligitur. *Huc accedat veſtra diſerta confeſſio.* P Quæ Pontifex ligat in terris, ligata ſunt in cœlis, hoc intelligendum eſt Claue non errante. *Claue igitur Pontificis errante, claudi in cœlis poſſit, quod in terris aperitur, & contra: at Chriſti clauis non eſt vnquam adulterina, ſed germana omnino & infallibilis, quia,* Is apperit & nemo claudit, &c. *Ad conſequens accedo de caſibus reſeruatis, in quibus aſſerendis dicis. Aduerſarius.* 9 Pontificis Romani poteſtatem efficaciſſimè probari. *Aduocatus.* r Tempore Cypriani (cum dixit, * Epiſcopatum vnũ & vniuerſalem eſſe & indiuiſum, cuius pars á ſingulis in ſolidum tenetur, quia vnuſquiſque portionem gregis ſibi creditam gubernat) caſus peculiares conſcientiæ ipſi Pontifici reſeruati NON fuerunt. *Quibus verbis poteſtas Pontificis de caſibus reſeruatis, adeoq; ſuprema iuriſdictione Eccleſiæ* efficaciſſimè *potentiſſimeq; labefactatur. Exploſo errore, veritatem ipſam confirmabit*

o *Vega Ieſ. in hunc locum, Apoc. 3. Commen. 2. § 2.*

p *Maldon. Ieſ. ſupra & aly Ieſuitæ omnes.*

q *Maldonat. Ieſ. quo ſupra.*

r *Salm. Ieſ. com. in 1. Pet 5 diſp. 8 § Et dicendo.*

* *Lib. de Vnit. Eccleſ.*

CAPVT XXV.

Proteſtantium ratio.

a *Bellar. lib. 1. de Rom. Pont ca. 12. § Secunda obiectio.*

Aduerſarius. a Cùm obijciunt Proteſtantes, Petrum aliorum nomine reſpondiſſe, cùm dixit [Tu es filius Dei viui, Matth. 16.] & propterea benedictionem eam promiſſam in illis, [Super Petram ædificabo Eccleſiam: Dabo claues] ſignificant ad omnes Apoſtolos peræquè pertinuiſſe.

Reſpon-

Respondeo, Petrus pro omnibus respondebat, non vt persona sed vt princeps omnium. *Erat igitur tum Petrus Princeps.*
[b] Ideo dixit Petro, ædificabo super petram, id est, super Petrum, Ecclesiam; vbi vox Petra & Fundamentum significat Principatum: atque [Dabo tibi claues] per quas summa potestas significatur, non dans, sed promittens, quia erat postea daturus. *Disputo. Si Petrus (vt ais) tum respondebat vt Princeps, tum dedit ei principatum Christus antequam dedit, quia, Erat, inquis,* eum postea daturus: *si verò non respondebat vt Princeps, tum tu es vnâ literâ minus quàm Princeps, præceps. Responsum quod iam sequitur aliud, eiusdem esse ingenij fœtum, vel ex vultu appareat.*

[b] Denique illa Origenis.

Instantia prima Pontificiorum.

Aduersarius. [c] Fatemur Apostolos fuisse pares autoritate Apostolica, & habuisse in populum Christianum eandem omninò autoritatem: sed non fuisse pares inter se. *Impossibile, sic suadeo, Ponamus Paulum absoluere Christianum, quem Petrus ligandum esse mandauerit, cui potiùs Christianus obsequi debeat, expedi si Petro potiùs, tum eandem in alios autoritatem Apostoli non habent; an aquè Paulo obtemperandum fuit? tum Apostoli fuerunt pares etiã inter se. Neque profectò fingere animis nostris possumus, eos pariter præsse Christianis posse, vt non Christiani pariter aquè subesse illis debeant. Reliquum est vt hanc veritatem Patrum calculis testatissimam omnibus faciamus. Idcirco*

[c] Bellarm. supra.

CAPVT XXVI.

Patrum iudicium in huius Scripturæ expositione exquirimus: ex qua assurgit

Protestantium ratio secunda.

Aduersarius. [a] Obijciunt Lutherus & Caluinus: Claues, quæ

[a] Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. ca. 12. § Obiectio sexta, et § Obiectio vltima.

quæ promittuntur Petro, Matth. 16. in his verbis, [Dabo tibi claues regni cœlorum; quicquid ligaueris, &c.] dari alijs Apostolis vnà cum Petro, Matth. 18. & Ioh. 20. [Quæcunque alligaueritis, &c.] Et hanc suam obiectionem ex patribus sumunt. *Tu Patrum testimonia illudis, atque etiam collega hic tuus patres palam prodit, & satis procaciter contemnit.*

b Maldonat. Iesuit. com. in Matth. 16. 19.

c Idem ibidem.

[b] Non ego eodem sensu, quo Patres, etiam alijs Apostolis hoc dictum interpretor, [Quodcunque solueris super terram, solutum erit in cœlis:] Etsi (*Aduocatus*) [c] Video OMNES AVTORES præter Origenem in eadem sententia fuisse. *Totius igitur antiquitatis patrocinio iamdiu causa vestra caruit, nisi forte vnus illi faueat Origenes: faueat autem? imò verò. Tu.* [d] Origenes verborum consequentiâ deceptus, hæc [Quæcunque alligaueritis, &c.] dicit ad Christianos omnes pertinere. *Ille.* [e] Quæ Origenis explicatio non videtur. *Enimuerò Origenis testimonium Protestantibus non sine insigni fraude arripuistis. Ille enim.* [*] An verò soli Petro dantur claues regni cœlorum, nec alius beatorum quisquam accepturus est? quod si dictum est hoc [Dabo tibi claues] cæteris COMMVNE, cur non simul omnia communia? nam hîc & illud veluti ad Petrum videtur dictum, [Quæcunque ligaueris, &c.] CAETERVM in Euangelio Iohannis Saluator dans Spiritum sanctum Discipulis, ait, [ACCIPITE Spiritum sanctum, quorum peccata remiseritis, &c.] *Cum igitur (vobis fatentibus) Patres, præter Origenem, omnes Protestantibus faueant, illi iam Origenem causæ suæ testem locupletissimum nacti, Patres omnes veluti Patronos sibi iure vendicabunt.*

d Maldonat. Iesuit. com. in Matth. 18. 18.

e Bellar. quo supra. § De priore.

**Origen. tract. 1. in Matth.*

Secunda instantia. Vbi Patrum omnium sententiâ vnanimi à Pontificijs abiectâ, Iesuitæ sensum nouum commiscuntur.

Aduersarius. [f] Non eo sensu, quo Patres, dictum interpretor; sed eo sensu, quo super solum Petrum ædificata est Ecclesia,

f Maldonat. quo supra.

Ecclesia, quo soli Petro datæ sunt claues. *Ita Pontificis causam agis, (Maldonate) acsi ipsum Pontificem agas: Patrum omnium autoritate explosa.* Ego *(inquis)* interpretor. *Vestram audaciam aliquâ saltem rationis specie fucare oportuit, atque etiam fucâstis.* § Solum Petrum accepisse hanc autoritatem ex pluribus circumstantijs probatur, quibus Christus Petri personam designauit, 1. exprimens personam singularem, [Tibi inquit: 2. addit [Simon] nomen illi à natiuitate inditum: 3. [filius Ionæ] adiunxit nomen Patris: 4. [Petrus] nomẽ recens à se impositum: 5. promittuntur claues illi, qui respõderat [Tu es filius Dei viui,] quod solus Petrus fecerat: illi dictum est [Tibi dabo claues, &c.] idcirco soli Petro Christus promisit se claues, id est, summã potestatẽ daturũ. *Futile sophisma, quod Figurã dictionis Logici appellant, distinctionis vi explicandum: duplex enim est istorum verborum syntaxis, prima sic, Christus* soli promisit Petro se daturum claues: *secunda sic, Christus* promisit se daturum soli Petro claues. *Constructio prima significat eam promissionem ad solum Petrum dirigi, non item ad alios Apostolos: posterior indicat Christum negare se rem promissam alijs vnquam daturum. Si primam vrges, nos consentientes; si posteriorem (fatente* Iesuitâ) *dissentientes habetis Patres vniuersos: neque enim qui promissionem vni facit, rem promissam alijs negat. Promittit soli Petro salutarem perseuerantiam, Luc.* 22. [Oraui ne fides tua deficiat:] *at soli Petro hoc non præstitit. Aduocatus.* Christus etiã pro alijs Discipulis Patrem rogat. * Ioh. 17. [Pater sanctifica eos in veritate,] quibus verbis fidei ac veræ doctrinæ perpetuam stabilitatem significauit. *Denique, si vel tu Bellarmine, vel* * *Sacroboscus ille tuus, huic rationi meæ responsum aliquod fortè adaptans, dixerit,* Huic tuo (*N*) argumento responsum dabo. *An qui mihi & meo vni argumento responsum vnum promittit, non est responsa, in alijs, ad alios aliquando daturus? non igitur si quid potestatis Petro delatum, id propterea in alios Apostolos collatum esse æquis animis negare possitis.*

§ *Ibidem.*

* *Maldonat. supra*

* *Ioh. 17.*

* *Qui librum edidit in defensionem Bellarmini.*

CAPVT XXVII.

Locus tertius discutitur.

*Ioh.21.15.

*Ioh. 21. [Dicit Simoni Petro Iesus; Simon Ionæ diligis me plusquam hi? Dicit ei, Etiam Domine, tu nosti quòd amem te; dicit ei, pasce agnos meos. Dicit ei secundò, Simon Ionæ diligis me? dicit ei, etiam Domine, tu nosti quod amem te; dicit ei, pasce oues meas. Dicit ei tertiò, Simon Ionæ diligis me? tristis fuit Petrus, quòd tertiò dixisset ei, Amas me? dixitque ei, Domine, tu omnia nosti, tu nosti quod amem te; dicit ei Iesus, pasce oues meas.] *Quid ex his? Pontificiorum obiectio obscurè & perplexè admodum ab illis proponitur, quam, vt enucleatius explicetur, in Logicorum trutina syllogistica expendemus accuratius.*

Obiectionis forma integra.

Pascere est regere, sed in hoc loco Iohan. 21. [Simon pasce oues, &c.] solus Petrus præcipitur totam Ecclesiam pascere: Ergo solus Petrus toti Ecclesiæ, adeoque ipsis Apostolis Monarcha vniuersalis præficitur.

Obiectionis propositionem maiorem discutiemus.

a Bellar. lib. 1. de Rom. Pon. ca. 15. eodem modo Sanderus, Stapleton. Salmeron, & Iesuitæ alij.

Aduersarius. a Lutherus contendit per illam vocem [pasce] nullam dari nouam potestatem, sed tantùm iniungi officium diligendi, prædicandi, docendi Petro, qui iam ante constitutus erat Apostolus, non quidem Ecclesiæ vniuersæ, sed cuiusdam portionis; quemadmodum & cæteri Apostoli & Pastores. At verò difficile non erit ex voce [pasce] demonstrare summam potestatem illi tribui, cui dicitur [pasce oues] i. quia pastoris est non tantùm præbere cibum, sed etiam ducere, reducere, tueri, præesse, regere, castigare;

hoc

hoc idem efficacius demonstrari potest ex græco verbo ποιμαίνειν, id est, pasce regendo, vnde Agamemnonem Homerius vocat ποιμένα λαῶν, & Chrysostomus atque Gregorius curam pastoralem, præfecturam, & regimen appellant. Augustinus etiam in hunc locum, Dominus, inquit, oues suas Petro pascendas regendasque committit. *Pascere, esse quidē quodam modo regere Ecclesiam, demonstrâsti, quis negat? enimuerò ita verbo regere, vt aut summo iure quis dominetur, aut nouam aliquā potestatē Apostolatu maiorē consequatur, et si tenere perpugnaciter vultis, at tueri profectò non potestis: priorē enim tumorem ipse beatus Petrus pungit.* * Pascite gregem Dei, non vt dominantes clero. *Secundum fucum Sanctus Paulus detegit.* * Et ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem Pastores & Doctores. *Vbi videtis pastoratum quatuor gradibus Apostolatu inferiorem; de hoc secundo* * *supra fusè diximus, de priore plura* * *infra dicturi. Deinde, vt tantam concedamus esse auctoritatem* pascendi, *quantam cupitis, tamen eam exercendam esse in* Oues *tantùm, non in alios* Pastores, *vel exemplum illud Homericum (quod affers) te docere potuit, vbi Agamemnonem suum ducem* ποιμένα λαῶν, Pastorem populorum *vocat; populorum, inquam, non* Pastorum, *seu* βασιλέων, *quod tamen in Assumptione efficere totis viribus contendisti.*

* 1. Pet. 5. ver. 2. 3.
* Ephes. 4.
* Apolog. huius lib. 3. cap. 11.
* infra in Applicatione.

Assumptionem hanc [Sed soli Petro vniuersam Ecclesiam ipsosque adeo Apostolos pascendi ius summum imponitur] *ex tribus vocabulis textus, seu ex totidem scirpis, contexere conantur;*

videlicet ex { *verbo,* Pasce, / *nomine,* Oues, / *pronomine,* Meas.

Ex primo vocabulo duplicem obiectionem eruunt:

quarum altera { *Numerum,* / *Tempus,* } *respicit.*

Ex numero.

Aduersarius. [b] Hactenus de verbis illis Domini, Matth. 16. [Dabo tibi claues] disseruimus; quibus Apostolo Petro summa potestas Ecclesiastica promittebatur. Nunc de verbis illis disputandum est, quibus eadem potestas eidem Petro data fuit, [pasce oues meas:] & primo ex verbo [pasce] quod soli Petro dictum est. *Quid? ita hoc soli* Petro *concessum, vt alijs omnino negatum? hoc enim est τὸ ζητούμενον huius quæstionis: quod vos multis coniecturis, tanquam cæcis canibus venamini.*

[b] *Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. ca. 14.*

Coniectura prima.

Aduersarius. [c] Probamus alios Apostolos disertis verbis excludi: [Diligis me plus his?] quod soli Petro dictum esse manifestum est: ait enim [Simon diligis?] ex trina interrogatione [Diligis?] ex responsione, [Diligo, &c.] cæteros etiam excludi, constat ex verbis comparationis, [plus his.] *Purus putus Elenchus est*, à non causa: *nec enim Dominus ideo Petrum*, quia plus alijs eum dilexerit, pascere oues præcipit, *sed quia Petrus plus alijs Dominum antea negauerat, quærit an dilexerit. Reus.* * Ideo ter eum Pastorem rogat Christus, vt tres abnegationes, quibus sibi Petrus æternum probrum contraxerat, abolitæ, eius Apostolatum non impediant, quemadmodum prudenter obseruant Chrysostomus, Augustinus, Cyrillus, & alij. *Ne qua cuiquam subsit male fidei suspicio, en Aduocatus.* [d] Ex Cyrillo, Augustino, & alijs in hunc locum discimus, Petrum ter interrogatum an diligeret PLVS CAETERIS, QVIA ter Dominum negauerat. *Patronus.* * Redditur trinæ negationi trina confessio, NE minus timori lingua seruiat, quam amori: vt sit amoris officium pascere Dominicum gregem, si fuit timoris indicium negare Pastorem. * Vt trina negatio æquali

[c] *Ibid.* §Secundò probatur *et Maldonat. Iesuit. com. in Ioh. 21. Staplet. Antidot. in eundem locum.*

* *Caluinus in hunc locum.*

[d] *Bellar. quo supra.* §Tertiò probatur.

* *August. in Ioh. Tract. 123.*

* *Cyrillus in Ioh. lib. 12. cap. 64.*

æquali confessionis numero compensetur, quæritur an PLVS COETERIS diligeret: nam qui maiorem clementiam in se Domini fuit expertus, maiore amore affici inre debebat. *Atque etiam illustriùs paulò post.* Trinâ confessione Petri trinæ negationis delictum euacuatum est: dicit autem, Pasce agnos meos (*cardinem ipsum quæstionis tenet*) APOSTOLATVS renouans dignitatem, ne propter negationem, quæ humanâ infirmitate accidit, labefactata videretur. *Quid aliud Caluinus?* * Causa fuit, ne Petri Apostolatus impediretur. *Quid non aliud Bellarminus?* ᵉ Causa fuit, vt nouus & summus pastoratus Petro daretur.

* *Caluin. quo supra.*
ᵉ *Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 14.*

Secunda coniectura.

Aduersarius, ᶠ Cùm is plus amat, cui dicitur, Pasce oues; constat traditam esse Petro potestatem ampliorem, propter maiorem eius amorem. *Antecedens leue coniecturâ nititur, quia Aduocatus.* ᵍ Cùm Petrus Domino quærenti, [Diligis me plus quàm hi?] respondet, Etiam Domine, tu scis quia amo te: notant Theodorus, Chrysostomus, Theophylactus, & Bernardus in Serm. De diligendo Deo; nona vsum respondere Petrum, SE PLVS Christum quàm alios amare: sed eum moderatiùs dicere, se quidem eum amare; ipsumque, quem nihil lateret, Dominum proferre testem, factum scilicet cautiorem post negationē. Cùm enim anteà dixisset, se animam pro Christo positurum, cap. 13. 37. Paulò post Christum negauit: cuius nunc memor temeritatis, nihil nunc audet magnum de se polliceri, sed rem omnem ad Christi iudicium referre, quod falli non possit. In quam sententiam eleganter admodum * Augustinus: Hunc inuenit exitum ille negator, & amator, præsumendo elatus, negando prostratus, flendo purgatus, CONFITENDO PROBATVS, patiendo coronatus. *Hæc Aduocatus, qui tantos Patres reijciens, repentè Aduersarius est factus.* ʰ Mihi verò videtur Petrus non obscurè significasse, se plus alijs Dominū diligere, quia quæstioni respondens, ait: [ETIAM,

ᶠ *Sanderus lib. 6. de visib. Monar. cap. 4.*
ᵍ *Maldonat. Iis. Comment. in hunc locum.*
* *Tract. 123.*
ʰ *Mald. Ies. quoiam supra.*

Domine, tu ſcis, quia amo te.] Vox, Etiam, quid ſibi vult? *Quaſi vis huius vocabuli te virum eruditum latere potuerit; qua tantùm valet, vt verba ſequentia aſſeuerantiùs affirmet,* [Tu ſcis quia amo te] *id quod & ratio, quam Patres afferunt, ſatis docet, & horum verborum,* plus his, *prudens omiſſio probat, & Textus denique ipſe,* [ναὶ κύριε σὺ οἶδας, &c.] *vbi vox* Etiam *nullo commate à ſequentibus diſiungitur, manifeſtè confirmat. Et eſt denique à collega tuo diſerte comprobatum.* [i] Quia Petrus ante paſſionẽ ſuperbè reſponderat, ſe omnibus præferens. [Licet (inquit) omnes ſcandalizati fuerint: ego nunquam ſcandalizabor:] tam interrogatus an diligeret Dominum plus alijs: non ſe præfert cæteris, ſed iudicium ſui Domino defert: Tu ſcis, &c. *Quod ad conſequentiam. Si honor ex amore æſtimari debet, cur non maiorem Iohannis dignitatem fuiſſe probemus, quem (Aduocatus)* [k] Dominus plus cœteris dilexit; *quàm Petri,* qui plus cœteris Dominum? [l] Denique Auguſt. Non addidit, inquit, Petrus, [plus his] quia cor aliorum videre non poterat.

[i] *Valent. Ieſ. Analyſ. lib 7. cap 8.*

[k] *Toletus Ieſ. ſupra in hac parte lib. 3. cap. 7.*

[l] *Sá Ieſuit. Schol. in eum locum.*

Tertia Coniectura.

Aduerſarius, [m] Nullus alius Apoſtolorum nomen Paſtoris accepit. *Tantùm nomen quæris? puerilis ἀτεμαχία eſt, cùm de re conſtat, de verbis laborare. Ius ipſum paſtoratus illis denegas? quem tu Paſtorem defendes tandem, qui Apoſtolos Paſtores non agnoſcis? in quorum Apoſtolatu paſtoratus, veluti in Epiſcopatu presbyteratus, viz. dignitas minor in maiori, continetur. Aduocatus.* [n] Epiſcopos Paſtores, & primates dici, atque eos in hoc admoneri, in Eccleſia ſe locum tenere Apoſtolorum. *Denique* [o] Epheſ. 4. [Dedit alios paſtores, &c.] per Paſtores, in hoc loco ego intelligo Epiſcopos & Presbyteros. *Etiam Presbyteris Paſtorum honorem tribuitis, Apoſtolis derogatis? inſcitè omninò, ne dicam, impiè, cùm præſertim,* [p] Chriſtus, Cùm dicit, [Ioh. 20. Sicut me miſit Pater, ita ego mitto vos, &c.] ſignificat ſe ſummum paſtorem alios Apoſtolos PASTORES feciſſe.

[m] *Sanderus lib. 6 de viſib. Monarc. cap. 4.*

[n] *Ribera Ieſ. Cõ. in Mich. 5. nu. 59.*

[o] *Salmeron Ieſ. in hunc locum.*

[p] *Toletus in Ioh. 20.*

Quarta

Quarta coniectura.

Aduersarius. q Paulò post in eodem capite, vers. 19. & 20. [Et cùm hoc dixisset, dicit Petro, sequere me: conuersus Petrus, vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem, & dicit, Hic autem quid?] nunquam Petrus interrogâsset, [Hic autem quid?] quid Iohannes acturus esset, si intellexisset dictum omnibus, Pasce oues: neque Dominus dixisset, Quid ad te? tu me sequere: sed dixisset, idem faciet quod tu. *Interrogatio Petri non nascitur ex illis verbis,* Pasce oues, *quibus Christus officiũ Petri expressit, sed ex verbis proximis, quibus eius Martyrium prædixit: non de pastorali cura agitur omninò. Aduo.* r Patres aliqui dicunt Petrum noluisse à Iohanne separari, sed optâsse vt Iohannes etiam Christum sequeretur, id est, cum illo moreretur. Responsio Christi haud obscurè indicat, Petrum genus quoddam beneficij ac priuilegij esse existimasse, quòd Ioannes violentam cum eo non subiret mortem, adhuc Petrus non Spiritu sancto firmatus, & in nouum mutatus hominem, vt homo loquebatur. Credo ego Petrum duabus contrarijs rationibus in eam impulsum fuisse dubitationẽ: vna ex parte cùm sciret quantopere Christus Iohannem diligeret, persuadere sibi non poterat, Christum concessurum, vt Iohannes mortem violenter subiret; altera verò ex parte, cùm eum sequentem videret, conijciebat eum pro Christo moriturum: in hanc ancipitem cogitationem adductus, quæstionem Christo proponit, [Ille autem quid?] Christus respondet, Quid ad te? *Viden' igitur, Bellarmine, quantum tu à scopo huius textus aberrasti? Hæc de numero: Nunc*

q *B. Bar. lib. 1 de Rom. Pont. c. 17.*

r *Mald. Ies. Com. in hunc locum.*

De tempore, quod sibi adsciscat hoc verbum, Pasce.

Coniectura quinta.

Aduersarius. s In hac voce, Pasce, iubet vt incipiat ab illo tempore,

s *Baronius lib. 18. de notis Eccles. cap. 1.*

tempore, quo hæc Christus dixit: Pasce, inquit, non pascas, aut aliquid huiusmodi, quod respiciat futurum: aut illo tempore nullæ aliæ erant Oues, nisi Apostoli ac nonnulli alij Discipuli: inprimis igitur Apostolorum cura & gubernatio Petro commissa est. *O hominis acumen!* pasce, *vox Imperatiui modi (risum continete viri Grammatici) non respicit tempus futurum. Præceptum hoc*, Sanctifica Sabbatum, *ad hodiernum Sabbatum colendum homines obligat, proximum (adeste prophani)* non respicit. *Vel sic*, hâc voce, Sanctifica, *præcipit quidem Dominus te sanctificare Sabbatum, sed vt* Sanctifices *Sabbatum non præcipit: perinde ac si in hunc modum excipiat te hospes tuus*: Ede quæso *(mi Bozi)* ne edas. *Qui sic senem inuitat, dimittat incænem. Postremò, tu contradictionis tuæ cornibus confodiendus es.* Hac voce, pasce, non præcepit Petro Christus *(inquis)* vt de futuro pasceret Ecclesiam: *& tamen* [t] Autoritati huius mandati, pasce, Petrus *(inquis)* ordinarius Ecclesiæ pastor constitutus, multis post annis pascebat Ecclesiam. *Ain? diu post pascebat? si illicitè, hæc vox* Pasce, *præceptum non habuit; si licitè, tum quod habuit præceptum (æquè ac* pascas) *extenditur in futurum.*

t *Bozius in eodē loco.*

Dilemma.

CAPVT XXVIII.

Secundum vocabulum, Oues.

Coniectura sexta.

Auersarius. [a] Ioh. 21. [Pasce, &c.] bis habetur (vt est in Latinis codicibus correctiùs,) pasce agnos meos: at [pasce oues] nisi semel: ad significandum, Episcopos *(atque etiam Apostolos)* veluti agnellorum matres Petri autoritati fuisse subiectos. [b] Per, Oues, Pastores & Episcopos, etiam Apostolos significat: per Agnos, reliquos fideles. Omnium igitur, nemine excepto, cura vni Petro commissa est à Christo; manifestè significans, se Vicarium eum in terra Ecclesiæ suæ instituere. Nec possunt hæretici hoc tam euidens testimonium

a *Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. c. 16.*

b *Toletus Iesuita Comment. in Ioh. 21. Annot. 7.*

teſtimonium Pontificiæ authoritatis effugere: vnde neceſſe eſt, vnum ſemper eſſe in Eccleſia Pontificem, qui agnos & oues gubernet. *Vah quàm athleticè, imo ridiculè. Sed prius loquatur Reus.* * Adoratores beſtiæ ad ſtabiliendam illius tyrannidem non minùs impudenter quàm impiè ex his voculis arripiunt, quaſi per, Agnos, ipſi Apoſtoli reliqui intelligantur. *Aduerſarius.* [c] Plena eſt ineptiarum, & impietatis annotatio. *Vel tua potius taxatio, nam Aduocatus.* [d] Non ſubtiliter diſputandum eſt, cur Chriſtus agnos potiùs quàm Oues appellauerit: quod qui fecerit, videat ne doctis (*enigitur Ieſuitas ridiculos*) riſum præbeat: ſatis enim conſtat eoſdem (*Iudice Scriptura*) nunc Agnos verſ. 17. nunc Oues appellari: quodſi quid diſcriminis eſt inter OVES & AGNOS, id non in re, ſed in voce eſt; quod cùm idem ſint, tamen vocabulum Agni blandius eſt, & maiorem amorem præ ſe fert. *Atque etiam quod Matth.* 10. [Mitto vos tanquam πρόβατα, Oues, in medio Luporum.] *Lucas habet cap.* 10. [ὡς ἄρνας, tanquam Agnos.] *Mitto nomen, venio ad*

* *Beza in hunc locum.*

[c] *Stapelt. Antid. in Job.* 21.

[d] *Mald. Ieſ. Com. in Iob.* 21.

Pronomen, μῦ, Oues meas.

Coniectura ſeptima.

Aduerſarius. [e] Reſtat tertia quæſtio, num per Oues meas, intelligatur tota Eccleſia: negant id Proteſtantes, nobis autem exploratum certumque eſt, omnes omninò Chriſtianos, etiam Apoſtolos Petro, tanquam ouiculas commẽdari cùm dicitur, [Paſce oues meas.] Ad quod probandum inſignem nobis rationem ſuppeditat Pronomen, Meas, quod ſine vlla reſtrictione profertur, ([f] Æquipollens ſigno vniuerſali) manifeſtè ſignificans Chriſtum gregem ſuum vniuerſum Petri curæ commiſiſſe; nec enim vllus eſt in Eccleſia ne quidem Apoſtolus, qui ſe Chriſti ouem eſſe non gloriętur. *Connexionis ratio hæc eſt, vox* Oues, *ſine reſtrictione dicitur, ergo ſine omni exceptione ad omnes extenditur. Hanc conſequentiam facile exſibilant omnes Dialectici, apud quos hoc*

[e] *Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 16 in princ. & paulò poſt.* § Deinde.

[f] *Ibidem.* § Reſpondeo Pronomen.

decretum obtinuit * propositiones indefinitas non nisi pro ratione subiectæ materiæ vel vniuersaliter vel particulariter esse interpretandas. *Vt cùm dico, Homo est animal, & Homo est doctus.* Tὶ Homo *in priore* OMNEM *hominem includit; in posteriore tantùm* aliquem: *sed alterum propter necessitatem materiæ, alterum propter indifferentiam. In quæstione proposita inflo, & decretum illud Logicum exemplis illustro Theologicis. Aduocatus.* * Hæc dicit Dominus Deus, ecce ego ipse super PASTORES requiram GREGEM MEVM de manu eorum. *Animaduerte*, Pastores *multos, & tamen vnum* Gregem *etiam cum eodem Pronomine* Meum, *sine vlla restrictione proponitur. Quo loquendi modo in Testamento nouo Sanctus Gregorius Pontifex liberè est vsus.* * Quisquis virtutibus pollens gregem Dei pascere renuit, Pastorem SVVM conuincitur non amare. *Disputo. In istis vox* Grex *indefinitè sumpta, vel vniuersaliter vel particulariter interpretanda est; si vniuersaliter, pro vniuersis, tum quilibet Pastor in alios pastorale ius plane vniuersale exercere potuerit: sin particulariter,* pronomen, Meum, nullam rationem suppeditat, *vt aliquis vnus Pastor præficiatur vniuersis. Cùm enim Christus omnibus hoc mandatum nouissimum simul imposuit,* Docete OMNES Gentes, *nec terminos restrinxit, nec cuiquam tamen gentem certam designauit, vt* ᵍ Vel Paulus dixerit solicitudo (*prout Occasio tulit*) omnium Ecclesiarum mihi incumbit. *Breuitati studeo. Reliqua perstringam pancis. Ioh.* 20. [Sicut me misit Pater, ita ego mitto vos] *hinc Iesuita vnus.* ʰ Significat officium Apostolorum, ac si diceret: Ego, qui Pastor sum, mitto vos, vt sitis PASTORES. *Nec non alius.* ⁱ Idem quod Christus exhibuit Petro in his verbis: [pasce oues] dedit quoque alijs in istis, [Ego mitto vos in vniuersum mundum,] viz. plenissimam iurisdictionem etiam exteriorem. *Ex quibus concludere necesse est. 1. Ergo Apostoli non in Ouium, sed in Pastorum numero censentur. 2. Ergo vox,* pasce, *nihil tribuit Petro, quod non in illis verbis,* [Mitto vos,] *alijs pariter concedebatur, quod* * *supra ex Aduocatis luculenter ostendimus: nunc Patronos*

Sanctos

* *Arist. περὶ ἑρμηνείας.*

* *Ezech. 34. secundum vulg. Editionem.*

* *Greg. magnus lib. 2. De cura Pastorali. cap. 5. Dilemma.*

ᵍ *Episc. Espens. in 1. Tim. 1.*

ʰ *Toletus Iesuita in Ioh. 20.*

ⁱ *Bellar. vide supra.*

* *Supra.*

Sanctos Patres adeamus.

* Ait Christus Petro: pasce oues meas: hoc verbum factum ex ipso actu cognoscimus: & COETERI discipuli similiter fecerunt. Pastores sunt omnes, sed Grex vnus, qui ab APOSTOLIS OMNIBVS vnanimi consentione pascatur. *Et paulò ante,* * Apostolis omnibus post resurrectionem parem potestatem tribuit. * Ergo, fratres, cum obedientia audite, oues vos estis Christi, quia & nos cum timore audimus, (*quod dictum est Petro, sibi applicat Augustinus Pastor, non vniuersalis*) Pasce oues meas. * AEqualitatem alijs tribuit, quia dictum est, Quorum remiseritis, &c. * Si hoc Petrò dictum videtur, [Quodcunque ligaueris,] cæterum Saluator omnibus Discipulis dans Spiritum sanctum dixit: (*Scriptura Iudice*) Accipite Spiritum Sanctum, quorum peccata REMITTERITIS, remissa sunt. * Parem potestatem alijs, dicens, Accipite Spiritum, &c. * Ex æquo super omnes, vbi dicitur, Quorum remiseritis, &c. [k] Etiam maximus ille omnium Theologorum Aristoteles * Augustinus ait; per illa verba, Dabo tibi claues, iudiciariam autoritatem dari non solum Petro, sed etiam alijs Apostolis, & toti Ecclesiæ in Episcopis & Presbyteris. *Imo maior maximo Theologorum, ipsa Scriptura hoc docet. Aduocatus.* [l] Nihil est dictum Petro, quod non alijs, nam (*Iudice Scriptura*) sicut Petro dictum est, [Quodcunque ligaueris, &c.] Ita alijs, [Quorum remiseritis, &c.] *De quo* * *supra vberius. Restat*

* *Clemens Rom. ad Clerum Carthaginens. apud Cyprian. Epist. 3.*
* *Cyprianus de vnit. Eccles.*
* *Augustin de verbis Domini Serm. 62.*
* *Ambros. in Psal. 39.*
* *Origen. Tract. 1. in Matth.*
* *Cyprian. supra.*
* *Hieron. contra Iouin. lib. 1. ca. 2.*
k *Ludouic. Arelatens. Card. vt refert Aeneas Syluius in hist.*
* *Conc. Basil. sol. 12.*
* *August. in Mat. 18.*
l *Gratianus.*
* *Vide supra.*

CAPVT XXIX.

Locus vltimus.

* *Luc.* 22 31. *LVc. 22. Simon, Satanas desiderauit cribrare vos, ego autem oraui pro te, ne fides tua deficiat: tu autem conuersus confirma fratres.

Ex his Obiectionem duplicè extrahunt Pontificij: viz. alteram ex
- *Priuilegio non errandi, in his verbis:* [Oraui pro te, ne fides deficiat.]
- *Officio confirmandi, in istis:* [Tu confirma fratres.]

Obiectio prima.

Aduersarius. [a] Hoc Sole clarius facit pro autoritate Petri, super alios; est talpâ cæcior, qui id non videt. *Siccine mea lynx? sed agite.* [b] Est locus valdè illustris, quo Catholici principatum Petri probare consueuerunt. [c] Primatus Petri ex hoc loco probatur. *Reus.* * Magis puerile est, quod hi comminiscuntur (*Pontificij*) quàm vt responsione indigeat. *Enimuerò Caluine, quod tu* puerile *vocas, id Pontificijs virile & planè Achilleum videtur. Aduersarius.* [d] Cùm Christus, [Satanas desiderauit cribrare vos] non formam loquendi mutans, ait Petro, [Ego autem PRO TE oraui, ne fides tua deficiat] & [Tu conuersus.] Ergo aliquid speciale Petro Christus impetrauit. *Esto, hoc quid sit expedi.* Priuilegium primum est, vt ipse nunquam veram fidem amitteret, quantumuis tentaretur à Diabolo: secundum, vt nunquam possit aliquid docere contra fidem. *Quid? vt aut solus Petrus sine alijs, aut etiam supra alios in fide permanserit? Aduocatus.* [e] Apud Ioh. 19. illud notandum occurrit, quòd imbecilior sexus tum firmior apparuit, quando fugientibus Apostolis mulieres pleræque circa crucem inuentæ sunt: cum ijs tamen

[a] *Rossens. Episc. Art.* 25.
[b] *Valent. Ies. Analys. lib.* 7. *cap.* 3.
[c] *Bellar. lib.* 4. *de Rom. Pont. cap.* 3 *in initio.*
* *Caluin. Instit. lib.* 4. *cap.* 7. § 28.
[d] *Bellarmin.*
[e] *Jansenius. Concord. in Ioh.* 19. 25. *pag.* 141.

men affuit vnus ex Apoſtolis Ioannes, qui ſingularem ſuum erga Dominum dilectionem declarabat, qui cæteris fortè omnibus præ confuſione aut metu latitantibus, iuxta crucem cùm matre aſtare non erubuit. [f] Quique viſo ſigno in ſepulchro Chriſtum reſurrexiſſe credidit, quo viſo PETRVS NON CREDIDIT. *Poſt reſurrectionem etiam Apoſtoli alij eodem* non errandi *priuilegio minimè caruerunt.* [g] Apud Ioh. 17. [Cùm venerit Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem,] id eſt, Vos Apoſtoli inſtructi & perfecti eritis in omni doctrina mea, quam Eccleſiæ meæ manifeſtare intendo, quæ ad credenda, aut facienda, aut Eccleſiam regendam pertineant. [h] Magna cum ratione putandum eſt, Apoſtolos OMNES non ſolum DEFICERE NON POTVISSE, ſed nec errare in fide. *Illud igitur* Speciale, *quod Chriſtus impetrauit, vlterius eſt inquirendum.*

[f] *Toletus Ieſuita com. in Ioh 19.*

[g] *Idem in Ioh. 16*

[h] *Salmer. Ieſ. com in Gal. 2. diſp. 24 § Ad quartam.*

Secunda Obiectio.

Aduerſarius. [i] Erat principatus in alios Apoſtolos, adeoque in vniuerſam Eccleſiam, quod ſanè ex vocabulo confirmandi probatur, [Tu conuerſus CONFIRMA fratres.] [k] Quod autem Petri officium Beza exponit ad exemplum & cæteras virtutes pertinere, quibus cæteris præire debuit, eſt gloſſa à Chriſti mente alieniſſima. *Nullus ſuæ mentis compos hoc dixerit. Aduocatus.* [l] [Tu conuerſus,] quaſi dixerit, Alij tentabuntur, tu autem grauiſſimè, Ego, igitur, orauì pro te, tu itaque conuerſus ad me, oratione & EXEMPLO confirma fratres tuos: ita demùm fiet, vt Satanæ ſtudium irritum euadat, cùm ille te grauiter ad ruinam compulerit, fratrum tuorum confirmationem eſſe viderit. [m] Quaſi dicat (inquit Beda) ſicut ego tuam fidem ne deficiat orando protexi; ita tu fratres ne deſperent, confortare memento. [n] Hoc intelligendum eſt, inquit Theophylactus, non ſolùm de Apoſtolis, qui tunc erant, vt roborentur à Petro, ſed de omnibus, qui vſque ad finem mundi futuri ſunt, fidelibus, ne aliquis credentium diffidat, VIDENS (*videlicet exemplum*) eum qui

[i] *Bellarminus, Roſſenſis, & alij ſupra.*

[k] *Stapleton. Antidot. in Ioh. 21.*

[l] *Arias Montan. in hunc locum. pag. 264.*

[m] *Aquinas in Catena aurea. in Luc. 22.*

[n] *Ibidem.*

cùm esset Apostolus denegauit, ac iterum per pœnitentiam obtinuit *(Ordinis)* prærogatiuam, vt esset antistes totius mundi. ° Id est, sicut ego orando te protexi (inquit interlinearis Glossa) ne deficeres; sic tu infirmiores fratres EXEMPLO tuæ pœnitentiæ confortа, ne à venia desperent. *In quo patientiæ Christi, non Petri prærogatiuæ documentum maximè elucescat. Patronus.* ℗ Hic admirare exuberantiam diuinæ patientiæ (inquit Cyrillus) ne diffidere discipulum sineret, nondum patrato crimine, largitus est veniam. *Lucu-* *lentissimè verò omnium Chrysostomus.* * Permissione diuinâ Petrus negabat Christum, vt Petrus, quia verbis *(Christi hoc prædicentis)* non crederet, à rebus ipsis erudiretur. Ergo dixit Christus, [Rogaui pro te, ne fides tua deficiat] hoc enim vt vehementiùs eum tangeret, dicebat, significans eius casum multo PEIOREM esse aliorum discipulorum, & ideo maiori patrocinio indigere: duplex enim crimen (*Petri*) fuit, tum quia repugnauit & restitit, tum cæteris seipsum præposuit, imò verò quia totum sibi imposuit. His mederi volens, cadere illum permisit, & ideò cæteris prætermissis ad eum orationem direxit, dicens, [Simon ecce Satanas expetiuit cribrare vos sicut triticum,] id est, tentaret, perturbaret, vexaret: [Ego autem orauí pro te, ne deficiat fides tua,] cur si omnes cribrandi, pro omnibus deprecatus non est? patet, quia quod paulò antea dicebam, peior esset futurus eius quàm aliorum lapsus, ad eum conuertit orationem. *Vnde Iesuitarum difficultates omnes, quæ obijci solent, expedire nullo negotio possumus:* 1. *cùm singuli cribrandi essent* [cribrare vos,] *cur pro solo Petro orat,* [pro te rogo?] *nimirum,* * Quia Petrus grauiùs erat lapsurus, ideoque maiori patrocinio indigebat. 2. *Cur Petro dixit,* [Confirma fratres?] * Vt exemplo suo alios peccatores omnes ad pœnitentiam; & experimento ad veniæ confidentiam erudiret. 3. *Quomodo non solus præest omnibus, qui omnes confirmat? tantum abfuit vt Christus principatum Petri innuerit, vt ideo potiùs* * grauiùs alijs omnibus peccare *Christus* permitteret, quòd omnibus Petrus seipsum præposuit. *Explosa errore, veritatem*

° *Eman. Sà Iesuit. schol. in Luc. 22.*

℗ *Aquinas quo supra.*

* *Chrysost. in Mat. 26 hom. 73. ante medium.*

* *Chrysost.*

* *Theophyl. Cyril. Beda, iam supra.*

* *Chrysost.*

in

in ſcenam producemus, adeſt enim

Locus Scripturæ, quo Proteſtantes probant, Petrum fuiſſe Eccleſiæ ſubiectum.

*Matth. 18. Dixit Dominus Petro, ſi peccauerit in te frater, &c. ſi eos non audierit, dic Eccleſiæ.] *Aduocatus.* * *Matth. 18. 17.*

q Ergo (ait Gerſon doctor Pariſienſis) debuit Petrus, ideoque Papa Eccleſiam ſuperiorem agnoſcere. *Reſpondet Aduerſarius.* r Reſpondeo, implet hoc præceptum Pontifex cum priuatim aliquem corripit: deinde teſtes adhibet: poſtremò dicit Eccleſiæ publicè excommunicando. *Hoc eſt acu rem attingere, ſcilicet, ſed Aduocatus.* s Dixit Chriſtus Petro, dic Eccleſiæ, NON DIXIT, DIC TIBI IPSI; planus eſt ſenſus, dic multitudini congregatorum, quæ (*Scripturâ Iudice*) in Actis Concilium dicitur Eccleſiæ. *Inſuper tuus, Bellarmine, ſpiritus ſubtilis à fratre tuo Ieſuita exploſus eſt.* t Cum dicit Dominus Petro, [Dic Eccleſiæ,] Chriſtus ibi non cum perſona Petri, vt erat futurus ſummus Eccleſiæ Paſtor, loquutus eſt, ſed doctrinam tradidit in COMMVNI pro omnibus fidelibus, qui Eccleſiæ (*quidni itaque Papam æquè diſtringat?*) prælati vnquam futuri eſſent, quique ab iſto Collegio Diſcipulorum, cum quibus Chriſtus agebat, repræſentabantur. *De promiſſis atque præceptis, in quibus Petri autoritatem aſſeri Pontificij putarunt, ſatis prolixè diſſerimus. Nunc*

q *Bellar. lib. 2. de Concil. cap. 19.*
§ *Item inſtant.*
r *Idem ibidem.*
s *Concil. Baſil. Patres, vt refert Æneas Syluius de geſtis huius Concil.*
t *Greg. Val. 1ef. Analyſ. lib. 8. c. 7.*
§ *Ad quartum.*

CAPVT XXX.

An Petrus ex actis & geſtis aliquod ſuæ præpotentiæ argumentum vnquam præbuerit.

Aduerſarius. a Actorum decimo viſio oſtenſa eſt vocationis Gentium, in qua Petro dictum eſt, [*Macta & manducа.

a *Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. cc. 12.*
* *Act. 10.*

manduca,] est autem capitis manducare, & per manducationem trajicere cibum in stomachum. Hac metaphorâ significatur Petrum constitutum esse caput Ecclesiæ, Infideles convertens, & eos efficiens membra Ecclesiæ. *Non magis hac voce,* Manduca, *Petrus tanquam caput corpori Ecclesiæ præficitur, quàm voce altera,* Macta, *tanquam eius corporis membrum inferius capiti subjicitur. Quid enim?* Capitis est (*inquis*) manducare, *& manuum est* (*inquam*) mactare: *& non modo capiti suo, verumetiam toti corpori inservire. Si in his mysterium quæris, Patronus.* * Quod dictum est Petro, [macta & manduca,] hoc significatum est, quod Ecclesia Catholica omnes, qui in Christum credunt, prius occisura est, & postmodum mandicatura: hoc est, occisura est infidelitatem, & postea inseuerit fidem. *Quid autem est in his Petro proprium? quid non* commune, *non dico cum reliquis Apostolis, sed omnino cum omnibus, qui Euangelium prædicant? Respondemus igitur ex Aduocato.* [b] Non sunt omnes similitudinum partes curiosiùs premendæ. *Certè, neque enim Ioseph, cum exponit Pharaonis somnium, curiosè singula examinat, vt flumina, aut loca palustria. Aduersarius.* [c] In* Act. 12. Pro Petro in carcere constituto oratio facta est à tota Ecclesia: quid ita? quia Patrem quærebant, inquit Chrysostomus. *Inquit* (*inquis*) *Chrysostomus, qui quid inquat, celare tu nos astutè voluisti: addit enim Patronus Chrysostomus.* *Oratio fiebat pro illo, Audite quomodo affecti erant erga* PRAEDICATORES. *Eodem modo etiam Theophylactus. quæris Aduocatos? vide* * *supra, vbi singulas Petri prærogatiuas percurrimus. Nunc tantum Actiones eas attingemus, quas Petrus inter Apostolos alios exercuit.*

*August. inter homil 500. homil. 45.

b Maldonat. Jes. vide supra in qu. de sensu allegor.

c Bellar. quo supra.

* Act. 12.

Actus primus.

Aduersarius. [d] In * Act. 9. [Cum Petrus transiret per omnes] vt dux in exercitu obambulans, inquit Chrysostomus. *Ecclesias visitare erat munus plane Apostolicum: idcirco, Reus.* * Nulla Apostolis attributa est statio, ideoque

d Bellar. vide supra lib. 3. cap. 7. huius Apolog.

* Act. 19.

* Calvinus in eum locum.

ideoque huc & illuc quocunque ferebat occaſio perrexerunt. Quare dum ſinguli in diuerſis partibus occupantur, hanc prouinciam obiuit Petrus: vnde refellitur Papiſtarum ſtultitia, qui ex iure viſitandi, Petri primatum colligunt, quaſi vero reliqui Apoſtoli, cum Petrus Eccleſias luſtraret, tanquam priuati homines etiam Hieroſolymis otium coluerint: deinde, vt demus Petrum fuiſſe primarium Apoſtolum (quod Scriptura ſæpe oſtendit) an inde ſequitur fuiſſe caput orbis? *Aduerſarius.* [e] Mendacijs referta oratio, vnde enim hoc probat Caluinus? ex qua Scriptura? ex qua veteri & approbata hiſtoria? *Videlicet, ex qua Cardinalis veſter, noſter Aduocatus.* [f] Hinc apparuit, quod Apoſtoli, qui remanſerunt in Hieruſalem, non permanebant ibidem, ſed diſcurrebant euangelizando: quod apparet ex verbo Pauli ad Galatas, vbi narrans primum ſuum aduentum in Hieruſalem, poſt triennium conuerſionis ſuæ, dicit ſe duos tantum Apoſtolos vidiſſe tunc, Petrum ſcilicet, & Iacobum fratrem Domini. *Deinde Lucas* omnes *illas* Eccleſias *trinario numero complexus eſt*, Iudæam, Galilæam, Samariam. *Itaque hæc Eccleſiarum non vniuerſarum viſitatio, nullum, vel tenue veſtigium habet vniuerſalis dominij.*

[e] *Stapleton. Antid. in Act. 9.*

[f] *Caietanus in hunc locum.*

Actus ſecundus.

Aduerſarius. [g] Solus Petrus à Chriſto Epiſcopus ordinatus eſt, cæteri à Petro Epiſcopalem ordinationem acceperunt. *Aduocatus.* [h] Eſt hæc ſententia incerta & minus communis. [i] Omnem poteſtatem quam habuerunt, immediatè à Chriſto acceperunt. *Denique, ſi nomen Epiſcopi latè ſumpſeris, Patronus.* [*] Nemo ignorat, Epiſcopos Saluatorem Eccleſijs inſtituiſſe: ipſe enim, priuſquam in cœlos aſcenderet, imponens manum Apoſtolis ordinabat eos (*erat hic gradus Apoſtolatu inferior*) Epiſcopos.

[g] *Bellar. vide ſupra huius Apol. lib. 3. cap. 7.*

[h] *Valen. Ieſuita ibidem.*

[i] *Suarez Ieſuita ibidem, cap. 10.*

[*] *Auguſt. quæſt. 2. ex nouo Teſtam. ſub finem.*

Actus alij omnes.

Aduersarius. [k] Constat ex alijs Petri actis, eum fuisse summum Monarcham Ecclesiæ, alios Apostolos tanquam Oiculas, subditos habuisse. *Ex quibus actis? hoc*, constat, *inter vos inconstans omninò. Nam vnus errorem vestrum sua tergiuersatione prodit, alius nostram veritatem confessione sua profitetur. Aduocatus.* [l] Petrus videbatur (*imò omninò*) quodammodo Pastoratum suum negligere, & inter eos tanquam æqualem, non tanquam maiorem se gerere. *Hic verò.* [m] Et Apostolos alios omnes iurisdictionem cùm Petro æqualem accepisse per totum orbem terrarum, ad omnes actus quos Petrus habuit, patet ex mandatis communibus, *[Docete omnes Gentes:] ex priuilegijs, *Sicut me misit Pater, ita ego vos:] ex *actis & gestis Apostolorum, qui præter Petrum Ecclesias constituerunt, ordinârunt, leges tulerunt. *Quid planius? Coactas Scripturarum expositiones, quas pro Petri vniuersali monarchia inculcâstis, peruerrimus, Iam*

[k] Bellar. Staplet. Sanderus, Borrius, & alij *supra.*

[l] Salmer. Iesc. *com. in* 1. *Pet.* 1. *disp.* 1

[m] Franc. de Vict. Relect. 1. *quæst.* 2. *conclus.* 3.
*Matth. 18.
*Ioh. 21.
*Act.

CAPVT XXXI.

Ad earum applicationes & à Petro ad Papam, videlicet, à Pontificiorum antecedente ad consequentiam deuenimus.

Status quæstionis.

NOs B. Petri primatũ inter Apostolos libenter agnoscimus; at super Apostolos, hoc pernegamus: alterum enim ordinis *præfecturam designat, alterum* autoritatis. *Quam tamen si tantam fuisse fingamus, quantam maximè desideratis, at quomodo Papæ iurisdictionem vniuersalem attingat? Agite, hoc demonstrate.*

Pon-

Pontificiorum prima Obiectio.

Aduersarius. [a] Summus Pontifex, cum totam Ecclesiam docet in his, quæ ad fidem pertinent, nulla causa errare potest: probatur ex promissione illa Domini, Luc. 22. [Simon, Simon, oraui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres.] *Petrum video, Papam ne per somnium quidem. Quia. Aduocatus.* [b] Alia est expositio (*Pontificios intelligit*) quorundam, qui hoc tempore viuunt, qui docent Dominum hoc loco orasse pro perseuerantia solius Petri in gratia Dei, vsque in finem. *Quam expositionem veram constantemq; esse vestra multiplex inconstantia non obscurè declarabit: primò enim insurgis.*

[a] *Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. ca. 3. initio.*

[b] *Ibid.* § Altera expositio.

Coniectura prima.

Aduersarius. [c] At contra, primò, quia orauit Dominus paulò post pro perseuerantia omnium Apostolorũ, [d] Ioh. 17 [Pater sancte, serua eos, &c.] non erat igitur ratio cur bis pro perseuerantia Petri oraret. *Quod quâ tu iam confidentiâ dixeris plane nescio; quâ inconstantiâ, id scio: nam paulo post.* [e] Dominus duo priuilegia Petro impetrauit; vnum, vt ipse, licèt tentaretur à Diabolo, nunquam tamen caderet, quod aliquid AMPLIVS est, quàm donum perseuerantiæ; perseuerare enim vsque in finem dicitur, qui licet interdum cadat, tamen resurgit, & in fine fidelis inuenitur: Dominus autem pro Petro impetrauit, vt nunquam caderet, quod ad finem attinet. *Quid tibi vis, Bellarmine?* Aliquando in fide cadere, estne in fide perseuerare? *Atheologon. mitto verba; ad rem. Cum illud,* amplius NON POSSE VNQVAM CADERE, *quod pro Petro Dominus rogauit, illud alterum complectatur* [minus] ad finem perseuerare. *Fieri profectò non potest, quin post orationem primam Dominus* pro perseuerantia omnium Apostolorum *orauerit, quidni etiam bis pro Petri perseuerantia*

[c] *Bellar. ibidem.*

[d] *Ioan. 17.*

[e] *Bellar. ibid.* § Est igitur.

orauerit, qui pro ſeipſo ter orauit? Aduocatus. [a] Apud [*] Matth. 26. Chriſtus orat, [*] Tranſeat hic calix; etiam iterum, [*] Secundò; & rurſus, [*] Tertiò EVNDEM SERMONEM dicens, id eſt, Eadem fuit oratio. *Ad rem propiùs accedo. Illud priuilegium*, non errandi vnquam *annè Petro peculiare fuit? id in quidem ſatis audacter affirmaſti, cum tamen* [f] De omnibus Apoſtolis hoc piè & cum magna ratione putandum eſt, vt non ſolùm deficere non potuerint, ſed nec errare in fide, quandoquidem erat illis affuturus Spiritus ſanctus, omnem eos veritatem docens.

[a] *Maldonat. Ieſ. com in Math. 26.*
[*] *verſ. 39.*
[*] *verſ 42.*
[*] *verſ 44.*
[f] *Salmer. Ieſ. com. in Gal. 2. diſp. 23. § Ad quartam.*

Secunda coniectura.

Aduerſarius. [g] Alterum priuilegium Petri eſt, vt ipſe Petrus tanquam Pontifex non poſſit vnquam docere falſum; ſiue vt in ſede Petri nunquam inueniretur, qui doceret contra veram fidem: primum fortaſſis non manauit ad eius Succeſſores, at ſecundum ſine dubio ad eos manauit. *Et paulo ſuperius.* [h] Donum hoc loco Petro impetratum etiam ad Succeſſores (*Papas*) pertinet. *Nunc donum vnum duntaxat ponis integrum in Petrum atque adeò in Papam eſſe collatum, nunc rurſus donum in duo priuilegia diſtinguis, quorum alterum* fortaſſe (*inquis*), *alterum* ſine dubio (*inquis*) ad Papam pertinet: *Nos tamen ſupra* (*vobis Aduocatis*) *demonſtrauimus Pontifices multos multa* [*] falſa *docuiſſe, imò etiam* [*] contra fidem; *adeoque à fide Petri multoties defeciſſe: at à fide Petri deſciuiſſe, in ſede perſeuerâſſe, quid obſecro eſt aliud quàm fuiſſe corpore, non animo, Petros: ita vt non iam dicam eos,* fortaſſis, *alterum priuilegium vendicare ſibi poſſe, ſed planè neutrum. Expoſito igitur veſtra tota ex repugnantijs conſuta, non poſſit conſiſtere. Nos agemus neruoſius.*

[g] *Illyr. lib. 4. de Rom. Pon. cap. 3. § Alterum.*
[h] *Ibidem § Altera expoſitio.*
[*] *Vide Apolog. huius part. lib. 3 cap. 19. & deinceps.*
[*] *Ibidem cap. 22 & deinceps.*

CAPVT

CAPVT XXXII.

Argumenta, quibus Protestantes Scripturarum applicationem illam diluunt.

Primum.

Aduersarius. [a] Obijciunt contra hanc expositionẽ Protestantes; Si quod dicitur Petro, [Rogaui pro te, &c.] dicitur successoribus Papis; Ergo etiam verba proxima, [Et tu aliquando conuersus,] dicũtur Successoribus: vnde sequeretur, vt omnes Petri Successores Christum aliquando negent, quemadmodum Petrus olim. Respondeo, 1. non absurdum esse, vocem [conuersus] non referri ad pœnitentiam Petri, sed ad tentationem aliorum; vt non sit sensus, Tu à peccato ad pœnitentiam conuersus confirma fratres; sed, Tu quando videris aliquos nutantes & vacillantes, ad eos conuersus, illos confirma. *Hac responsio tibi admodum arridet, & tamen Aduocatus.* [b] Ambrosij, Theophilacti, Euthymij interpretatio mihi non displicet, qui conuersum exponunt A PECCATO, quo Christum negauit, actâ pœnitentiâ, quasi alijs de suo vulnere fecerit medicinam. *Et hunc esse sensum genuinum* [*] *Aduocati plurimi contestantur. Cùm itaq; hic locus pœnitentiæ Petri documentum nobis præbet, potius quàm præpotentiæ; non possunt Pontifices hinc argumentum derivare fidei suæ magis quàm perfidiæ.*

a *Bellar. quo sup. § Ad secundum*

b *Maldon. Iesu. Com. in Luc. 22.*

* *Vide supra.*

Secundum Argumentum.

Aduersarius. [c] Sine dubio Dominus aliquid Petro imprecabatur, vt patet ex designatione certæ personæ: [d] Quod etiã ad Papas Successores eius pertinet. *Repugnantia loqueris. Aduocatus.* [e] Vt non existimes Christum non orâsse pro persona Petri, vocauit illum nomine suo antiquo, & Græcè habetur geminatio, [Simon, Simon, ecce Satan expetiuit cribrare

c *Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. ca. 3. § Altera expositio.*

d *Ibidem.*

e *Salmeron Iesu. Com. in Gal. 2. disp. 23. § Ad quartam.*

brare vos ſicut triticum, ego autem orauì pro te:] pro te inquit, Simone peculiariter, ne deficiat fides tua. *At* [f] De quocunque alio Papa Petri Succeſſore aſſerendum eſt, ipſum quoque, vt priuatum, errare poſſe, & à fide deficere. *Hoc ſolenne eſt vobis, in Petro, adeoq; in Papa* [*] *perſonam duplicem conſiderare: priuatam, vt (exempli gratiâ) hunc Clementem octauum: & publicam, vt hunc Pontificem, ac publicum Paſtorem Eccleſiæ. Diſputo. Si in hac oratione Dominus tantum pro publica perſona Petri roganit, tum Petrus (quod abſit! & vos pie negatis) quoad priuatam à fide deficere, adeoq; damnari potuit: ſin ſimul pro priuata roganit, tum hæc Oratio ad Papam minimè pertinebit, quia* [g] Quiuis Papa (*inquitis*) quoad priuatam perſonam poſſit à fide deficere.

[f] *Ibid.* §. De quocunque.

[*] *Vide ſupra partis huius lib. 3. cap. 19.*

Dilemma.

[g] *Salmeron iam ſupra: & alij in lib. 3. cap. 19.*

Argumentum tertium.

Aduerſarius. [h] Ioh. 21. Dictum eſt Petro, [Amas me? &c. paſce oues:] euidens hoc argumentum pontificiæ dignitatis. *Reus.* [*] Eſto, Petrus ſit ſolus Eccleſiæ paſtor, non ideò ſequitur Papæ, vt ſancto Petro, officium paſcendi oues commiſſum fuiſſe: quod quidem pij Epiſcopi Romanæ Eccleſiæ, priuſquam Satan Papam produxit, nunquam conati ſunt, aut in animum induxerunt. Sed contrarium ſequitur, vt quandoquidè S. Petrus non ſolùm Romanam Eccleſiam, ſed Eccleſias alias in Bithynia, Aſia, Ponto, Cappadocia ordinauit, poſſint ſingulæ ab eodem Apoſtolo natæ ſigillatim, æquè ac Romana Eccleſia, ſe omnium Ouium paſtores eſſe gloriari. *Sed ad oppoſitum.* [Amas me? &c. tum paſce oues.] [*] Adeſte, quæſo (*Pontificij*) qui vos horũ verborum præſidio munitis; adeſte, inquam, & Papam veſtrum iuuate: magni ponderis eſt, [Amas me? tunc paſce oues meas.] Papa verò nolit, etiam ad horam, vnam animam paſcere: qui hodiè officium paſcendi totum mundum vſurpat. Antiqui ſancti Papæ concionabantur; diu eſt, quod prædicare deſierunt. [*] Papa Succeſſor vult haberi; vtinam quidem eſſet: nemo noſtrum illi repugnat, quin & diligat Chriſtum, & curam

[h] *Bellar. & Tolet. Ieſuitæ ſupra.*

[*] *Luther. lib. aduerſ. Papatũ.*

§ *In ſuperioribus & diuiceps ſparſim.*

[*] *Ibidem.*

[*] *Caluin. Com. in Ioh. 21.*

curam ſuſcipiat paſcendi eius gregis; ſed neglecto Chriſti amore, ac reiecto paſcendi officio, ſucceſſionem iactare nimis abſurdum eſt. *Quid ad hæc reſpondes? Aduerſarius.* [i] Tametſi plerique eorum non concionantur, tamen alios multos actus exercent paſtorales: & quod per ſe concionando non faciunt, faciunt per alios. *Quid hoc? Aduo.* [k] Prædicatio verbi munus Epiſcopi præcipuum *Omninò: quodq́; antiqui Pontifices* [l] Leo Papa, Gregorius magnus, Innocentius ſecundus, & alij ſanctiſſimi Antiſtites officium ſibi proprium atque neceſſarium iudicârunt. *Papas Succeſſores id opus, tanquam onus perſonis ſuis indignum, iamdiu humeris ſuis omnino excuſſiſſe? Petro dictum eſt,* [Amas tu me? tum paſce oues.] *Quia Domini amator Eccleſiæ paſtor præficitur: Papa igitur, quia non paſcit gregem, Dominum non amare conuincitur. Ita vt ex hoc loco Papa in Chriſtum Dominum odium colligere quis poſſit, potiùs quàm in gregem dominium.*

i Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. ca. 15

k Conc. Trid. Seſſ. 24. cap. 4.

l Epiſt. Epiſc. Com. in 1. Tom. digreſ. lib. 2. cap. 2. De his plura vide Apolog huius part. 1. ca. 20.

Argumentum quartum.

Aduerſarius. [m] Hunc Eccleſiæ primatum qui negant & oppugnant, magnificas promiſſiones Chriſti Petro factas, & myſticas regni cœlorum claues illi traditas, aliaque multa de Petro Apoſtolorum principe ſcripta non intelligunt. *Quomodo verò?* [n] Qui dicunt Concilium eſſe ſupra Papam, pugnant illi reuerâ cũ primatu Pontificis. *Ergone iſti, Caniſi, Chriſti promiſſiones in Scripturis promulgatas penitus ignorârunt? Vide, igitur, quantis Doctoribus, quantam ignorantiæ labem aſperſeris? nam Aduocatus.* [o] Cameracenſis, Gerſon, Almayn, Campanus, Panormitanus, Cardinalis Florentius, & Concilij Baſilienſis Patres ſtatuerunt Concilium eſſe ſupra omnem poteſtatem. [p] Et Papam, vt Papam, à fide deficere poſſe tenuerunt Doctores Pariſienſes, & Alphonſus de Caſtro, etiam Adrianus Papa. *Et hoc teſtibus alijs locupletiſſimis fuſiùs perſequuti ſumus. Summa eſt, Si quis in Papa Petrum aſſerat, haud aliter facit (meâ quidem ſententiâ) quàm ſi quis velit anuculam plumâ prendere. Ad concluſionem feſtino.*

m Caniſius Ieſ. Sum. Tract. de Eccleſ. cap. 9.

n Greg. Valent. Ieſ. Analyſ. lib. 8. cap. 7.

o Bellar. lib. 2. de Conc. cap. 14.

p Ibid. lib. 4. cap. 2. § Secunda opinio.

CAPVT

CAPVT XXXIII.

Ex harum Scripturarum expositione applicationeq; Conclusiones tres necessariò sunt consectariæ.

Prima, Papam interpretationis Iudicem supremum non, nisi absurdè, dici.

Iesuitæ vide sup. in hac parte.

DIcite verò (viri Pontificij) *quem solum Ecclesiæ Iudicem supremum agnoscitis? An sanctos Patres? minimè,* [1] Isti (*inquitis*) Doctores sunt, non Iudices. *An Episcopos alios? tantundem.* [2] Isti enim (*inquitis*) omnes possunt errare. *An Concilia generalia? ne id quidem, quia,* [3] Sine proprij sui præsidis autoritate (*inquitis*) non in Christi nomine congregantur. *An denique Papam? ipsissimum.* [4] Is est enim (*inquitis*) Pater patrum. [5] Is Episcopus Episcoporum. [6] Nisi is Concilia autoritate conuocet, [7] suoque calculo confirmet, nullius sunt ponderis. *Denique.* [8] Papa Romanus etiam sine Concilijs, [9] etiam supra Concilia: [10] Etiam contra Concilium est summus Iudex Ecclesiæ, eiusque interpretatio tanquam sensus Spiritus sancti, omninò infallibilis autoritatis. *Agite, hoc probate.* Ex his Scripturis, *inquitis,* [11] Tu es petra, [12] Dabo tibi claues, [13] pasce oues, [14] Tu confirma fratres:] In quibus singulis Papæ autoritas [15] inuictè, [16] planè, [17] efficacissimè, [18] manifestè, [19] euidenter demonstratur. *Quo iudice? si (vestrum enim supremum deposcimus) Papam obtrudi-tis, perinde est ac si profiteamini idcirco credendum esse Scripturas has ita expositas, ad stabiliendam Papæ autoritatem facere, quia ita eas exponendas esse, autoritate suâ Papa definiit: quo nihil dici absurdius possit, nihil obtusius: quanquam etiam (quæ est*

1 *Lib. 2. cap. 20.*
2 *Ibid. cap. 21.*
3 *Lib. 4. cap. 15.*
4 *Lib. 3. cap. 14.*
5 *Ibid. cap. 15.*
6 *Lib. 4. cap. 5.*
7 *Ibid. cap. 3.*
8 *Lib. 4. cap. 1.*
9 *Lib. 4. cap. 14.*
10 *Lib. 4. cap. 13 & cap. 15.*

11, 12, 13, 14 *Lib. 5. c. 21. & deinceps*
15, 16, 17, 18 *Roffensis. Bellarmin. Maldon. Stapelt.*
19 *Toletus in locis iam citatis.*

Conclusio secunda,)

Papistæ, vel Papâ Iudice, causâ cadunt.

Aduersarius. [a] Probatur Petri Monarchia ex hoc loco Euangelij,

a *Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 20. sparsim.*

Euangelij, Mat. 16. [Tu es Petrus, &c.] quorum verborum planus est sensus, promissum esse Petro summum Ecclesiæ principatum: quem locum Hæretici deprauant: per Petram, Caluinus Christum interpretatur. At nostra sententia, nempè, Petrum, id est, personam eam quæ dicebat [Tu es Christus] per petram, significari, ex ipso textu aperte diducitur. *Sistè, quæso, gradum parumper, es enim tu litigator quidam, qui, ex hoc textu, Protestantes ex iure manu consertum vocas: illi ex eiusdem textus lumine natiuo, alium, nec omninò ab ipso textu alienum sensum se attulisse defendunt: satis autem argumentorum audiuimus: de interpretationis Iudice ambigitur; eum vos Papam esse contenditis, Protestantes (quamuis hoc sit præsertim in ipsius Papæ causa iniquissimum) ad Papam prouocant, vt iudicet quid Petra,* (b Quæ vox, *inquitis*, est Metaphora fundamenti) *Petrúmne, an solum Christum significet, clarè perspicuéq; decernat. En vester Iudex loquitur, attendite. Aduocat.* c In sacra Scriptura quid aliud fundamenta quàm prædicatores accipimus? *Paulo post.* Cùm verò in sacro Eloquio, non fundamenta, sed in singulari numero, fundamentum dicitur, nullus alius, nisi ipse DOMINVS designatur: per cuius diuinitatis potentiam infirmitatis nostræ corda solidantur: de quo (*Animaduertite, hic vester Iudex Scripturam Iudicem superiorem agnoscit*) Paulus, [Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, Christus Iesus.] *Quid clariùs? rursus ab exemplo Petri hoc solùm efficere contenditis.* * Ergo Papa est vniuersalis Episcopus Ecclesiæ. *Papam nos denuò Magnum consulemus.* d Petrus licèt curam totius Ecclesiæ accepit, non tamen vniuersalis Episcopus vocabatur. e Et Paulus dicit: Mihi incumbit cura omnium Ecclesiarum. *Quid planiùs? vos igitur in causa, quam ad Pontificis iudicium asserendum suscepistis, ipsius Pontificis iudicio reiectis, rem male agendo ius agendi perdidistis.*

b Bellar. ibidem cap. 10. § Prior.

c Greg. magnus in Iob. cap. 38. Iob cap. 9. fol. 178.

* Iesuit. omnes supra.

d Greg. magnus lib. 4. cap. 32.

e Episc. Espens. Com. in 1. Tim. 1.

Tertia conclusio.

Pontificij cùm etiam Scripturæ iudicium oppugnant, Scripturam Iudicem esse non obscurè confitentur.

Ies. supra.

Aduersarius. Petrum esse summum Monarcham Ecclesiæ probamus ex istis Scripturis: [Tu es petra; Tibi dabo; Tu pasce; Tu confirma:] sensus ex textu obuius, euidens, inuictus: Adeste Lutherani, hîc volumus vincere, veritas de vobis triumphabit. *Quibus verbis Aduersarios vestros ex Scripturarum luce damnatos esse non mediocriter gloriamini: si falsò, cur Scripturam obijcitis? sin verè, cur eius iudicium, tanquam* * *literæ mortuæ testimonium mutum oppugnatis? Imò verò quoties, quem Aduersarij vestri summum Iudicem vendicant, (sacram Scripturam,) ipsis Aduersarijs vos tam confidenter opponitis, eam esse Iudicem, & (quia Iudicem) supremum quoque non obscurè conceditis.*

Dilemma.

* *Supra.*

Quarta Conclusio.

Protestantes (Scriptura Iudice) causam obtinebunt.

Reus. * Adeste iam Papistæ omnes in vnum, huius Scripturæ sensum enucleate, &c. *Aduersarius.* * Adeste omnes Lutherani, expositio nostra de vobis triumphabit, &c. *Iam, quæso, Lector, mecum diligenter perpendito, Cùm harum Scripturarum expositiones à Iesuitis pro Pontificis Monarchia obiectas strenuè, à Protestantibus verò vnanimiter explosas, ipsi quoque Pontificij, viri eruditissimi, & alioqui Pontificis Monarchiæ addictissimi, tantùm Scripturarum ipsarum lumine coacti, repulerint: vtrum concludere necesse sit, tum Aduersarios nostros Iudicem incertum, & quasi Idolum sequi: tum etiam Aduocatos Scripturam ipsam Iudicem supremum nobiscum confiteri. Hactenus de expositionibus Scripturarum, quæ ad cõtrouersiam hanc de Iudice Scripturarum propriè pertinent, disseruimus. Nunc*

* *Sic pro Protestantibus Lutherus supra.*
* *Sic Roffensis pro Pontificijs supra.*

CAPVT XXXIIII.

a Bellar. vide supra in hac parte Apolog. lib. 4. c. 5.

a CVm hæc de Iudice Expositionis Scripturarum est quæstio grauissima, ex qua quasi pendent omnes controuersiæ:

trouerſiæ: *ſecundam huius Hypotheſis partem aggrediemur, de aliarum Scripturarum teſtimonijs, quæ Pontificij in alijs controuerſijs ſatis importunè ex Scripturis nobis obiectant: quas quàm egregiè depranent, ex Pontificijs Aduocatis eruditiſſimis diſpiciemus.*

Scriptura alia reſpiciunt { *Legem, quatenus eſt* { *Naturalis,* / *Moralis.* } / *Euangelium.* }

Naturalem tantùm vnam diſcutiemus.

Locus. * Leuit. 18. [Turpitudinem fratris tui non reuelabis, turpitudo fratris tui eſt.] * *Leuit.* 18.

Status quæſtionis.

[b] Sententia Proteſtantium eſt, quòd præcepta Leuitica circa gradus cognationis naturalem iuſtitiæ normam contineant, & omninò immutabilia ſint: negantque Romanum Pontificem potuiſſe cùm Henrico Anglorum Rege diſpenſare, vt acciperet vxorem fratris ſui defuncti, quod id, viz. expreſſè prohibeat lex diuina. [c] Conuenit inter nos & Proteſtantes, præcepta Leuitica non obligare nos, quatenùs ſunt propriè Leuitica, ſed quatenus naturalia. Tota igitur Controuerſia eſt, an omnia illa præcepta, quæ prohibentur in Leuitico, de gradibus cognationis, naturalia ſint; an verò aliqua iudicialia: Aduerſarij omnia naturalia eſſe volunt, ac propterea indiſpenſabilia, nos contra. *In aream itaque deſcendamus, &* [b] *Bellar. lib. 1. de Matr. cap. 25.* § Et hanc. [c] *Ibid. cap. 26.* § Sed inprimis

Quæſtionem hanc euentilemus, { *Iudice Scriptura,* / *Teſte* { *Patrum Senatu, vel etiam* / *Papâ.* }

Ex Scriptura Pontificiorum Obiectio prima.

Aduerſarius. [d] Ex pœnis diuerſis colligimus maximam [d] *Bellar. quo ſupra cap. 27.* § Probatur nunc.

coniunctionum diuersitatem, alijs gradibus Consanguinitatis pœna mortis indicitur, at alijs, vt in gradu secundo in linea transuersa, (vt Nepotis cum auitâ vel matertera) non punitur morte, sed pœnâ leuiore: & similiter coniugia alia, quæ pœna satis aperta indicat, Coniugia ipsa non iure naturæ, sed iure positiuo prohiberi. *Negamus consequentiam. Ratio. Aduocatus.* [c] Tollere alienum; inuito Domino (exceptâ causâ extremæ necessitatis) semper est malum, & contra ius naturæ est indispensabile. *Et tamen Deus in legibus iudicialibus huic peccato (vt omnes nôrunt) nullam pœnam mortis imposuit.*

[c] Bellar. ibid. § Secundò quia

Obiectio secunda.

Aduersarius. [f] Si fuissent omnia naturalia, tum semper obligâssent: at duas Sorores Liam & Rachaelem vxores accepit Iacob, Gen. 29. Etiam 2. Iudas Patriarcha dedit filio suo secundo genito vxorem primogeniti defuncti, Gen. 38. Exemplum tertium: Moses, qui natus est ex coniugio Nepotis cum Auita. Exod. 6. Accepit Aram vxorem Iacobed patruelem (significans patruam) suam, quæ peperit ei Aaron, & Mosen. [g] Aduersarij (*Protestantes*) respondent: primo, ista Coniugia facta esse Deo dispensante, propter mysterij alicuius significationem. *Aduersarius.* [h] Nulla apparet causa huius dispensationis. *Nulla? Aduocatus.* [i] Tradit * Augustinus actum coniugij Iacob cum Lia populi Iudaici figuram facere: cum Rahaele, Gentium. *Quanquam polygamia concessa fuit ad propagationem.* [k] Olim, inquit Cyprianus, multa licebant, quæ etiam lex naturæ minùs probabat.

[f] Bellar. quo supra. § Secundò, probatur.

[g] Ibid. § Ad hoc

[h] Ibidem.

[i] Pererius Iesuita Com. in Gen. 29.

* Sermon. de Tempore 80.

[k] Catharinus Annot. aduers. Caietan.

Obiectio tertia.

Aduersarius. [l] Vltima nostra Propositio ex Deut. 25. probatur, vbi præcipitur, vt si quis sine liberis moriatur, ducat frater eius vxorem illius, vt suscitet semen fratri suo. Lex ista nihil iubet contra ius naturæ: quid enim absurdius, quàm vt naturæ

[l] Bellar. lib. 1. de Matrim. cap. 27. § Probatur.

naturæ autor contra naturam pugnet? *Quid verò iniquius, quàm contra conſcientiam tuam pugnare? Dic tu, obſecro, non poteſt autor naturæ de naturæ gradibus diſpenſare? Aduocatus.* [m] Coniugia in quibuſdam gradibus indiſpenſabilia ſunt ab homine, quòd nullum coniugium *(ex iſtis)* vel intrinſecè malum eſt, aut finem tollit coniugij, vel primarium, vel ſecundarium, procurationem & educationem liberorum. *Secundo.* [n] De Leuiro & fratria nunquam inuenies copulam hanc permiſſam, niſi fratre defuncto ſine liberis, ad ſuſcitandum ei ſemen: & quoad hoc abrogatum eſt hoc legis preſcriptum, vt puta purum iudiciale, & typum generis futuri *Chriſti*, vt omnes Catholici ſentiunt. *Denique coniugium Abel cum ſorore quale fuit cogita. Hæc vos contra Proteſtantes. Iam*

[m] *Bellar. ibid. ca.* 28. § Tertio notandum.

[n] *Catharinus quo ſuprà. pag.* 222.

Proteſtantes ex Scripturis in partem contrariam pugnant.

Argumentum primum, cui occurrere conatur

Aduerſarius. [o] Poteſt tribus modis aliquod præceptum dici naturale: primo, cum res prohibita intrinſecè mala eſt, ita vt nulla circumſtantiarum mutatione bona fiat, vt mentiri, mœchari, tale eſt indiſpenſabile: ſecundo, quæ apud omnes ſemper mala, niſi in extrema neceſſitate, vt tollere alienum inuito domino: tertio, quæ nudè conſiderata mala eſt, at ob mutatas circumſtantias ſit bona, vt occidere hominem; inde ſumptum hoc præceptum [Non occides,] naturale eſt, at adhibitis circumſtantijs publica authoritate ob bonum commune, in eum qui eſt pernitioſus reipublicæ iam non eſt naturale. Eodem modo aliqua præcepta Leuitica, ſolitariè conſiderata, naturalia ſunt; at cum circumſtantijs, vim iuris naturalis non habent. [p] Et hæc eſt probabiliſſima Caietani expoſitio, & aliorum. *Huic obſtat, quod Aduocatus.* [q] Scriptura dicit, [* Ne reueles turpitudinem, &c: Mater tua eſt, Soror

[o] *Bellar. quo ſupra.* § Poteſt autem, *& deinceps.*

[p] *Ibid. cap.* 27. § Quare.

[q] *Catharin. annot. aduerſus Caietan.* § De copulis inter, &c.

tua est, seu scelus est.] *Ipsus prodeat Caietanus. Aduersarius.* [r] Reuerentia & honoratio quædam est per se & immediatè consequens coniunctionem carnalem, quæ sola conspicitur inter parentes & liberos primi gradus tantùm, quæ sola reddit inhabiles personas ad coniugium. Alia reuerentia mediata est, & per accidens, vt est illa inter cæteras personas, quæ non inhabilitat coniugia, nisi lege aliquâ positiua prohibeantur. *Aduocatus.* [t] Sic reuerendissimus, Sed *(quibus verbis Cardinalem Caietanum refellit, eadem ego Catharini testimonia omnia ad reuerendissimum Cardinalem Bellarminum pariter refellendum adduxi)* quid si ego nunc negem Cardinali, ob hanc retionem, reuerentiam deberi, quia non per se, sed per accidens, id est, non immediatè, sed propter Pontificem, reuerentiam Cardinalibus debeam? *Ad rem propiùs accedo.*

[r] Caietanus, vt est apud Catharin. loco iam citato.

[t] Catharinus quo supra.

Argumentum secundum.

Reus. [*] Hæc præcepta indispensabilia esse constat, quia Deus Leuitic. 18. & 20. pronunciat se Gentes puniturum ob incesta coniugia, quæ Leuitic. 18. prohibentur. *Aduersarius.* [t] Hoc est primum *(sic Protestantes malignè vocat)* Hæreticorum argumentum. *Minimè hæreticum. Aduocatus.* [u] Respondeo, omnia illa præcepta de gradibus cognationis, si nudè sumantur sine circumstantijs, sunt naturalia: nam certè Leuit. 18. [ad proximum sanguinis sui nemo accedat] ius naturæ complectitur, & ideo in singulis præceptis de gradibus reperitur vocabulum, TVRPITVDO, quia turpe est matrimoninm cum cognata contrahere. *Aduersarius.* [x] At cum circumstantijs accepta, non sunt singula naturalia. *Vetus coccysmus. At. Aduocatus.* [y] Leuit. 18. vbi dicitur, [Mater tua est, non reuelabis turpitudinem eius:] & idem postea dicitur in alijs. [z] Nos *igitur* non distinguamus, vbi Lex ipsa non distinguit.

[*] *Protestantes apud Bellarm. quo supra.* § Primum argumentum.

[t] *Bellar. ibidem.*

[u] *Bellar. ibid.* § Respondeo omnia.

[x] *Ibidem.*

[y] *Catharinus quo supra. ex Thom. pag. 314.*

[z] *Vega, vide opus. de grat. et fide. q. 1*

Argumentum

Argumentum tertium.

Reus. * Corinthij, prætextu Euangelicæ libertatis, non ſeruabant legem Leuiticam de gradibus cognationis: quidam enim eorum cum nouerca ſua (1. Corinth. 5.) matrimonium celebrauit. At B. Paulus acriter ob hanc rem Corinthios reprehendit, & inceſtuoſum illum Satanæ tradidit. Ergo, Paulo iudice, tenentur Chriſtiani ad obſeruationem legis Leuiticæ: de gradibus eſt ergo naturalis. *Aduerſarius.* 1. [a] Probabile eſt, primum gradum affinitatis in linea recta ſimpliciter eſſe prohibitum iure naturæ, non tamen omnia alia ſunt naturalia. 2. probabile Apoſtolum loqui de aliquo, qui Patre adhuc viuente, nouercam ſuam concubinæ loco haberet, quia 2. Corint. 7. [non propter eum (Patrem) qui paſſus eſt iniuriam.] *Primum pluſquam probabile eſt, ſecundum verò non omnino. De primo. Aduocatus.* [b] Quantum Eccleſia deteſtetur hoc facinus, teſtatur ſatis, dum Concil. Tuberienſe ſtatuit: (vt habetur 32. qu. 7. cap. Si quis) Si quis (inquit) cum nouerca ſua dormierit, neuter ad coniugium poteſt peruenire: quantum HORREAT NATVRA eiuſmodi commixtionem, exemplis poſſit probari. [c] Erat hoc à principio mundi excluſum, tanquam illicitum propter NATVRALEM REVERENTIAM, quæ debet haberi ad patrem & matrem. [d] Hoc SCELVS horribile erat, etiam APVD GENTILES, vtpote contrarium NATVRALI rationi exiſtens. IDEÒ, Leuit. 18. [TVRPITVDINEM vxoris patris tui ne diſcooperias, turpitudo enim patris tui eſt.] [e] SCELVS apud GENTES ne fando quidem auditum. *Ad ſecundum.* *Filij inceſtuoſi luxuria patris mortui quoque iniuria fit. Quia.* [f] Cum nouerca admiſceri, inquit Gregorius, graue eſt facinus, QVIA lege ſcriptum eſt, [TVRPITVDINEM patris tui non reuelabis.] Nam, qui turpitudinem nouercæ (quæ eſt vna caro cum patre) reuelare præſumſerit, profecto patris turpitudinem reuelauit. *Quæ omnia intelligi debent de nouerca patris defuncti,*

* *Chemnit. apud Bellar. §ſecundū argumentum.*

a *Bellar. ibidem.*

b *Salm. Ieſ. com. in 1. Cor. 5.*

c *Lyranus in eundem locum.*

d *Aquinas in eum locum.*

e *Arias Montan. in eundem.*

f *Catharinus quo ſupra. pag. 213.*

functi, quod sic suadeo: Incestuosus iste si cum matre sua germana se admiscuisset, quamuis patre defuncto, diceretur nihilominus *Patris sui turpitudinem discooperire. *Cum igitur aequè nouerca atque mater eius patris sui vxor propria fuerit, Incestuosus iste, etsi non aequè turpis, aequè tamen patris turpitudinem reuelasset, id est, patrem suum inhonorasset. Mitto Herodis incestum, Matth. 14. Quæstio hac testibus confirmari debet.*

*Vulgata editio.

CAPVT XXXV.

Testes Patres adhibeamus.

Aduersarius. [a] Vt faciamus septem illas Academias omninò consentientibus calculis nostræ causæ aduersari; tamen si æqui æstimatores esse velimus, parum aut nihil id causæ nostræ officere debet, cum contra paucas istas Academias, à nobis stet orbis vniuersus. *Tu in hac causa neotericos, nescio quos, tibi sectandos proposuisti, nos venerandam antiquitatem vniuersam vendicamus, quam vobis penitus aduersari proditione vestra palam quodammodo profiteri videamini. Vobis enim Chrysostomum obijcimus, ille existimabat* Philippum mortuum fuisse, & tamen matrimonium Herodis illicitum & prorsus incestum fuisse iudicauit. *Respondeo.* [b] Chrysostomus vnicus & solus est, nec sibi, si viueret, tot contra consentientibus, credi postularet. *Quinetiam Basilium & Ambrosium opponimus: tu commodum aliquod responsum adapta.* [c] Ex vsu ipsis erat sic abuti Scriptura pro tempore. *Nihil attinet alios nominatim producere, cum præsertim, vbi tibi Patres plerique omnes repugnant, sic demùm elaberis.* [d] Maneat sane Patribus suus honor, sua maiestas, sint, vt merentur, in summa veneratione ac pretio: attamen audeo dicere, recentiores *Doctores* multis in locis Patribus excussiores & vigilantiores, ac perspicatiores esse. *Patres igitur, ægrè licet, prætereamus: Patrem (sic enim vobis videtur) Patrum*

[a] *Tumultuaria Apolog.* pro dispensatione de Matrim. Regis Henrici 8. & vxoris sui fratris defuncti. *Fol.* 4. § Et vt.

[b] *Ibid. fol.* 20. § Iam.

[c] *Ibid fol.* 35 § Primum igitur.

[d] *Ibid. fol.* 37. § Hieronymus: & *fol.* 38. § Igitur videtur.

Papam

Papam Iudicem veſtrum ſalutemus.

Quid veſter Gregorius Magnus? An in hac cauſa vobis aut magnus videtur, aut veſter? Aduerſarius. [e]Gregorius hîc non eſt audiendus, neque quantum ad ius naturæ, neque quantum ad honeſtatem attinet. [f]Qui pio ſtudio, nempe publicam vtilitatem iuuare volens, Scripturas obtorto collo ad ſuum inſtitutum pertrahit. [g]Qui ſi nunc viueret, totis viribus iſtis rabulis aduerſaretur. *Qui ſi nunc viueret, haud dubiè præmium tibi aliquod donaret; ſed ea lege, ne eius laudes poſtea efferas, quòd* pium ſtudium abutendi Scripturis *illi tribuis: quaſi fingi poſſit aliquid in tanta impietate, pium. Liceat itaque nobis (te iam* *Tumultuante) *ex homine iudicij firmioris, & candidioris ingenij, hanc tuam, in Patrum ipſius q. Papæ iudicijs eludendis, calumniam profligare. Aduocatus.* [h]Proculdubio Auguſtinus, Quis dubitet (inquit) honeſtius hoc tempore etiam conſobrinarum prohibita eſſe coniugia; etiam, quia neſcio quomodo ineſt humanæ vercundiæ quiddam NATVRALE atque laudabile, vt cui debet causâ propinquitatis honorem, &c. Ambroſ. (Epiſt. ad Paternum conſulentem, an liceret neptem ex filia filio ſuo coniungi, quia putabat iure diuino non eſſe prohibitum) ita reſcribit: Ego autem iure diuino prohibitum eſſe aſſero, quia cum leuiora interdicta ſunt de Patruelibus fratribus; multô magis hoc, quod arctioris eſt neceſſitatis, interdictum arbitror. Quod ſi ideo permiſſum eſſe putas, quia non eſt prohibitum in lege; non eſt ideo licitum? minimè, interdictum eſt enim inuiolabili NATVRAE lege ſcripta in cordibus, titulo neceſſitudinis. Iſta connubia qualia ſint ipſamet NATVRA, Deo ita volente, videtur atteſtari, quæ plerumque in talibus connubijs ſobolem non patitur ſuccreſcere, ſicut B. Gregorius obſeruatum eſſe teſtatur. Nos etiam vidimus eiuſmodi nuptias infauſtas & infelices exitus in magnis Principibus habuiſſe, quod vtinam ſaltem non cum magno ſcandalo, ac Chriſtianæ

[e] *Ibid. fol. 46. § De nouerca.*
[f] *Ibid. fol. 45. § Poſt hæc.*
[g] *Ibidem.*
* *Sic enim liber auctoris inſcribitur,* Apologia Tumultuaria.
[h] *Catharinus locis ſupra citatis pag. 221. ſparſim.*

reipublicæ detrimento nunc videremus. Denique, vt ad Scripturas ascendam, clarè confutatur contraria opinio Leuitic. 18. vbi plures gradus prohiberi videmus, in quibus nuptiæ non possunt consistere; & ratio prohibitionis adijcitur, quia incestus (aut vt alij) scelus est: & in calce capitis concluditur, [Ne polluamini in omnibus his, &c.] Quare magnopere miror, quomodo ausus est Reuerendissimus (*Ille Cardinalem Caietanum, ego Cardinalem Bellarminum volo,*) non solùm contra Theologos & Sanctos, verum etiam CONTRA rationem, & VERBA TEXTVS dicere, quod ista præcepta sint abrogata. *Alia naturæ præscripta consulto omisimus vt*

CAPVT XXXVI.

Ad Legem moralem expeditiùs deueniamus.

*Lutherus in libro Concionum. fol. 24.

Reus. * Papistæ legem decalogi solent interpretationibus suis nequiter deprauare. *Aduersarius.* [a] Imo Protestantes. *De vobis periculum faciemus. Quomodo præceptum tertium* [1] æquiuoco *vestro* mendacio; *quartum commento illo vestro* [2] Sabbatum (*quod tamen bonum esse statuitis*) non benè sanctificando; *sextum vestro*, [3] ex intentione occidendi, VENIALI homicidio; *septimum ex vestro* [4] Lenonio *priuilegio*; *octauum vestra* [5] in rebus vendendis fallaci mensura; *nonum in* [6] damnando Innocente, falsa sententia *vestra*; *vltimum denique vestro* Turpis polutionis desiderio honesto, *scilicet, peruersè, impiè, corrupisse ex obsignatis tabulis vestris liquido ostendimus. Hoc in loco tantum duo præcepta, sextum & septimum examinabimus, sed paucis: & reperiemus profectò mandatum sextum per coactum cælibatum; septimum, per neglectum Regibus debitum obsequium, sceleratè violari.*

a Iesuitæ supra.
1 Vide supra Apolog huius part. 1. lib 2. cap. 13.
2 Ibidem.
3 Ibidem.
4 Ibidem.
5 Ibidem, cap. 15.
6 Ibidem.

Contra

Contra Pontificum in Principes autoritatem.
Locus Scriptura producitur.

*Rom. 13. Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit.] *Reus.* *In hoc loco ſermo eſt de poteſtatibus ſecularibus, & nullus excipitur non Clericus, non Epiſcopus, non Papa: [OMNIS anima.] nec ſolum de Principibus Ethnicis, ſed de Chriſtianis omnibus futuris Paulus præcipit. Ergo Papa ſubiectus eſſe debet Imperatori. *Aduerſarius.* [b]Reſpondeo quod Apoſtolus non reſtringit ſermonem ſuum ad poteſtatem ſecularem, ſed de omni poteſtate loquitur tam ſpirituali quàm ſeculari; ita vt ex hac ſententia diduci nequeat, Papam ſubditum eſſe Regi, aut Regem Papæ. *Reus.* *Tota hæc diſputatio Apoſtoli eſt de ciuilibus præfecturis. *Aduocatus.* [c]Auguſtinus, Chryſoſtomus, & omnes ferè veteres intellexerunt Paulum hic loqui de poteſtate TANTVM ſeculari, quod ipſe (*Index ſupremus*) contextus diſputationis, & verborum Apoſtoli ſeries per ſe indicant. [Omnis anima] [d] Id eſt, omnis homo; hebræo more, Gen. 17. [Delebitur anima de populo.] & Act. 7. Animæ ſeptuginta quinque] Patres veteres hunc locum de poteſtate ſeculari TANTVM interpretantur: quod & ipſe TEXTVS (*Scriptura Iudice*) ſubindicat, cum ait, [Non ſine cauſa GLADIVM portat.] *Aduerſarius.* *Etſi verò de poteſtate Laica tantùm agat, ratio tamen, quâ illi parendum eſt, communis ponitur tam Eccleſiaſticæ poteſtati quàm Laicæ, nimirum quia non eſt poteſtas niſi à Deo. *Putidum ſubterfugium. Quæritur enim vtrùm, vbi* Tantum de ſeculari poteſtate agitur, *et de alio quouis homine præcipitur* [Omnis anima ſubdita ſit] *Papa quoque ſubiectionis iure obligetur: Ieſuitæ negant, at res clamat, teſtatur antiquitas, pietas denique ac candor liberè ſuffragatur. *Aduocatus.* [f]Apoſtolus docet omnes credentes mundi poteſtatibus debere eſſe ſubiectos, [Omnis anima ſubdita, &c.] Chryſoſtomus; Omnis, id eſt, ſiue Apoſtolus, ſiue Propheta, ſiue Epiſcopus, ſubditus ſit.

*Rom. 13. 1. *Prot. ſtantes.

b *Bellar. lib. 2. de Rom. Pon. ca. 29.* §Argumentum tertium.

*Caluinus.

c *Pererius Ieſuita in hunc locum. Eodem modo Tolletus Ieſ. in eundem.*

d *Salmeron Ieſ. in hunc locum.*

e *Salmeron, & Pererius Ieſuita quo iam ſupra.*

f *Epiſc. Eſpenc. com. in 1. Tim. digreſ. lib. 2.*

Sequuntur Chryſoſtomum, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, & qui non Græci? idem Gregorius magnus ingenuè agnoſcebat, & Bernardus, Epiſt. ad Epiſcopum Senonenſem; idem colligit. [Omnis anima] Tum veſtra (inquit) quis vos excipit? ſi quis tentat excipere, tentat decipere. *Vtinam verò Scripturam commentis veſtris tantum, & non etiam exemplis violaſſetis. Expoſitionis corruptelam oſtendimus, actionis videamus. Aduerſarius.* [g] Penes Pontifices ſemper fuit poteſtas Reges ac Imperatores imperijs ſuis priuandi. [h] Hoc ius ad Pontifices Romanos pertinet. [i] Ad hos ſolos, qui hoc ius ſæpè aduerſus Imperatores exercuerunt. [k] Imo etiam Pontifici Reges hæreticos, veluti tyrannos occidere licet. *Aduocatus.* [l] Dogma per multa ſæcula inauditum. *Et* [m] Factum viſibili Dei ira damnatum.

[g] *Coſterus Ieſ. Apolog. pro part.1. Enchirid. pag.64.*
[h] *Molina Ieſuita Tract.2.de Juſtit. diſp.29.*
[i] *Bellar. lib.5.de Rom.Pont.cap.6. 7.& 4.*
[k] *Lib.de iuſta Abdicat. Henrici 3. & Reinaldus in ſuo Roſeo.*
[l] *De his vide Apolog.huius part. 3.lib.1.cap.84.*
[m] *Ibid. lib.2. cap.13.*

CAPVT XXXVII.

De perpetuo cælibatu, pro quo Pontificij allegant has Scripturas, videlicet, primo,

[*] 1. Tim. 3. [Oportet Epiſcopum eſſe vnius vxoris virum] *cuius ſenſum genuinum alij de induſtria eludere ſolebant. Reus.* [*] Puerile eſt commentum interpretari, vnius Eccleſiæ Paſtorem. *Aduerſarius.* [a] Solent quidam (*Pontificij*) hunc locum ijs objicere, qui plures Eccleſias Cathedrales habent, aut qui plura beneficia curam animarum habentia ambiunt. *Aduocatus.* [b] Hoc quidem myſticum eſt, & bonum ſenſum habet, ſed minimè ſolidum, nec ad mentem Apoſtoli.

[*] *1.Tim.3.2.*
[*] *Caluinus in hunc locum.*
[a] *Salmeron Ieſ. in hunc locum.*
[b] *Idem ibidem.*

Secundò vrgent

[*] 2. Tim. 2. [Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus.] *Aduerſarius.* [c] Hìc Apoſtolus Epiſcopo præcipit, vt ſtrenuè militet Deo; deinde dicit, non poſſe eum benè militare, ſi ſe implicauerit negotijs ſecularibus: qualia certè eſſe nuptias nemo negare poteſt. *Reus.* [*] Lectio

[*] *2.Tim.2.4.*
[c] *Bellar. lib.1. de Clericis. cap.19.*
§ Probatur.

*Lectio vulgaris, [Nemo militans DEO] corrumpit totum Pauli ſenſum. *Aduocatus.* [d] Notandum eſt, non haberi in Græco, nec in omnibus Latinis codicibus illud, DEO: ſed generaliter, [οὐδεὶς στρατευόμενος, Nemo militans.] *Hac depulſa caligine, facilior expoſitionis ratio proponitur: Agedum: tu, vt coniugij iure Epiſcopos ſpolies, huius Scripturæ ſenſum ad ſolos Epiſcopos reſtringis. Quam Scripturam cùm Proteſtantes Epiſcopis Pontificijs obijciunt, quos in iudicijs politicis & ſecularibus demerſos totos vident,* [e] Dicuntur (*inquis*) hæc à Paulo tam Epiſcopo, quàm alijs hominibus; omnes enim Laici, etiam Reges, milites Chriſti eſſe debent. *Perinde quaſi contendas, ex iiſdem Apoſtoli verbis probari* Epiſcopis magis, *quàm alijs* hominibus Laicis cœlibatum præcipi, *quæ* non tam (*id eſt, minùs*) Epiſcopis quàm alijs hominibus competunt. *Ac ſi tu dederis operam, vt reſpondendo teipſum opponentem, quàm diſertiſſimè refelleres. Senſum verum expiſcemur. Reus.* *[Nemo militans] id eſt, ea eſt diſciplinæ militaris ratio, vt ſimulac miles Imperatori nomen dedit, relictâ domo & negotijs omnibus, quæ vocantur τῦ βίυ πραγματείαι, negotia vitæ, intelligens quæ pertinent ad familiæ adminiſtrandæ curam, & ordinarias occupationes; vt agriculturam ſuam ruſtici, Mercatores ſua commercia, tabernaſque deſerunt, donec ſtipendijs ſuis ſunt perfuncti: ita (*applicando comparationem ad rem præſentem*) omnes Chriſto penitùs addictos omnibus huius ſeculi impedimentis ſolutos eſſe oportet, generalis eſt quidem ſententia, ſed quæ peculiariter verbi Miniſtris competit. Videant ergo hi primùm quæ ſint à ſua functione aliena, vt ſoluti Chriſtum ſequantur; deinde videant alij quiſque in ſuo ordine, quid eos à Chriſto abſtrahat, ne hic cœleſtis Imperator minus habeat in nos iuris, quàm ſibi vendicat homo quiſpiam mortalis in prophanos milites, qui in eius nomen iurârunt. *Nemo hunc locum interpretatus eſt accuratiùs, expreſſiùs, diuiniùs; vbi quæ cuiuis Chriſtiano impedimenta ſunt, & à vocatione ſua aliena diſertè damnantur, ita vt Epiſcopos Pontificios planè ingulet. Aduocatus.* [f] Si enim miles terrenus, vt victoriam

* *Caluinus in hunc locum.*
[d] *Bellar. lib. 5. de Rom. Pont cap. vlt.* § Quinto obijcitur.
[e] *Bellar. ibid.*
* *Caluinus.*
[f] *Eſperæus Epiſ. Comit. 2. Tim. 2.*

riam aduersus hostes patriæ obtineat, ab omnibus, quæ ab armis abstrahunt, negotijs & delitijs abstinet, quantò magis Christianus, vt Deo, cui se deouit, se probet, ab ijs, quæ ab eo curis abstrahunt, vacabit? Quod cùm de omnibus dictum sit, inquit Cyprianus, quantò magis molestijs & laqueis secularibus obligari non debent, qui diuinis rebus ac spiritualibus occupati sunt? Atque vtinam, quod Ambrosius subiungit, valeret: Non conuenit (inquit) hominem vnum (*audiant Mitrati Episcopi*) duplicem professionem habere. At nunc, quod post August. queritur Anselmus, nunc, inquã, videmus secularium causarum discussionibus intendere, habere mundum iudices de temporalibus iudicantes, Episcopos spiritualibus vacare debere. Quid dicturi boni Patres, qui huius & similium locorum occasione, sacris hominibus adeò profanis negotijs interdixerunt, vt & indè titulum fecerint, ne Clerici vel Monachi secularibus negotijs sese immisceant? Quid, inquam, dixerent, si viderent hodiernos reuerendos & sanctissimos; cùm in hoc regno ad Episcopos ne dicam Galeros, nulla via expeditior, quàm litium secularium institoria, nedum iudiciaria?

Tertiò opponunt.

* *Luc. 21.* * Luc. 21. [Ne corda vestra grauentur curis huius vitæ.]

g *Greg. Valent. lect. vide supra in hac parte lib. 4. cap. 12.* *Aduersarius*, g Leo Papa Serm. 8. de Ieiunio, inde colligit, Ecclesiæ Ministros debere à coniugio abstinere. *Aduocat.*

h *Idem ibidem.* h Respondeo, prohiberi tantùm curam nimiam; & probatur, quia (*Iudice Scriptura*) 1. Tim. 5. 8. Cura rerum secularium moderata Episcopis imponitur. *Iam quid*

Contra perpetuum votum Cælibatus Protestantes, opponant, pensitemus.

Locus primus.

* *Matth. 19.* * Matth. 19. Dixerunt Discipuli, Tum non expedit Matrimonium contrahere: dixit Christus, Non omnes capiunt

hoc

hoc verbum, ſed quibus datum eſt.] *Reus.* * Cùm dicit Chriſtus, non omnes capere, ſed quibus eſt datum, clarè demonſtrat non omnibus datum eſſe hoc donum continentiæ, nec omnes eſſe capaces: vndè conuincitur eorum (*Pontificiorum*) ſuperbia, qui ſibi arrogare non dubitant, quod tam clarè Chriſtus adimit. *Aduerſarius.* [i] Non omnes hoc capiunt: id eſt, Non intelligunt. *Aduocatus.* [k] Autores ferè omnes exponunt, tanquam ſi ſenſus eſſet, non omnes quod dicis præſtare poſſunt, id eſt, vxore carere, quia non omnes caſtitatis donum habent, ſed quibus datum eſt: itaque hoc [Non omnes capere] ſignificare non omnes capaces eſſe tantæ virtutis, vt ſine vxore viuere poſſint. Hunc ſenſum *Origen. *Nazianz. *Ambroſ. ſecuti ſunt. *Aduerſ.* [l] Quam interpretationem adduci non poſſum vt ſequar, quia cùm Chriſtus in verſu ſequenti dicit [Qui poteſt capere, capiat] minimè dubiũ eſt, quin [capere] dicat, pro intelligere: ſenſus igitur eſt; Non omnes intelligunt. *Ac ſi Chriſtiani alij ingenij hebetioris eſſent ac tardioris, quàm vt intelligant (viz. vitam coniugalem moleſtijs maximis plenam eſſe) quod nullus ferè Poeta non intellexit, & carminibus ſuis ſatis petulanter ſalſeq; perſtrinxit. Liceat, quæſo, nobis verbis præſentibus vti, ſenſibus præteritis, & cum Interpretibus ſapere,* [m] qui ferè omnes, *inquis,* [non capere] exponunt, non eſſe tantæ virtutis capaces: *præſertim cùm Aduocatus.* [n] In 2. Cor. 7. [Capite nos:] capere hoc in loco NON ſignificat intelligere, ſed capacem eſſe, in quo ſenſu accepit Dominus, Matth. 19. [Qui poteſt capere, capiat.] [o] Vbi verbum Capere, non ſumitur pro intelligere, nam Græcè eſt χωρεῖν, quod ſic ſignificat capere, quemadmodum vas in ſe aliquid capere dicitur: ſignificat ergo expedientiùs eſſe non inire matrimonium, eò quod eſt Dei donum ſingulare: ijs autem qui non capiunt, id eſt, non continent, melius eſt nubere, quàm vri.

* *Caluin in hunc locum.*

i *Bellar. lib. 2. de Monach. cap. 9. § Quantum eſt.*

k *Mald. Ieſ. Com. in hunc locum.*

* *Origen. Tract. in Mat. 7.*

* *Nazianz. Orat. in hæc verba.*

* *Ambroſ. exhor. ad Virg.*

l *Maldon. Ieſ. in hunc locum.*

m *Ibidem.*

n *Salmeron Ieſ. Com. in 1. Cor. 7.*

o *Ianſ. Concord. in hunc locum.*

Locus ſecundus.

* 1. Cor. 7. [Propter fornicationem vnuſquiſque vxorẽ ſuam.

* *1. Cor. 7. 2.*

CAPVT XXXIII.

Ex harum Scripturarum expositione applicationeq; Concluſiones tres neceſſariò ſunt conſectariæ.

Prima, Papam interpretationis Iudicem ſupremum non, niſi abſurdè, dici.

Jeſuitæ vide ſup. in hac parte.

1 *Lib. 2. cap. 20.* *Dicite verò (viri Pontificij) quem ſolum Eccleſiæ Iudicem ſupremum agnoſcitis? An ſanctos Patres? minimè,*[1] Iſti *(inquitis)* Doctores ſunt, non Iudices. *An Epiſcopos alios? tantundem.*[2] Iſti enim *(inquitis)* omnes poſſunt errare. *An Concilia generalia? ne id quidem, quia,*[3] Sine proprij ſui præſidis autoritate *(inquitis)* non in Chriſti nomine congregantur. *An denique Papam? ipſiſſimum.*[4] Is eſt enim *(inquitis)* Pater patrum.[5] Is Epiſcopus Epiſcoporum.[6] Niſi is Concilia autoritate conuocet,[7] ſuoque calculo confirmet, nullius ſunt ponderis. *Denique.*[8] Papa Romanus etiam ſine Concilijs,[9] etiam ſupra Concilia:[10] Etiam contra Concilium eſt ſummus Iudex Eccleſiæ, eiuſque interpretatio tanquam ſenſus Spiritus ſancti, omninò infallibilis autoritatis. *Agite, hoc probate.* Ex his Scripturis, *inquitis,* [11] Tu es petra,[12] Dabo tibi claues,[13] paſce oues,[14] Tu confirma fratres:] In quibus ſingulis Papæ autoritas[15] inuictè,[16] planè,[17] efficaciſſimè,[18] manifeſtè,[19] euidenter demonſtratur. *Quo iudice? ſi (veſtrum enim ſupremum depoſcimus) Papam obtrudi-*

2 *Ibid. cap. 21.*
3 *Lib. 4. cap. 15.*
4 *Lib. 3. cap. 14.*
5 *Ibid. cap. 15.*
6 *Lib. 4. cap. 5.*
7 *Ibid. cap. 3.*
8 *Lib. 4. cap. 1.*
9 *Lib. 4. cap. 14.*
10 *Lib. 4. cap 13 & cap. 15.*

11 }
12 } *Lib. 5. c. 21.*
13 } *& deinceps*
14 }
15 } *Roffenſis.*
16 } *Bellarmin.*
17 } *Maldon.*
18 } *Stapelt.*
19 } *Volitus in locis iam citatis.*

tus, perinde eſt ac ſi profiteamini idcirco credendum eſſe Scripturas has ita expoſitas, ad ſtabiliendam Papæ autoritatem facere, quia ita eas exponendas eſſe, autoritate ſuâ Papa definiit: quo nihil dici abſurdiùs poſſit, nihil obtuſiùs: quanquam etiam (quæ eſt

Concluſio ſecunda,)

Papiſtæ, vel Papâ Iudice, cauſa cadunt.

Aduerſarius. [a] Probatur Petri Monarchia ex hoc loco Euangelij,

a *Bellar. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 12. ſparſim.*

Euangelij, Mat. 16. [Tu es Petrus, &c.] quorum verborum planus eſt ſenſus, promiſſum eſſe Petro ſummum Eccleſiæ principatum: quem locum Hæretici deprauant: per Petram, Caluinus Chriſtum interpretatur. At noſtra ſententia, nempè, Petrum, id eſt, perſonam eam quæ dicebat [Tu es Chriſtus] per petram, ſignificari, ex ipſo textu aperte deducitur. *Siſte, quæſo, gradum parumper, ei enim tu lucrator quidam, qui, ex hoc textu, Proteſtantes ex iure manu conſertum vocas: illi ex eiuſdem textus lumine nativo, alium, nec omninò ab ipſo textu alienum ſenſum ſe attulisſe defendunt: ſatis autem argumentorum audiuimus: de interpretationis Iudice ambigitur; eum vos Papam eſſe contenditis, Proteſtantes (quamuis hoc ſit præſertim in ipſius Papæ cauſa iniquiſſimum) ad Papam prouocant, vt iudicet quid Petra,* (b Quæ vox, *impoſtis*, eſt Metaphora fundamenti) *Petrúmne, an ſolum Chriſtum ſignificet, clarè perſpicueq; docernat. En veſter Iudex loquitur, attendite. Aduocat.* c In ſacra Scriptura quid aliud fundamenta quàm prædicatores accipimus? *Paulò poſt.* Cùm verò in ſacro Eloquio, non fundamenta, ſed in ſingulari numero, fundamentum dicitur, nullus alius, niſi ipſe DOMINVS deſignatur: per cuius diuinitatis potentiam infirmitatis noſtræ corda ſolidanturi de quo (*Animaduertite, hic veſter Iudex Scripturam Iudicem ſuperiorem agnoſcit*) Paulus, [Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, Chriſtus Ieſus.] *Quid clariùs? rurſus ab exẽplo Petri hoc ſolum efficere contenditis.* * Ergo Papa eſt vniuerſalis Epiſcopus Eccleſiæ. *Papam nos denuò Magnum conſulemus.* d Petrus licèt curam totius Eccleſiæ accepit, non tamen vniuerſalis Epiſcopus vocabatur. e Et Paulus dicit: Mihi incumbit cura omnium Eccleſiarum. *Quid planiùs? vos igitur in cauſa, quam ad Pontificis iudicium aſſerendum ſuſcepiſtis, ipſius Pontificis indicio reiecti, rem male agendo ius agendi perdidiſtis.*

b Bellar. ibidem cap. 10. § Prior.

c Greg. magnus in lob. cap. 28. Ioh cap. 9. fol. 178.

* Iſaiæ. omnes ſupra.

d Greg. magnus lib. 4. cap. 32.

e Epiſc. Eſperſ. Com. in 1. Tim. 1.

Tertia concluſio.

Pontificij cùm etiam Scripturæ iudicium oppugnant, Scripturam Iudicem eſſe non obſcurè conſitentur.

[Ies. supra.

Aduersarius. Petrum esse summum Monarcham Ecclesiæ probamus ex istis Scripturis: [Tu es petra; Tibi dabo; Tu pasce; Tu confirma:] sensus ex textu obuius, euidens, inuictus: Adeste Lutherani, hîc volumus vincere, veritas de vobis triumphabit. *Quibus verbis Aduersarios vestros ex Scripturarum luce damnatos esse non mediocriter gloriamini: si falsò, cur Scripturam obijcitis? sin verè, cur eius iudicium, tanquam* * *literæ mortuæ testimonium mutuum oppugnatis? Imò verò quoties, quem Aduersarij vestri summum Iudicem vendicant, (sacram Scripturam,) ipsis Aduersarijs vos tam confidenter opponitis, eam esse Iudicem, & (quia Iudicem) supremum quoque non obscurè conceditis.*

Dilemma.

* Supra.

Quarta Conclusio.

Protestantes (Scriptura Iudice) causam obtinebunt.

Reus. * Adeste iam Papistæ omnes in vnum, huius Scripturæ sensum enucleate, &c. *Aduersarius.* * Adeste omnes Lutherani, expositio nostra de vobis triumphabit, &c. *Iam, quæso, Lector, mecum diligenter perpendito, Cùm harum Scripturarum expositiones à Iesuitis pro Pontificis Monarchia obiectas strenuè, à Protestantibus verò vnanimiter explosas, ipsi quoque Pontificij, viri eruditissimi, & alioqui Pontificis Monarchiæ addictissimi, tantùm Scripturarum ipsarum lumine coacti, repulerint: vtrum concludere necesse sit, tum Aduersarios nostros Iudicem incertum, & quasi Idolum sequi tum etiam Aduocatos Scripturam ipsam Iudicem supremum nobiscum confiteri. Hactenus de expositionibus Scripturarum, quæ ad cõtrouersiam hanc de Iudice Scripturarum propriè pertinent, dissernimus. Nunc*

* Sic pro Protestantibus Lutherus supra.

* Sic Roffensis pro Pontificijs supra.

CAPVT XXXIIII.

a Bellar. vide supra in hac parte Apolog. lib. 4. c. 5.

a CVm hæc de Iudice Expositionis Scripturarum est quæstio grauissima, ex qua quasi pendent omnes controuersiæ:

trouerſiæ: *ſecundam huius Hypotheſis partem aggrediemur, de aliarum Scripturarum teſtimonijs, quæ Pontificij in alijs controuerſijs ſatis importunè ex Scripturis nobis obiectant: quas quàm egregiè deprauent, ex Pontificijs Aduocatis eruditiſſimis diſpiciemus.*

Scriptura aliâ reſpiciunt { *Legem, quatenus eſt* { *Naturalis,* / *Moralis.* / *Euangelium.*

Naturalem tantùm vnam diſcutiemus.

Locus. * Leuit. 18. [Turpitudinem fratris tui non reuelabis, turpitudo fratris tui eſt.] * *Leuit.* 18.

Status quæſtionis.

[b] Sententia Proteſtantium eſt, quòd præcepta Leuitica circa gradus cognationis naturalem iuſtitiæ normam contineant, & omninò immutabilia ſint: negantque Romanum Pontificem potuiſſe cùm Henrico Anglorum Rege diſpenſare, vt acciperet vxorem fratris ſui defuncti, quod id, viz. expreſſè prohibeat lex diuina. [c] Conuenit inter nos & Proteſtantes, præcepta Leuitica non obligare nos, quatenùs ſunt propriè Leuitica, ſed quatenus naturalia. Tota igitur Controuerſia eſt, an omnia illa præcepta, quæ prohibentur in Leuitico, de gradibus cognationis, naturalia ſint; an verò aliqua iudicialia: Aduerſarij omnia naturalia eſſe volunt, ac propterea indiſpenſabilia, nos contra. *In arenam itaque deſcendamus, &*

[b] *Bellar. lib. 1. de Matr. cap. 25.* § Et hanc.

[c] *Ibid. cap. 26.* § Sed in primis

Quæſtionem hanc euentilemus, { *Iudice Scriptura,* / *Teſte* { *Patrum Senatu, vel etiam* / *Papâ.*

Ex Scriptura Pontificiorum Obiectio prima.

Aduerſarius. [d] Ex pœnis diuerſis colligimus maximam nunc.

[d] *Bellar. quæ ſupra cap. 27.* § Probatur

copiunctionum diuersitatem, alijs gradibus Consanguinitatis pœna mortis inditeitur, at alijs, vt in gradu secundo in linea transuersa, (vt Nepotis cum auitâ vel matertera) non punitur morte, sed pœnâ leuiore: & similiter coniugia alia, quæ pœna satis aperta indicat, Coniugia ipsa non iure naturæ, sed iure positiuo prohiberi. *Negamus consequentiam.*

e Bellar. ibid. § Secundò quia

Ratio. Aduocatus. [e] Tollere alienum, inuito Domino (exceptâ causâ extremæ necessitatis) semper est malum, & contra ius naturæ est indispensabile. *Et tamen Deus in legibus iudicialibus hunc peccato (vt omnes nôrunt) nullam pœnam mortis imposuit.*

Obiectio secunda.

f Bellar. quo supra. § Secundò, probatur.

Aduersarius. [f] Si fuissent omnia naturalia, tum semper obligâssent: at duas Sorores Lia & Rachaelem vxores accepit Iacob, Gen. 29. Etiam 2. Iudas Patriarcha dedit filio suo secundo genito vxorem primogeniti defuncti, Gen. 38. Exemplum tertium: Moses, qui natus est ex coniugio Nepotis cum Amita. Exod. 6. Accepit Aram vxorem Iacobed patruelem (significans patruam) suam, quæ peperit ei Aaron, & Mosen. [g] Aduersarij (*Protestantes*) respondent: primo, ista Coniugia facta esse Deo dispensante, propter mysterij alicuius significationem. *Aduersarius.* [h] Nulla apparet causa huius dispensationis. *Nulla? Aduocatus.* [i] Tradit * Augustinus actum coniugij Iacob cum Lia populi Iudaici figuram facere: cum Rahaele, Gentium. *Quanquam polygamia concessa fuit ad propagationem.* [k] Olim, inquit Cyprianus, multa licebant, quæ etiam lex naturæ minùs probabat.

g Ibid. § Ad hoc

h Ibidem.

i Pererius Iesuit. Com. in Gen. 29.

* *Sermon. de Tempore 80.*

k Catharinus Annot. aduers. Caietan.

Obiectio tertia.

l Bellar. lib. 1. de Matrim. cap. 27. § Probatur.

Aduersarius. [l] Vltima nostra Propositio ex Deut. 25. probatur, vbi præcipitur, vt si quis sine liberis moriatur, ducat frater eius vxorem illius, vt suscitet semen fratri suo. Lex ista nihil iubet contra ius naturæ: quid enim absurdius, quàm vt naturæ

naturæ autor contra naturam pugnet? *Quid verò iniquius, quàm contra conſcientiam tuam pugnare? Dic tu, obſecro, non poteſt autor naturæ de naturæ gradibus diſpenſare? Aduocatus.* [m] Coniugia in quibuſdam gradibus indiſpenſabilia ſunt ab homine, quòd nullum coniugium *(ex ipſis)* vel intrinſecè malum eſt, aut finem tollit coniugij, vel primarium, vel ſecundarium, procurationem & educationem liberorum. *Secundo.* [n] De Leuiro & fratria nunquam inuenies copulam hanc permiſſam, niſi fratre defuncto ſine liberis, ad ſuſcitandum ei ſemen: & quoad hoc abrogatum eſt hoc legis preſcriptum, vt puta purum iudiciale, & typum generis futuri *Chriſti*, vt omnes Catholici ſentiunt. *Denique, coniugium Abel cum ſorore quale fuit cogita. Hæc vos contra Proteſtantes. Iam*

[m] *Bellar. ibid. ca.* 28. § Tertio notandum.

[n] *Catharinus quo ſupra. pag.* 221.

Proteſtantes ex Scripturis in partem contrariam, pugnant.

Argumentum primum, cui occurrere conatur

Aduerſarius. [o] Poteſt tribus modis aliquod præceptum dici naturale: primo, cum res prohibita intrinſecè mala eſt, ita vt nulla circumſtantiarum mutatione bona fiat, vt mentiri, mœchari, tale eſt indiſpenſabile: ſecundo, quæ apud omnes ſemper mala, niſi in extrema neceſſitate, vt tollere alienum inuito domino: tertio, quæ nudè conſiderata mala eſt, at ob mutatas circumſtantias ſit bona, vt occidere hominem; inde ſumptum hoc præceptum [Non occides,] naturale eſt, at adhibitis circumſtantijs publica authoritate ob bonum commune, in eum qui eſt pernitioſus reipublicæ iam non eſt naturale. Eodem modo aliqua præcepta Leuitica, ſolitariè conſiderata, naturalia ſunt; at cum circumſtantijs, vim iuris naturalis non habent. [p] Et hæc eſt probabiliſſima Caietani expoſitio, & aliorum. *Huic obſtat, quod Aduocatus.* [q] Scriptura dicit, [* Ne reueles turpitudinem, &c: Mater tua eſt, Soror tua

[o] *Bellar. quo ſupra.* § Poteſt autem. *& deinceps.*

[p] *Ibid. cap.* 27. § Quare

[q] *Catharin. annot. aduerſus Caietan.* § De copulis inter, &c.

tua eſt, ſeu ſcelus eſt.] *Ipſius prodeat Caietanus. Aduerſarius.* [r] Reuerentia & honoratio quædam eſt per ſe & immediatè conſequens coniunctionem carnalem, quæ ſola conſpicitur inter parentes & liberos primi gradus tantùm, quæ ſola reddit inhabiles perſonas ad coniugium. Alia reuerentia mediata eſt, & per accidens, vt eſt illa inter cæteras perſonas, quæ non inhabilitat coniugia, niſi lege aliquâ poſitiua prohibeantur. *Aduocatus.* [t] Sic reuerendiſſimus, Sed *(quibus verbis Cardinalem Caietanum refellit, eadem ego Catharini teſtimonia omnia ad reuerendiſſimum Cardinalem Bellarminum pariter refellendum adduxi)* quid ſi ego nunc negem Cardinali, ob hanc rationem, reuerentiam deberi, quia non per ſe, ſed per accidens, id eſt, non immediatè, ſed propter Pontificem, reuerentiam Cardinalibus debeam? *Ad rem propiùs accedo.*

[r] *Caietanus, vt eſt apud Catharin. loco iam citato.*

[t] *Catharinus quo ſupra.*

Argumentum ſecundum.

Reus. [*] Hæc præcepta indiſpenſabilia eſſe conſtat, quia Deus Leuitic. 18. & 20. pronunciat ſe Gentes puniturum ob inceſta coniugia, quæ Leuitic. 18. prohibentur. *Aduerſarius.* [t] Hoc eſt primum *(ſic Proteſtantes malignè vocat)* Hæreticorum argumentum. *Minimè hæreticum.* *Aduocatus.* [u] Reſpondeo, omnia illa præcepta de gradibus congnationis, ſi nudè ſumantur ſine circumſtantijs, ſunt naturalia: nam certè Leuit. 18. [ad proximum ſanguinis ſui nemo accedat] ius naturæ complectitur, & ideo in ſingulis præceptis de gradibus reperitur vocabulum, TVRPITVDO, quia turpe eſt matrimoninm cum cognata contrahere. *Aduerſarius.* [x] At cum circumſtantijs accepta, non ſunt ſingula naturalia. *Vetus coccyſmus. At. Aduocatus.* [y] Leuit. 18. vbi dicitur, [Mater tua eſt, non reuelabis turpitudinem eius:] & idem poſtea dicitur in alijs. [z] Nos *igitur* non diſtinguamus, vbi Lex ipſa non diſtinguit.

[*] *Proteſtantes apud Bellarm. quo ſupra.* §Primum argumentum.

[t] *Bellar. ibidem.*

[u] *Bellar. ibid.* § Reſpondeo omnia.

[x] *Ibidem.*

[y] *Catharinus quo ſupra. ex Thom. pag. 214.*

[z] *Vega, vide opuſ. de grat. et fide. q. 1*

Argumentum

Argumentum tertium.

Reus. * Corinthij, prætextu Euangelicæ libertatis, non ſeruabant legem Leuiticam de gradibus cognationis: quidam enim eorum cum nouerca ſua (1. Corinth. 5.) matrimonium celebrauit. At B. Paulus acriter ob hanc rem Corinthios reprehendit, & inceſtuoſum illum Satanæ tradidit. Ergo, Paulo iudice, tenentur Chriſtiani ad obſeruationem legis Leuiticæ: de gradibus eſt ergo naturalis. *Aduerſarius.* 1. [a] Probabile eſt, primum gradum affinitatis in linea recta ſimpliciter eſſe prohibitum iure naturæ, non tamen omnia alia ſunt naturalia. 2. probabile Apoſtolum loqui de aliquo, qui Patre adhuc viuente, nouercam ſuam concubinæ loco haberet, quia 2. Corint. 7. [non propter eum (Patrem) qui paſſus eſt iniuriam.] *Primum pluſquam* probabile *eſt, ſecundum verò non omnino. De primo. Aduocatus.* [b] Quantum Eccleſia deteſtetur hoc facinus, teſtatur ſatis, dum Concil. Tuberienſe ſtatuit: (vt habetur 32. qu. 7. cap. Si quis) Si quis (inquit) cum nouerca ſua dormierit, neuter ad coniugium poteſt peruenire: quantum HORREAT NATVRA eiuſmodi commixtionem, exemplis poſſit probari. [c] Erat hoc à principio mundi excluſum, tanquam illicitum propter NATVRALEM REVERENTIAM, quæ debet haberi ad patrem & matrem. [d] Hoc SCELVS horribile erat, etiam APVD GENTILES, vtpote contrarium NATVRALI rationi exiſtens. IDEÒ, Leuit. 18. [TVRPITVDINEM vxoris patris tui ne diſcooperias, turpitudo enim patris tui eſt.] [e] SCELVS apud GENTES ne fando quidem auditum. *Ad ſecundum. Filij inceſtuoſi luxuria patris mortui quoque iniuria fit. Quia.* [f] Cum nouerca admiſceri, inquit Gregorius, graue eſt facinus, QVIA lege ſcriptum eſt, [TVRPITVDINEM patris tui non reuelabis.] Nam, qui turpitudinem nouercæ (quæ eſt vna caro cum patre) reuelare præſumſerit, profectò patris turpitudinem reuelauit. *Quæ omnia intelligi debent de nouerca patris defuncti,*

* *Chemnit. apud Bellar. ſecundū argumentum.*

a *Bellar. ibidem.*

b *Salm. Ieſ. com. in 1. Cor. 5.*

c *Lyranus in eundem locum.*

d *Aquinas in eum locum.*

e *Arias Montan. in eundem.*

f *Catharinus quo ſupra, pag. 213.*

tua eſt, ſeu ſcelus eſt.] *Ipſius prodeat Caietanus. Aduerſarius.* [r] Reuerentia & honoratio quædam eſt per ſe & immediatè conſequens coniunctionem carnalem, quæ ſola conſpicitur inter parentes & liberos primi gradus tantùm, quæ ſola reddit inhabiles perſonas ad coniugium. Alia reuerentia mediata eſt, & per accidens, vt eſt illa inter cæteras perſonas, quæ non inhabilitat coniugia, niſi lege aliquâ poſitiua prohibeantur. *Aduocatus.* [s] Sic reuerendiſſimus, Sed *(quibus verbis Cardinalem Caietanum refellit, eadem ego Catharini teſtimonia omnia ad reuerendiſſimum Cardinalem Bellarminum pariter refellendum adduxi)* quid ſi ego nunc negem Cardinali, ob hanc retionem, reuerentiam deberi, quia non per ſe, ſed per accidens, id eſt, non immediatè, ſed propter Pontificem, reuerentiam Cardinalibus debeam? *Ad rem propiùs accedo.*

[r] *Caietanus, vt eſt apud Catharin. loco iam citato.*

[s] *Catharinus quo ſupra.*

Argumentum ſecundum.

Reus. [*] Hæc præcepta indiſpenſabilia eſſe conſtat, quia Deus Leuitic. 18. & 20. pronunciat ſe Gentes puniturum ob inceſta coniugia, quæ Leuitic. 18. prohibentur. *Aduerſarius.* [t] Hoc eſt primum *(ſic Proteſtantes malignè vocat)* Hæreticorum argumentum. *Minimè hæreticum. Aduocatus.* [u] Reſpondeo, omnia illa præcepta de gradibus congnationis, ſi nudè ſumantur ſine circumſtantijs, ſunt naturalia: nam certè Leuit. 18. [ad proximum ſanguinis ſui nemo accedat] ius naturæ complectitur, & ideo in ſingulis præceptis de gradibus reperitur vocabulum, TVRPITVDO, quia turpe eſt matrimoninm cum cognata contrahere. *Aduerſarius.* [x] At cum circumſtantijs accepta, non ſunt ſingula naturalia. *Vetus coccyſmus. At. Aduocatus.* [y] Leuit. 18. vbi dicitur, [Mater tua eſt, non reuelabis turpitudinem eius:] & idem poſtea dicitur in alijs. [z] Nos *igitur* non diſtinguamus, vbi Lex ipſa non diſtinguit.

[*] *Proteſtantes apud Bellarm. quo ſupra.* § Primum argumentum.

[t] *Bellar. ibidem.*

[u] *Bellar. ibid.* § Reſpondeo omnia.

[x] *Ibidem.*

[y] *Catharinus quo ſupra. ex Thom. pag. 314.*

[z] *Vega, vide opuſ. de grat. et fide. q. 1*

Argumentum

Argumentum tertium.

Reus. * Corinthij, prætextu Euangelicæ libertatis, non ſeruabant legem Leuiticam de gradibus cognationis: quidam enim eorum cum nouerca ſua (1. Corinth. 5.) matrimonium celebrauit. At B. Paulus acriter ob hanc rem Corinthios reprehendit, & inceſtuoſum illum Satanæ tradidit. Ergo, Paulo iudice, tenentur Chriſtiani ad obſeruationem legis Leuiticæ: de gradibus eſt ergo naturalis. *Aduerſarius.* 1. [a] Probabile eſt, primum gradum affinitatis in linea recta ſimpliciter eſſe prohibitum iure naturæ, non tamen omnia alia ſunt naturalia. 2. probabile Apoſtolum loqui de aliquo, qui Patre adhuc viuente, nouercam ſuam concubinæ loco haberet, quia 2. Corint. 7. [non propter eum (Patrem) qui paſſus eſt iniuriam.] *Primum pluſquam* probabile *eſt, ſecundum verò non omnino. De primo. Aduocatus.* [b] Quantum Eccleſia deteſtetur hoc facinus, teſtatur ſatis, dum Concil. Tuberienſe ſtatuit: (vt habetur 32. qu. 7. cap. Si quis) Si quis (inquit) cum nouerca ſua dormierit, neuter ad coniugium poteſt peruenire: quantum HORREAT NATVRA eiuſmodi commixtionem, exemplis poſſit probari. [c] Erat hoc à principio mundi excluſum, tanquam illicitum propter NATVRALEM REVERENTIAM, quæ debet haberi ad patrem & matrem. [d] Hoc SCELVS horribile erat, etiam APVD GENTILES, vtpote contrarium NATVRALI rationi exiſtens. IDEÒ, Leuit. 18. [TVRPITVDINEM vxoris patris tui ne diſcooperias, turpitudo enim patris tui eſt.] [e] SCELVS apud GENTES ne fando quidem auditum. *Ad ſecundum. Filij inceſtuoſi luxuria patris mortui quoque iniuria fit. Quia.* [f] Cum nouerca admiſceri, inquit Gregorius, graue eſt facinus, QVIA lege ſcriptum eſt, [TVRPITVDINEM patris tui non reuelabis.] Nam, qui turpitudinem nouercæ (quæ eſt vna caro cum patre) reuelare præſumſerit, profecto patris turpitudinem reuelauit. *Quæ omnia intelligi debent de nouerca patris defuncti,*

* *Chemnit. apud Bellar. ſecundū argumentum.*

[a] *Bellar. ibidem.*

[b] *Salm. Ieſ. com. in 1. Cor. 5.*

[c] *Lyranus in eundem locum.*

[d] *Aquinas in eum locum.*

[e] *Arias Montan. in eundem.*

[f] *Catharinus quo ſupra. pag. 213.*

functi, quod sic suadeo: Incestuosus iste si eum matre sua germana se admiscuisset, quamuis patre defuncto, diceretur nihilominus *Vulgata editio. *Patris sui turpitudinem discooperire. *Cum igitur aequè nouerca atque mater eius patris sui vxor propria fuerit, Incestuosus iste, etsi non aequè turpis, aequè tamen patris turpitudinem reuelasset, id est, patrem suum inhonorasset. Mitto Herodis incestum, Matth. 14. Quæstio hac testibus confirmari debet.*

CAPVT XXXV.

Testes Patres adhibeamus.

a *Tumultuaria Apolog.* pro dispensatione de Matrim. Regis Henrici 8. & vxoris sui fratris defuncti. *Fol.* 4. § Et vt.

Aduersarius. [a] Vt faciamus septem illas Academias omninò consentientibus calculis nostræ causæ aduersari; tamen si æqui æstimatores esse velimus, parum aut nihil id causæ nostræ officere debet, cum contra paucas istas Academias, à nobis stet orbis vniuersus. *Tu in hac causa neotericos, nescio quos, tibi sectandos proposuisti, nos venerandam antiquitatem vniuersam vendicamus, quam vobis penitus aduersari proditione vestra palam quodammodo profiteri videamini. Vobis enim Chrysostomum obijcimus, ille existimabat* Philippum mortuum fuisse, & tamen matrimonium Herodis illicitum & prorsus incestum fuisse iudicauit. *Respondeo.*

b *Ibid. fol.* 20. § Iam.

[b] Chrysostomus vnicus & solus est, nec sibi, si viueret, tot contra consentientibus, credi postularet. *Quinetiam Basilium & Ambrosium opponimus: tu commodum aliquod responsum adapta.*

c *Ibid fol.* 35 § Primum igitur.

[c] Ex vsu ipsis erat sic abuti Scriptura pro tempore. *Nihil attinet alios nominatim producere, cum præsertim, vbi tibi Patres plerique omnes repugnant, sic demùm elaberis.*

d *Ibid. fol.* 37. § Hieronymus: & *fol.* 38. § Igitur videtur.

[d] Maneat sane Patribus suus honor, sua maiestas, sint, vt merentur, in summa veneratione ac pretio: attamen audeo dicere, recentiores *Doctores* multis in locis Patribus excussiores & vigilantiores, ac perspicatiores esse. *Patres igitur, ægrè licet, prætereamus: Patrem (sic enim vobis videtur) Patrum*

Papam

Papam Iudicem veſtrum ſalutemus.

Quid veſter Gregorius Magnus? An in hac cauſa vobis aut magnus videtur, aut veſter? Aduerſarius. [e]Gregorius hîc non eſt audiendus, neque quantum ad ius naturæ, neque quantum ad honeſtatem attinet. [f]Qui pio ſtudio, nempe publicam vtiliratem iuuare volens, Scripturas obtorto collo ad ſuum inſtitutum pertrahit. [g]Qui ſi nunc viueret, totis viribus iſtis rabulis aduerſaretur. *Qui ſi nunc viueret, haud dubiè præmium tibi aliquod donaret; ſed ea lege, ne eius laudes poſtea efferas, quòd* pium ſtudium abutendi Scripturis *illi tribuis: quaſi fingi poſſit aliquid in tanta impietate, pium. Liceat itaque nobis (te iam* *Tumultuante) *ex homine inducij firmioris, & candidioris ingenij, hanc tuam, in Patrum ipſius q. Papæ inducijs eludendis, calumniam profligare. Aduocatus.* [h]Proculdubio Auguſtinus, Quis dubitet (inquit) honeſtius hoc tempore etiam conſobrinarum prohibita eſſe coniugia; etiam, quia neſcio quomodo ineſt humanæ vercundiæ quiddam NATVRALE atque laudabile, vt cui debet causâ propinquitatis honorem, &c. Ambroſ. (Epiſt. ad Paternum conſulentem, an liceret neptem ex filia filio ſuo coniungi, quia putabat iure diuino non eſſe prohibitum) ita reſcribit: Ego autem iure diuino prohibitum eſſe aſſero, quia cum leuiora interdicta ſunt de Patruelibus fratribus; multô magis hoc, quod arctioris eſt neceſſitatis, interdictum arbitror. Quod ſi ideo permiſſum eſſe putas, quia non eſt prohibitum in lege; non eſt ideo licitum? minimè, interdictum eſt enim inuiolabili NATVRAE lege ſcripta in cordibus, titulo neceſſitudinis. Iſta connubia qualia ſint ipſamet NATVRA, Deo ita volente, videtur atteſtari, quæ plerumque in talibus connubijs ſobolem non patitur ſuccreſcere, ſicut B. Gregorius obſeruatum eſſe teſtatur. Nos etiam vidimus eiuſmodi nuptias infauſtas & infelices exitus in magnis Principibus habuiſſe, quod vtinam ſaltem non cum magno ſcandalo, ac Chriſtianæ

e *Ibid. fol. 46.* § De nouerca.
f *Ibid. fol. 45.* § Poſt hæc.
g *Ibidem.*
* *Sic enim liber auctoris inſcribitur*, Apologia Tumultuaria.
h *Catharinus locis ſupra citatis pag. 221. ſparſim.*

reipublicæ detrimento nunc videremus. Denique, vt ad Scripturas aſcendam, clarè confutatur contraria opinio Leuitic. 18. vbi plures gradus prohiberi videmus, in quibus nuptiæ non poſſunt conſiſtere; & ratio prohibitionis adijcitur, quia inceſtus (aut vt alij) ſcelus eſt: & in calce capitis concluditur, [Ne polluamini in omnibus his, &c.] Quare magnopere miror, quomodo auſus eſt Reuerendiſſimus (*Ille Cardinalem Caietanum, ego Cardinalem Bellarminum volo,*) non ſolùm contra Theologos & Sanctos, verum etiam CONTRA rationem, & VERBA TEXTVS dicere, quod iſta præcepta ſint abrogata. *Alia naturæ præſcripta conſulto omiſimus vt*

CAPVT XXXVI.

Ad Legem moralem expeditiùs deueniamus.

REIVS. * Papiſtæ legem decalogi ſolent interpretationibus ſuis nequiter deprauare. *Aduerſarius.* [a] Imo Proteſtantes. *'De vobis periculum faciemus. Quomodo præceptum tertium* [1] æquiuoco *veſtro* mendacio; *quartum commento illo veſtro* [2] Sabbatum (*quod tamen bonum eſſe ſtatuitis*) non benè ſanctificando; *ſextum veſtro,* [3] ex intentione occidendi, VENIALI homicidio; *ſeptimum ex veſtro* [4] Lenonio *priuilegio*; *octauum veſtra* [5] in rebus vendendis fallaci menſura; *nonum in* [6] damnando Innocente, falſa ſententia *veſtra*; *vltimum denique veſtro* Turpis polutionis [7] deſiderio honeſto, *ſcilicet, peruersè, impiè, corrupiſſe ex obſignatis tabulis veſtris liquido oſtendimus. Hoc in loco tantum duo præcepta, ſextum & ſeptimum examinabimus, ſed paucis: & reperiemus profectò mandatum ſextum per coactum calibatum; ſeptimum, per neglectum Regibus debitum obſequium, ſceleratè violari.*

* *Lutherus in libro Concionum. fol. 24.*
a *Ieſuitæ ſupra.*
1 *Vide ſupra Apolog huius part. 2. lib 2. cap. 13.*
2 *Ibidem.*
3 *Ibidem.*
4 *Ibidem.*
5 *Ibidem, cap. 15.*
6 *Ibidem.*

Contra Pontificum in Principes autoritatem.
Locus Scripturæ producitur.

*Rom. 13. Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit.] *Reus.* *In hoc loco ſermo eſt de poteſtatibus ſecularibus, & nullus excipitur non Clericus, non Epiſcopus, non Papa: [OMNIS anima.] nec ſolum de Principibus Ethnicis, ſed de Chriſtianis omnibus futuris Paulus præcipit. Ergo Papa ſubiectus eſſe debet Imperatori. *Aduerſarius.* [b]Reſpondeo quod Apoſtolus non reſtringit ſermonem ſuum ad poteſtatem ſecularem, ſed de omni poteſtate loquitur tam ſpirituali quàm ſeculari; ita vt ex hac ſententia diduci nequeat, Papam ſubditum eſſe Regi, aut Regem Papæ. *Reus.* Tota hæc diſputatio Apoſtoli eſt de ciuilibus præfecturis. *Aduocatus.* [c]Auguſtinus, Chryſoſtomus, & omnes ferè veteres intellexerunt Paulum hic loqui de poteſtate TANTVM ſeculari, quod ipſe (*Iudex ſupremus*) contextus diſputationis, & verborum Apoſtoli ſeries per ſe indicant. [Omnis anima] [d] Id eſt, omnis homo; hebræo more, Gen. 17. [Delebitur anima de populo.] & Act. 7. Animæ ſeptuginta quinque] Patres veteres hunc locum de poteſtate ſeculari TANTVM interpretantur: quod & ipſe TEXTVS (*Scriptura Iudice*) ſubindicat, cum ait, [Non ſine cauſa GLADIVM portat.] *Aduerſarius.* [e]Etſi verò de poteſtate Laica tantùm agat, ratio tamen, quâ illi parendum eſt, communis ponitur tam Eccleſiaſticæ poteſtati quàm Laicæ, nimirum quia non eſt poteſtas niſi à Deo. *Putidum ſubterfugium.* *Quæritur enim vtrùm, vbi* Tantum de ſeculari poteſtate agitur, *et de alio quouis homine præcipitur* [Omnis anima ſubdita ſit] *Papa quoque ſubiectionis iure obligetur: Ieſuitæ negant, at res clamat, teſtatur antiquitas, pietas denique ac candor liberè ſuffragatur.* *Aduocatus.* [f]Apoſtolus docet omnes credentes mundi poteſtatibus debere eſſe ſubiectos, [Omnis anima ſubdita, &c.] Chryſoſtomus; Omnis, id eſt, ſiue Apoſtolus, ſiue Propheta, ſiue Epiſcopus, ſubditus ſit.

*Rom. 13. 1. *Prot. ſtantes.

[b] *Bellar. lib. 2. de Rom. Pon. ca. 29.

§ Argumentum tertium.

*Caluinus.

[c] *Pererius Ieſuita in hunc locum.* *Eadem modo Tolletus Ieſ. in eundem.*

[d] *Salmeron Ieſ. in hunc locum.*

[e] *Salmeron, & Pererius Ieſuita quo iam ſupra.*

§

[f] *Epiſc. Eſpenc. com. in 1. Tim. digreſ. lib. 2.*

Sequuntur Chryſoſtomum, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, & qui non Græci? idem Gregorius magnus ingenuè agnoſcebat, & Bernardus, Epiſt. ad Epiſcopum Senonenſem; idem colligit. [Omnis anima] Tum veſtra (inquit) quis vos excipit? ſi quis tentat excipere, tentat decipere. *Utinam verò Scripturam commentis veſtris tantum, & non etiam exemplis violaſſetis. Expoſitionis corruptelam oſtendimus, actionis videamus. Aduerſarius.* [g] Penes Pontifices ſemper fuit poteſtas Reges ac Imperatores imperijs ſuis priuandi. [h] Hoc ius ad Pontifices Romanos pertinet. [i] Ad hos ſolos, qui hoc ius ſæpè aduerſus Imperatores exercuerunt. [k] Imo etiam Pontifici Reges hæreticos, veluti tyrannos occidere licet. *Aduocatus.* [l] Dogma per multa ſæcula inauditum. *Et* [m] Factum viſibile Dei ira damnatum.

[g] *Coſterus Ieſ. Apolog. pro part. 1. Enchirid. pag. 64.*
[h] *Molina Ieſuita Tract. 2. de Juſtit. diſp. 29.*
[i] *Bellar. lib. 5. de Rom. Pont. cap. 6. 7. & 4.*
[k] *Lib. de iuſta Abdicat. Henrici 3. & Reinaldus in ſuo Roſæo.*
[l] *De his vide Apolog. huius part. 3. lib. 1. cap. 84.*
[m] *Ibid. lib. 2. cap. 13.*

CAPVT XXXVII.

De perpetuo cælibatu, pro quo Pontificij allegant has Scripturas, videlicet, primo,

[*] 1. Tim. 3. [Oportet Epiſcopum eſſe vnius vxoris virum] *cuius ſenſum genuinum alij de induſtria eludere ſolebant. Reus.* [*] Puerile eſt commentum interpretari, vnius Eccleſiæ Paſtorem. *Aduerſarius.* [a] Solent quidam (*Pontificij*) hunc locum ijs objicere, qui plures Eccleſias Cathedrales habent, aut qui plura beneficia curam animarum habentia ambiunt. *Aduocatus.* [b] Hoc quidem myſticum eſt, & bonum ſenſum habet, ſed minimè ſolidum, nec ad mentem Apoſtoli.

[*] *1. Tim. 3. 2.*
[*] *Caluinus in hunc locum.*
[a] *Salmeron Ieſ. in hunc locum.*
[b] *Idem ibidem.*

Secundò vrgent

[*] 2. Tim. 2. [Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus.] *Aduerſarius.* [c] Hìc Apoſtolus Epiſcopo præcipit, vt ſtrenuè militet Deo; deinde dicit, non poſſe eum benè militare, ſi ſe implicauerit negotijs ſecularibus: qualia certè eſſe nuptias nemo negare poteſt. *Reus.*

[*] *2. Tim. 2. 4.*
[c] *Bellar. lib. 1. de Clericis. cap. 19.*
§ Probatur.

[*] Lectio

*Lectio vulgaris, [Nemo militans DEO] corrumpit totum Pauli ſenſum. *Aduocatus.* [d] Notandum eſt, non haberi in Græco, nec in omnibus Latinis codicibus illud, DEO: ſed generaliter, [οὐδεὶς στρατευόμενος, Nemo militans.] *Hac depulſa caligine, facilior expoſitionis ratio proponitur: Agedum: tu, vt coniugij iure Epiſcopos ſpolies, huius Scripturæ ſenſum ad ſolos Epiſcopos reſtringis. Quam Scripturam cùm Proteſtantes Epiſcopis Pontificijs obijciunt, quos in iudicys politicis & ſecularibus demerſos totos vident,* [e] Dicuntur (*inquis*) hæc à Paulo tam Epiſcopo, quàm alijs hominibus; omnes enim Laici, etiam Reges, milites Chriſti eſſe debent. *Perinde quaſi contendas, ex iiſdem Apoſtoli verbis probari* Epiſcopis magis, *quàm alijs* hominibus Laicis cœlibatum præcipi, *quæ* non tam (*id eſt, minùs*) Epiſcopis quàm alijs hominibus competunt. *Ac ſi tu dederis operam, vt reſpondendo teipſum opponentem, quàm diſertiſſimè refelleres. Senſum verum expiſcemur. Reus.* *[Nemo militans] id eſt, ea eſt diſciplinæ militaris ratio, vt ſimulac miles Imperatori nomen dedit, relictâ domo & negotijs omnibus, quæ vocantur τῦ βίυ πραγματείαι, negotia vitæ, intelligens quæ pertinent ad familiæ adminiſtrandæ curam, & ordinarias occupationes; vt agriculturam ſuam ruſtici, Mercatores ſua commercia, tabernaſque deſerunt, donec ſtipendijs ſuis ſunt perfuncti: ita (*applicando comparationem ad rem præſentem*) omnes Chriſto penitùs addictos omnibus huius ſeculi impedimentis ſolutos eſſe oportet, generalis eſt quidem ſententia, ſed quæ peculiariter verbi Miniſtris competit. Videant ergo hi primùm quæ ſint à ſua functione aliena, vt ſoluti Chriſtum ſequantur; deinde videant alij, quiſque in ſuo ordine, quid eos à Chriſto abſtrahat, ne hic cœleſtis Imperator minus habeat in nos iuris, quàm ſibi vendicat homo quiſpiam mortalis in prophanos milites, qui in eius nomen iurárunt. *Nemo hunc locum interpretatus eſt accuratiùs, expreſſiùs, diuiniùs; vbi quæ cuiuis Chriſtiano impedimento ſunt, & à vocatione ſua aliena diſertè damnantur, ita vt Epiſcopos Pontificios planè iugulet. Aduocatus.* [f] Si enim miles terrenus, vt victoriam

* *Caluinus in hunc locum.*

[d] *B. Ilar. lib. 5. de Rom. Pont cap. vlt.* § Quinto obijcitur.

[e] *Bellar. ibid.*

* *Caluinus.*

[f] *Eſpenſeus Epiſc. Com. in 2. Tim. 2.*

riam aduersus hostes patriæ obtineat, ab omnibus, quæ ab armis abstrahunt, negotijs & delitijs abstinet, quantò magis Christianus, vt Deo, cui se deouit, se probet, ab ijs, quæ ab eo curis abstrahunt, vacabit? Quod cùm de omnibus dictum sit, inquit Cyprianus, quantò magis molestijs & laqueis secularibus obligari non debent, qui diuinis rebus ac spiritualibus occupati sunt? Atque vtinam, quod Ambrosius subiungit, valeret: Non conuenit (inquit) hominem vnum (*audiant Mutati Episcopi*) duplicem professionem habere. At nunc, quod post Augustinum queritur Anselmus, nunc, inquã, videmus secularium causarum discussionibus intendere, habere mundum iudices de temporalibus iudicantes, Episcopos spiritualibus vacare debere. Quid dicturi boni Patres, qui huius & similium locorum occasione, sacris hominibus adeò profanis negotijs interdixerunt, vt & indè titulum fecerint, ne Clerici vel Monachi secularibus negotijs sese immiscerent? Quid, inquam, dixerent, si viderent hodiernos reuerendos & sanctissimos; cùm in hoc regno ad Episcopos ne dicam Galeros, nulla via expeditior, quàm litium secularium institoria, nedum iudiciaria?

Tertiò opponunt.

* *Luc. 21.* g *Greg. Valent. Iesuide supra in hac parte lib. 4. cap. 12.* h *Idem ibidem.*

* Luc. 21. [Ne corda vestra grauentur curis huius vitæ.] *Aduersarius.* g Leo Papa Serm. 8. de Ieiunio, inde colligit, Ecclesiæ Ministros debere à coniugio abstinere. *Aduocat.* h Respondeo, prohiberi tantùm curam nimiam; & probatur, quia (*Iudice Scriptura*) 1. Tim. 5. 8. Cura rerum secularium moderata Episcopis imponitur. *Iam quid*

Contra perpetuum votum Cœlibatus Protestantes, opponant, pensitemus.
Locus primus.

* *Matth. 19.*

* Matth. 19. Dixerunt Discipuli, Tum non expedit Matrimonium contrahere: dixit Christus, Non omnes capiunt hoc

hoc verbum, ſed quibus datum eſt.] *Reus.* * Cùm dicit Chriſtus, non omnes capere, ſed quibus eſt datum, clarè demonſtrat non omnibus datum eſſe hoc donum continentiæ, nec omnes eſſe capaces: vndè conuincitur eorum *(Pontificiorum)* ſuperbia, qui ſibi arrogare non dubitant, quod tam clarè Chriſtus adimit. *Aduerſarius.* [i] Non omnes hoc capiunt: id eſt, Non intelligunt. *Aduocatus.* [k] Autores ferè omnes exponunt, tanquam ſi ſenſus eſſet, non omnes quod dicis præſtare poſſunt, id eſt, vxore carere, quia non omnes caſtitatis donum habent, ſed quibus datum eſt: itaque hoc [Non omnes capere] ſignificare non omnes capaces eſſe tantæ virtutis, vt ſine vxore viuere poſſint. Hunc ſenſum *Origen. *Nazianz. *Ambroſ. ſecuti ſunt. *Aduerſ.* [l] Quam interpretationem adduci non poſſum vt ſequar, quia cùm Chriſtus in verſu ſequenti dicit [Qui poteſt capere, capiat] minimè dubiũ eſt, quin [capere] dicat, pro intelligere: ſenſus igitur eſt; Non omnes intelligunt. *Ac ſi Chriſtiani alij ingenij hebetioris eſſent ac tardioris, quàm vt intelligant (viz. vitam coniugalem moleſtijs maximis plenam eſſe) quod nullus ferè Poeta non intellexit, & carminibus ſuis ſatis petulanter ſalſeq́ perſtrinxit. Liceat, quæſo, nobis verbis præſentibus vti, ſenſibus præteritis, & cum Interpretibus ſapere,* [m] qui ferè omnes, *inquis*, [non capere] exponunt, non eſſe tantæ virtutis capaces: *præſertim cùm Aduocatus.* [n] In 2. Cor. 7. [Capite nos:] capere hoc in loco NON ſignificat intelligere, ſed capacem eſſe, in quo ſenſu accepit Dominus, Matth. 19. [Qui poteſt capere, capiat.] [o] Vbi verbum Capere, non ſumitur pro intelligere, nam Græcè eſt χωρεῖν, quod ſic ſignificat capere, quemadmodum vas in ſe aliquid capere dicitur: ſignificat ergo expedientiùs eſſe non inire matrimonium, eò quod eſt Dei donum ſingulare: ijs autem qui non capiunt, id eſt, non continent, melius eſt nubere, quàm vri.

* *Caluin in hunc locum.*

i *Pellis. lib. 2. de Monach. cap. 9. § Quartum eſt.*

k *Mald. Ieſ. Com. in hunc locum.*

* *Origen. Tract. in Mat. 7.*

* *Nazianz. Orat. in hæc verba.*

* *Ambroſ. exhor. ad Virg.*

l *Maldon. Ieſ. in hunc locum.*

m *Ibidem.*

n *Salmeron Ieſ. Com. in 1. Cor. 7.*

o *Ianſ. Concord. in hunc locum.*

Locus ſecundus.

* 1. Cor. 7. [Propter fornicationem vnuſquiſque vxorẽ ſuam.

* 1. Cor. 7. 2.

suam habeat.] *Rem.* * Apostolus præcipit omnibus, qui donum continentiæ non habent, vt nubant. *Aduers.* p Respondeo, agitur de viris & fœminis, quæ iam matrimonio coniunctæ erant; tantùm præcipitur, vt propter fornicationis periculum vitandum, vnusquisque vir sua vxore vtatur, & vnaquæque vxor suo viro. Habere, in Scripturis est re habitâ bene vti: vt Matth. 5. [Omni habenti dabitur] q Apostolus in hoc loco (1. Cor. 7. 2.) loquitur de Coniugatis, qui cùm in Paganismo vxores duxissent, post conuersionem ad fidē dubitabant an deberent vxoribus vti. *Textus ipse reclamat, quia hæc verba* [Propter fornicationem vnusquisque habeat vxorem suam,] *versus secundus continet. Et Apostolus antequam ad versum duodecimum perueniat, huiusmodi coniugatorum causam omninò attingit, vt patet vers.* 12. [Nam cæteris dico, non ego sed Dominus, si quis vxorem habet infidelem, &c.] *Aduocatus.* r Quæ hactenùs dixit Paulus, Ad eos potissimùm spectant, qui in Christianæ Ecclesiæ veritatem nomen dederant: hæc verò ad eos pertinent, qui cum Matrimonio IVNCTI fuerint, aut aliâ publici iuris lege obligati; tamen DISPARI ESSENT CVLTV: ideò ait, [Cæteris, &c.] *Deinde secundum versum de non coniugatis intelligi, versus primus demonstrat.* s [Bonum est mulierem non tangere: *sequitur*, propter fornicationem, &c.] Bonum & optandum est cum primis fœminam non tangere, sed si tangenda est mulier, à scortatione omninò abstinendum: sed CONIVGIA (*ergo non de iam initis agitur*) INEVNDA legitima, eaque summâ fide, puritate, ac simplicitate sunt colenda. *Quæ omnia Scholasticorum Coryphæus facile vidit.* t [Propter fornicationem, &c.] Apostolus primò instruit eos, qui NON sunt matrimonio iuncti, vtrum, scil. debeant matrimonium contrahere: circa hoc duo manifestat: primum, quid est per se bonum, deinde, quid sit necessarium. Primum ostendit in illis verbis: [Bonum est mulierem non tangere:] alterum in sequentibus, [propter fornicationem.] Considerandum est, quòd in detestatione fornicationis, cōtra quam Apostolus scripserat, quidam non habentes zelū

secundum

* Protestantes.

p Salmeron Iesuit. Com. in 1. Cor. 7. Eodem modo Stapelt Antid. in hunc locum.

q Bellar. lib. 1 de Clericis cap 21. § Argumentum secundum.

r Arias Montan. in hunc locum.

s Ibidem.

t Aquinas in hunc locum.

ſecundum ſcientiam, in tantum procedebant, quòd etiam Matrimonium condemnabant, quia hoc Corinthijs fidelibus durum videbatur: ſuper hoc ad Apoſtolum ſcripſerunt, Apoſtolus reſpondet, [De quibus autem ſcripſiſtis mihi, &c.] Reſpondeo: primo, quantum ad Matrimonium, [Bonum eſt mulierem non tangere:] ſed quia ad hoc bonum non ſunt omnes homines idonei, Matth. 19. [Non omnes capiunt verbum hoc:] docet ſecundò quid eſt neceſſarium, [Vnuſquiſque propter fornicationem, &c.] deinde verſ. 33. [His autem qui matrimonio IVNCTI ſunt:] ſupra poſuit Apoſtolus documenta de contractu matrimonij, his verbis (verſ. 33.) autem inſtituit eos qui MATRIMONIVM CONTRAXERVNT; tum quantum ad eos qui ſunt vnius cultus. *Verſ.* 24. [Vnumquemque ſicut vocauit Deus:] tum etiam ad eos qui ſunt in diſpari cultu: *verſ.* 12. [Nam cæteris ego dico, &c.] *Hæc eſt ſummi Doctoris veſtri, de hac Scriptura, ſuccincta & enucleata Analyſis: quæ ſubiungit Apoſtolus,* [Melius eſt nubere, quàm vri] * *ſupra expoſui. Quæ ad præceptum ſecundum de cultu Imaginum ſpectant, infra diſcutiuntur. Vbi à Lege aſcendimus*

* Vide Apolog. huius part. 1. lib. 2. cap. 14.

CAPVT XXXVIII.

Ad doctrinam Euangelij, in qua Scripturarum loca ea accuratè examinantur, quæ vel
- *Ad cultum diuinum,*
- *Extra cultum, ad fidem noſtram informandam valere videantur.*

Quæ aliquo modo Cultum religioſum concernant ad hæc quatuor capita reuocantur:
1. *Eſt de genere linguæ in qua,*
2. *De præſentia Imaginum, coram quibus,*
3. *De ſtatu animarum parùm fœlicium, pro quibus,*
4. *De Inuocatione Sanctorum, per quos Deum immortalem orare plerique ſolent.*

* *Proteſtantes.*

p Salmeron Ieſ. Com. in 1. Cor.7. Eodem modo Stapelt Antid. in hunc locum.

q Bellar. lib.1 de Clericis cap 21. § Argumentum ſecundum.

r Arias Montan. in hunc locum.

ſ Ibidem.

t Aquinas in hunc locum.

ſuam habeat.] *Rem.* * Apoſtolus præcipit omnibus, qui donum continentiæ non habent, vt nubant. *Aduerſ.* p Reſpondeo, agitur de viris & fœminis, quæ iam matrimonio coniunctæ erant; tantùm præcipitur, vt propter fornicationis periculum vitandum, vnuſquiſque vir ſua vxore vtatur, & vnaquæque vxor ſuo viro. Habere, in Scripturis eſt re habitâ bene vti: vt Matth. 5. [Omni habenti dabitur] q Apoſtolus in hoc loco (1. Cor. 7. 2.) loquitur de Coniugatis, qui cùm in Paganiſmo vxores duxiſſent, poſt conuerſionem ad fidē dubitabant an deberent vxoribus vti. *Textus ipſe reclamat, quia hæc verba* [Propter fornicationem vnuſquiſque habeat vxorem ſuam,] *verſus ſecundus continet. Et Apoſtolus antequam ad verſum duodecimum perueniat, huiuſmodi coniugatorum cauſam omninò attingit, vt patet verſ.* 12. [Nam cæteris dico, non ego ſed Dominus, ſi quis vxorem habet infidelem, &c.] *Aduocatus.* r Quæ hactenùs dixit Paulus, Ad eos potiſſimùm ſpectant, qui in Chriſtianæ Eccleſiæ veritatem nomen dederant: hæc verò ad eos pertinent, qui cum Matrimonio IVNCTI fuerint, aut aliâ publici iuris lege obligati; tamen DISPARI ESSENT CVLTV: ideò ait, [Cæteris, &c.] *Deinde ſecundum verſum de non coniugatis intelligi, verſus primus demonſtrat.* ſ [Bonum eſt mulierem non tangere: *ſequitur*, propter fornicationem, &c.] Bonum & optandum eſt cumprimis fœminam non tangere, ſed ſi tangenda eſt mulier, à ſcortatione omninò abſtinendum: ſed CONIVGIA (*ergo non de iam initis agitur*) INEVNDA legitima, eaque ſummâ fide, puritate, ac ſimplicitate ſunt colenda. *Quæ omnia Scholaſticorum Corypheus facile vidit.* t [Propter fornicationem, &c.] Apoſtolus primò inſtruit eos, qui NON ſunt matrimonio iuncti, vtrum, ſcil. debeant matrimonium contrahere: circa hoc duo manifeſtat: primum, quid eſt per ſe bonum, deinde, quid ſit neceſſarium. Primum oſtendit in illis verbis: [Bonum eſt mulierem non tangere:] alterum in ſequentibus, [propter fornicationem.] Conſiderandum eſt, quòd in deteſtatione fornicationis, cōtra quam Apoſtolus ſcripſerat, quidam non habentes zelū

ſecundum

ſecundum ſcientiam, in tantum procedebant, quòd etiam Matrimonium condemnabant, quia hoc Corinthijs fidelibus durum videbatur: ſuper hoc ad Apoſtolum ſcripſerunt, Apoſtolus reſpondet, [De quibus autem ſcripſiſtis mihi, &c.] Reſpondeo: primo, quantum ad Matrimonium, [Bonum eſt mulierem non tangere:] ſed quia ad hoc bonum non ſunt omnes homines idonei, Matth. 19. [Non omnes capiunt verbum hoc:] docet ſecundò quid eſt neceſſarium, [Vnuſquiſque propter fornicationem, &c.] deinde verſ. 33. [His autem qui matrimonio IVNCTI ſunt:] ſupra poſuit Apoſtolus documenta de contractu matrimonij, his verbis (verſ. 33.) autem inſtituit eos qui MATRIMONIVM CONTRAXERVNT; tum quantum ad eos qui ſunt vnius cultus. *Verſ.* 24. [Vnumquemque ſicut vocauit Deus:] tum etiam ad eos qui ſunt in diſpari cultu: *verſ.* 12. [Nam cæteris ego dico, &c.] *Hæc eſt ſummi Doctoris veſtri, de hac Scriptura, ſuccincta & enucleata Analyſis: quæ ſubiungit Apoſtolus,* [Melius eſt nubere, quàm vri] * *ſupra expoſui. Quæ ad præceptum ſecundum de cultu Imaginum ſpectant, infra diſcutiuntur. Vbi à Lege aſcendimus*

* *Vide Apolog. huius part. 1. lib. 2. cap. 14.*

CAPVT XXXVIII.

Ad doctrinam Euangelij, in qua Scripturarum loca ea accuratè examinantur, quæ vel

- *Ad cultum diuinum,*
- *Extra cultum, ad fidem noſtram informandam valere videantur.*

Quæ aliquo modo Cultum religioſum concernant ad hæc quatuor capita reuocantur:

1. *Eſt de genere linguæ in qua,*
2. *De præſentia Imaginum, coram quibus,*
3. *De ſtatu animarum parùm fœlicium, pro quibus,*
4. *De Inuocatione Sanctorum, per quos Deum immortalem orare plerique ſolent.*

*Orationes & diuina officia debere in lingua cognita celebrari * ſupra multis Argumentis probauimus, ex loco.*

* In hac parte Apolog. lib. 1. cap. 24.

1. Cor. 14. [Quomodo qui ſupplet locum Idiotæ, reſpondebit Amen, cùm quid oras neſcit?] *Tantum ad ſumma Capita digitum intendam. Aduerſarius.* [1] Reſpondemus Paulum loqui de prædicatione, non de Miſſæ (*id eſt, officiorum diuinorum*) celebratione. *Aduocatus.* [2] Falſum, quia (*Iudice Scripturâ*) in Textu habentur hæc verba, [Pſallo, precor, gratias ago.] *Aduerſarius.* [3] [Qui ſupplet locum Idiotæ:] Idiota ſignificat Clericum, non communem populum. *Aduocatus.* [4] Græca phraſis reſponſum hoc non admittet. *Denique Aduerſarius.* [5] Non ex hoc loco euincitur præceptum ne in ignota lingua oremus. *Aduocatus.* [6] Apoſtolus Orationem ad ædificationem orantis fieri, [7] præcipit: [8] & eſt Apoſtolicum mandatum. *Et hoc iſti ex hac Scriptura demonſtrant.*

1 Ecchius.
2 Bellarminus.
3 Ledeſma Ieſ.
4 Salmeron Ieſ.
5 Bellarmin.
6 Aquinas.
7 Caietanus.
8 Caſſander. De his ſingulis vide hanc partem Apolog. lib. 1. cap. 24.

Secundò, de Imaginum cultu, pro quo Pontificij acriter contendunt ex

Heb. 11. 21. [Iacob adorauit faſtigium virgæ.] *Aduerſarius.* [9] Obſerua quod Adoratio Creaturis præſtari poſſit, vel Deo coram creaturis. *Aduocatus.* [10] Græcè eſt, Adorauit ad faſtigium virgæ. Fruſtra aliqui ſimulant Iacob virgam adoraſſe, inquit Hieronymus, quia, &c. *De his ſupra.*

9 Gagneus in hunc locum.
10 Ribera Ieſ. vide in hac parte lib. 1. cap. 13.

Hunc cultum Proteſtantes oppugnant ex loco

* Exod. 20. 4.
a Azorius Ieſ. Inſtit. Moral. lib. 9. cap. 6.
b Bellar. lib. 2. de cultu Imag. cap. 7.
c Caniſius Ieſ. Catechiſ.
d Ecchius Enchir.

[*] Exod. 20. [Non facies tibi ſculptile, &c.] *Reus.* [a] Hinc Lutherani & Caluiniſtæ concludunt, Imaginum cultum religioſum penitùs eſſe prohibitum. *Aduerſ.* [b] Reſpondeo, hoc præcepto tantùm prohibetur iſta Imago, quæ Idolum dici poteſt, vel quia adoratur pro Deo: vel quia repreſentat eam rem, ([c] more Gentilium) quæ non eſt Deus. [d] In hunc finem prohi-

prohibetur. [e] Et hoc reſponſum à nullis vnquam refutari potuit. *Ain'?* à nullis? *&*, nunquam? *hunc murum aheneum, ſcilicet, antiquitatis, multitudinis, rationis machinis iam iam demoliturus eſt non nullus. Adnoc.* [f] NON PAVCIORES Autores, nec INFERIORIS NOTAE opinionem OPPOSITAM, quæ mihi ſemper probabilior videbatur, amplectuntur: nimirùm, quemlibet Imaginum vſum (*quoad cultum*) hoc præcepto Dei poſitiuo prohiberi, ſic Alexander, Paludan. &c. ſic Origen. Tertullian. &c. *Et ſic Ieſuita alius.* [g] Iudæi, ne quaſi pueri ſimulacra colerent, prohibebantur imagines & ſimulachra habere. *Addis*, Nobis verò nihil tale eſt prohibitum. *Falsò & puerilitèr; æquè enim Chriſtianos præcepta moralia atque Iudæos obligant. Sed adhuc Spiritus mortales & priuatos inter ſe confligere video, idcircò nos Spiritum diuinum, imò Deum huius expoſitionis Iudicem expectamus.* [h] Hoc clarè deducitur ex Deut. 4. [Memento quòd non viſti aliquam ſimilitudinem, aut imaginem.] Quibus verbis planè indicat, non licuiſſe tum verum Deum in aliqua Imagine venerari. *Alia teſtimonia, quæ ad hanc quæſtionem adduci ſolent, iam apud me deſcripta habeo, quæ, ſacrâ Scripturâ Iudice, ex ingenua Aduerſariorum confeſſione, expedire poſſum, ſi hoc munus eſſe præſentis negotij. Ad tertium membrum, pergamus.*

[e] *Greg. Valent. Reſ. lib. 1. de laol. cap. 5. pag. 696. Col. 2. §* Reſponſum.

[f] *Vaſques Ieſ. lib. 2. Adorat. diſp. 4. cap. 2. in initio.*

[g] *Salmeron Ieſ. Com. in Rom. 3. diſp. 19. §* Primo, quia.

[h] *Vaſques quo ſupra.*

CAPVT XXXIX.

De ſtatu Animarum parum felicium poſt mortem { *Tam veteris Teſtamenti, quibus multi Limbum:* / *Quàm noui Inſtrumenti, quibus Purgatorium aſſignat.*

Limbum Pontificij vrgent: primò ex Propheta

[*] ZAch. 9. Tu autem in ſanguine Teſtamenti eduxiſti vinctos tuos è carcere, in quo non erat aqua.] *Aduerſarius.* [a] Significans Chriſtum ad illum locum inferni deſcendiſſe, vt ſanctos illos Patres alioſque pios ex illo carcere liberatos

[*] *Zach. 9. 11.*

[a] *Catechiſmus Trid. in Expoſ. Articuli deſcenſus.*

liberatos ſecum adduceret in cœlum. [b] Ecce Prophetæ locum de Limbo Patrum, Chriſtiſque ad eos liberandos profectione apertum teſtimonium: [c] hunc autem eſſe ſenſum huius loci tradiderunt ante multa ſecula Remingius, Theodoretus, & Hieronymus. [d] Lacu, &c. id eſt, de Limbo, in quo erant Patres, vt Cyrillus & Thomas exponunt, quos ſequuntur recentiores. [e] Ex his locis *(hoc loco inſerto)* apparet manifeſtum mendacium Bezæ negantis hoc loco vllum eſſe Limbum in Scripturis. *Vel planè potiùs tuum. Nam Aduoc.* [f] Hæc verba magis ad purgatorium quàm ad Limbum Patrum ſpectare videntur, quia hic erat [Lacus ſine aqua] at Patriarchæ aqua refrigerij ac conſolationis non carebant: vnde eſt quod Abraham de Lazaro dixit ad Epulonem, *(Iudice Spiritu ſancto)* * Hic nunc conſolatur, tu verò cruciaris. *Quid ergo?* [g] Etſi hunc locum adducunt PASSIM pro liberatione Patrum ex Limbo, tamen (*addit*, Melius conuenit liberationi ex Purgatorio) non conuenit, quia de Sanctis veteris Teſtamenti dicendum, quod de Lazaro Luc. 16. Hic conſolatur. *Reus.* * Quod olim hunc Lacum quidam intellexerunt veſtibulum inferni, in quo Patriarchæ fuerint, quos Chriſtus eduxit, permitto eorum ſimplici deuotioni & arbitrio: Sanguinem Meſſiæ opponit ſanguini veteris Teſtamenti, & Chriſtum captiuos *(Non Patriarchas modò, ſed vniuerſos electos ſuos)* ex alia AEgypto, videlicet, ex lacu, in qua non erat aqua *(inferno damnatorum)* eduxiſſe. *Liberando ne vnquam eò deſcenderent, quia* Portæ inferni non præualebunt aduerſus eos. *Vel etiam de liberatione corporum in reſurrectione conuenire non inepte poteſt. Quemadmodum Aduoc.* [h] In Ier. 3. Lapſa eſt in aquam vita mea, & poſuerunt lapidē ſuper me. Quomodo Dauid Pſal. 87. [Poſuerunt me in lacu inferiore, & in vmbra mortis.] quoad ſenſum hiſtoricum, ad Ieremiam referimus: qui poſitus fuit in profundo lacu. Quæ verba poſſunt quoque *(Allegoricè)* de Chriſto Saluatore intelligi poſito in ſepulchro, vt grauiſſimi & ſapientiſſimi interpretes expoſuerunt.

Locus 2. ex Euangelio.

* Luc. 16. 23. * Luc. 16. Et videt Dives à longè animam Lazari in ſinu Abrahæ.

[b] *Fevardentius Dialog. 6. § 10.*
[c] *Bellar. lib. 4. de Chriſto cap 11. § Item.*
[d] *Ribera Ieſ. in hunc locum.*
[e] *Salmeron Ieſ. Com. in 1. Pet. 3. diſp. 6.*
[f] *Salmeron Com. in 1. Cor. 15. diſp. 26. § Vocatur.*
* *Luc. 16.*
[g] *Bellar. lib. 1. de Purg. cap. 3.*
* *Lutherus in eum locum.*
[h] *Pintus Com. in Lament. Ier. 3.*

Abraham, *Aduersarius.*[i] Hoc in loco Sinus Abrahæ significat Gehennæ labrum supremũ, quem Limbum appellamus. [k]In quo Sinu animæ piorum ante Christi aduentum fuerunt non in cœlo.[l]Non in cœlo, sed in sinu Abrahæ, id est, in loco subterraneo, quod ego contra (*ô pie*) impium Caluinum hoc negantem probo. *Nec proficis hilum. Nam. Aduocatus.*[m]Per sinum Abrahæ valdè ego suspicor summũ cœlum intelligi. *Ecquid praterea? Aduersarius.* 2.[n]Magnum Chaos, vt quidã exponunt, Purgatorium significat. 3.[o]Si Epulo in inferno curam gerit viuorum fratrum, tum multò magis sancti defuncti de viuis curam gerunt. Si ille Abrahamum tam longè distantem alloquitur, & auditur; tum absurdum non erit sanctos inuocare per spacium cœli & terræ à nobis distinctos. *Cui ego vos assimilem? similes estis homini illi, qui (vt est in alia parabola)* ædificauit domum suam super arenam; *quod profectò faciunt qui tot fidei dogmata* Limbi, Purgatorij, Inuocationis *ex mera parabola fabricantur. Quia. Aduocatus.*[p]Hæc pars de Epulone non historia, sed parabola videtur, quia qui in Inferno sunt, nondum in corporibus puniuntur: at hic fit *(Scripturâ Iudice)* DIGITI & LINGVÆ mentio. Et damnati homines *(ergo pro Inuocatione nihil facit)* curam viuentium gerere non solent, aut eorum salutem procurare. Non igitur quærendum est quo animo hoc Epulo petijt, quod reuerà NON PETIIT, sed quo animo Christus finxit eum hoc petere: nimirum, vt doceret, non esse expectandum vt à mortuis doceamur. *Denique,*[q] Vbi esset sinus Abrahæ Augustinus prudenter dubitabat, [r]Imo Augustin. Epist. 99. colligit sinum Abrahæ non fuisse aliquam Inferni partem, quia, inquit, *(hoc est reuera supremum Iudicem consulere)* in nullis Scripturarum locis reperire potui, ipsos Inferos in bono appellari. *De hac quæstione* * *supra pluribus disputauimus. Hîc in tuam gratiam, Lector, rationem attexam (mea quidem opinione) minimè elumbem, sed perinde erit ac acceperis. Improbus Epulo* [In tormentis & flamma] *id est, (omnium consensu) in Gehenna cruciebatur. Ergo fidelem Lazarum in summo cœlo Beatorum fuisse fidei Analogia credere*

i *Colleg. Rhemens. in hunc locum & Suares Iesu. in 3. part. Thom. q. 52. Art. 1. disp. 42. § 2.*

k *Bellar. lib. 4. de Christo. cap. 11.*

l *Stapl. in Promp. in Fer. 5. Hebd 2. Quadrages. § Nunc ego.*

m *Maldonat. Iesu. com. in eum locũ.*

n *Rhemens. annot. in Luc. 16. 25.*

o *Partim Bellar. lib. 1. de Beat. sanct. cap. 18. partim Rhemenses annot. in Luc. 16.*

p *Maldonat. Jes. in hunc locum.*

q *Ibidem.*

r *Iansenius in Concord.*

* *Apolog huius. part. 1. lib. 1. cap. 10.*

iubet: nisi quis fortè ſuſpicetur (quod pietas vetat) Deum maiore ſeueritate in damnandis reprobis, quam in Electis glorificandis miſericordiâ vſum fuiſſe: Cui opinioni textus reclamat, ver. 25. [Tu in vita tua bona accepiſti, Lazarus verò (ὁμοίως) SIMILITER mala,] *quæ diſiunctæ proportionis ſimilitudo in ſtatu defunctorum quoque obtinuiſſe* [Nunc verò ille ſolatio fruitur, tu cruciaris] *Ex verſu 24. euincitur, vbi petit Epulo* [linguam ſuam digito Lazari refrigerari,] *quibus verbis deſcribere Dominus voluit, Lazarum tam in ſinu Abrahæ beatum, quàm reprobum in lacu Gehennæ miſerum extitiſſe.*

Tertius ex Epiſtolis.

*Heb. 11. verſ. 39. & 40.

*Heb. 11. Hi non ſunt conſequuti promiſſiones, vt non ſine nobis conſummarentur.] [f] Id eſt, Patres veteris Teſtamenti ante Chriſti aduentum ad cœlum aſpirare non poterant, erant enim in Limbo, priuſquam Chriſtus per aſſentionem aditum eis aperuiſſet. [t] Hoc Apoſtolus probat. *Imo nihil minùs probat. Reus.* [*] Quod dicit Apoſtolus eos nondum adeptos eſſe promiſſionem, de VLTIMA promiſſionum clauſula intelligi debet. *Quæ conſiſtit in perfecta beatitudine, non conſummata ante corporum reſurrectionem. Aduoc* [u] Loquitur Apoſtolus de conſummata beatitudine CORPORIS & animæ, dum ea quæ corporis eſt, carent, & hic eſt, vt Auguſtin. exponit, germanus ſenſus huius loci: quia (*Scriptura Iudice*) non eſt ſcriptum: Ne ſine nobis remunerentur, ſed, ne conſummarentur: nec enim conſummatam beatitudinẽ habent animæ. *Et eodem textus lumine illuſtratus alius.* [x] Dico per [Repromiſſionem, quam nondum erant adepti] intelligi perfectam beatitudinem CORPORIS & animæ.

[f] *Colleg. Anglo-Rhemen. annot. in eum locum.*
[t] *Maldonat. Ieſ. com. in Ioh. 14. 2.*
[*] *Caluinus in eum locum.*
[u] *Ribera Ieſ. com. in eum locum.* § altera expoſitio.
[x] *Bellar. lib. 1. de Beat. Sanct. ca. 3.* § Tertio Dico. *eodem modo Suares Ieſui. tom. 2. in 3. hom. q. 53. art. 3*

CAPVT XL.

De Purgatorio, quoad {*Pœnam,* / *Veniam.*

Primò quoad Pœnam.

Status

Status controuerſiæ.

Aduerſarius. [a]Eccleſia fida Scripturæ interpres docuit ignem eſſe quendam Purgatorium, eoque pœnas peccatorum, quas in hac vita perfecta pœnitentia non diluit, defunctis in Chriſto fidelibus luendas & expiandas eſſe. *Nos itaque (ſi placet) Eccleſiæ veſtræ in exponendis Scripturis, ſpiritum ex publico Scripturæ ipſius iudicio examinemus; præſertim in iis locis, quæ vobis omnium clariſſima ſolent videri.*

[a] *Canisius Inſt. in ſum. doctr. Christ. de Sacram. pœnit. q. 9. § Hoc eſt.*

Ex veteri Teſtamento
Locus primus.

*Pſal. 66. Tranſiuimus per ignem & aquam, eduxiſti nos in refrigerium.] *Aduerſarius.* [b]In hoc loco Origenes exponit, per aquam, baptiſmum, per ignem, purgatorium. *Sed aqua illi hæret, (vt eſt in prouerbio) nam vt taceam præſtigioſa Origenis allegorizantis* deliramenta, de quibus ſupra vidimus. Nunc ad oppoſitum. *Reſp.* *Quidam ſophiſtæ non tantum habent ſolertiæ, vt videant hic non de Purgatorio agi. *Aduocatus.* [c]Quod alij ſic nugantur, ego non probo. *Quibus verbis Aduerſarium ſuum Lutherum diuinum & perſpicacem Scripturarum interpretem, te verò (Bellarmine) collegam ſuum cum Pontificijs alijs, mendacem eſſe temeratorem non obſcurè concedit: quia ait* [d]Hunc locum in perſona OMNIVM ſanctorum intelligi poſſe. *Adhuc Scripturæ lumen non ſatis perſpectum habemus, quod nunc efficere enitar.* [e]Apud Zach. 13. ſignificat populum Chriſtianum variis tentationibus exercendum atque probandum, vt fiat quaſi aurum puriſſimum, vt Pſalm. 65. Tranſiuimus, &c. & Iſa. 43. Cum ambularis in igne non combureris. Audio (inquit) * Tertullianus alibi dicentem Deum: [Vram illos ſicut vritur aurum.] Vtique per tormenta ignium & ſuppliciorum, per martyria fidei examinatoria. *Itaque quod ex loco* [f]Tranſiuimus per ignem & aquam & eduxiſti nos in refrigerium] ſignificat ignem & aquam, id eſt, mundi afflictiones viam eſſe ad æternas voluptates. *Quæ igitur hæc peruerſitas, quod de huius vitæ miſerijs dicitur, ad commentitium defunctorum tormentum contorquere?*

[b] *Bellar. lib. 1 de Purgator. cap. 3. § Quintus, &c.*

*Pſal. 66. 12.

*Supra Hieron. ita loquitur.

*Luther. art. 37.

[c] *Roffens. Epiſco. in illum Luth. articulum.*

[d] *Ibidem.*

[e] *Ribera Ieſ. com in Zac. 13 nu. 17*

*In Scorpiaco contra Gnoſticos in Med.

[f] *Pintus com. in Eſ. 43. & Aquinas com. in Iac. 3.*

Locus

Locus secundus.

*Esa. 9. 18. Esa. 9. Succensa est quasi ignis impietas, vepres & spinas deuorabit.] *Aduersarius.* g Dicit Basilius in hunc locum, peccatum post hanc vitam igne purgatorij purgari posse, probat ex hoc loco. *Quod est Scripturæ sensum imponere, potiùs quàm exponere: qualia enim peccata in purgatorio igne probari contenditis?* h Purgatorium pro ijs tantùm est, qui cùm venialibus culpis moriuntur. *Qualia profectò non sunt ea, quæ hic ignis* deuorabit: *Iudice Scriptura.* Succensa est impietas, vt VEPRES & SPINAE, *quibus nominibus venialiter peccantes nunquam vocantur. Aduocatus.* i Sensus est: Impietas hostium Israelis accensa est, & NON populum aliquem PIVM, & Deo deuotum, sed VEPRES & spinas, hoc est, Israelitas SCELERATOS DEVORABIT: Comparat enim (*Scripturâ Iudice*) Propheta Israelem VEPRIBVS & spinis, & * Syluæ à feris habitatæ. *Hac non successit: sequatur*

g *Bellar. lib. 1. de purgat. cap. 3. § Septimus.*

h *Idem lib. 2. de Purg. cap. 1. in fine*

i *Pintus Iesc. com. in hunc locum.*

* *Ibidem.*

Locus tertius.

*Mich. 7. 8. *Mich. 7. 8. [Ne lætaris, inimica mea; nam, si cecidi, resurgã, cùm sedero in tenebris, irã Domini portabo, donec causam meam iudicet.] *Aduersarius.* k Hunc locum adduci solitum pro Purgatorio docet Hieronymus, & Glossa ordinaria exponit [Iram portabo] hîc, vel in Purgatorio. *Aduocatus.* l Loquitur in persona populi Propheta, id est, id persona Hierusalem, quæ Babylonem inimicam suam, à qua vastata est, exsultare prohibet, eò quòd sit iterum post captiuitatem ædificanda & habitanda. Ita Hieronymus & alij. Ne lætris, ô Babylon, de ruina mea, quæ mihi nunc à Propheta prædicta est, eadem à te expugnata, sed iterum ædificabor. *Ex quibus luculenter patet literalem expositionem tantùm miserias huius vitæ, atque etiam populi Iudaici propriè ostendere, ita vt illud Glossæ tuæ* [Vel] *rima minus exigua sit, quam vt per eam elabi queas. Quia.* * Vnius Scripturæ literalis sensus tantùm vnus assignari possit. *Sin Allegoricum sensum velis, Theses tres præmisimus, quibus demonstratur,* 1. * Allegoricum genus argumentandi non esse argumentatiuum: *nec tam pugnæ, quam pompæ inseruire: qualis huius loci hæc Allegoria elegans admitti possit.*

k *Ribera Iesc. com. in hunc locum.*

* *Supra Iesuita.*

* *Supra Iesuita.*

possit, [m]Vt de Christo intelligatur, qui de Iudæorum obstinacia conquestus, [Sed noluistis,] Gentium conuersionem expectabat: cuius sancta humanitas ad mortem loquens, dicat, [Ne læteris inimica, quia cecidi.] Consurgam enim tertia die postquam [Sedero in tenebris] sepulchri [Dominus me in lucem] resurrectionis [educit, portabo iram Domini] qua humano generi iratus est: cuius ego (vt caput) iniquitates sustinui: [Donec causam meam iudicet,] me vitæ pro sua gloria restituat. [Et faciet iudicium meum,] vt mortis, & inferni, & peccati Victor agnoscat.

m Ribera Iesuita ibid num. 36.

Locus quartus.

*Zach. 9. Eduxisti vinctos de lacu, in quo non est aqua.] *De quo* supra. *Aduersarius.* [n]Loquitur Propheta de Purgatorio: & per Lacum sine aqua, non intelligitur limbus, sed locus Purgatorij carens aquâ consolationis. [o]Melius conuenit Purgatorio, quàm Limbo. [p] Magis Purgatorio, quàm Limbo. *Quidni etiam Limbo vestro conuenire videatur? Adnocatus.* [q]Quia per [Lacum in quo non est aqua] significatur locus, in quo non est consolatio. *Vos tale Purgatorium commenti estis, in quo saltem spei consolatio cruciatis affulgeat.* [r] Animæ in purgatorio certæ sunt de sua salute. *Quali certitudine?* non nostra quæ est in hac vita, quæ est tantùm coniecturalis, sed ea quæ omnem timorem excludat. [s]Et habent admixtam cum summis cruciatibus incredibilem consolationem propter certam spem salutis. *Quæ quidem intludit solidam animi consolationem. Nec hoc solum.* [t]Videtur mihi non esse improbabile, esse locum, qui quidem ad Purgatorium pertinet, in quo nulla sit pœna sensus, qui est carcer quidem senatorius atque honoratus. *Næ tu pro hoc tuo nouo & læto commento honorandus es! Progredere.*

*Zach 9.11.
*Supra.
n Costerus Iesuita Enchirid. Tract. de Purgat. § Propositio quarta.
o Bellar. lib. 1. de Purgat. cap. 3. § Nonus locus.
p Salmer. Iesuita com. in 1. Cor. 15. disp. 26. § Vocatur.
q Costerus, Bellar. Salmer. locis iam supra citatis.
r Bellar. lib. 2. de Purg. cap. 4. § At.
s Bellar. lib. 2. de Purgat. cap. 4. § Tertiò quia.
t Ibidem.*

Locus quintus.

Malac. 3. [Ipse sedebit quasi ignis conflans, & purgabit filios Leui, & colabit eos.] *Aduersarius.* [u] Hunc locum exponunt de pœna Purgatoria. Origen. hom. 6. in Exod. Ambros. in Psal. 36. August. lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 25. *Nec isti Autores pœnam vestram Purgatoriam intellexerunt, nec hic lo-*

*Malach. 3. 2.
u Bellar. lib. 2. de Purgat. cap. 3. § Decimus locus.*

cus de illa Purgatoria pœna intelligi. Illud nos *docuimus: hoc, quæso, doce. Aduocatus. x Quanquam pœna ista Purgatorij non est ea, de qua nunc agimus, nam (Scripturâ Iudice) hæc purgabit VIVENTES; nos autem agimus de pœna mortuorum. Addis. Aduersarius. y Tamen indirectè infertur Purgatorium. Nequaquam verò, non magis, quàm possint inferri ex viuis mortui. Sensum textus huius germanum libet amplecti? Aduocatus. z Ego Theodoreto assentior, qui de expiatione cordium per Spiritum sanctum datum à Christo, Prophetam loqui arbitratur. Christus igitur igne Spiritus sui calefaciet animas suorum, & expurgabit, vt ignis metalla: hoc enim significat [Ignis conflans,] id est, purificans metalla, quæ mittuntur in ignem vt liquefiant, & excernantur scoriæ. De quo dictum est Matth. 3. Baptizabit in Spiritu sancto & igne. Et Luc. 12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? Et Isa. 4. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius in Spiritu iudicij & ardoris. *In tot veteris Testamenti (si vocabula spectemus) ignibus, nulla adhuc vel minutissima scintillula apparuit, quæ Purgatorio Papali lucem vel tenuissimam præbuit.*

*Supra.

x Bellar. quo supra.

y Ibidem.

z Ribera Ies. com. in Malach. 3.

CAPVT XLI.

Ex nouo Testamento an Purgatorij fumus vllus appareat, experiemur tum in { *Euangelijs,* { *Matthæi,* *Lucæ.* / *Epistolis.*

Locus sextus ex Matthæo.

*Matth. 12. 32. a Stella com. in Lucam. b Salm. Ies. com. in 1. Cor. 15. c Bellar. lib. 1. de Purg. cap. 4. in initio. d Maldonat. Ies. com. in Matth. 12. e Bellar. quo supra

*Matth. 12. Est quoddam peccatum quod non remittetur in hoc seculo, neque in futuro. *Aduersar.* a Hinc APERTE colligitur esse Purgatorium. b Verba ipsa hoc satis indicant. c Omnes glossæ hinc probant, quædam remitti in futuro; vnde sequitur Purgatorium. d Ex quo loco Caluinistæ & Lutherani refutantur. *Ecquid isti habent, quod respondeant? Aduocatus.* e Respondent Christum hîc loqui per exaggerationem, & significari non remitti in æternum, ac proinde hunc

hunc locum nihil pro Purgatorio facere. *Vos verò. Aduersarius.* [f] Inepta esse exaggeratio, vbi alteri parti nihil respondetur: vt, si in futuro nihil remitteretur: sicut ineptũ est dicere; non ducam vxorem, neque in hoc seculo, neque in futuro: cùm non, nisi in hoc seculo, vxores ducantur. *Figuras Rhetoricas vir delicatus inter ineptias numerat. Sine quibus homines cùm hominibus non modò non ornatè loqui, sed vix quidem loqui possint. Enimuerò in omni Hyperbolica dictione, si quis sensum tropicum expendat, nihil eâ elegantius dici possit: sin significationem propriam, nihil ineptius: & tamen in tota Scriptura nulla ferè occurrit figura frequentiùs. Tu autem.* [g] Ineptè dixisset Petrus, Domine, non lauabis mihi pedes neque in hoc seculo, neque in futuro, cum in futuro non lauantur. *Ratio (ne quid grauius dicam) inepta & quouis, non dicam homine Theologo, sed vel homine indigna. In re vulgo nota exemplo vtar obuio admodum & vulgari. Si quis tibi dixerit, Nunquam ego nec vinus te præceptorem meum (Bellarmine) agnoscam, nec mortuus, an propterea indicat quòd etiam mortuus, Præceptorem te habere possit? nec tamen ineptus ille fuerit, sed is potius ineptus qui sermonem istum non præceperit. Iam exemplum spirituale accipe.* *Matt. 19. [Facilius est Camelum transire per foramen acus, quàm diuitem ingredi in regnum cœlorum.] *Aduocatus.* [h] Hæc oratio hominibus absurda esse videtur, qui non intelligunt quo absurdior videtur, eo veriorem esse oportere orationem: ex hoc eum absurdo, [facilius esse Camelum animal, &c.] significare voluit alterum absurdum, [Impossibile esse diuitem ingredi in regnum cœlorum:] erat autem hæc prouerbialis loquutio; cum aliquid significabatur impossibile, dicebatur, Facilius introire Camelum per foramen acus: est autem hyperpole & exaggeratio, qualis in huiusmodi prouerbijs esse solet. *Vides ergo ex oratione, quoad ἔνον, inepta, sensum commodum & plane diuinum elici. Nunc ad extremum expositionis vera supremum Iudicem vendicamus. Reus.* [i] Dicunt Protestantes, [Neque in hoc seculo, neque in futuro,] idem significare, quod NVNQVAM, vt exponit Marcus, vbi ait: *Non habet remissionem IN AETERNVM.

[f] *Maldonat. Ies. in hunc locum.*

[g] *Bellar. quo supra. § Obiicit.*

*Matth. 19. 24.

[h] *Maldonat. Ies. in hunc locum.*

[i] *Bellar. quo supra.* *Marc.

[k] *Ibidem.*

NVM. *Aduerſ.*[k] Reſpondeo, non debere exponi Matthæum per Marcum, ſed potiùs Marcum per Matthæum; cùm conſtet Matthæum copioſiùs ſcripſiſſe, & Marcum feciſſe quaſi compendium ex Euangelio Matthæi. *Aeſi reſpondendo operã dederis, vt poſſis te quàm diſertiſſimè refellere. Matthæi enim verba hæc ſunt,* [Neque in hoc ſeculo, neq; in futuro.] *Marci autẽ,* [Non in æternum.] *En apud Marcum, quod cupis Matthæi compendium, vbi tamen quod apud Matthæum per figuratiuam exaggerationem liberius traditur, per Marcum preſſius vna voce, & tamen multò etiam expreſſiùs explicatur: attende.*

[l] *Greg. Valen. Ieſ. lib. de Indiſſolub. vinculo Matrim. cap. 3 § Tertio, &c.*

Aduocatus. [l] Marcus hoc in loco (*vbi de diuortio agitur*) tanquam Matthæi interpres eſt adhibendus. *Rectè (quamuis id de illo loco non rectè) Marcum Matthæi interpretem admittis.*

Tertiò Patronus. [m] Vniuerſorum hominũ alij (inquit Chryſoſtomus) hîc & in futuro pœnas dabunt, vt Sodomitæ; alij tantùm in hac vita præſenti, vt inceſtuoſus Corinthius; alij tantùm in futuro, vt diues Epulo; alij nec in futuro, nec in præſenti, vt Prophetæ & Apoſtoli. *Quibus verbis Chryſoſtomus pœnam nullam in futuro agnoſcit, niſi damnatorum, id eſt, (vobis fatentibus) æternam. ſequitur*

[m] *Ianſenius Concord. in Matt. 19.*

Locus ſeptimus.

**Matth. 5. 25.*

*Math. 5. Eſto conſentiens cùm Aduerſario tuo, citò dùm es in via, ne fortè tradat te Aduerſarius Iudici, Iudex tortori, ac mittaris in carcerem, non exibis indè donec reddas vltimum quadrantem.] *Aduerſarius.* [n] VIA eſt hac vita; ADVERSARIVS in via apud Matthæum intelligitur Litigator, apud Lucam Lex Dei, & conſcientia noſtra, quæ ſunt ſemper nobiſcum in via, & deſiderijs carnalibus ſemper aduerſantur, ac in iudicio Dei accuſatores & teſtes erunt contra nos: IVDEX eſt Chriſtus, MINISTRI Angeli ſiue boni ſiue mali: CARCER eſt Infernus; nouiſſimus QVADRANS eſt minima moneta: iam totum dubium eſt in his verbis, DONEC SOLVERIS, vtrum de pœnis Gehennæ, quæ ſunt æternæ, agatur, an de pœnis Purgatorij, quæ ſunt temporales: Veriſſima ſententia eſt, tantùm de pœnis Purgatorij intelligi, non de Gehennæ æternis.

[n] *Bellar. lib. 1. de Purgat. cap. 4 § Quartus locus. Cum quo in hac expoſitione Coſterus Ieſ. Val. Ieſ. Ecchius, & alij communiter conſentiunt.*

Reus,

Reus. * Pluſquam ridiculi ſunt Papiſtæ, qui ex hoc loco ſuum fabricant Purgatorium, quibus nihil pudoris eſt indoctis fucum facere. *Aduocatus.* ° Non poteſt ex hoc loco recte quis vrgere probationem Purgatorij. *Vnde igitur an ex hac voce* Donec? *Aduerſarius.* ᵖ Ex hac voce, Donec, elicitur, ſignificat enim ALIQVANDO exiturum: [Donec ſoluat.] ᵠ Significat locum eſſe aliquem, in quem ingreditur Debitor, qui poſtea, ſoluto debito, egrediatur. *Reus.* * Papiſtarum inſulſitas in eo refellitur, quia Purgatorium ſemel ingreſſus nunquam inde exibit, [Donec ipſe ſoluerit vltimum quadrantem:] ſequitur irrita eſſe, quæ vocant, pro mortuis ſuffragia, neque enim poſt mortem alios admittet Chriſtus, qui ſatisfactione ſua debitorem abſoluat: quodſi inutiles ſunt Miſſæ, quantumuis ferueat ignis Purgatorius, frigebunt tamen Sacerdotum & Monachorum culinæ. *[Te IN CARCEREM conijciet,] id eſt, in Gehennam, [VSQVE DVM EXTREMVM QVADRANTEM EXSOLVERIS,] id eſt, in æternum, illic enim nulla ſolutio, nulla redemptio. *Aduocatus.* ʳ CARCER infernum ſignificat, MINIMA QVADRANS minimam culpam; DONEC verò, non quod exiturus eſt poſteà, ſed NVNQVAM. ʳ Si dixeris, DONEC SOLVAT, &c. quod poſtquam ſoluerit, exibit, non errabis; ſed ita quoque ſignificat NVNQVAM, quia ad finem infiniti NVNQVAM peruenitur: & particula DONEC, in ſacris literis æternitatem ſignificat. *Obſignatis literis agamus.* ʳ Donec ſignificat NVNQVAM, quia vt ait Auguſt. qui in inferno ſunt, cùm ſemper debitas pœnas ſoluunt, quia infinitas debent, NVNQVAM perſoluunt: & hoc ſenſu hæc vox Donec ſumitur, (*Scriptura Iudice*) Pſal. 109. [Regnabis donec pono inimicos ſub pedibus tuis.] Et 1. Cor. 15. [Donec ſubijciam omnia:] & Mat. 1. [Non cognouit eam donec peperit primogenitum filium.] ᵘ Vbi notat Hieron. particulã DONEC non ſignificare B. Virginem poſtea virum cognouiſſe, ſed id ſolùm, eam ante partum cognitam non fuiſſe: ſic in Præſenti vox Donec, accipi poteſt: non quod ſoluat debitum, ac poſtea exeat, ſed id ſolum, quod non aliter exibit.

* *Caluinus in Harm. in hunc locum.*
° *Janſeni & Concord in hunc locum cap. 40. pag. 180.*
ᵖ *Bellarmin. quo ſupra.*
ᵠ *Coſterus Ieſuit. Enchirid. Tract. de Purg. Prop. 5.*
* *Caluinus.*
* *Lutherus Enarrat. in Matth. 5. Dom. poſt Trin. & Maldon. Jeſ. Com. in Matth. 5 verſ. 26. & aly paulò poſt.*
ʳ *Stella in Luc. 12. in fine, pag. 99 Eodem modo Gloſſa Interlin. teſte Sà Ieſ. in hunc locum. & Maldon. Jeſ. Com. in Matth. 5. 26.*
ᵘ *Toletus Ieſuit. in Luc. 12. Annot. 90.*

Inſtat Aduerſarius.

Inſtantia euertitur.

Aduerſarius. [x] Hic de pœnis Purgatorij temporalibus, non de Gehennæ æternis agi probatur ex ſcopo Parabolæ, quia ſimilitudo non ſumitur ab homicida aut adultero, aut huiuſmodi ſceleratis, ſed à Debitore, qui propter debitum pecuniarium in carcerem conijcitur, DONEC ſoluerit: ſolent autem tales homines ordinariè poſt aliquod tempus egredi. *Sic tu ad ſcopum, ſed ſiniſtro oculo ço'imâſti. Aduocatus.* [y] Secundum ſcopum Parabolæ vox, DONEC, non ſignificat debitum aliquando perſoluendum, ſed extremum ius requirendum eſſe, vt qui in via cum Aduerſario ſuo, quem iniuſtè offenderat, in gratiam redire neglexerit, & vult Dei iudicium experiri, Deus eum iudicabat ſummo iure: nec vnquam debitum ſoluet, ergo AETERNVM perſoluet SVPPLICIVM. *Ipſiſſimus Parabolæ ſcopus: quia,* [*] Si charitatẽ non habeo, nihil ſum. *Qui in vita charitatem habere inter homines non vult, charitatem Dei poſt mortem conſequi non poteſt.* [z] Docet, *igitur,* Chriſtus reconciliationem eſſe faciendam priuſquam ad Iudicis tribunal vocemur, vbi negotium exacto iuſtitiæ rigore agetur, at antè tribunalis tempus magnæ miſericordiæ locus eſt: ſi autem expectamus iudicij tempus, detrudemur in carcerem damnationis, à quo nemo liberabitur: ſed propter impœnitentiam æternus carcer, & æterna damnatio. [a] Idcirco ex hoc loco Hieron. ad concordiam cum proximo hortatur, Chryſoſto. cum inimicis. *At non ab Homicida aut Adultero, aut huiuſmodi iniquis, ſed à* Debitore ſumitur: *quaſi verò vllum ſit tam immane ſcelus, quod non* Debiti *nomine cenſetur? ecquis adeo ſceleratus eſt, qui pœnitens remiſſionem peccati implorare non debeat? Debet, inquies, & quidem obnixè petere: an non inſuper Debiti quoque nomine peccatum ſuum eſtimare fas erit? Qui profectò hoc ignorat, nec orat, quia Chriſtus.* [*] Cùm oratis, ſic orate: DIMITTE nobis debita.] *Aduoc.* [b] Peccata in Scriptura debita vocantur: vt autem debita vel remittuntur, vel exiguntur; ita peccata. *Quòd in hoc loco ſatis exprimitur, idque in Homicida, Adultero,*

x *Bellar. quo ſup.*

y *Fanſcuius Concord. quo ſupra.*

* *Cor. 13.*

z *Toletus Ieſ. Com. in Luc. 12. Annot. 89. & Annot. 86.*

a *Sà Ieſ ſchol. in hunc locum.*

* *Mat. 6. 12.*

b *Ribera Ieſ. Com. in Hoſ. 12. nu. 11.*

Adultero, & quouis vel peccatore ſceleratiſſimo obtinere, ex Scriptura Ieſuita diſertè probat.[c] Huic loco conformis eſt ille Mat. 18. vbi deſcribitur: DEBITOR qui debebat DECEM TALENTA, NEC HABEBAT VNDE REDDERET VNIVERSVM DEBITVM.] Non ſignificatur hîc quòd reddiderit, & poſteà eſt egreſſus, nam dictum eſt non habuiſſe vnde redderet; ſed tantum ſignificatur, non aliter (*niſi ſoluto debito*) egreſſurum: Ita in præſenti loco dictum eſt, Donec, &c. quod quia ſine pœnitentia in hac vita ad Tribunal Dei comparebit, mittetur profectò in carcerem inferni, quouſque ſatisfaciat debito; non quod aliquando ſatisfaciet, id enim nunquam fiet, ſed id ſolùm dicitur, quod non aliter liberabitur, quod eſt, Non eripietur in æternum. *Quid clarius? Chriſtus qui culpam minimam* Quadrantem, *nefaria ſcelera* Talenta *nuncupauit, qui talento debuit* (*quia tantus debitor*) *nunquam ab Inferno liberabitur: vt igitur qui Quadrantem debet propterea eripiatur tandem* quia Debitor? *Somma. Inſtas verò ſecundo.*

[c] Toletus Ieſ. quo ſupra Annot. 90. in fine operis.

Secunda Inſtantia tollitur.

Aduerſarius. [d] Sic Interpretor, quia hoc modo hunc locum intellexerunt vetuſtiſſimi Patres, Origen hom. 25. in Luc. Ambroſ. in Luc. 12. Hieron. in Matt. 5. &c. *Aduocat.* [e] Citantur Ambroſ. in Luc. 12. & Hier. in Matt. 5. & Athanaſ. quæſt. 26. cùm tamen ferè nihil aliud dicant, quàm minima etiam peccata puniri a Deo, & neminem inde exire, donec ſoluat: an verò aliquis poſt hanc vitam ſoluat, non declarant. [f] Auguſtinus hunc debitorem vnquam ſoluere planè negat. [g] Damnatos poſt iudicium pœnis ſolui, fuit Originis & Origeniſtarum error; ſed hunc debitorem nunquã eſſe liberandũ, quia nunquam debitum ſoluet, docet Chryſoſtomus, Euthymius, Theophylactus. [h] Et hic eſt germanus huius Parabolæ ſenſus. *Sequitur*

[d] Bellar. quo ſup. § Tertia hæc.

[e] Suares Ieſ. Tom. 4. in Thom. diſp. 45. § 1. num. 10 pag. 557.

[f] Maldon. in Mat. 5.

[g] Maldon. Ieſ. alibi.

[h] Toletus Ieſ. Com. in Luc. 12.

Locus oſtauus.

*Matth. 5. [Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio; qui dixerit

*Matth. 5. 22.

dixerit ei, Racha, reus erit Concilio; qui dixerit, Fatue, reus erit Gehennæ ignis.] *Aduerſ.* [i] Nota primo, Certum eſt hîc agi de pœna iniungenda in foro Dei, patet ex illis verbis: Reus erit Gehennæ ignis. Nota ſecundo, certum eſt diſtingui tria peccatorum & pœnarum genera, & damnationem æternam ſolùm tribui tertio generi, id eſt, criminibus, alijs autem pœnas leuiores, hoc eſt, temporales: ex quibus infertur, animas aliquas poſt hanc vitam puniri temporalibus pœnis: ideoque Purgatorij. *Secundo tuo* Certo *nihil eſt profectò incertiùs, imo nihil falſiùs. Reus.* * Tres gradus condemnationis ponit Chriſtus extra manuum violentiam (*in homicidio*) ita vt fratribus iraſcentes, vel ſuperbè inſultantes, vel conuitio eos lędentes Chriſtus homicidas pronunciet: & ad terrena iudicia alludens, teſtatur Deum occultæ iræ Iudicē, & in omnibus ſignificans quicquid charitati aduerſatur, ad æternæ mortis reatum ſufficere. * Emphaſis eſt in verbo [nō occides] expreſſiùs in [Tu nō occides:] quis tu es, TV? an manus? minimè, lingua? haudquaquam: verùm, TV, TV, hoc eſt, quicquid in te eſt, & intra te, manus, os, cor, cogitationes nō occident. In hunc modum Chriſtus legē Moſis interpretatur, & vnumquemque reum iræ facit. *Aduo.* [k] Hic locus nō ſpectat ad hāc controuerſiā de Purgatorio, quia VALDE probabile eſt omnia illa mēbra (*Iudicij, Concilij, Gehennæ*) ſignificare æternā damnationē & pœnam maiorē & minorē, pro qualitate delictorū. *Secundū probatur.* [l] Nam cùm Chriſtus alludit ad tria tribunalia Iudæorum, Iudiciū, Conciliū, Gehennam, eſt PERSPICVVM ex hoc loco, etiam capitalium cauſarum cognitionem ad iudicium pertinuiſſe; quia (*Spiritus publicus*) ait Chriſtus. Qui occiderit reus erit IVDICIO: optimè enim Euthymius, id eſt, (*inquit*) reus CAPITALIS pœnæ, quæ contra HOMICIDAS in iudicio decernebatur. Deinde, per CONCILIVM quoque CAPITALEM pœnam intelligit, per quam AETERNAM MORTEM ſignificat: per Gehennā etiā pœnam æternam innuit ſed grauiſſimam omniū. Scitū eſt enim apud Iudæos quatuor capitalium pœnarum genera fuiſſe, ſtrangulationem, gladium, lapidationem, combuſtionem,

Ge-

[i] *Bellar. lib. 1 de Purg. cap. 4. § Quintus locus. In eodem argumento inſiſtunt Coſterus, Ecchius, Salmeron & Ieſuitæ alij.*

* *Caluinus in hunc locum.*

* *Lutherus.*

[k] *Suares Ieſ. quo ſupra num. 13.*

[l] *Maldon. Ieſ. Com. in Mat. 5*

Gehennon erat vallis Ennon iuxta Hieruſalem; addit autem Epitheton ignis, vt pœnam omnium apud Iudæos qualitate grauiſſimam ſignificaret, ad quam alluſit. Sic hoc in loco diſtinguunt gradus & pœnarum & peccatorum, & per iram ſignificat eam vindictæ appetitionem, quæ tendit ad homicidium: & de, Racha, &, fatue, tanquam de initijs homicidij loquitur; vult dicere eum qui voluntate occidit, homicidam eſſe; & qui voluntate adulterium patrat, adulterum eſſe docet. verſ. 27. Nec hoc mirum videri debet, inquit Chryſoſtomus, eum qui fratrem leuem aut fatuum dixerit, SEMPITERNAE MORTIS condemnari; nam eum, qui temerè iurat damnari non miramur. *Tu (Bellarmine) dicis in hoc textu pœnas temporales ab æternis diſtingui, textus ipſe docet agi tantùm de æternis, vnde Collega Ieſuita tuo,* Certè, *certius concludit.* [m] CERTVM EST, hoc in loco pœnarum & peccatorum gradus, non genera diſtingui, quæ tria peccata Chriſtus eâdem inferni pœnâ, licèt non eadem grauitate, digna eſſe docuit. *Alium Euangeliſtam ſalutemus.*

[m] *Idem ibidem.*

CAPVT XLII.

Ex Euangeliſta Luca

Locus nonus.

[*] LVC. 16. [Facite vos amicos de Mammona iniquitatis, vt recipiant vos in æterna tabernacula, &c.] *Aduerſar.* [a] Per [deficere] ſignificatur moti; per [amicos] intelliguntur Sancti, qui cum Chriſto regnant: Ex quibus ſequitur, Homines poſt mortem iuuari precibus Sanctorum: nec ſolum ipſa opera eleemoſynaria ad hoc valere, cogit nos intelligere illa verba: [Facite amicos, qui recipiant:] at eleemoſyna ſancta malis non facit amicos, qui nos poſſint recipere in cœlum. [b] Ex quo loco Purgatorium colligitur. *Reus.* [*] Abſurdè, qui hinc mortuorum precibus vel ſuffragijs iuuari nos colligunt, nam hoc modo periret quicquid indignis impenditur: atqui non obſtat hominum prauitas, quin

[*] *Luc. 16. 9.*

[a] *Bellar. lib. 1. de Purgat. cap. 4. §. Sextus locus.*

[b] *Suarez Ieſuita quo ſupra Num. 7.*

[*] *Caluinus.*

Deus in tabulas ſuas expenſum referat quicquid in pauperes contulimus: Reſpicit ergo Dominus non ad perſonas, ſed ad opus ipſum, vt benefientia noſtra, etiamſi in homines ingratos inciderit, tamen nobis coram Deo reſpondeat: quia Dominus quicquid liberalitèr in proximos contulerit, non ſecus ac ſibi præſtitum agnoſcit. *Aduocatus.*

c Stella in hunc locum pag. 162. c Sed, inquies, quomodò me beatitudinis hoſpitio accipere poſſit pauper, qui criminibus, dùm vixit, coinquinatus fuit; poſteà verò moriens in infernum eſt detruſus? Reſpondeo, *(ſic ſupra Caluinus)* Pauperte quidē non recipiet, ſed eleemoſyna ipſa. vt Eccleſ. 29. Claude eleemoſynam in ſinu pauperis, & IPSA ORABIT pro te. *d Maldon. Jeſ. in hunc locum. pag. 320.* d Quod ſi aliqui *(pauperes in quos beneficia contulimus)* in cœlis non ſunt, recipient NOS TAMEN, quia propter illos recipiemur. *Quo iudice, contra communem Ieſuitarum expoſitionem Ieſuita hoc affirmare audeas?* *a Ibidem.* a Nec enim penes pauperes poteſtas eſt admittendi nos in cœlum; præſertim cum Dominus *(Iudice Scripturâ)* de ſeipſo *(vt homine)* loquatur: [* *Matth. 20. 23.* Sedere autem ad dextram aut ſiniſtram meam non eſt meum dare, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.] ITAQVE reliquum eſt vt pauperes nos ideò in æterna tabernacula recipere dicantur, quia PROPTER illas ſanctas ELEEMOSYNAS recipimur, non tàm ipſi, quàm opera erga eos noſtra ſint quæ nos propriè recipient, vt * *Ja Pſal. 48.* Chryſoſtomus, * *Lib. ad Germinium.* Gaudentius, * Baſilius, * *In Aſcheticis.* Anaſtaſius interpretantur. *Atque hoc eſt, quod planius dicitur* Luc. 12. [facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt.] Eleemoſyna enim pauperibus *(quibuſcunque)* erogata, eſt veluti pecunia repoſita in ſacculo, qui non veteraſcit: quod alijs verbis Luc. 16. [facite vobis amicos &c.] & dicitur, [* *Luc. 12.* Theſaurus non deficiens.] quia licet pecunia *(imò etiam pauper)* tranſeat, tamen ELEEMOSYNA manet, vt Pſal. 30. Diſperſit & dedit pauperibus, IVSTITIA eius manet in ſecula.

Locus decimus.

* *Luc. 23. 42.* * Luc. 32. [Memento mei cum veneris in regnum tuum]

Aduer-

Aduersarius. [f] Nunquam hoc diceret bonus ille vir à Spiritu sancto edoctus, nisi crederet post hanc vitam posse remitti peccata. *Tu solus ex Pontificijs omnibus (quod sciam) hanc Scripturam in hunc finem detorques, qui ex ipso textu, vel in vna voce,* MEI, *apertissimè refutaris. Quid an vt meminerit sui tanquam latronis, videlicet peccatoris? nequaquã, quia Aduocatus.* [g] Mortale peccatum post vitam remissionem non habet. *An vt non peccatoris? at huiusmodi remissione non eget. quid ergo?* [h] Augustinus hunc sanctum latronem Martyrem facit, tantumq; apud Deum valuit (inquit Cyprianus) quod confessus est Dominum crucifixum, quantum si fuisset pro Domino crucifixus. *At Martyres ante mortem remissis peccatis rectà cœlum petunt.* [i] Catholica Ecclesia docet Martyres absque vllo per ignem transitu ad æternam vitam peruenire. *Idem Euangelista librum de Actis Apostolorum contexuit, in quo occurrit*

[f] *Bellar. quo sup. §. Septimus locus.*

[g] *Schola vniuersa.*

[h] *Suarez Iesuita in Thom. part. 3. Tom. 2. quæst. 46. Art 11.*

[i] *Salmeron Iesuita Com in 1 Cor. 3. disp. 6. §. 3.*

Locus vndecimus.

* Act. 2. [Quem suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri eum ab illis.] *Aduersarius.* [k] Sensus est Christum cùm descendit ad inferos multos liberâsse à doloribus inferni; quod intelligi nequit de damnatis, illi nunquam liberantur: nec de Sanctis, illi dolores non patiuntur: relinquitur vt de doloribus animarũ in Purgatorio hoc in loco agatur. *Quæris quos textus significet per Christum inferni doloribus liberatos fuisse; an* damnatos? *an* sanctos? *an in* Purgatorio cruciatos? *Textum consulamus, nec de damnatis, nec sanctis, nec purgatis, sed de sancto sanctorum, ipso Christo apertissimè loquitur.* Quem (*Christum*) suscitauit. *Vnde?* Solutis doloribus. *quibus?* Quibus impossibile erat teneri? *quem?* Illum. *Miror quemquam adeò penitùs cœcutire vt quæ remotissima sunt quærat, quæ sunt ante pedes non videat? Reus.* * De Christo loquitur, Christum resurrexisse solutis mortis doloribus, quibus impossibile erat eum superari. *Aduocatus.* [l] In Græco est: solutis doloribus ᾅδου, mortis: ita legit [Chrysostomus: Suscitauit (inquit) illum Deus

* *Act. 2. 24.*

[k] *Bellar. quo supra. Cap. 4. §. Octauus locus.*

* *Caluin. Instit. lib. 2. cap. 15.*

[l] *Ribera Iesuita Com in Hos. 13. num. 23. pag. 173.*

* *Hom. 8 in Act 2.*

Deus ſoluens & irritans dolores mortis: hoc eſt, quòd per tot dolores mors effecerat; vt ſcilicet anima ſepararetur à corpore. [Solutis doloribus inferni.] [m] Id eſt vinculis ſepulchri quibus conſtringuntur mortui, ſcilicet, legibus corruptionis; de quibus ſcriptum eſt: Cinis es, & in puluerem conuerteris: Huius corruptionis legibus caro Chriſti ſoluta fuit, vtpotè ſanctiſſima & aliena, ſecundùm ſeipſam, ab omni corruptione carnis Adæ: ideò ſententia illa (quæ poſt peccatum & propter peccatum originale lata eſt, temporalis ſcilicet pœnæ, Cinis es, &c.) impoſſibile erat illum teneri. *Hoc, figura Chriſto propria dilucidius faciet.* Iohan. 2. [Dixit Dominus piſci, & euomuit Ionam in aridam.] *quod figura fuit ſepulturæ ac reſurrectionis Chriſti.* Mat. 12. [* Sicut Ionas in ventre Cæti, ſic filius hominis in viſceribus terræ.] *Ad rem.* Piſcis euomit Ionam. *Quemadmodum, igitur, qui cibum accipiunt, quem tenere non poſſunt, etiam quem comederant, propter illum euomunt; ita Mors Chriſti corpus accepit, quem tenere non potuit, in reſurrectione nouiſſima aliorum quoque corpora reddituræ. & (vt eleganter Oecumenius)* * Non in mare euomit Chriſtum iterum paſſurum, & cum fluctibus & tempeſtatibus pugnaturum, ſed in aridam, vltra fluctus mortalitatis & paſſionum, quia * Chriſtus reſurgens à mortuis jam non moritur.

m *Arias Mont. Annot. in Act. 2. verſ. 24.*

* *Matth. 12.*

* *Oecumenius.*

* *Rom. 6.*

CAPVT XLIII.

Ex Epiſtolis

Locus duodecimus.

* 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod iam poſitum eſt, quod eſt Chriſtus: ſiquis autem ſuper-ædificat ſuper fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretioſos, lignum, fœnum, ſtipulam, vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit; dies enim Domini declarabit, quia igne reuelabitur, & vniuſcuiuſque opus, quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus manſerit, quod ſuperædificatur,

* *1 Cor. 3. 11.*

tur, mercedem accipiet: ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur: ipſe autem ſaluus erit; ſic tamen quaſi per ignem.] *Itaque hic textus cum totus Metaphoricus eſt, adeoque difficultatibus variis implicatus, primùm totius*

Controuerſiæ ſtatus.

Aduocatus. [a] Per [ædificantes] intelligi Doctores & Prædicatores, conueniunt nobiſcum Proteſtantes. Secundò, [b] Nomine [fundamenti] intelligi Chriſtum, ſiuè, fidei prædicationem. Tertiò, nomine [auri, argenti, lapidum pretioſorum,] intelligi Catholicas expoſitiones ſalutares: nomine [ligni, fœni, ſtipularum,] Prædicatorum doctrinam curioſam atque ſuperfluam. *Nec ab hac ſententia abhorrent Proteſtantes. Reus.* [*] Docet Apoſtolus pura verbi Dei prædicatione inſtituendam eſſe Eccleſiam, non hominum figmentis, qualia ſunt, quæ nihil ad ædificationem faciunt, vt ſunt curioſæ quæſtiones, quæ oſtentationi, magis quàm hominũ ſaluti ſeruiunt. *Quartò, Aduocatus.* [c] Per diem Domini qui reuelabitur, omnes veteres accipiunt diem vltimi iudicij, quorum mihi videtur veriſſima ſententia. *Reus.* [*] Dies iſte, ad quem prouocat Apoſtolus, eſt is, qui non modò claritate ſua, ſed etiam igneâ flãmâ ad viuum omnia examinat. *Quintò,* [d] Per ignem, vbi dicitur; Vniuſcuiuſque opus quale ſit [ignis probabit] dicimus intelligi ignem ſeueri iudicij Dei, qui non eſt ignis affligens, ſed probans & examinans. *Reus.* [*] Ipſum doctrinæ examen metaphoricè Ignem appellat: [Dies enim manifeſtabit, qui in igne reuelabitur.] acſi diceret, non modò ſplendore quaſi ſolis patefactum iri vanam Corinthiorum doctrinam, ſed vim ſimul caloris adfore, non ſolùm ad exquirendas & expugnandas ſordes, ſed etiam ad omnia vitia exurenda. *Reſtat adhuc*

Vltima difficultas: in qua ipſe Cardo quaſi controuerſiæ verſatur.

Aduerſarius. [e] Vltima difficultas eſt, quid per ignem intelligatur cùm ait: [Ipſe autem ſaluus erit, ſic autem quaſi

[a] *Bellar. lib. 1. cap. 4. §. Vtraque in fine ſectionis.*
[b] *§. Secunda ſententia.*
[*] *Caluinus in eum locum.*
[c] *Bellar. quo ſupra §. Tertio, quia.*
[*] *Caluinus quo ſupra.*
[d] *Bellar. quo ſupra §. Supereſt.*
[*] *Caluinus in hunc locum.*
[e] *Bellar. ibid. §. Quinta & vlt.*

per ignem.] alij intelligunt tribulationes huius vitæ, vt Augustinus & Gregorius. [f] At hæc sententia non videtur esse ad mentem Pauli. [g] Alij intelligunt ignem æternũ, vt Chrysostomus, Theophylactus. [h] Significantes talem hominem pernansurum (*propter stipulau*) in igne æterno, & saluari, id est, conseruari vt non consumatur, sed vt perpetuò crucietur. quam expositionem sequitur Theophylactus, & Nicetas, atque etiam Athanasius quæst. 131. Eandem habet Anastasius Nicæn. quæst. 60. & eadem necesse est vt sit opinio Clementis Alexandrini. [i] Sed hanc opinionem iam refutauimus. Alij ([k] vt Theodoretus, Oecumenius, Alcuinus, & Glossa ordinaria) ignẽ conflagrationis mundi. [l] Id quoque dici nõ potest, propter rationes expositas. [m] Protestantes intelligunt ignem diuini iudicij, quod doctrinam veram approbat, falsam confutat: sicut ignis perficit aurum, fœnum consumit. [n] Est autem communis Theologorum nostrorum sententia nomine ignis hoc in loco intelligi pœnam Purgatoriam, & temporalem, ad quam statim post mortem adiudicantur in iudicio particulari, qui inueniuntur ædificâsse lignum, fœnum, stipulas. [o] Vt venialia peccata. *Primò de Expositione, secundò de Conclusione.*

f Ibidem §. Hæc.
g Ibid. § Quinta.
h Suarez Iesuit. Tom. 4 in Thom. disp. 45 §. 1. num. 16.
i Bellar. quo sup.
k Valent. Iesuita Tract. de Purg. cap. 3.
l. Bellar. quo sup.
m Ibidem.
n Ibidem. §. Est igitur.
o Vasques & Valent. Tract. de Purg.

Expositio Pontificiorum ex Scriptura & Patribus impugnatur.

1. *Aduersarius.* [p] Dicamus igitur totum hunc locum (*loquitur de toto hoc textu*) intelligi de igne vero ac proprio. *Aduocatus.* [q] Cum dicit Apostolus, vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit, non potest loqui de vero & materiali igne, quia opera non possunt tali igne examinari, sed operarij. [r] Est ignis hoc in loco metaphoricè accipiẽdus. 2. *Aduersarius.* [s] At in his verbis [Saluus erit quasi per ignem] ignis Purgatorius intelligitur. Obijciunt Protestantes absurdum esse in eadem sententia tàm variè accipi nomen ignis, semel metaphoricè pro iudicio, semel pro vero Purgatorio: Respondeo, cogi nos ex ipso textu ad æquiuocationẽ,

p Suarez Iesuit. Tom. 4. disp. 45. sect. 1. num. 28.
q Bellar. lib. 1. de Purg. cap. 4. §. Respondeo primo.
r Valent. Iesuit. quo supra.
s Bellar. quo sup. §. At contra.

non

non vnam, ſed duas admittendas: nam cum dicit: [Dies qui in igne reuelabitur] videtur omninò loqui de igne cõflagrationis: cum addit: [Cuiuſque opus ignis probabit] non poteſt loqui de igne materiali; quia hoc igne probari non poſſunt opera quæ tranſeunt. Tertiò, Apoſtolus addens, [ipſe autem ſaluus erit; ſed quaſi per ignem] intelligens non opus ſed ipſum operarium, qui non aurum ſed ſtipulam ædificat: eſt de materiali igne (*Purgatorio*) intelligendus. *Ex textu liquidiſſimè refelleris, nam etiamſi ſuperior illa ſententia,* Dies qui in igne reuelabitur, *ignem propriè acceptum ſignificet; tamen in poſteriori non poteſt non eſſe eadem eaque metaphorica huius vocis acceptio. Reus.* * Quorſum ignis; niſi ad lignum, fœnum, ſtipulam *(id eſt, fucatam doctrinam)* conſumendam? aurum autem & argentum probandum; an in igne ſuo Purgatorij diſcerni doctrinas volunt? Si figura ineſt in vocabulis ſtipulæ, fœni, &c. qualis erit membrorum congruentia; ſi in ignis nomine nihil erit figuratum? Faceſcant igitur friuolæ ineptiæ, quæ primâ ſtatim fronte abſurditatem ſuam produnt. *Et tamen Tertiò Aduerſarius.* [t Vniuſcuiuſque opus igne probabitur.] Ignis iudicij ignem probantem & examinantem ſignificat. In illis, [Saluus quaſi per ignem,] ignem Purgatorium vrentem, & temporalem pœnam inferentem: & ad hanc æquiuocationem ponendam cogimur euidenti literæ ratione. *Enimuerò litera te ingulat & occidit, quia in vtroque loco ignis acceptio non de probatione immediatè poſt mortem, qualis veſtra Purgatoria eſſe fingitur, ſed ad examen iudicij nouiſſimi neceſſario refertur. Adducatur.* u Propter hæc verba, [Qui in igne reuelabitur: &, vniuſcuiuſque opus ignis probabit,] *(Scriptura iudice)* Sedulius, Caietanus, Lyranus, & alij viri Pontificij exiſtimant hunc locum eſſe metaphoricè accipiendum pro ipſo iudicio & ſententia Iudicis, quæ omnes, tàm iuſtos, quàm iniuſtos, omniaque eorum opera probabit, eaque opera dici manere, quæ Deus approbabit, ea autem comburi, quæ reprobabuntur, & tunc perſona *(clauſula controuerſa,* [Saluus quaſi per ignem,] *expoſitio genuina)*

* *Caluinus in hunc locum.*

t *Salmeron Ieſ. Com. in 1. Cor. 3. diſp. 6. §. Sed. a quo Bellar. non modo ſententiam ſuo argumento, ſed etiam verba hauſiſſe videatur.*

u *Suarez Ieſ. Tom. 4. in Thom. diſp. 45. §. 3. num. 25.*

genuina) dicitur detrimentum pati, quia ſua opera amittit, & pœnam potiùs quàm præmium propter illa ſe mereri intelligit. *Deinde*

A Patribus repelluntur.

Aduerſarius. [x] Placet ſubijcere ſententias Patrum, qui vel in hunc locum ex profeſſo diſputantes, vel ad eum alludentes, de Purgatorio igne eum accipiendum eſſe apertè declarant. *De quali Purgatorio? (eſt enim neceſſariò diſtinguendum.)* [y] Ignis conflagrationis in die iudicij non eſt noſter ignis Purgatorius, nec gehennæ ignis æternus: ſed ignis ille, in quo, ceu in carcere, purgantur animæ. *Iam.* [z] Expoſitio noſtra ſatis probatur omnium Patrum conſenſu. [a] Ex Græcis habemus Originem apertiſſimè de hoc docentem, Hom. 6. in Exod. & Hom. 12. in Ier. Si quis multa bona opera & parùm aliquid iniquitatis attulerit, illud parum tanquam plumbum in igne reſoluitur, & purgatur. *Aduocatus.* [b] Origenes Hom. 6. in Exod. Siquid plumbi habuerit admiſtum, &c. & eandem expoſitionem elegantèr perſequitur Hom. 12. in Ier. ſed animaduertendum eſt, licet hæc loca Origenis expoſitionem hanc confirment, non tamen veritatem Purgatorij, quia ille omnem ignem futuræ vitæ Purgatorium facit. *Aduerſarius.* [c] Prætereo Oecumenium in hunc locum, qui etiam teſtatur Baſilium hunc locum intellexiſſe de igne Purgatorio. Adducit etiam Thomas Theodoretum eodem modo hunc locum explicantem. *Qui tamen Aduoc.* [d] Oecumenius & Theodoretus hunc locum expoſuerunt de purgante igne conflagrationis diuini iudicij. *Eandemque fuiſſe aliorum Patrum ſententiam* * *ſupra copioſè oſtendimus: ex quibus omnibus nullus apparet, qui* Ignis (*in qua voce expoſitionis vis omnis ſita eſt*) æquiuocationē *agnouerit, ne vnus quidē.*

Expoſitio Proteſtantium defenditur.

Aduerſarius. [e] Dicunt Proteſtantes per ignem intelligi diuinum iudicium, quo doctrina vera à falſa diſcernitur, ſicut igne aurum & lignum: At contra, primò, ille ignis, de

quo

x Salmeron le ſuita quo ſupra §. Placet.

y Bellar ſupra huius Apolog. part. 2 & z Bellar. lib. 1 de Purg. cap. 4. §. Eſt igitur.

a Ibidem. §. Ex Græcis.

b Suarez quo ſupra num. 7.

c Bellar quo ſupra.

d Gregor Valent. lib. de Purg. cap. 3 pag. 898. in opere ſuo cum Analyſi coniuncto, vbi hoc teſtimonium agnoſcit.

* Supra id hac parte Apolog.

e Bellar. quo ſup. §. Secūdò ignis.

quo hîc Apoſtolus, detrimentum patietur, Græcè, ζημωθήσεται, mulctabitur: item ex illo, [Quaſi per ignem ſaluus,] ſignificat pœnam ac dolorem, quia MERCES boni operis ſignificat lætitiam: ergo [DETRIMENTVM POENAM denotat. *Quaſi verò ſine veri ignis cruciatu, detrimentum ac pœna nulla eſſe queat. Aduocatus.* [f] Tunc dicitur perſona [Detrimentum pati] quia ſua opera amittit, & ſe pœnam potius quàm præmium propter illa mereri. *Eſt ergo in detrimenti ac pœnæ loco ponendum, carere fructu operum noſtrorum, & eorum vanitatis memoriâ coram Dei tribunali intimis noſtris ſenſibus confundi. Aduerſarius.* [g] At ex hac interpretatione ſequeretur, omnes, qui ſaluantur, ſaluari quaſi per ignem, quia, iuxta Proteſtantium ſententias, omnium hominum opera, licèt iuſtiſſima, coram Dei tribunali mortalia ſunt, nec Dei iudicium ferre poſſint; nec valet reſponſio, quòd tecta ſunt per iuſtitiæ imputationem, quia Apoſtolus loquens de iuſtis qui ædificârunt ſtipulas, dicit: [Saluus erit quaſi per ignem.] *Reſpondeo, primò omnes ſaluari quaſi per ignem, quod Turrianus veſter vidit,* [Vniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit.] *Aduocatus.* [h] Iſte ignis, de quo hîc Apoſtolus loquitur, OMNES tangit, etiam eos qui aurum & argentum ſuperædificârunt. [i] Hoc cogimur ex ipſo loco fateri. *Ex quo profectò ſequetur, (vel refragantibus vobis) in verbis ſubſequentibus,* [Saluus quaſi per ignem] *ignem eundem intelligi, idque, Aduocatus.* [k] Aliqui Patres, vt Hieronymus & Ambroſius putâſſe videntur, qui volunt omnes, tam bonos quàm malos, (*iſtius Purgatorij Iudicij probantis*) igne purgari. *Quid multa?* [l] Ignis ille diuini iudicij probabit vniuſcuiuſque opus, & cuius probatiſſimum manſerit, is operarius mercedem accipiet à Domino operis: ſi cuius opus exuſtum fuerit, poſiti operis, temporis, curæ, induſtriæ, atque ſpei damnum faciet operarius ille: Operarius autem IPSE igni ILLO (*iudicij diuini*) correptus ſeruabitur, ita, nimirum, quaſi per ignem. *Senſus prorſus Caluinianus.*

Pontificiorum concluſio euanida.

Aduerſ. [m] Eſt ergo hic præcipuus & celebris locus, ex quo

[f] *Caietanus & alij ſupra.*

[g] *Bellar. quo ſup.* § Quintò quia.

[h] *Ibid.* § Quinta difficultas.

[i] *Salmeron quo ſupra.*

[k] *Greg. Valent. Ieſ quo ſupra, hoc agnoſcit ex teſtimonijs à Kemnitio allatis.*

[l] *Arias Montan. in hunc locum.*

[m] *Suarez Ieſ. quo ſupra nu. 14.*

n *Ibid. disp. 16. Sect. 1. num. 9.*

quo hæc pœna temporalis colligitur. [n] Nec habemus firmius testimonium ad probandum Purgatorium, aut ad distinguendum locum pœnarum pro peccatis mortalibus, ab altero pro venialibus. *Quæ vestra confidentia spiritus vestri*

o *Bellar. lib. 1. de Purg. cap. 4.* § Secundus loc. * *Salmeron Iesuita quo supra.*

futilitatem facile prodat atque coarguat. 1. quia Aduocat. [o] Nota hunc locum Apostoli vnum esse ex difficilimis totius Scripturæ.

p *Bellar. quo sup.* § Est igitur.

[o] Quem perplexum & impeditũ esse Patres omnes agnouerunt. *Secundo.* [p] Nusquam in Scripturis fit mentio ignis, vbi apertè de Purgatorio agitur. *Quid tandem?* Conatur Erasmus Annotatione in hunc locum ostendere nec Purgatorium, nec peccata venialia ex hoc loco probari. *Sanè non magis primum quàm secundum. Aduersarius.* [q] Hæc verba: lignum, fœnum, stipulæ apertè significant, peccata venialia. *Aduocat.* [r] Aliqui (*Pontificij*) hæc verba de peccatis mortalibus exponunt: & hanc expositionem nonnullis testimonijs Turrianus (*Iesuita*) confirmat. *Cùm igitur vos hæc noua dogmata venialium peccatorum, & Purgatorij, ceu fœnũ & stipulas argutijs vestris super hoc fundamentum extruere contenditis, certè opus vestrum igne diuini iudicij exussum iri oportet; verò vos ædificantes, precor, quamuis* Quasi per ignem istum, *salui esse possitis. Sequitur.*

q *Vasquez Iesuita in Thom. 1. disp. 147 & Iesuitæ communiter alij.*

r *Suarez Iesuita tom. 4. disp. 45. Sect. 1 num. 15.*

CAPVT XLIIII.

Locus decimus-tertius.

* *1. Cor. 15.*

[*] 1. Cor. 15. [Quid facient qui baptizantur pro mortuis si mortui non resurgunt? & quid baptizantur pro illis?] *Aduersar.* [a] Hic locus apertè conuincit quod volumus, si bene

a *Bellar. quo sup.* § Est igitur.

intelligatur: cuius germana expositio est, quod Apostolus loquatur de Baptismo lachrimarum & pœnitentiæ, qui suscipitur orando, ieiunando, lachrymas faciendo pro alijs: sensus est: cur sic se affligunt pro mortuis, si mortui non resurgunt: probatur, quia baptizari passim in Scripturis & Patribus accipitur pro affligi. Vt Matt. 10. Baptizari baptismo: & Luc. 12. Baptismum habeo baptizari. Secundò, quia

ipsa

ipſa pœna Purgatorij à Scriptura & Patribus vocatur Baptiſmus. Vt Matth. 3. Ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto & igni. Tertiò, quadrat cum ſequentibus, [Vt quid nos periclitamur totâ die?] id eſt, & cur ego me affligo prædicando, ſi mortuorum reſurrectio non eſt? *Aduocat.* [b] Valde difficile eſt, quid ſit, [Baptizari pro mortuis:] ſeptem diuerſæ expoſitiones ab antiquis feruntur, inter quas omnes hæc probabiliter defenditur. *Hoc eſt*, apertè, *ſcilicet*, conuincere *ex eo ſenſu, qui tantùm* probabiliter defenditur: *ſed ne probabiliter quidem, cum præſertim nulla probabili ratione nitatur. Age, experiamur.*

[b] *Suarez Ieſ. tom. 2. in Thom. diſp. 56. Art. 1. & 2. Sect. 1.* § Poſterior, & § Vltima expoſitio.

Obiectionis ſolutio.

Aduerſ. [c] Primo probatur, quia BAPTIZARI paſſim in Scripturis & Patribus accipitur pro, affligi. *Aduocatus.* [d] Baptizari, propriè accipitur Rom. 6. Gal. 3. Act. 10. impropriè in alijs locis ſignificat mundari: vt Heb. 9. Num. 19 *Tu verò teſtimonijs* * *duobus tantum productis*, paſſim, *inquis*, in Scripturis. *Deinde in huius loci expoſitione.* [e] Aliter Tertullianus, Ambroſius, Anſelmus, Haimo, [f] Aliter Sedulius & Thomas. [g] Aliter Chryſoſtomus, Oecumenius, Theophylactus. [h] Aliter Theodoretus & Epiphanius. *Aliter denique (præter Ephrem, quem ex omni Antiquitate vnum, atque etiam fortè ſuppoſititium profers) locum hunc interpretantur Patres vniuerſi: & tamen*, Sic, *inquis*, paſſim in Patribus; *paſſim tui ſimilis es. Addo non ex veteri ſchola quiſquam huic ſenſui veſtro ſuffragatur.*

[c] *Bellar. quo ſup.*
[d] *Salmeron Ieſ. Com. in hunc loc.*
* *Mat. 10. & Luc. 12.*
[e] *Bellar. quo ſupr.* § Prima eſt.
[f] *Ibid.* § Altera expoſitio.
[g] *Ibid.* § 3. Expoſitio.
[h] § Quarta expoſitio & § Quinta expoſitio.

Confirmationis impugnatio.

Aduerſarius. [i] Secundò probatur, qui ipſa pœna Purgatorij à Scriptura & Patribus vocatur Baptiſma: Scriptura, vt *Matt. 3. Ipſe vos baptizabit in ſpiritu & igne. *Reus.* * Id eſt, Spiritu ſancto, qui Metaphoricè ignis dicitur, quia Spiritus Chriſti veterem hominem mortificat, & ſordes noſtras non aliter purgat, quàm aurum igne concoquitur: ſignificans

[i] *Bellar. quo ſupr. Salm. quo ſupra. Suarez quo ſupra.* * *Caluinus Harm. in hunc locum, & Inſtit. lib. 4 ca. 15* § 8. * *Mat. 3.*

Christum esse Spiritus sancti datorem, & hanc virtutem visibili miraculo declaraturum, quo die Spiritum sanctum sub linguis igneis mitteret. *Aduocat.* [k] Sunt qui per ignem, hoc loco Purgatorium interpretentur, quo homines post mortem baptizantur, id est, peccatorum maculis, si quas habent, abluuntur: sed dubium non est, quin per ignem, Spiritus sanctus significetur; coniunctio enim [Et] non est copulatiua sed explicatiua; quæ explicatio est addita, vt non qualiscunque Spiritus sancti communicatio, sed illa illustrissima Die Pentecostes specie ignis facta est, significaretur. *Hoc tu dicis, non demonstras: cede igitur alteri locum.* [l] In Act. 2. [Vos autem baptizabimini Spiritu sancto:] in tantũ enim Spiritu sancto baptizati sunt, vt repleretur tota domus, in qua erant sedentes. Hinc (*Scriptura Iudice*) intelligimus illud Mat. 3. Ipse baptizabit vos Spiritu sancto, & igne. [m] Hic est ignis conflans, Mal. 3. de quo Luc. 12. Mittam ignem, & quid volo, nisi vt accendatur? *Ad Patres quod attinet: Per Baptisma plerique non ignem vestrum Purgatorium, sed illum Gehennæ intellexerunt.* [n] Sic ignem interpretatur Basilius, Hilarius, Damascenus. *De Origene & alijs accepimus* * *supra, quæ alia addis, nullius sunt momenti. Rem expediam paucis: Apostolus si de communi omnium (vt dicis) consuetudine egisset*, cur qui baptizamur, *qui in verbis proximis nouo vsus argumento, ait:* Quid periclitamur? *Occurrere Iesuita voluit.* [o] Argumentatur (*inquit*) à communi consuetudine Iudæorum, qui solebant orare pro mortuis. *Arguit ex particulari consuetudine argumentum sumpsit, scilicet, qui illud ex vniuersali potuit. Aut igitur commune tunc non fuit Christianis orare, aut hoc non fuit proprium Apostoli argumentum.*

[k] *Maldon. Ies. Com. in Mat. 3.*

[l] *Ribera Ies. Com. in Ioel 2. nu. 54. & num. 55.*

[m] *Idem in Mal. 3. num. 19.*

[n] *Toletus Ies. Com. in Luc. 3.*

* *Supra.*

[o] *Bellar. quo sup.*

Protestantium Expositio probatur.

Aduersarius. [p] Quoniam propriè accepto verbo Baptizandi, nullus occurrit sensus solidus, ex quo firma reddatur probatio Apostoli pro veritate resurrectionis, sextam hanc expositionem alij tenent; verbum BAPTIZANDI Metaphoricè esse accipiendum pro verbo Patiendi, & pœnas, supplicia,

[p] *Salmeron Ies. Com. in 1. Cor. 15. disp. 24. § Quoniam.*

supplicia, tormenta sustinendi pro defendis aliorum peccatis. *Quid si verò textus absque absurdo exponi proprie possit? Aduocatus.* Præmittendum est ex * Augustini regulis eruendi sensus ex Scripturis, primum, quod vbi verba propriè & iuxta rationem Grammatices accepta absurdum aut impossibilem sensum efficiunt, tunc recurrendum esse ad figuratam loquutionẽ, vt [*Si pes te offendit, abscinde eum.] Deinde vbi plures interpretationes figuratæ, eam esse cæteris præferendam, quæ magis accedat ad ipsam verborum proprietatem. *Accipe igitur expositionem propriam, nec absurdam omnino, qua vestram illam figuratam, veluti Sara refractoriam ancillam Agar, suo iure prorsus excludat. Reus.* * Non amo argutas interpretationes, quæ non perinde sint solidæ: quid ergo? Baptizari pro mortuis dico, qui iam mortui censeantur, & qui de vita penitùs desperauerint, vt cum dicimus haberi pro derelicto, quæ significatio non est coacta: vel si magis placeat altera significatio, scitum in initio Ecclesiæ, eos qui chatecumeni adhuc in morbum inciderant, vbi imminebat certum periculum mortis, Baptismum solitos esse petere, ne ante migrarent è mundo, quàm nomen suũ Christo dedissent, idque vt secum ferrent salutis suæ obsignationem, quod cùm ad consolationem animi sui, tum etiam ad aliorum ædificationem valebat plurimùm. Illi ergo baptizantur pro mortuis, quia ipsis nihil profuturum in hoc mundo, (*iam enim mors illis imminebat*) adeoque causa tum petendi baptisma erat vitæ desperatio: hic quoque locus indicio est, impostores illos, qui fidem Corinthiorum turbauerant, allegoricam resurrectionem fuisse commentos: quod ergo Apostolus repetit, [Quid etiam baptizantur pro mortuis?] plus habet vehementiæ, quasi diceret, non tantùm baptizantur, qui victuros se putant, sed qui iam mortem habent ante oculos, idque vt baptismi sui fructum in morte ferant. *Quæ de Catechumenis expositio, cum illa Epiphanij de Clinicis vehementer consentit. Aduocatus.* [r] Expositio * Epiphanij, quam adfert Petrus Martyr, quod Paulus loquatur de baptismo eorum, qui baptizabantur in

q Ibid. § Ad primum.

* Lib. 1. de doctr. Christiana.

* Matth. 19.

* Columnus in hunc locum.

r Bellar. lib. 1. de Purgat. cap. 4. § quinta expositio. * Hæres. 28.

lecto, cum essent in extremis, qui olim dicebantur Clinici: volunt ergo quidam hunc esse Apostoli sensum, [Quid facient qui baptizantur pro mortuis] id est, qui baptizantur, qui habentur magis pro mortuis quàm pro viuis, quando certum est, eos non baptizari pro vllo commodo huius vitæ, cum pro mortuis habentur. *Quid ad hæc? Aduersarius.* [f] Expositio hæc refellitur in verbis proximis, [Vt quid baptizantur pro illis?] nam dicere debuisset, vt quid baptizantur pro se, non pro illis? [g] Quia Apostolus planè distinguit eum qui baptizatur, à mortuo qui non baptizatur. *Hoc dilutum est, quia Græcè non est,* Pro illis, *sed (id enim vrpetitur) ὑπὲρ τῶν νεκρῶν,* pro mortuis. *Nec desunt expositiones aliæ proprium literæ sensum exprimentes, quibus (seu luce tenebræ)* argumentum *vestrum* symbolicum *penitùs dissoluatur. Vnam proferam. Reus.* [*] Cur baptizamini ὑπὲρ νεκρῶν supra mortuos, sic Lutherus: nam qui supra sepulchra mortuorum baptizabantur, illi ex consequenti baptizati sunt supra mortuos: Neque absurdum est, veteres Christianos baptizatos fuisse supra mortuos, vt testarentur se cum Christo mortuos esse, & propter Christum paratos esse mori, acsi iam morti essent tradendi. *Mitto Aduocatos* [*] *Ariam Montanum,* [*] *Caietanum,* [*] *Lyranum, & alios, qui (si Allegorica expositio nobis esset in delicijs) Glossam vestram metaphorica sua elegantia, ac perspicuitate quodammodo obfuscant.*

f Bellar. quo supra

g Suares Iesuita quo supra.

*Piscator. annot. in hunc locum.

*Commentarijs in hunc locum.

Locus nonus.

*1. Pet. 3. 19.

*1. Pet. 3. In quo Spiritu *(Christus)* his qui in carcere erant spiritibus veniens prædicauit, qui increduli erant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë.] *Aduersarius.* [a] Quidam ex Catholicis de Purgatorij carcere interpretantur. *Aduocatus.* [b] Sed hoc sensu excluso. *Aduersarius.* [c] Ex hoc loco confutamus manifestum mendacium Bezæ negantis vllum esse Limbum in Scripturis. *Id ex hoc loco efficere non potes: quia. Aduocatus.* [d] Hic locus semper obscurissimus est habitus. *Et profectò (vt fatear quod*

a Salmeron Jes. in hunc locum.
b Ibidem.
c Ibidem.
d Bellar. lib. 4. de Christo. cap. 13. in initio.

res

res est) Scripturæ huius interpretationem genuinam venantem atque scrutantem me aliorũ expositiones non minùs diuersæ quã diuersorum, ita vehementer torserunt, vt potius quid non significet, quàm quid significet assequi possim. interim. Reus. [e] Beza in eo quod sic exponit, [Christus in Spiritu] id est, in DIVINITATE, [Prædicabat.] Ab Augustini interpretatione non dissentit. *Aduersarius.* [f] Sed quatenus hæc opinio cum Augustino conuenit, iam refutata est. *Certè, sed opinio Bellarmini, non Bezæ; etenim his duobus positis Christum non in anima humana, sed in diuinitate sua spiritibus, dum in corpore erant, prædicasse, Limbus vester inferni adhuc ignotus tenebris suis obrutus iacebit. Aduersarius.* [g] Spiritus ille Christi, de quo dicitur, [In quo veniens prædicabat, &c.] non videtur posse significare aliud quàm animam: non ergo sola diuinitate, sed etiam anima Dominus ad prædicandum spiritibus profectus est. [h] Et hic videtur sensus proprius, Christum sola anima prædicasse, &c. *Reus.* [i] Beza per Spiritum intelligit Diuinitatem. *Nec sanè aliter Caluinus.* [k] Spiritus non significat animam, sed pro diuina potentia sumitur, qua Christus victor à morte emersit. *Aduocatus.* [l] Id est, viuificatus tertia die à SPIRITV SANCTO, vt explicat Athanasius: vt Oecumenius, Spiritu DIVINITATIS. *Deinde.* [ἐν ᾧ, In quo.] [m] Refertur ad Spiritum præcedentem. [n] Augustinus per Spiritum, non vult intelligi animam Christi, sed deitatem. [o] In quo spiritu *(Deitatis)* Christus, inquit Augustinus, venerat, non per seipsum, sed per Noe, quem alibi [p] Petrus vocat præconem iustitiæ, & per alios Prophetas prædicabat. [q] Melius sane Augustinus, qui in Epist. ad Eumodium ita exponit, vt referatur non ad descensum Christi ad inferos, sed ad operationem diuinitatis, quam exercuit à principio mundi, prædicans per ora iustorum. *Denique,* [r] Quid hic alij commententur nostri instituti non est, iudicare, quid ipsa lectio velit, insinuare satis fuerit, [In quo Spiritu, &c.] nempe eo Spiritu, qui cum Patre æternus fuit à mundi initio, secundùm DIVINITATEM, in quo prædicabat illis, videlicet, Noah, & ijs qui in archa inclusi, seu in carcere

e Bellarm. ibidem § Secunda expositio.
f ibidem.
g Bellar. quo supra. § Secundo non.
h Suarez Iesui. in Thom. tom. 2. qu. 52. art. 1. disp. 42 sect. 1.
i Bellar. quo supra § secunda expositio.
k Caluin. com. in eum locum. vers. 18. & 19.
l Salmer Iesuit. com. in eum locũ. disp. 5. in fine.
m Ibidem. disp. 6. § Scopus.
n Bellar. quo supra § Prima expositio.
o Salm. quo supra. § B. Augustinus.
p 2. Pet. 2. 5.
q Aquinas part. 3. quæst. 52. art. Ad secundum.
r Arias Montan. com. in eum locũ. 1. Pet. 3.

carcere fuerunt, cùm dictum est, Egredere ex archa, &c. *Secundo dico, non posse ex loco obscurissimo ac difficilimo dogma aliquod fidei (quod tamen contenditis)* manifestè ac facilè *probari. Aduocatus.* [p] Obscuritatem huius loci significant Enarratores eius tam veteres Patres, quàm recentiores, in varias sententias diuisi.

[p] Salmer. Tes. quo supra disp. 6. in initio.

Locus vltimus.

[*] Philip. 2. [In nomine Iesu omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium, & infernorum.] [q] Palam est, quod qui subtus terram in Gehenna sunt, non flectant genu in nomine Iesu, sed illud potiùs obstinaciter blasphemant: sunt ergo in Purgatorio qui genu flectunt. *Reus.* [*] Puerilitèr faciunt Papistæ, Purgatorium ex hoc loco eliciendo: nam ex hoc loco discimus, etiam Diabolos Christo genu flectere: cum scriptum est eos, ad solum nomen Iesu [*] contremiscere, quamuis non propenso obsequio sint subiecti: possumus igitur retorquere in ipsos hoc ἀντίστροφον; Ignis Purgatorius secundum eos temporalis est, & in die iudicij abolebitur; at Paulus alibi docet hoc vaticinium impletum iri, cum Christus ad iudicium apparuerit. Quis igitur non videt eos putidis suis argutiolis esse bis pueros? *Aduocatus.* [r] Non improbabiliter per illud [Infernorum] accipiuntur *(itaque de Gehenna exponitur)* Dæmones. *Quia, nimirum,* [r] Non de confessione *(vtpote voluntaria, ergo nec de Sanctis in Purgatorio)* laudis agitur respectu inferorum, sed de coacta, vt in Psalm. Confiteantur nomini tuo terribili. *Quæ ad pœnam Purgatorij persuadendam afferri solent percurrimus. Liceat mihi addere vnicum*

[*] Phil. 2. 10.
[q] Ecchius Enchir. Tract. de Purgat. § In nomine.
[*] Caluinus in hunc locum.
[*] Iac. 2. 19.
[r] Bellar. lib. 1. de Purgat. cap. 4. § Nonus locus.
[s] Aquinas in hunc locum.

CAPVT

CAPVT XLVI.

Teſtimonium, opinione Pontificiorum, palmarium; quo abutuntur ad ſuadendam Veniam & indulgentiam: per quam virtutem theſauri (vt illi ſomniant) meritorum ſupererrogatiuorum Animæ defunctæ Purgatorij pœnâ acerbiſſimâ liberentur.

*Coloſſ.1. [Gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ deſunt paſſionem Chriſti in carne mea, pro corpore eius quod eſt Eccleſia.] *Aduerſarius.* *Ad hanc ipſam rem confirmandam, (*Loquitur de ſatisfactione ex meritis Sanctorum per indulgentias*) illuſtris eſt hic locus D. Pauli, [Gaudeo, inquit, in paſſionibus, &c.] Quod hæc paſſus Apoſtolus fuerit, vt ſeruire poſſit membris ad ſatisfactionem ſeu ſolutionem pro aliqua pœna peccatis debita, manifeſtè demonſtramus hoc pacto, quia Apoſtli mens atque voluntas fuit paſſionibus illis ſuis (quas Chriſti paſſiones ratione corporis eius myſtici rectè appellat) Eccleſiæ prodeſſe omni ratione & titulo, quo prodeſſe paſſiones illæ poſſint, quia modum nullum certum determinat. At poſſint paſſiones Sanctorum alijs prodeſſe non modò ad exemplum & ædificationem, verumetiam ad ſatisfactionem & ſolutionem pœnæ temporalis. *Reus.* *Caluinus & Chemnitius contendunt Paulum ſignificare his verbis, ſe, tanquam vnum aliquod membrum Chriſti, eas paſſiones adimplere, non quidem vt ad ſatisfactionem ſeu redemptionem aliquam pœnæ temporalis peccatis debitæ, valerent; ſed vt ei prodeſſent ad ædificationem in fide, & in verbo Euangelij, vt fideles Apoſtoli perſequutionibus in ſuſcepta religione Chriſti confirmarentur. [b] Atque hoc ipſum Chemnitius ait ab Apoſtolo explicari, cùm inquit Philippenſ.1. [Quæ *paſſiones* circa me ſunt, magis ad pro-

* *Coloſſ 1.24.*
a Greg Valen. Ieſ. de Indulg. cap.1. § Quocirca. & deinceps. Eodem modo Bellar. lib.1 de Indulg. cap.3. & Suarez Ieſuita tom.4. de Indulg.

* *Vt refert & quidem recte, Greg Valent. Ieſ. loco iam ſupra allegato.*

b Greg Valent. quo ſupra.

profectum Euangelij.] In quam ſententiam Caluinus citat etiam illud 2.Corinth.1. [Siue tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute.] *Et in eandem Caluini ſententiam, ſententiam Pauli Aquinas veſter eandem citat. Quæſtio eſt*

c *Aquinas in loco iam infra poſito.*

[c] Vtrum Redemptorem eſſe ſit proprium Chriſti: *Obiectio tertia.* Non ſolum paſſio Chriſti, ſed etiam aliquorum ſanctorum proficiens erat ad ſalutem noſtram; ſecundùm illud Coloſſ.1. [Adimpleo ea quæ,&c.] Ergo non ſolùm Chriſtus dici poſſit Redemptor, ſed etiam alij Sancti.

d *Aquinas par.3 q.48.art.5. ad 3.*

Reſpondet. [d] Dicendum eſt quod paſſiones Sanctorum proficiunt Eccleſiæ NON quidem per modum REDEMPTIONIS, ſed per modum exempli & exhortationis: ſecundum illud 2.Corinth. 1. [Siue tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute.]

e *Bellar.lib.2.de indulg.cap.5.*

[e] Hic ſenſus, quem Caluinus amplectitur, eſt à multis ex noſtris obſeruatus & approbatus. *Quid porro? Aduerſarius.*

f *Ibidem.*

[f] Tamen nos oſtendimus, præter eum ſenſum poſſe Apoſtolica verba commodè recipere alios ſenſus, atque eum præſertim, qui ad Theſaurum indulgentiarum ſtabiliendum confert. *Quorſum?*

g *Bellar.lib.1.de Indulgent.cap.4. § ſexta obiectio*

[g] Non vt propriè & ſimpliciter nos redimant:

b *Ieſuita aliq.*

[h] Sed vt ſatisfaciant pro alijs ad ſolutionem pœnæ temporalis. *Quaſi verò talis ſatisfactio non redemptionis rationem veram habeat. Aduocatus.*

i *Caieta.in 3.par. Thom.q.48.art.5.*

[i] Satisfactio pro alijs genus quoddam Redemptionis eſt, quandoquidem ſoluto precio alter à pœna liberatur. *Horret igitur animus noſter ad tantam veſtram blaſphemiam, qua abſolutæ ſatisfactiones Domini Ieſu ita contumeliosè tractantur, vt ad ſatisfactionis pharmacum componendum, impoſitus Martyrum ſanguis cum Filij Dei ſanguine immaculato commiſceatur, Spiritus ſanctus inter protomartyrem Abelem, & Redemptorem noſtrum Ieſum comparationem inſtituit: obſeruate, quæſo, quàm immenſum χάσμα & interuallum intercidat, videlicet, quantum inter vindictam & veniam.* * Acceſſiſtis ad Ieſum Mediatorem noui Teſtamenti meliora loquentem, quàm loquebatur ſanguis Abel. *Animaduertite, paſſio Abel, vt & omnium hominum, tantùm vindictam exigit coram Deo: ſola paſſio Chriſti*

* *Heb.12.24. vulgata editio.*

ad

ad impetrandam nobis peccatorum veniam eſt efficax. Nec deſunt viri Pontificij, qui in noſtris caſtris verſari malint, quam pati tantam ſacrilegij notam ſibi eſſe inuſtam.

[k] Non defuerunt aliqui ex recentioribus, qui docerent paſſiones Sanctorum non ita applicari nobis, vt indulgentias, vt ſint iuſtæ compenſationes pro pœnis, quas non debemus Deo, hoc eſt, veræ ſatisfactiones: & quidam Louanienſes tenuerunt, ſolius Chriſti ſatisfactionibus remiſſam pœnam temporalem. *Orthodoxè imprimis & Theologicè. Nam Martyres paſſionibus ſuis Chriſti imaginem exprimunt, Chriſti nomen profitentur, vnde & Martyrum, id eſt, Teſtium angustiſſimo titulo ornantur, ſed tantum Martyrum: quemadmodum igitur de Iohanne,* [*Non erat ille lux, ſed teſtimonium *(quod eſt, Martyrium)* perhibuit de lumine.] [l] Id eſt, non lux illuminans erat, ſed illuminata lux, vt ait Chryſoſtomus: *Ita paſſiones Sanctorum, non tanquam ſatisfactiones, Merita, ac Redemptiones, ſed vnius Chriſti* ſatisfactionis, meriti, redemptionis *teſtimonia & martyria eſtimari debent. Quapropter huius loci expoſitionem genuinam locus alius illuſtrabit.* Philipp. 2. Σπένδομαι, i. Immolor ſupra ſacrificium & oblationem fidei veſtræ.] [m] Vocat mortem ſuam libationem, non qua reconciliarentur Deo, ſed qua confirmarentur in fide. *Sic pro Purgatorio Pontificij. Iam*

[k] *Bellar. lib. 1. de Indulgent. cap. 4. § ſexta obiectio*

[*] Ioh. 1. 8.

[l] Sà Ieſ. ſchol. in Ioh. 1.

[m] Salm. Ieſ. com. in Phil. 2.

CAPVT XLVII.

Contra Purgatorium Proteſtantes pugnant.

[*] Apoc. 14. Beati mortui qui in Domino moriuntur, amodò dicit Spiritus, vt requieſcant à laboribus. *Reuel.* [a] At pij omnes, inquiunt Proteſtantes, in Domino moriuntur: omnes igitur pij poſt mortem requieſcunt, in pace, nec vllis Purgatorij cruciatibus torquentur.

[*] Apoc. 14. 13.

[a] Proteſtatus teſte Bellarm. lib. 1. de Purgat. cap. 8. § decima obiect.

b Bellar. ibidem.

a *Aduersarius*. b Respondeo cùm Anselmo, non significari à morte vniuscuiusque, sed ab extremo iudicio: vel si hic sensus alicui non probetur, respondere possumus cum Richardo de sancto Victore, & Haymone, loqui sanctum Iohannem de viris perfectis, ac præsertim de sanctis Martyribus, eos enim in illo loco consolari voluit, qui simpliciter moriuntur in Domino, neque aliquid purgandum secum ferunt: nam qui discendunt cùm peccatis venialibus, ij non simpliciter moriuntur in Domino. *Quod si hic quoque sensus Lectori minùs arriserit, Pontificij (vt sunt homines ingeniosi) sensum alium comminiscuntur.*

c Colleg. Rhemen. annot. in hunc locum.

c Sensus est, vt requiescant à laboribus huius vitæ, possint ergo verba conuenire pijs, qui sunt in Purgatorio.

d Salm. Iesi. in 1. Cor. 15. disp. 26. § quamuis autem

d Requies est dulcissima carere verme conscientiæ, tales sunt qui sunt in Purgatorio, vnde dilectus Apostolus, [Beati mortui, &c.] *Quibus nos ex diametro dissentimus, probamusq; ex hoc loco*, 1. *Sanctos Christianos* omni *tempore*; 2. omnes, 3. *ab* omnium *dolore prorsus liberari*. *Nam prima expositioni vestræ expositio vestra secunda, secunda pariter tertia, tertiæ denique omnis non modo interpretum, sed vel hominum omnium conceptus repugnat. Primam, videlicet, Sanctos* OMNI *tempore in Domino mortuos, beatos merito esse habendos*. a *Aduocatus*.

e Ribera Iesi. in hunc locum Apoc. 14. num. 74.

e Arethas ita verba ordinat, vt spiritus eos qui tunc viuent, & certabunt, consoletur: at SEMPER beati sunt, qui in Domino moriuntur. [Amodò] igitur significat, A TEMPORE MORTIS, vt Augustinus, Haymo, Beda exponunt ex Psal. 126. [Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini.] *Hanc gratiam omnibus vtriusque Testamenti affulsisse ostendo, quia*

f Viega Iesi. com. in hunc locum, § 3. num. 1. & § 2. num. 1.

f Sanctus Dauid sic cecinit Psalm. 4. [In pace dormiam & requiescam.] Et sanctus Simeon, Luc. 2. [Nunc dimittis seruum tuum in pace,] De Lazaro quoque legimus, [Amicus meus Lazarus dormit.] Et de beato Stephano, Act. 7. [Obdormuit in Domino.] *Quid ex his?*

g Ibid. § 4. num. 1

g Amodo, seu deinceps, id est, à tempore mortis, quemadmodum docet cómunis expositio.

Ex

Ex quo patet, primam expoſitionem veſtram veſtris expoſitionibus ferè omnibus aduerſari. Secundam excutiemus, an omnes omninò iuſtos ſignificet. Aduot. [h] Quidam recentiores in Commentarijs huius loci exiſtimant hìc ſermonem eſſe de Martyribus; & idem eſſe [in Domino,] & propter Dominum mori: verùm verior videtur communis ſententia, quæ hunc locum non ad Martyres tantùm refert, ſed ad Sanctos vniuerſos: eam enim tradunt Beda, Andr. Cæſar. Primaſ. Panon. Ioach. Abbas, Ansb. imò & (*en etiam Bellarmine, teſtes tuos*) Haymo, & Richardus de Sancto Victore: ſic etiam eam intellexit Bernardus: * Non putemus, inquit, ſolos Martyres eſſe dilectos, cùm recolamus dictum, [Beati in Domino morientes:] non ſolùm pro Domino Martyres, ſed in Domino Confeſſores beati. Duæ proinde res mihi videntur mortem facere pretioſam, vita, & cauſa. * Illa quidē mors pretioſa eſt, quam commendat vita pretioſior, quàm facit cauſa; pretioſiſſima verò, quam præuenit vita ſimul cum cauſa. Cùm itaque habeamus commune Doctorum iudicium, Eccleſiæ ipſius autoritatem, ([i] Quæ in officio defunctorum hæc verba: [Beati mortui, &c.] proponit quaſi de omnibus velit quodammodò intelligi) aptiſſimam (*Iudicio ſupremi*) contextus & inſtituti Iohannis ſeriem, qui inſtituit conſolari omnes fideles illius temporis, cùm tamen non omnes Martyrium ſubire debebant: eſt ſanè cur hanc expoſitionem alteri iure optimo præferamus. *Abunde de re, iam de phraſi,* [In Domino mori] *nobis, quæſo, ſatisfacias.* [In Domino. [k] Perſpicuum eſt ex Scripturis, in Domino, non ſemper PROPTER DOMINVM, ſeu PRO DOMINO accipi: vt 1. Cor. 7. [Mulier (*viro mortuo*) tantùm nubat in Domino.] [l] Et Rom. vlt. [Salutate eos qui ſunt ex Narciſſi domo, qui ſunt IN DOMINO.] Ibidem de alijs Sanctis, [Salutate eos, qui ante me fuerunt in Chriſto,] id eſt, crediderūt in Chriſtum. Vt Gal. 1. [Eccleſijs Iudææ, quæ erant in Chriſto.] Deniquè idem eſt, eſſe in Domino, quod viuâ fide in Chriſto manere. Ioh. 15. Ita etiam in Domino moriuntur, qui cùm moriuntur, viua Chriſti membra ſunt. Eſt enim

[h] *Vi'ega Ieſ. ibid. § 2. num. 1.*

* *Bern. Epiſt. 98. quæ eſt de Machabæis.*

* *Serm. 24.*

[i] *Ribera Ieſ. in hunc locum, num. 72.*

[k] *Vega Ieſ. quo ſupra.*

[l] *Ribera Ieſ. quo ſupra.*

hic sensus ad id quod Apostolus agit aptissimus, quoniam priorem illum (*de Martyribus*) complectitur, & latiùs manat, ad omnes pertinet, qui sine Martyrio in summa sanctitate moriebantur. [m] In Domino mori, intelligi possit de omnibus iustis. *Paulò post.* Et hæc expositio retinenda est, quam Ecclesia agnoscit, proponens in officio Defunctorum illa verba de omnibus iustis: cui expositioni noster Vega *Iesuita* fauet: & ex vtroque Testamento collegit noster Sà *Iesuita*: ex quibus intelligi potest, quòd Mori in Domino vel in Christo, significet esse, vel contineri intra eius corpus, vt (*quales sunt omninò omnes Iusti*) viua membra Christi. Et hic sensus congruit proposito Iohannis; quia etsi multi Martyres sunt tempore Antichristi, alij tamen non pauci sine Martyrio sunt morituri: quibus tamen OMNIBVS conuenit, [Requiescere à laboribus.] *Quod ad tertiam expositionem attinet, (vbi dicit:* Requiem à laboribus huius vitæ, intelligi) *eam vna vox*, Beati, *miseram & absurdam esse demonstrat. Nam* [n] Quos dicimus esse in Purgatorio, eos Gehennæ pœnis cruciari credimus. *Quid sit verò*, Beatum esse *quidque* à laboribus requiescere, *exponite. Aduocatus.* [o] Est PERFECTAM beatitudinem percipere. [p] Quam ob causam Apostolus ad Hebræos 4. Gloriam cœlestem, Sabbatismum, appellat, quia est ingressus in requiem Domini', de quo Dauid, Psalm. 14. [Quis requiescet in tabernaculo sancto tuo?]& Psalm. 114. [Conuertere anima mea in requiem meam.] *Nec tamen puduit Iesuitas alios, Tabernaculum Dei, & lacum Diaboli, Tormentum & requiem, miseros ad tempus, & in æternum Beatos interpretatione suâ omninò confundere. Restat vltimum membrum diuini cul-*

m Iohan. Lorinus *Iesuit. Com. in Act. 7. in hæc verba:* [Obdormuit in Domino.

n Iesuitæ omnes, qui de Purgatorio tractârunt.

o Ribera *Iesuit. Com. in hunc locum num. 75.*

p Viega *Iesuita quo supra. § 3.*

CAPVT

CAPVT XLVIII.

Pro Inuocatione Sanctorum, per quos Pontificij Deum orant: huis Scripturas obiectant, quarum aliæ (vt illi putant) ipsius Inuocationis { *nomen, fidē innuūt.*

Primus Locus de nomine.

*Gen. 48. 16

[Gen. 48. [Inuocetur nomen meum à pueris his, & nomina Patrum meorum.] *Aduersarius.* [a] Sunt verba Iacob: Ergo nomen Inuocationis hominibus conuenit. *Nec Inuocationis nomen modò, sed & ipsam Inuocationem ex hoc loco vrget Ecchius, nam post testimonium ex Iob 5.* [Ad quem Sanctorum conuertere.] *Subdit,* [b] Et Gen. 48. Inuocetur, &c. *Reus.* * Cùm Stipites (*Pontificios intelligit*) illi, qua sunt animi hebetudine, quid sit NOMEN Iacob INVOCARE non intelligunt, mirum non est si in ipsa quoque forma inuocandi sic pueriliter titubant. Loquutio hæc non semel in Scripturis occurrit, vt * Isaias [Virorum nomen inuocari super mulieres,] dicit, dum eos habent maritorum loco: sic inuocatio nominis Iacob super Israelitas in hoc sita est, dum generis sui originem ad eum referunt, eumque pro parente suo memoria celebri colunt: Et reuerà nihil aliud est quàm fœderis successionem ad eos transmittere. *Vt Deus,* Hamos 9. [Inuocetur nomen meum super eos.] *Aduocatus.* [c] Nomen Dei inuocatum est super aliquem populum, quando populus Dei nomen habet, id est, populus peculium Dei appelletur. Vt Isa. 4. Virorum nomen: & Isa. 63. & Gen. 48. [Et inuocetur nomen, &c.] [d] In voce, inuocetur, est Hebraismus, & mos Hebræis loquendi familiaris, Vt, nomen viri inuocetur: quando voluit dicere fœminæ nomen appellari per nomen viri.

*a Bellar. lib. 1. de beatitud. sanct. cap. 20. § Ad primum. Eodem modo Valent. Iesi. lib. 3. de Idololat. cap. 7. § Iam orationē

b Ecchius Enchir. Tract. de venerat. Sanct.

* Caluin. Instit. lib. 3. ca. 20. § 25

* Isa. 4. 1.

c Ribera Ies. Com. in Hamos 9. num. 42.

d Fonseca, Caiet. Lyran. Hugo Card. & Pintus in hunc locum.

Secundo, de hoc dogmate.

Status Controuersiæ.

Aduersar. [e] Dicunt Præstantes nullum extare in Scripturis

e Bellar. lib. 1. de Beat. Sanct. ca. 20 § Argumentum lextum.

turis exemplum, nullum præceptum, promissionem nullam de Inuocatione Sanctorum. Nos verò exemplis probauimus inuocationẽ Sanctorum ex vtroque Testamento. *Ex vtroque? quo spiritu? namq; de veteri Testamento. Aduoc.* [f] Quod aliquis directè orauerit Sanctos defunctos, vt pro se orarent nusquam legimus. *De nouo quoque.* [g] Non est expressum in nouo Testamento de inuocatione Sanctorum, quia durum esset id Iudæis præcipere, Gentibus verò periculosum. *Et tamen* ex vtroque Testamento, *scilicet, hoc dogma probare exemplis, etiam* multis *conamini; quo, inquam, spiritu? an Dei? quid? vt verbum ac Testamentum Dei testimonium præbeat contrarium sibi?*

Hoc diligentius pensemus in { *Angelorum, Hominum sanctorum.* } *Inuocatione*

De Angelis.

Locus secundus.

*Gen. 48. *Aduersarius.* [h] Iacob benedicens filijs suis, sic ait: [Angelus, qui me eruit è cunctis meis malis, benedicat pueris istis.] Hic APERTE Iacob Angelum inuocabat. [i] Si autem Angelos inuocare licuit, multò nunc magis licebit spiritus Beatorum. *Consequentia instar hominis claudi, Antecedens etiam instar clunici. Primùm, probo. Aduoc.* [k] Complures veterum Patrum per Angelum, Christum intellexerunt. *Et* [l] Dan. 3. [Species quarti similis Filio Dei.] Tertul. lib. 4. contra Marcion. & Auguſt. Orat. aduersus Iudæos, & Arianos asserunt Christum visum fuisse in fornace. *Aduers.* [m] Ego verò sententiam contrariam probabiliorem censeo, mihiq; probatur sententia Dionysij. *Tu itaque* complures *deseris,* vnum *amplecteris. Eum potiùs Iudicem sequamur, qui est instar omnium.* [n] Theodoretus priorem sententiam probare conatur, quia in TEXTV Angelus dicit se esse DEVM: tum quia nomen suum declarans, dicit, [SVM qui SVM:] quod in solum Deum conuenit, & huius sententiæ fuerunt Iustin. Tertullianus, Hilarius, Ambros. Chrysostomus.

Aduer-

[f] *Suarez Iesuit. in 3 part. Thom. quæ. 52. disp. 42. Sect. 2. pag. 514.*
[g] *Salmeron Iesuit. Com. in 1. Tim. 2. disp. 8.* § Postremò, &c.
[h] *Bellar. lib. 2. de Beat. Sanct. c. 19 in initio.*
[i] *Idem cap. 18.*
§ Quarta propositio.
[k] *Pererius Iesuit. Com. in Gen. 32.*
[l] *Pintus Com. in Dan. 3.*
[m] *Pererius quo iam supra.*
[n] *Ibidem.*

Aduersarius. ° Ego verò existimo fuisse verè Angelum, qui Dei maiestatem repræsentabat: quia Ozææ 12. dicitur apertè hunc Angelum fuisse; NVNQVAM autem filius Dei præcisè Angelus dicitur, sed aliquid adijcitur, vt Angelus testamenti, Angelus Domini, &similia. *Nunquamne? Memorie tuæ lapsus peperit opinionis errorem. Nam. Aduoc.* P Zach. 1. [Angelus clamabat, * Domine exercituum miseraberis Hierusalem.] in quo Angelo Christum significari docent veteres Patres Hieronimus, Ambrosius, Origenes. *At* * Apoc. 8. [De manu Angeli] q Id est, Christi: nec rectè quidam è recentioribus dicunt (*Audin', Pereri, collegam tuam?*) Christum nusquam Angelum absolutè dici, satis est ex consequentibus Christum esse colligere. *Instas secundo. Aduersarius.* r Exod. 20. In mõte apparẽs, dixit, Ego sum Deus tuus, &c. at, qui apparuit Angelus fuit, vt Paulus docet, Gal. 3. Lex per Angelos data est. Et Act. 7. Stephanus ait, Iudæos Legem accepisse per manum Angelorum. Ergo, qui dixerat, [Ego sum &c.] erat Personaliter Angelus repræsentatiuè Deus. *Expositio in hæresin procliuior, quia* t Franc. Dauid hæreticus negabat Christum fuisse in monte Sina, cùm data est Lex. Afferemus testimonia quæ habentur in Testamento veteri de vnico vero Deo Israel, & in Testamento nouo exponuntur de Christo; ad quod argumentum nulla fingi potest solutio. Secundus locus est Exod. 20 [Ego sum Dominus Deus tuus, &c.] At Iudas ait [Iesus populum de Ægypto saluans, secundò eos, qui non crediderunt, perdidit, Angelos autem &c.] Notauit hoc argumentum Beda in hunc locum. *Quod inde probatur, quod* t Significanter ait Apostolus * [Ne tentemus Christum, sicut illi tentârunt,] diuinitatem Christi eiusque perpetuam naturam insinuans; nec immeritò sanè, quia Christus Deus erat peculiaris ductor illorum, neque Deus alitèr beneficia sua in nos dispensat, nisi per Christum. Vndè CREDENDVM est fuisse Christum illum Angelum, qui præibat Israelitas, & Mosi primò visum. Exod. 3. & 4. & sæpè Iehouah vocatur. *De Patronis aliquibus accepimus, alios audiamus: & sentie-*

° *Ibidem.*

P *Ribera Iesuita com in Hebr. 7. num. 81.*

q *Vtega Iesuita com. in Apoc. 8. sect. 2. pag. 343.*

r *Percrius Iesuita quo supra.*

s *Bellar. lib. 1 de Christo. Cap. 5. §. Probat & Cap. 4. §. Primo. & §. Secundus.*

t *Salmeron Iesuita Com in 1 Cor 10. Disp. 17 &* * *1. Cor. 10.*

mus profectò Proteſtantium expoſitionem antiquam eſſe & orthodoxam. Sic enim Tertullianus. * Si quis HAERETICVS pertinaciter obluctans aduerſus veritatem, voluerit in his omnibus exemplis propriè Angelum intelligere: in hoc quoque viribus veritatis frangatur neceſſe eſt. *Hanc neceſſitatem Athanaſius demonſtrabit.* * Satis declarat non ex creatitijs Angelis aliquem, ſed Filium fuiſſe Patris, quem Patri ſuis precibus *Iacob* conſociauit, per quem Deus liberat quos VVLT: hunc enim MAGNI CONCILII Angelum nouerat eſſe eundem illum, quem interpellabat, [Non demittam te, inquiens, niſi benedixeris mihi:] is enim erat DEVS, vt verba Iacobi clarè teſtantur, [Vidi Deum facie ad faciem:] nemo autem hanc verborum formam concepit, Det tibi Deus & Angelus, ſed contra à Patre & à FILIO, propter vnitatem & vniformem rationem dandi. *Luculentiſſimè verò Cyrillus Alexandrinus.* * Quod autem non Angelus, vt HAERETICI intelligunt, ſed FILIVS Dei ſignificetur, indè patet, quòd addidit, [Qui me liberauit ex omnibus meis malis:] hunc fuiſſe Deum in ſpecie humana, *(Iudex ſupremus)* diuina Scriptura teſtatur ex voce ipſius Patriarchæ, [Vidi faciem Dei:] hunc igitur Angelum, quem tunc vidit, orabat, vt pueros benediceret. Præterea viſus eſt, vt Scriptura dixit, Dominus DEVS Patriarchæ Iacob, & dixit ei, [Ecce, ego tecum, vt cuſtodiam te.] Deus igitur erat, qui liberabat eum, non Angelus: Et cum inſidias fratris metuebat, non Angelum ſed Dei auxilium implorabat. *Quis hîc non facilè colligat, Pontificios, ſenſum ſi non plane hæreticum, at certè quidem hæreticorum amplecti: quanquam etiam quid ni hanc inuocationem Angelorum hæreſim dixerim? Sed de hoc ſuo loco; hîc enim non opinionum ſed duntaxat expoſitionum euentilationem ſuſcepimus. Ab Angelis*

* *Tert. de Trinit. cap. 15.*

* *Contra Arianos Serm. 4.*

* *Theſium lib. 3. col. 53. Tom. 2.*

CAPVT

CAPVT XLIX.

Ad ſpiritus Sanctorum defunctorum deflectimus, { *Tàm veteris, Quàm Noui Teſtamenti.*

Locus Tertius.

IEr. 15. [Dixit Dominus ad me, ſi ſteterint Moſes, & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum.] *Aduerſ.* [a] Ergo Moſes & Samuel iam mortui poterant & ſolebant pro viuis orare. *Reus.* [b] Caluinus huic contrarium colligit: Si ſteterint, id eſt, inquit, nunc quemadmodum olim, cùm viuerent. Ergo nunc non ſteterunt, nec orârunt. [c] Zuinglius hereticus exponit: Si Moſes & Samuel nunc in humanis viuerent. Sed hoc eſt hæreticorum ingenium torquere Scripturam, cùm ipſi ſemper exigant ſuas claras Scripturas, & nullas gloſſas admittunt, extraneam afferunt gloſſam; hæc gloſſa non eſt fundata in Scripturis, in Concilijs, in ſanctis Patribus, ſed omnia ab indocto & inſano cerebro Zuinglij: *Quem tu tamen nec ex Scripturis, nec Conciliis, nec ſanctis patribus refellis, ſed ex cerebro tuo, tam ad refutandum frigido, quàm calido ad commitiandum, ais enim Aduerſ.* [d] Scriptura enim dicit, ſi ſtarent; non dicit, ſi viuerent. *Ridiculè quia Aduocatus.* [e] Si Scriptura diceret, Si ſtarent id eſt, per impoſsibile, nunc viuerent: ſed Scriptura non dicit, ſi ſtarent. *Quid ergo? Aduerſarius.* [f] Dicit, ſi ſteterunt, aut ſtabunt, vt ſi quis diceret de Demoſthene; ſi nunc vixerit Demoſthenes, non mihi perſuadebit, ineptè loqueretur, quia mortui non ſolent huc venire: ita Deus (quod abſit) ineptè loqueretur, ſi diceret [Si ſteterunt] ſi illi non poſſint, vel non ſolerent Deum interpellare. *Commentum inſulſum, Scriptura Iudice.* * Galat. 1. [Si Angelus euangelizauerit præter id quod accepiſtis, Anathema ſit.] *Aduocatus.* [g] Eſt' hæc hyperbolica loquutio.

[a] *Bellar. lib. 1. de Beat. Sanct. cap. 18. in initio & Suares Ieſ. in 3. Thom. qu. 25. Art. 1. diſ. 42. §. Tertia. & Azorius Ieſuita Inſt. Mor. lib. 9. c. 10. §. Quæres an.*

[b] *Bellar. quo ſupra.*

[c] *Ecchius Enchirid. in Tract. de Venerat. Sanct.*

[d] *Ecchius ſupra.*

[e] *Bellar. quo ſupra.*

[f] *Ibidem §. At contra.*

* *Gal. 1.*

[g] *Salmeron Ieſ. in hunc locum §. Sed dubium. eodem modo Caietanus.*

& oratio conditionalis, ac vera, quoniã POSITO IMPOSSIBILI: quod ipse vel Angelus alitèr Euangelizásset, absq; dubio Anathema fuisset: Est autem conditionalis Enunciatio vera, quamuis tàm antecedens, quàm consequens sit impossibile, vt tradunt Dialectici. *Cum igitur hoc ineptè dici posse doces, nemo non videt, quàm parùm Logicè aut Theologicè argumentaris. Ad locũ Scripturæ reuertor.* [b] Quod Deus significat, cum ait: Si Samuel aut Moses ORARENT. *Ergo siue starent, seu steterint, omninò sensus est idem, Supremo Iudice attestante.* * Ezech. 14. [Si steterint in medio Noah, Daniel, Iob, non liberabunt filios aut filias, sed ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas.] *Aduocatus.* [i] Loquitur iuxta hypothesin, vt Hieronymus exponit. Id est, Si tales tantique viri fuerint *(non igitur de statu defunctorum loquitur)* in hac vita peccatrice non liberabunt *(nec enim iam tales filios habere poterant aut volebant)* filios aut filias. [k] Quorum verborum hic est sensus: Vsque eò sum Iudæis offensus, vt si Noah, cæteroqui vir mihi gratiosissimus, HABERET filium in isto populo, mihique supplicaret, non ESSEM eũ, exauditurus. *Iam properamus*

b Ibidem.

* Ezech. 14.

i Sixtus Senensis Biblioth. lib 8. in fol. Obiect. in lib. Dan. pag. 649.

k Pererius Iesuita Com. in Gen 6. de loco Ezech.

CAPVT L.

Ad nouum Testamentum in { *Euangelio, Epistolis.*

Ex Euangelio

Locus quartus.

* Matth. 24. 46. [a] MAtth. 24. Beatus ille seruus, quem Dominus, cum venerit, inuenerit sic facientem: Amen dico vobis super omnia constituet eum. *Aduersarius.* [a] Id est, super Ecclesiam, vt Pastorem, qui gregem suum non deserit. Ergo per Apostolos & Sanctos Ecclesiam continuâ protectione conseruat, vt Papa Pelagius secundus docet. *Sic tu cum Platone tuo (summo Pontifice) errare malis, quàm cùm supremo animarum Iudice (assentientibus Theologis vestris) sensum verum agnoscere. Textus enim non loquitur de autoritate aliqua, quam Sancti nunc habent, sed quam post resurrectionem habituri sunt: tu contrarium ponis.* [b] Sancti ante resurrectionem

a Bellar. lib. 1. de Beat. Sanctorum. Cap 28. §. Idem colligitur. & Costerus Iesuita Enchirid. cap. 14. §. Quando, & alij.

b Bellar. quo sup. §. Quarto quia.

resurrectionem accipiunt potestatem regendi Ecclesiam. *contra expressam Scripturam, nam in eodem versu 46. sequitur:* Quem CVM VENERIT DOMINVS eius.] *de quo vers.* 44. filius hominis VENTVRVS est. [*& Cap.* 20. *vers.* 31.] Cùm VENERIT filius hominis, &c.] *Adnocatus.* [c] Hæc est explicatio præcedentis parabolæ. vers. 23. [Super multa constituet eum.] *Vt in Capite proximo, vbi idem agitur, sit manifestum. Cap.* 15. *vers.* 19. [Post MVLTVM temporis veniet Dominus seruorum illorum, &c.] [d] Qua parte dubium non est SECVNDVM CHRISTI ADVENTVM significari, qui longo post tempore futurus erat. *Fac autem Christum de præsenti sanctorum beatitudine esse loquutum: an propterea hæc verba:* [Super omnia constituet eum,] *autoritatē* super militantem Ecclesiam *probabiliter euincēt? Nihil agis. Adnocatus.* [e] His verbis Christus significat excellentiam præmij & beatitudinis, quæ in perfecta Dei visione cōsistit, ideo dicitur, [Super omnia bona.] [f] Quicunque ad vitā æternam transfertur, constituitur super omnia bona Domini, quia essentia diuinà fruitur: quamuis prælati fideles habebunt altiorem gradum gloriæ. Nam Luc. 19. 17. [Euge serue bone, quia in modico fuisti fidelis, constitutam potestatem habebis super septem ciuitates.] [g] Non quod significet fore vt in cœlo homines aut ciuitatibus, aut vllo omninò officio præficiantur, sed quia de rege loquebatur, quorū est consuetudo benemeritos viros gubernandis præficere ciuitatibus: significat præmiā meritis maiora fore. [Super omnia bona] [h] Id est, corregnabit cum Christo (inquit Origenes) cui omnia Pater tradidit: velquia (vt Hilarius ait) vltra Dei gloriam. *Progrediamur, vt*

[c] *Maldonat. Iesuita Com. in Matth. 25 vers.* 31.

[d] *Ibidem.*

[e] *Tollctus Iesuita in Luc. 12. Cum. post Aunot.* 73. *pag.* 798.

[f] *Stella in Luc.*

[g] *Maldonatus quo supra.*

[h] *Sa Iesuita scholi. in Matth.* 24.

CAPVT LI.

Ad Epistolas veniamus.

Locus quintus.

[a] 2. Pet. 1. [Dabo operam & sequenter habere vos post obitum meum, vt horum memoriam faciatis.] *Aduersarius.*

[a] Habere

[a] Habere vos: videlicet commendatos, siuè in animo. [Post obitum.] vndè aliqui veteres non ineptè colligebant, Sanctos mortuos curam gerere viuentium. [b] Quibus ostenditur Sanctos defunctos cognoscere preces viuentium. [c] Sunt hæc egregia verba Petri, quibus hoc probemus. *Egregia verò probatio, quandoquidem. Aduocatus.* [c] Hoc non est euidens argumentum. *Aduersarius.* [d] Est tamen probabile. *Imò futile. Aduocatus.* [e] Dilucida explicatio: Dabo operam, vt post quam egressus ex hoc tabernaculo fuero, perpetuam eorum, de quibus vos commonefeci, memoriam teneatis: [non enim *(explicante Spiritu sancto)* artificiosas fabulas sequuti estis, &c.] *vel quod idem est.* [f] Dabo operam, id est, ordinabo dum sum in VITA *(id est in vita)* vt hos habeatis post mortem meam libros, qui vobis hæc in memoriam reuocent, vt horum memoriam habeatis, id est, doctrinam memoratam impleatis. *Cui hoc non dissentit.* [g] Dabo operam, nimirum, interim dum viuo vos commonendo, non solum semel, sed etiam frequenter habere memoriam horum, *Cuius veritas ex vna hac voce*; [Dabo operam,] *(in Græca consentit,* ὑπ ἀμελήσω non negligam) *satis elucescat: quia sancti defuncti, post hanc vitam memoriæ subsidio non indigent: sed (si vobis credimus)* [h] omnia, vno, *quasi*, obtutu, videant in visione diuina. *At Sancti dum sunt in viuis, operam multam adhibent ad memoriam eloquiorum diuinorum corroborandam & infigendam penitùs in animis fidelium, nè à salutari fidei doctrina ad fabulosa hominum figmenta abducantur. Ne verò omnium Iesuitarum suffragijs destituti videamur, adest testis percelebris.* [i] [Dabo operam] quasi dicat, vt post obitum meum possitis horum frequenter meminisse. *Dum itaque ex* egregijs illis verbis [Dabo operam] *tam elumbe argumentum colligitis, operam profectò egregiè luditis: vt etiam in alijs, quæ ex Epistolis Pauli aut Petri summuntur quia Aduocatus:* [k] Nihil de hac re inuenitur in Epistolis Pauli, vel canonicis atque Catholicis aliorum, quæ (*Spiritu sancto Iudice*) ob alias materias scriptæ fuerunt. *Vbi igitur tandem? Aduersus.* [l] In Apocalypsi vero, vbi erat locus scribendi futuros successus

[a] *Bellar. lib. 1. de Beat. Sanct. Cap. 18.*
[b] *Salm. Iesuit. com. in 1. Cor. 13. disp. 21. §. Marlerat.*
[c] *Costerus Iesuita Enchirid. cap. 14. & Suarez Iesuit. in Thom. tom. 2. pag. 250. Quæst. 17. disp. 23 Sect. 2.*
[d] *Bellar. quo supra.*
[e] *Gagneus Com. in hunc locum §. dilucida explicatio.*
[f] *Caietanus in hunc locum.*
[g] *Aquinas, Arias Montanus. Lyranus, Carthusianus in hunc locum.*
[h] *Iesuitæ omnes.*
[i] *Immanuel Sà Iesuit. Schol. in hunc locum.*
[k] *Salmeron Iesuita Comm. in 1. Tim. 2. disp. 7. §. Primum.*
[l] *Ibidem.*

cessus

ceſſus eccleſiæ per modum prophetiæ, & præſertim gloriæ ſtatus iam inchoatus expreſſe habetur nam Apocalip. 6. *Quid illic?*

Locus ſextus.

* Apoc. 6. Animæ Sanctorum ſub altari clamant; Vindica ſanguinem noſtrum de ijs, qui inhabitant terram.] [m] Si animæ ſanctorum Martyrum vindictam petunt de interfectoribus ſuis; ergo multò magis miſericordiam petunt pro fratribus ſuis. [n] Multò magis Deum imitantes, qui pronior eſt ad miſericordiam, quàm ad vindictam. *Diſertum deliramentum. Adnoc.* [o] Quæritur quomodò mortui vindictam petũt de interfectoribus ſuis, quos viui vt proximos ſuos amabant? abſit autem, vt ſancti ſint in vita felicciori crudeles: Quæſtio facilè ſoluitur, ſi dicamus corpora eorum conſperſa cruore vltionem de interfectoribus ſuis petere: quemadmodum *(ex iudicem ſupremum)* Scriptura * Gen. 4. Sanguis Abel dicitur clamare ad Deum contra Cain interfectorem. [p] Clamor hic clamor ſanguinis eſt corporum occiſorum: nec te moueat quod non corpora ſed animæ dicuntur, quia hoc loco animæ pro hominibus ipſis ſumuntur, vt ſæpè aliàs. *Qualis hic clamor fuit?* [q] Clamor (vt Auguſtinus ait) non vocis ſed rationis. *Hoc igitur argumentum plus in ſe vocis habet, quàm rationis, quod in locis alijs pari facilitate oſtendemus, cùm erit de hac quæſtione ex profeſſo diſſerendum. Interim non eſt prætermittendum, hoc in loco per,* Animas ſub altari, *martyres intelligi quatenùs martyrio perfuncti ſunt*: Sub altari *non quatenùs iam beati. Primò quia Spiritus ſanctus in Scripturis laborantibus* Clamorem, *beatis ſemper* * Cantum tribuit: *ſecundò quia hi ab* * *Auguſtino* ſancti candidati *vocantur; tum vero præcipuè, quia verſu proximo quaſi tempora clamoris & beatitudinis diſtinguens, ſubijcitur.* [Et datæ ſunt ijs ſtolæ albæ.] [r] Quibus beatificatio cœleſtis ſignificatur.

Locus ſeptimus.

* APoc. 5. [Viginti quatuor Seniores habuerunt ſinguli phialas aureas, quæ ſunt orationes Sanctorum.] * Apoc. 8. [Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus Sanctorum

* *Apoc. 6. 10.*
m *Bellar. lib. 1. de Beat. Sanct. Cap. 18. §. Locus 6.*
n *Salmeron Ieſ. quo ſupra. & Coſtetus Ieſuita in Enchirid.*
o *Ribera Ieſuita Com. in Apoc. 6.*
* *Gen. 4.*
p *Viega Ieſ. com. in Apoc. 6.*
q *Pererius Ieſuita comm. in Gen. 4.*
* *Apoc.*
* *De tempore 2 Serm. 39.*
r *Gagnæus. com. in eum locum & in eum quis non?*
* *Apoc. 5. 8.*
* *Apoc. 8. 4.*

ctorum de manu Angeli.] *Aduersarius.* [1] Ergo Sancti defuncti inuocandi sunt, vt pro nobis preces suas offerant,

[1] Deinde in Apoc. 5. & 8. fit ter mentio orationis Sanctorũ omnium, vbi viginti quatuor Seniores, qui Beati dicuntur à Doctoribus, quia coronas habent, cùm Angelis Deum laudantes dicunt, [Dignus est agnus qui occisus est &c.] Et isti phialas habent plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum.] Vel ergo isti Sancti sunt beati, & sic habemus, quòd pro nobis orant; vel sunt Viatores. *Si autem Viatores, tum tu nihil agis. Quid porrò?* [u] Hunc locum exponentes Primasius, Richardus, Scholia Græca, & Gagnæus, dicunt orationes illas esse intercessiones pro infirmorum stabilitate. *O emunctæ naris homines, scilicet, qui ex istis odoramentis Sanctorum odorem percipitis, quem Sancti isti numquam exhalârunt. Nam primò. Aduocatus.* [x] Per [Angelum astantem ante altare,] Interpretes reliqui omnes Christum esse confitentur, quia nullius alterius est, vniuersæ Ecclesiæ [incensa] hoc est, orationes, in [Thuribulo aureo] tantâ maiestatis specie, Patri offerre. *Quid autem per* [Odoramenta, quæ sunt orationes Sanctorum,] *intelligi debet? hoc expedi.* [y] Tertiò [data sunt incensa Christo] hoc est, omnium Electorum orationes, quoniam orationes Ecclesiæ per summum Pontificem Christum Deo offeruntur: nam per Christum mediatorem omnia munera nostra Deo Patri mittimus, vndè Ecclesia omnes suas orationes illa felici clausulâ cõcludit, PER DOMINVM NOSTRVM IESVM CHRISTVM. *Hæc orandi clausula quorum est? nonne Viatorum? id est, mortalium? vt Cap. 5.* [z] Aureæ phialæ plenæ odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum:] ex omnibus expositionibus illa est germanior; per, Phialas, corda Sanctorum intelligere; per, Aureas, corda charitate fulgentia; per, odoramenta, orationes Sanctorum, quæ sunt eo feruentiores, quo illi magis *(quod est proprium Viatoribus)* laboribus premuntur, & in ignem tribulationis, tanquã aromata inijciuntur; aut si mauis, quo ipsi magis sese per carnis macerationem & afflictionem magis premunt, per quam ita

præ-

f Ecchinus in Enchirid.

t Salmeron. Tom. 1. Tim. 2. disp. 7.

u Bellar. lib. 1. de Beat. Sanct. ca. 18

x Vieyra Jes. Com. in Apoc. 8. §. 2.

y Ibidem.

z Vieyra Iesuita in eundem.

prauæ animi appetitiones tunduntur, vt in ſenſum minimũ, ſeu tenuiſſimum puluerem redigantur. Quia igitur feruor ex mortificatione oritur, à qua nunquam ceſſandum eſt propter continuam carnis rebellionem: id enim ſignificat, [nunquam in altari thymiamitis defuiſſe ignem.] Quare qui orationi vacat, non mortificationi incumbens, perinde facit acſi ſine igne aromata velit accendere. *Iam verò vbi mors adeſt, mortificatio ceſſat, nec maceratione egent, qui immortalitate donantur: vbi etiam eſt anima beatitudo, ibi nulla ebullit carnis rebellio: denique illi aromata incendunt, qui ignem accendunt, id eſt, illi vtuntur oratione, qui afflictione premuntur. Tam ſingula Sanctis* Mortalibus *propria, vt Sanctis beatis mortuis, quibus* mortificationis, macerationis, rebellionis, afflictionis *remedijs eſt opus, nullo modo competant. Ex quibus liquidò cernimus, nihil prorſus præſidij ex ſacris eloquijs pro inuocatione defunctorum erui poſſe. Tantùm, qua cultum religioſum ſpectant, tractauimus. Nunc*

CAPVT LII.

Controuerſias, quæ extra cultum conſiderantur, ſaltem attingemus, quarum aliæ verſantur circa fidei

1. *Normam,*
2. *Hoſtem,*
3. *Sigillum,*
4. *Subiectum,*
5. *Obiectum.*

Primò, Normam fidei ſacram Scripturam contra Traditiones opponimus: Pontificij contra ex

Ioh. 16. [Alia multa fecit Ieſus, quæ ſi ſcriberentur, &c.] *Aduerſ.* [a] Ergo velis nolis, hæretice, multa credere debemus, QVAE NON ſunt SCRIPTA. *Imò hac veſtra conſequentia potiùs ingenium hæreticum ſapit: quia, Aduocat.* [b] Omnes Hæretici (inquit Auguſt.) ex hoc loco omnia ſua, *non ſcripta,* figmenta colorare conantur. *Quid ergo?* [c] Ergo debemus nos contenti eſſe ijs, quæ ſcripta ſunt: concluſio enim Ioannis

[a] *Caſſerus, & Jeſuita aly, vide partim huius lib. 1 cap. 46.*
[b] *Aquinas ibid.*
[c] *Janſenius ibid.*

hannis (*Iudicem Scripturam ansculteмus*) hæc est, [Hæc autem SCRIPTA sunt, vt qui credit, vitam æternam habeat.]

* *Ibidem.* *Quæ huc spectant alia Scripturarum testimonia* supra copiosè tractantur.*

Secundò, Antichristum fidei hostem atrocissimum esse omnes confitentur.

Ne quis fortè Pontificem Antichristum agnoscat, Pontificij Scripturas detortas sequuntur: primò, quoad ortum ex Gen. 49 [Dan erit coluber in via.] *Aduers.* [d] Gregorius Pontifex & alij Patres hunc locum exponunt, quasi nasciturus sit Antichristus de tribu Dan. Ergo Papa non est Antichristus. *At Aduoc.* [e] Hic locus ad literam expositus de Samsone loquitur; quia Iacob (*Scriptura Iudice*) ibi bona prædicit. *Secundo quoad locum, ex Apoc.* 17. [Ciuitas super septem montes] & Apoc. 18. Babylon cecidit. *Aduersarius.* [f] Protestantes extremâ malitia excæcati, aduersus Ecclesiam Romanam vsque adeo insaniunt, vt vbi dicuntur septem montes septem capita: Septem montes literaliter interpretentur. *Cùm tamen Aduocatus,* [g] Id ex (*Scripturâ Iudice*) TEXTV confirmatur, vbi dicitur: Septem capita sunt septem montes. *Aduersarius.* [h] At Patres per Babylonem interpretantur Romam terrenam, quæ inter Paganos fuit tempore Iohannis: non quæ postea esset futura. [i] Vera igitur sententia est, sedem Antichristi fore Ierusalem, non Romam: & templum Salomonis, non templum Petri. *Aduocatus.* [k] Deponat Lector præiudicium, constabit intelligi de extremo mundi tempore, dicitur enim (*Scriptura Iudice*) FLEBVNT, &c. [l] Necesse est de tempore FVTVRO accipi: quare expositionem COMMVNEM DESERERE COGIMVR, & aliam (*Iudici supremo*) TEXTVI magis congruentem cogitare. *Tertiò, quoad tempus triennium, & anni dimidium, in supplemento partis primæ (Deo iuuante) copiosè satisfaciemus.*

Tertiò, fidei sigillum, viz. Sacramentum à Christo institutum am-

[d] *Percrius & Viega Iesuitæ. Vide supra in hac parte Apolog. lib. 2. cap. 12.*

[e] *Bellar. & alij ibidem.*

[f] *Colleg. Anglo-Rhem. vide Apolog. part. 1. lib. 2. cap. 37.*

[g] *Ribera Iesuita ibid.*

[h] *Bellar. ibid.*

[i] *Bellar. lib. 3. de Pont. Rom. ca. 13.* § At nihilominus.

[k] *Ribera Iesuita supra Apolog. huius part. 1. lib. 2. cap. 37.*

[l] *Viega Iesuita ibid.*

amplectimur: Pontificij verò ſacroſanctæ tabulæ fidei eam nouum aliquod ſuum opponunt, tum etiam à Deo appoſitum ſacrilegè diuellunt. Aliquod, inquam, ſunt (vt tantùm in tribus inſiſtam) Matrimonium, & extremam vnctionem, & in pœnitentia, Sacramentalem confeſſionem. Primum, ex

* Epheſ. 5. [Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.] * Græcè μυστήριον; & non ſignificat coniunctionem viri & fœminæ, quia addit Apoſtolus, [Ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.] *Aduerſ.* m Sic quidem Caluinus & alij, ſed apertiſſimè falluntur, nam relatiuum, Hoc, referendum eſt ad coniunctionem viri & vxoris; refert enim id quod dictum fuerat; [Erunt duo in carne vna.] *Imò Paulum ſui interpretem eſſe ſinamus, qui exponit illud*, hoc, *ſubiungens.* [Ego autem dico de Chriſto & Eccleſia.] *Intromittendus eſt. Aduocatus.* n Non habes ex hoc loco prudens Lector, à Paulo coniugium eſſe Sacramentum, ſed mysterium. Et verè horum verborum myſterium magnum eſt, continent enim indiuiſibilitatem; & hæc verba, [Ego autem dico] referenda ſunt ad CHRISTVM ET ECCLESIAM; myſterium ſecundùm ſenſum ſpiritualem, vt iam retulerat dicendo, [Quia membra ſumus de carne eius, & de oſſibus eius.] *Hanc Caietani ſententiam ex Scriptura hac demonſtrauimus* * *ſupra.*

* Epheſ. 5. 32.
* Caluinus, & alij.
m Bellar. lib. de Matrim.
n Card. Caietan. in hunc locum.
* Apolog. huius part. 1. lib. 1. cap. 77.

Secundum, extrema Vnctionis, ex

* Iac. 5. [Infirmatur quis è vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo, in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum.] *Et* * [Confitentes inuicem peccata, *Reus.* * Iacobus loquitur de Vnctione, quâ in Eccleſia primitiua curabantur morbi corporales, ex miraculoſo dono ſanationis: nunc autem illo dono ceſſante, Vnctionem rem, & inutilem & ſuperſtitioſam videri. *Aduerſarius.* o Hæc eſt Caluini, Brentij, & communis aliorum, *Proteſtantium*, expoſitio: nos contra. *Quid tandem?*

* Iac. 5. 14.
* Verſ. 16.
* Caluin. Brentius & alij.
o Bellar. lib. 1. de extrem. Vnct. cap. 3.

tandem? Auſim dicere vix inueniri locum in Scripturis de aliquo Sacramento inſtituto, vbi omnes eius partes ita expreſſim ac diligenter numerantur, atque in iſto, Nam,&c.

p *Card.Caiet. in hunc locum.*

Imo potiùs reſponde. Nam Aduocatus. P Neque ex verbis, neque ex effectu verborum, verba hæc loquuntur de Vnctione extrema; ſed de Vnctione, quam inſtituit Dominus, Marc.6 quia non dixit, Infirmatur quis ad mortem? ſed abſolutè, [Infirmatur quis?] Et effectum docet, Infirmi alleuationem: & de remiſſione peccatorum non niſi conditionaliter loquitur; cùm extrema Vnctio non niſi articulo mortis detur, & DIRECTE, vt eius forma ſonat, tendit ad remiſſionem peccatorum. *Huic Cardinalis veſtri reſponſo in ſingulis membris ſatisfacere conamini; ſed, vt creditor qui cum ſoluendo non eſt, verbis reipſa non poſſitis. De his vide plura* * *ſupra.*

Tertium eſt de confeſſione Sacramentali, etiam Auriculari. Ex

* *Act.19.18.* * *Caluinus Com. in hunc locum.*

* Act.19. [Multi credentium veniebant, confitentes, & annunciantes actus ſuos.] *Reus.* * Non alia de cauſa iſti credentes ſua facta confeſſi fuerunt, niſi vt pœnitentiæ ſuæ teſtimonium ederent, & conſilium leuationemque à Paulo peterent. Quo maior eſt Papiſtarum impudentia, qui hunc ſuæ tyrannidi fucum inducunt: quid enim auricularis Confeſſio huic exemplo affine habet? *Aduerſarius.* ¶ Lucas duo

q *Stapelt. Antid. in Act. 19.*

dicit, ἐξομολόγησιν καὶ ἀναγγελίαν, confeſſionem, & annuntiationem. Non improbabile eſt, priori vocabulo priuatam & magis vulgatam peccatorum confeſſionem: poſteriori publicam & maiorem, nec niſi cum magnis criminibus & plerunque cum Eccleſiæ ſcandalo conuictis vſurpari ſolitam denotaſſe. Et hoc exemplum auriculari Confeſ-

* *Reg. de breuit. ad Interrog.288.*

ſioni adeò affine eſt, vt eam luculenter probet. Quare D. * Baſilius ex hoc facto Confeſſionis neceſſitatem infert, vbi dicit, Neceſſariò ijs aperiri peccata debent, quibus credita eſt diſpenſatio myſteriorum Dei,&c. Et hoc factum ad ſacramentalem confeſſionem oſtendendam ex

Patribus.

Patribus. [r]Hoc idem ex eodem exemplo argumentatur noſter [r]Caniſius *Ieſuita*, Confeſſionem non Catechumenorum, ſed relapſorum poſt baptiſmum, confirmatque ex hoc Baſilij loco: eandem ſententiam ſequitur [1]Greg. de Valent. *Ieſuita*, [2]Lindanus, [3]Caſtro, [4]Hoſius, [5]Taper, [6]Ecchius, [7]Petrus à Soto, [8]Card. Baronius, & [9]Salmeron *Ieſuita*; & plures alij in Tractatibus de Confeſſione, pro priuata & ſacramentali confeſſione ex hoc loco concludo. *Aduocatus.* [s]Equidem terreor tam multorum iudicio, ne definite aliquid iudicem. *Paulò poſt.* Non auſim tamen illud Baronij, CERTVM EST, vſurpare: nam excipere quiſquam poſſit, ſermonem non eſſe de iam baptizatis, ſed de Catechumenis iam animo ac voluntate propenſis ad religionem Chriſtianam, vt non rarò in (*Scripturâ Iudice*) hiſtoria hac ſuperiore tota, in qua ante baptiſmum quidam credidiſſe dicuntur, Credentes conuerſi ad Dominum; quanquam non ignorem abſolutum nomen Credentium, ſicut & fidelium, de conſummatè Chriſtianis, hoc eſt, baptizatis intelligi. Adhæc videtur Lucas loqui de illis, quos ante nominauerat (*ergo non de Baptizatis, Scriptura Iudice*) GENTILES ET IVDAEOS; qui nimirum timore correpti, propter cæſos exorciſtas à dæmonibus, ad Apoſtolum confugiunt. Poſtremò Baſilius, cuius me penitùs autoritas opprimeret, fallor niſi contrarium indicat: ait enim in Act. Apoſt. eos Apoſtolis peccata confeſſos, à quibus & (*poſt confeſſionẽ*) baptizabantur, Idẽ docet [*]Athanaſius. Accedat quod NVLLVS ex antiquioribus Theologis probat hoc ex loco Confeſſionem Sacramentalem, neque vel Catechiſmus Concil. Tridentini, neque ex recentionibus aliqui, qui hoc tamen argumentum accuratè ſunt perſecuti: imo aliqui negant hîc agi de illa, aut ex illo Baſilij teſtimonio probari. [11]Andræas Vega, Verba (inquit) ex Actibus referri poſſunt (*vt* [*]*ſupra Caluinus*) ad confeſſionem quandam in genere, quæ tempore Apoſtolorum, à ſuſcipientibus Chriſti fidem fiebat, ANTEQVAM daretur ijs baptiſmus Chriſti. [*]Euſebius planè exponit eos immediatè prius fuiſſe Gentiles, & non

r *Lorinus Ieſuita hac quæ ſequuntur. com. in hunc locum. Act* 19.
1 *De corruptel. verbi Dei. cap* 8.
2 *Lib. de neceſſ. confeſſ. cap.* 3.
3 *Lib.* 4. *Panopl. cap* 66.
4 *Hæreſ. tit.* Confeſsio.
5 *Sacram. pœnit. cap.* 47.
6 *Art.* 5.
7 *Confeſſ. lib.* 6. *cap.* 1.
8 *Inſtrum. Sacred Lect* 1.
9 *Tom.* 1. *Anal.*
10 *Tom.* 4. *tract.* 4 & *Tom.* 12. *tract.* 29.
s *Lorinus Ieſuita in hunc locum.*
* *Quæſt.* 6. *in Script.*
11 *Lib.* 3. *de Iuſt. cap.* 28.
* *Quo ſupra.*
* 3. *De Demonſtr. cap.* 8.

Christianos. Augustinus idem significat, Arator item disertè ita sentit; ideo confessos, & libros suos combussisse, vt impetrarent baptismum. Imò altera illa *Regula Basilij, [Non debere apud omnes peccata annunciari, sicut in apertione vitiorum corporis accidit, sed ijs tantummodo qui possunt curare, &c.] hoc sane ad sacramentalem confessionem non spectat. Porrò quod alij ex verbis græcis *(sic autem* Stapletonus gnauiter*)* argumentantur, illorum notio non magis concludit sacramentalem confessionem, ex voce ἐξομολόγησις in hoc loco, quàm apud Baptistam Marc. 1. 5. vbi eadem vox habetur. *Summa omnium hæc est, confessio sacramentalis non nisi baptizatis præcipitur: hæc autem confessio (qua de agitur Act. 19.) tantùm à non baptizatis præstatur: ita vt meritò Caluinus exclamet.* *En quàm dextrè Pontificij Scripturas ad probandas suas fallacias accommodent! *Aduersarius.* [z]Confessionem Sacramentalem etiam auricularem ab Apostolo Iac. 5. & alijs Scripturis probamus. *Cùm tamen, Aduocatus,* [u]Melius dicitur Confessionem hanc ab Ecclesiæ Traditione, quàm vlla noui aut veteris Testamenti autoritate institutam fuisse.

*Iam supra lit. q

* Quo supra.

z Bellar. Fenard. Valen. et Jes. alij

u Glossator apud Gratian. Decret. de penit. dist. 5.

Secundo ex

*Ioh. 11. Dixit Iesus Discipulis, soluite eum *(Lazarum)* linteis, & finite eum abire.] *Aduersarius.* [x]Significans peccatores diuina voce excitatos foras prodire per CONFESSIONEM, & liberari à peccatorum vinculis per confirmationem. Respondet *(Reus)* Caluinus primò, argumenta ab allegorijs non multùm valere. Dico, non præcipuum fundamentum ponimus in allegorijs, attamen probabile esse, quando magni viri (quales nos citauimus) allegoricè exponunt, negari nullo modo debet. *Iam verò. *Aduocatus.* [y]Quod propriè interpretari possumus, per figuram interpretari, hominum esse quasi fidei diuerticula quærentium. *Propriè exponi posse vsque adeò certum est, vt* [z]Si sic ratiocinari *(pro confessione)* velimus, facilè respondebit Aduersarius, id de solutione linteorum, quibus erat Lazarus obuolutus, non de peccatorum solutione dici. *Instat. Aduersarius.* Deinde

*Mat. 11. 44.

x Bellar. lib. 3. de Penit. cap 3. § Quinta figura.

y Maldon. 11. Iesc. cum. in Math. 8.

z Sixtus Senens. Biblioth. lib. 3. pag. 142 lit. a. tit. De vlu hist. ac myst. expos.

[a] Deinde, inquit [*] Caluinus, quod Dominus discipulis suis præcepit, vt suscitatum Lazarum fascijs soluerent & expedirent; sed hoc nusquam legitur, & verisimilius est hoc dixisse Christum Iudæis adstantibus, quo citra vllam fraudis suspicionem euidentius fieret miraculum, & maior sua virtus eluceret, quod nullo tactu, sed sola voce mortuos suscitaret. Hæc ille, sed quo argumento, quæso, Caluinus hoc dictum non fuisse discipulis, sed alijs, &c. *Iis incumbit argumentum expositionis suæ explicare, qui ex allegorica expositione verborũ argumentum aliquod volunt effingere: alioquin in Caluini vestigijs insistens. Aduocatus.* [b] Non explicat Euangelista, quibus hoc Christus mandauerit: sed dubium non est MANDASSE Iudæis, qui aderant, vt suis ipsi manibus factum quodammodo miraculum tangerent; eamque OMNIVM BONORVM AVTORVM ESSE SENTENTIAM paulò ante docuimus, Augustinum, Gregorium, & Bedam excipio, mandasse Iudęis, vt dum ipsi manibus suis vincula soluerent, cognoscerent verũ esse Lazarum, qui iam mortuus fuit, asserunt Chrysost. Ambros. Theophylact. Rupertus, Euthym. Leontius, Theodoret. Heraclius, Theodorus, Mosp. Cyrillus, Ambros. lib. de resurrect. [*] Qui nimirum credere nolebant, inquit, remouent lapidem, vident cadauer, fœtorem sentiunt, instita rumpunt, non possunt negare defunctum, quem vident resurgentem: dum rumpunt vincula, mentes suas soluunt, dum Lazarum abire permittunt, ipsi ad Dominum reuertuntur. *De huius necessitate & equitate* [*] *supra pluribus. A figmentis humanis*

[a] *Bellar quo supra.*
[*] *Instit lib. 3. cap. 4. § 5.*
[b] *Maldonat. Iesuit. com. in Ioh. 11. 44 pag. 914.*
[*] *Ambros. lib. Resurrect.*
[*] *Apolog. huius part. 1. lib. 1. cap. 64. & 65.*

CAPVT LIII.

Ad verum fidei sigillum Sacramentum Eucharistiæ reuertimur, per coactam Scripturarum interpretationem sacrilegè depranatum. Ex

[*] MAtth. 26. [Bibite ex hoc omnes.] [a] Locus hic est planè Achilles, Lutheri, Buceri, & aliorum Protestantium:

[*] *Matth. 26. 27.*
[a] *Bellar. lib. 4. de Euchar. cap. 23.*

ſtantium: & Caluinus dicit hoc eſſe edictum æterni Dei, quo omnes coguntur ad vtramque ſpeciem Sacramenti percipiendam. Hinc Lutherus, ijſdem dictum eſt manducate, quibus dictum eſt, bibite: vel igitur totum Sacramentum Apoſtolis, vt ſolis Presbyteris, vel ſimul etiam Laicis; ſi Laicis etiam, tum ergo omnibus conuenit BIBERE: ſi ſolis Presbyteris, ergo non licet Laicis vllam partem Sacramenti dare. Hac ratione motus Lutherus, Ego (inquit) fateor iſtâ me ratione inuictâ ſuperatum, nec legiſſe, nec audiuiſſe, nec inueniſſe quid contradicam. *Quis ergo vos victos eſſe fateamini? Aduerſarius.* [b] Reſpondeo, Chriſtus prima illa inſtitutione totum illud Sacramentum ſolis Apoſtolis dedit; & licet non dedit Laicis, iuſſit tamen illud dari Laicis in alio loco, vbi ait [Hoc facite.] *Solutio communis hæc eſt.* [c] Hæc verba [Bibite ex hoc omnes] dicta ſunt ad ſolos Apoſtolos, non tamen ea præciſe ratione qua erant diſcipuli Chriſti ad fideles; ſed vt erant futuri deinceps Eccleſiæ Miniſtri, & Sacerdotali munere functi: ac proinde id præceptum ad ſolos Sacerdotes pertinet, qui ſunt ſucceſſores Apoſtolorũ in miniſterio. *Quomodo igitur permitti poſſit?* ([d] Poſſit autem eis permitti *Laicis*) *quod ſolis promittitur Sacerdotibus? imo ſine figuram veteris Teſtamenti reſpicimus, ſine inſtitutionem noui. Aduocatus.* [e] Euangeliſtæ modum fœdus & nouum Teſtamentum ineundi & perficiendi deſcribunt, Matth. 26. [Bibite ex hoc omnes:] Marcus addit, [Et biberunt ex eo omnes.] Iam enim hac actione bibendi adimpletum fuit, ex parte Apoſtolorum, nouum Teſtamentum cùm Deo: ſicuti aſperſione ſanguinis IN POPVLVM, quam Moſes fecit, dicens, [Hic eſt ſanguis Teſtamenti, quod pepigit vobiſcum Deus.] Propterea in Matthæo cum dixit Chriſtus, [Bibite ex hoc omnes:] ſubiunxit vt cauſam bibendi, [Hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti:] id eſt, ideo bibite, quia bibendo perficietis, ex parte veſtra, nouum Teſtamentum; eritis populi Dei, hac teſſera fœderali accepta. *Niſi igitur velitis populum Dei in nouo Teſtamento populo Dei Teſtamenti veteris in iure communionis*

[b] *Beller. ibid.*

[c] *Greg. Val. Ieſ. diſp. de vſu alter. Speciei Euchariſt. cap. 2. § Et quidem.*

[d] *Beller. et Valẽ. quo ſupra.*

[e] *Staple. Prompt. Fer. 3. Hebd. Sanct. § Ad prius.*

munionis ſacramentalis poſtponere, oportet Dei populum, vt olim externa fœderis teſſera, ſanguinis aſperſione, *ita nunc quoquecalicis communione* Dei populum *participare. Quod ad Chriſti inſtitutum attinet.* [f] De adminiſtratione ſacroſanctí Sacramenti Euchariſtiæ ſatis compertum eſt vniuerſalem Chriſti Eccleſiam in hunc vſque diem; Occidentalem verò, ſeu Romanam, mille amplius à Chriſto annis, in ſolenni præſertim & ordinaria huius ſacramenti diſpenſatione, vtramque panis & vini ſpeciem omnibus Eccleſiæ Chriſti membris exhibuiſſe, id quod exinnumeris veterum ſcriptorum tam Græcorum quàm Latinorum teſtimonijs manifeſtum eſt: atque ita vt facerent inductos fuiſſe primùm INSTITVTO EXEMPLÓQVE CHRISTI, qui hoc ſacramentum corporis & ſanguinis ſui, duobus hiſce panis & vini ſymbolis, diſcipulis ſuis FIDELIVM COMMVNICANTIVM PERSONAM REPRAESENTANTIBVS præbuit. *En ex eodem Chriſti inſtituto ſanctí Patres in Apoſtolis* fideles communicantes omnes *etiam Laicos cernunt, in quibus Ieſuitæ* ſolos *vident* Sacerdotes: *in qua diſputatione ridicula Pontificiorum iactantia atque tergiuerſantia apareat; quorum vnius.* [g] Quia Chriſtus calicem vni tradidit, ne videretur velle, vt is ſolus biberet, dixit [Bibite ex hoc omnes:] quod neminem, noſtro præſertim tempore, animaduertere memini. *Viden' hominis arrogantiam? ſcilicet, ante illum* nemo *hunc ſenſum animaduertere potuit, quem poſt eum nemo admittere debeat. Sed de hoc aliàs. Iam alius.* [h] Reſpondeo, non oportet propter rei difficultatem deſerere receptam veritatem. *Alius denique.* [i] Vbi Scripturæ deſunt, illic rationem aut conſuetudinem attuliſſe ſufficiet. *Quaſi verò ratio dici poſſit, quæ Chriſti inſtituto repugnat; aut conſuetudinis nomen mereatur, quæ non ante* poſt mille trecentos annos in Eccleſia *etiam* Occidentali *tantùm obtinuit. Quæ verò ſunt huius Quæſtionis teſtimonia ſingula alterius temporis erit pleniùs diſcutere. Addi Tranſubſtantiationis figmentum, nec incommodè, poſſit, ex*

[f] *Caſſand. lib. cons. ſult. art. 22.*

[g] *Maldon. Ieſ. com. in hunc locũ*

[h] *Bellar. lib. 1. de Euchariſt. cap. 7.*

[i] *Roſſenſ. aduerſ. Luth. Babylon. ca. 3. part. 1. fol. 2.*

*Matth. 26. [Hoc est corpus meum.] *Aduersarius.* [k] Ex hoc loco probamus dogma Transubstantiationis, id est, mutationis panis in verum corpus Christi: verba enim operatoria sunt, quæ efficiunt, quod significant, vt post verba prolata, [Hoc est, &c.] panis fit corpus Christi. *Aduocatus.* [l] Hoc est corpus meum.] Hoc est quod dicimus, sicut cœlestis panis, qui verè caro Christi est, suo modo vocatur corpus Christi, cum sit Sacramentum corporis Christi, illius, vìz. quod visibile, palpabile, mortale, in cruce est suspensum. [m] Dicitur corpus Christi, sed impropriè: vnde dicitur suo modo, sed non rei veritate, sed significante mysterio: vt sit sensus, vocatur Christi corpus, id est, significatur. *Hanc expositionem, Pontificiorum opinione hæreticam, ex analogia fidei in omnibus Scripturis nullo negotio efficerem, si hæc quæstio ipsa à nobis hoc in loco tractanda esset, & non potius summa eius tantum attingenda: nimirum,* [n] Dicit Scotus (o subtilis Doctor) nullum extare locum Scripturæ tam expressum, vt sine Ecclesiæ declaratione, euidenter cogat Transubstantiationem admittere.

*Matth. 26.
k Bellar. de Euch. Valent. Iesuit. de eodem Sacram. & quis non Iesuitarum?
l Gratian. de consecrat. dist. 2. Can. 47.*

m Glossa apud eundem.

*n Bellar. lib. 3. de Euchar. cap. 32.
o Titulus eius lib.*

CAPVT LIIII.

Quartò, Fidei subiectum animam humanam intelligimus: de qua duplex occurrit Pontificiorum error: primus, vnam aliquam animã extitisse per Christum redemptam, ab omni originali vitio antea immunem: secundus, omnem animam rationalem semper liberã facultate ad bonum præditam esse.

Primum contra expressam Scripturam.

ROm. 7. [In quo *Adamo* omnes peccauerunt.] *Aduersarius.* [a] Inde Aduersarij (*Protestantes omnes, &*

a Salmeron Tes. Vide supra in huius Apolog. lib. 2. cap. 14.

nonnulli etiam Scholastici) inferunt beatam Virginem præseruatam à peccato non fuisse: nos Catholici contra. *At, contra vos, Catholici Patres omnes. Aduocatus.* [b] Ex hoc loco Sancti OMNES vno ore asseuerarunt, beatam Virginem in peccato originali conceptam fuisse. *Aduersus quorum scientiam vester zelus cæcus omninò dimicat: neque enim in toto sacro codice istius priuilegij, quod commenti estis, apex vel tenuissimus apparet. De his* *supra vberrimè.

[b] *Canus ibidem.*

*Ibidem in hac parte. lib. 2. ca. 14

Alterum est de libero arbitrio ad bonum. Ex

*Luc. 10. [Homo quidam descendens ab Hierusalem in Hierico, incidit in Latrones, &c.] *Aduersarius.* [c] Hæc ita exponenda sunt, [Samaritanus] id est, Christus, [Hominem semiuiuum,] significat liberum arbitrium (*intelligit ad virtutem liberum*) non esse extinctum: [Stabulum] id est, Ecclesiam: [Dedit Stabulario] id est, Petro summo Pastori; & dixit [Suscipe] id est Rege gregem: [Dedit duos denarios;] id est, vetus & nouum Testamentum, & dixit [Quicquid supererrogaueris;] significat quædam esse opera consilij & perfectionis, quæ supererrogationis opera dicimus, ad quæ præstanda nemo obligatur, quibus promittit Deus præmium responsurum. *Quid ad hæc Reus?* [d] Caluinus tales expositiones irridet. Tales (inquit Caluinus) argutias multi fubricant, sed Scripturæ maior est habenda reuerentia, quàm vt germanum eius sensum hac licētia transfigurare nobis liceat. Hæc ille nebulo (*nosce tipsum*) pronuncians velut è Tripode nullam authoritatem afferens ad sua somnia stabilienda, præter impudentem ignorantiam suam. *Dixtin'? mittamus igitur (si placet) eius somnia, scilicet, tua mysteria pensitemus. Aduocatus.* [e] Meminisse, Lector, debes, id quod sæpè monui, NON omnes huiusmodi Parabolæ partes SVBTILITER ESSE EXPLORANDAS; sed ea fine Parabolæ colligenda esse, quæ sunt eius partes necessariæ,

*Luc. 10. 30.

[c] *Salm. tes. com. in Parab. tract. 16*

[d] *Idem ibidem.*

[e] *Maldonat. Iesu. com. in eum locū.*

quæ verò vt ſupplementa aut ornamenta narrationis adhibita, & huiuſmodi eſſe arbitror quod in hac parabola dicitur, [In ſtabulum duxiſſe, duos denarios dediſſe, vt curam haberet mandaſſe, & ſiquid præterea expendiſſet, ſe ſoluturum promiſiſſe:] hæc DISTINCTAM SIGNIFICATIONEM (*tam vt Caluinus, acſi ex Caluino*) NVLLAM habent, ſed omnia huc ſpectant, vt intelligamus Samaritanum omnia pietatis officia erga proximum præſtitiſſe. Quod verò dicitur [ſpoliatum, vulneratum, SEMIMORTVVM eſſe relictum;] nihil aliud ſignificat, quàm eum in ſtatu maximè miſerabili relictum eſſe, nam ita relictum eſſe, vt ſemimortuus eſſet, miſerabilius eſt quàm ſi fuiſſet mortuus, quo magis miſeriam ſentiebat ſuam. *Non vos itaque puduit ex ſemimortuo, qui eſt ſtatus* miſerior, *liberi arbitrij virtutem, videlicet, hominis ſtatum præſtantiorem, adumbrare? Præterea in eo Salmeronis & aliorum incogitantia ſingularis, atque audacia ſe prodit, quod ex voce* Supererogationis *perfectionem eliciant, quæ* duorum denariorum, *id eſt*, (*Ieſuita interprete*) vtriuſque Teſtamenti perfectionem ſuperat. *Quæ* ſupererogationis *oſtentatio intollerabilis veſtra* (*vt ita dicam*) *ſuperarrogationis nota inſignis eſſe poſſit. Faceſcant igitur veſtræ argutiæ, quippe* [f] Hæc moralis expoſitio quantum diſtet à literali ſenſu Parabolæ quiuis, etiamſi lippus aut cœcus poterit videre. *Reliqua, quæ contra liberum Arbitrium luculenter faciunt, conſultò prætereo omnia, ſuo loco nullo modo prætereunda. Quod vnicum reſtat*

[f] Stella comm. Lucam.

CAPVT

CAPVT LV.

Quintò, obiectum fidei iuſtificantis, ſiue quod Pontificij, ex inhærente iuſtitia oſtentant meritum ſuum; ſiue quod Proteſtantes extra ſe apprehendunt tantũ Chriſti meritum, contemplemur. Meritum ſuum Pontificij multi diuerſimodo conſideratum nunc congruum, nùc condignum nominant. De congruo etiam ante tempora, & in tempore multa nugantur.

Primò, ante tempora ex

*Rom. 8. [Omnia cooperantur in bonum ijs, qui vocati ſunt ſecundum propoſitum.] *Aduerſarius.* [a] Animaduertendum eſt, quoſdam (*Pontificios intelligit*) interpretari PROPOSITVM non Dei ſed hominum: ideò Deus (*inquiunt*) eligebat eos, quia videbat eorum PROPOSITVM & voluntatem, quia aſſenſuri erant Deo vocanti. *Reus.* *Per PROPOSITVM ſignificatur arcanum Dei beneplacitum, extra quod cauſa nulla prædeſtinationis noſtræ eſt quærenda. *Aduocatus.* [b] Cauſa electionis noſtræ non in propoſito hominum, ſed in propoſito Dei conſiſtere Paulus Capite proximo docet, vbi exponens verè propoſitum, non hominis ſed Dei eſſe ſecundum Electionem, inquit, [propoſitum DEI manet] [c] Id quod ex multis alijs Scripturæ locis euincitur. *Sed de hoc abundè alias. Secundò*

* *Rom. 8. 28.*
[a] *Tollet. Ieſ. Cõ. in hunc locum, & Pererius in eundem. diſp. 22. num. 106.*
[b] *Toletus Ieſ. quo ſupra.*
[c] *Salmeron Ieſ. in hunc locum.*

De Congruo in tempore, ex

*Luc. 7. [Dico vobis peccata ei remittuntur multa, quia dilexit multum.] *Aduerſarius.* [d] Hinc ſignificatur, illam diligendo remiſſionem meruiſſe ex congruo. *Quid tandem Reus?* *Miratur Caluinus noſtros tam craſſè hallucinari, vt dicant hanc mulierem veniam ſuis lachrymis promeruiſſe, putidus

* *Luc. 7. 47.*
[d] *Mald. Ieſ. Com. in hunc locum.*
[e] *Stapelt. Prom. Cath. Fer. 5 Dominì paſſionis.*

putidus Cauillator. Et vult Christi argumentum in voce, Quoniam, non à causa, sed ab effectu desumi: quia prius est beneficium accipere, quàm gratias agere atque diligere. Ineptè atque absurdè. *Caluinus vocabulum*, Quoniam, *argumentum non causæ, sed effecti innuere docuit, ideóne tibi* Cauillator crassus, putidus, ineptus, absurdus *videtur? Necesse erit Aduocatos Theologos nobis comparare, omni exceptione maiores, quos, nimirùm, Stapeltonus pios, doctos, iudicij acumine, admirabiles semper agnouerit, quiq; Caluini interpretationi disertè suffragantur. Aduocatus.* [f] Est argumentum Christi ab effectis & signis, vt (*Iudice Scriptura*) Textus ostendit. [g] Argumentum est ab effectu & signo; cuius quidem argumentationis plura signa extant in Scripturis. *De his alibi accuratiùs. Non minùs infœliciter.*

[f] *Tolitus Iesuita in hunc locum.*
[g] *Salmeron Com. in 1. Ioh. 3. disp. 23. § Nos scimus.*

De Merito ex Condigno philosophantur ex

[*] Matth. 21. Possidete regnum, dedistis enim. Apoc. 3. Accipite quia digni estis. 2. Tim. 2. Reddet iustus Iudex.] *Aduersarius.* [h] Hæ singulæ voces, [Si, enim, quia, iustus iudex, digni, merces,] operum meritum de Condigno demonstrant: Caluinus autem in notis conditionalibus, non causam sed consequentiam interpretatur. *Aduoc.* [i] Hęc vocabula Quia, & quoniam, non causam aliquando significare innumera vel in solis Psalmis exempla sunt: vt Gen. 22. [Quia fecisti hanc rem.] [k] Vbi nulla est meritorum ratio. *De hoc* [*] *supra. Quod ad reliqua attinet.* [l] Et merces dicitur, Matth. 5 [Copiosa merces:] vbi opus remuneratur SVPRA condignum. [m] DIGNI etiam Colos. 1. [Dignos nos fecit:] vbi hæreditas nullis nostris meritis nobis obuenit. *De his abunde loco proprio.*

[*] *Mat. 21. Apoc. 3. 2. Tim. 2.*
[h] *Bellar. in Contr. de Iustificat. lib. 5. per totum.*
[i] *Maldon Iesuita Com. in Ioh. 8. 29*
[k] *Salmeron Iesuita Com. in Ephes. 1. Disp. 3.*
[*] *Vide Apologiæ huius part. 1. lib. 2. cap. 57.*
[l] *Bellar. lib. 5. de Iustificat. cap. 19.*
[m] *Salmeron Iesuita Com. in Colos. 1. disp. 2.*

CAPVT

CAPVT LVI.

Proteſtantium fidei anchoram, quæ in Chriſti merito extra nos infixa inhæret Pontificij funditùs euellere conantur, tum quoad { *Rationem Iuſtificationis.* / *Certitudinem perſuationis.*

De ratione Iuſtificationis ex

[*] ROm. 4. [Abraham iuſtificatus erat ſine operibus.] *Rem.* [a] Ergo ex ſola fide, inquiunt Proteſtantes. *Aduerſarius.* [b] Apoſtolus loquitur de operibus legis cæremonialis, non de operibus legis Decalogi. *Rem.* [*] Hoc eſt ingenioſum ſubterfugium, ineptiſſimum tamen, quod refellitur ex his dictis, Rom. 3. Ex lege cognitio peccati. Et Rom. 4. [Lex iram operatur, &c.] *Aduocatus.* [c] Et ſanè Apoſtolus ſæpè legis MORALIS mentionem facit. *Ad rem. Vox, Iuſtificatio in Scripturis quid ſibi vult? Aduerſarius.* [c] Nomen Iuſtificationis reuerà ſæpè ſumitur pro declaratione, non ſemper: at in hac Epiſtola ad Rom. non eſt eius vſus forenſis vt Proteſtantes volunt: quod eſt iuſtum declarare; ſed quod ſignificat iuſtum facere. *Atque hoc tuo reſponſo omnes Proteſtantium rationes, ſed ſatis profectò pueriliter conaris i'ludere. Etenim in hac Epiſtola ad Rom. vox* Iuſtificatio *vſum forenſem ſapiſſimè obtinet adzoq; Aduocatus.* [d] Iuſtificare, ſignificans iuſtum declarare, eſt verbum forenſe. ROM. OCTAVO, [Deus eſt qui iuſtificat impium, quis condemnet?] [e] Aliquando iuſtificari, idem eſt quod pronunciari iuſtum: vt ad ROM. SEXTO, vbi dicit, Eum, qui mortuus eſt peccatis, per baptiſmum iuſtificatum eſſe à peccatis; quod eſt, ABSOLVTVM ESSE: vocabulum forenſe. [f] Iuſtificare, vt eſt vox forenſis, damnationi opponitur, & idem eſt ac pronunciare iuſtum, quo modo vſurpatur in ſecundo AD ROMAN. [Sed factores legis iuſtificabuntur.] [g] Et eſt hæc ſignificatio frequentiſſima in Scripturis. *In quo vſu forenſi Concluſio Proteſtantium*

[*] *Rom.* 4. 2.
[a] *Bellar. Contro. de Iuſtificat.*
[b] *Ederus, & alij, Oecolam. Bibl. pag.* 641. *& Alphonſ. de Caſtro lib. hæreſ.* 7. *Tit* Fides.
[*] *Calum. inſtitut. lib.* 3. *cap* 11. § 19.
[c] *Bellar. lib.* 1. *de Iuſtificat. ca.* 19.
[d] *Pineda Com. in Iob* 4.
[e] *Vega lib.* 5. *de Iuſtificat. cap.* 3.
[f] *Salmeron Teſ. Tract. in Epiſt. Pauli in genere diſp.* 9. § Præterea.
[g] *Toletus Teſ. Com. in Rom.* 3.

testantium de Iustificatione in foro conscientiæ ante terribile Dei tribunal, per solam fidem, tota consistit: cuius (quod vnicum notandum restat)

Fidei certitudinem, quam fiduciam seu animæ anchoram vocamus, Pontificij eniuntur more suo per distortas Scripturarum interpretationes ex fidelium mentibus radicitùs euellere. Primò, ex

* Eccles. 9. vers. 1. & 2.

* Eccleſiaſtis 9. [Neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit, omnia in futuro ſeruantur incerta.] *De huius vulgatæ Translationis corruptela * diximus; de expoſitionis Papalis fuco videamus. Aduerſarius.* [h] Omnium maximè in hunc locum defigendi ſunt animi, certè apertioribus verbis nemo poſſit Bezanam de certitudine Electionis ſcientiam damnare. Dicunt Proteſtantes, Salomonem loqui de rerum externarum euentu, quibus amorem & odium Dei diſci non poſſe fatentur. Dico ego non loqui Salomonem niſi de euentis, qui iuſtis accidunt; atque hinc concludi, fideles nullam de diuina gratia certitudinem tenere, niſi tantùm moralem. *Rens.* * Peſſimè huc torquetur hic locus; nam: *Quorſum verò attinet Caluini rationem attexere apud eos, qui ſi quid etiam* [i] Iuxta cũ Auguſtino vel probabiliſſimè dixerit, tamen quia Caluinus dixit, ideò non putant admittendum: *qui videlicet ita ſunt comparati, vt non perſuadeat iis Caluinus, etiamſi maximè perſuaſerit. Caluinum igitur miſſum faciam, neq; enim neceſſe habet apud Ieſuitas ipſe cauſam ſuam agere, qui in ſingulis fere expoſitionibus etiam Ieſuitas Aduocatos diſertiſſimos habet; quorum patrocinio vel etiam in hoc loco abundè ſatis eſt munitus. Aduocatus.* [k] Hic locus nequaquam probat quod (*inter * quos Bellarminus, & * Feuardentius*) aliqui indè accipiunt; hominem neſcire amorem erga ſe Dei, quia ſequitur (*Scripturâ Iudice*) in Textu, [Neſcit an vel odio dignus ſit.] At impij propter maxima ſua ſcelera norunt ſe maximè dignos eſſe odio Dei. *Senſu fucato deleto, verum demonſtrate.* [l] Significat Salomon his verbis, [Omnia in futu-

* Caluin. Inſtitut. lib. 3. cap. 2. § 38

i Maldon. Ieſ. Comm. in Ioh. 6. 62.

h Bellar. lib. 3. de Iuſtif. cap. 4. § Secundus locus.

k Salm. Ieſ. Com. in 2. Cor 12 diſp. 14. § Sed obijciunt.

l Pineda in Iob 21. 26.

ſum

rum incerta ſunt,] magnam rerum humanarum confuſionẽ cum bona malis & mala bonis ſine diſcrimine permiſceantur. [m]Ex quibus rebus externis diſcernere non poſſumus bonum aut malum. *Perſuaſionem itaque mundanam Salomon exagitat, non diuinum illud* [*] Teſtimonium, quod Spiritus ſanctus reddit ſpiritibus noſtris, nos eſſe filios Dei: *perſuaſio illa carnis & ſanguinis eſt, hæc flaminis.*

m Caietanus.

* Rom. 8. 16.

Secundo, ex

[*]Eccleſ. 5. [De propitiato noli eſſe ſine metu.] *Aduerſarius.* [n]Ergo certitudinem non habemus remiſſionis peccatorum. *Quid ad hæc Reus?* Reſpondet Kemnitius Salomonem non loqui de remiſſione peccati præteriti, ſed de ſpe remiſſionis futuri peccati, quæ eſt præſumptio carnalis. *Aduerſarius.* Imo loquitur de peccatis priſtinis. *Imo Aduocatus.* [o] Ianſenius (*vir Pontificius*) intelligit hunc locum de peccatis præteritis, Bellarminus de futuris; ſed Ianſenii (*quæ eadem eſt omnium Proteſtantium*) expoſitio eſt probabilior. *Quid agis Sacroboſce? quid moliris? quis ſit libri huius ſcopus propriùs dicito.* [p]Roberti Bellarmini aduerſus Whittacherum defenſio: *& tamen* Bellarmini expoſitio (*inquis*) minus eſt probabilis; *ſiccine aut oppugnas Whittacherum Aduerſarium tuum, clientem Bellarminum defendis? Whittacherus* (*quod etiam tuus Ianſenius*) *textum de remiſſi peccati futuri præſumptione, Bellarminus* (*iuxta cum Pontificijs alijs*) *eum de ſpe remiſſionis præteritæ exponit: relicto communi Eccleſiæ iudicio, Proteſtantium ſententiam, tanquam* probabiliorem *amplecteris. Hoc quæſo nunc expedi, vt intelligamus tandẽ quem ſpiritum in Proteſtantibus refutandis Bellarminus tuus ſequutus eſt.* [q]Intelligitur hic locus de propitiatione FVTVRA, tum quia Græca ad verbum expreſſa ita ſe habent, [De propitiatione noli eſſe ſine metu, vt adijcias peccata peccatis:] tum quia ſequitur (*Scriptura Iudice*) [Ne dicas Deus peccatorum meorum MISEREBITVR.] *Quo vno exemplo ſatis doces, oportere nos interdum, in exponenda Scriptura, Scriptu-*

* Eccleſ. 5. 8.

n Bellar. lib. 3. de Iuſtificat. cap. 4. § Tertius locus. & § Itaque.

o Sacroboſcus Ieſ. part. 3. defenſ. Bellar. cap. 6. § Rurſus.

p Libri eius inſcriptio.

q Sacroboſcus quo iam ſupra.

ram ipsam, tanquam publicum & supremum Iudicem consulere. Possim ego in hoc argumento, ceu in amplissimo campo, liberè exspatiari, sed testimonia Scripturarum, quæ ad controuersiam de peccato, Libero arbitrio, Merito, Iustificatione, afferri solent, in parte Tertia huius Apologiæ (fauente Deo) copiosè persequemur. Sequitur tandem

CAPVT LVII.

Huius secundæ partis Conclusio, ex qua cùm Pontificiorum, in eludenda Scripturarum autoritate, artificium vafrum; tum etiam in asserenda Concilij libertate Protestantium æquissimum iudicium clarissimè elucescat.

Primò, Pontificiorum subterfugium.

a Bellar. lib. 1. de Indulg. cap. 8.
b Lindanus Panopl. lib. 5 cap. 7
c Bellar. lib. de notis Eccles. cap. 10. § Denique nunc.
d Synodus Trid. Sess. 4. § Decretum.

ADuersarius. [a] Catholici *errantes* parati sunt iudicio Ecclesiæ acquiescere, si fortè aliter saperent. [b] Quod si cuipiam à recto veroq; deuiari videbuntur, quicquid à nobis dictum est, id omne Ecclesiæ Catholicæ iudicio volunt esse subiectum. [c] Nec possunt aliter sentire, cùm omnes subijciunt sensum suum sensui vnius & eiusdem Pontificis Romani. *Quid multa?* [d] Eum sensum quiuis sequatur, quem tenet sancta Ecclesia Romana. *Quid audio?* Fortè Catholici *Pontificij* aliter saperent? & non possunt aliter sentire? *Quorum alterum, dubitare an possint aliter sentire, stupiditatem quandam prodit; alterum, videlicet negare posse, impudentiam: præsertim cum in omnibus ferè Scripturarum controuersarum expositione non modò Pontificij Doctores celeberrimi, verum etiam summi Pontifices aduersis quasi cornibus incursant atque luctantur. Disputo.*

Dilemma.

Cum Pontificij plerique omnes, vt ex hac (quæ est controuersiarum

ſtarum omnium metropolis) de interpretationis Iudice Controuerſia iam ſatis conſtat quoad Theſin in Proteſtantium interpretandi ſenſum, tanquam in priuatum, lymphaticum, hæreticum ſpiritum, *acerrimè inuehuntur: Quoad Hypotheſin verò expoſitiones eas, quas pro Libero arbitrio, Merito, Imaginum cultu, Purgatorio, Inuocatione Sanctorum, denique pro Eccleſia Romana, Romanóq; Pontificis ſingulari priuilegio, aliſq; (vt nullum excipiam) Pontificia Religionis capitibus aduerſus Proteſtantes paſſim diſcipulis inculcant; ipſi tamen Pontifices, Doctoreſq; Pontificij, Ieſuitæ quoque, ipſorum Scripturarum lumine coacti, Proteſtantium interpretationibus liberè plerunque aſtipulantur. Vel in iſtis Scripturis exponendis definitum aliquem ſine* Eccleſiæ Rom. *ſine* Rom. Pontificis *ſenſum conſtantem ſequuntur, vel non, ſi primum, qui ſit vt Proteſtantibus in iſtarũ Scriptur. expoſitione aſſentiantur? ſin alterum, cur eos calumniaſè inſectantur? Ipſo verò cum interpretandis Scripturis (id quod Aduocatorum noſtrorum expoſitiones diſertiſſimè euincunt) Eccleſiaſticum ſenſum omninò nullum habent: quoties* Eccleſiam, Eccleſiam *apud Vulgus venditant, toties non aliquod Eccleſiæ iudicium, ſed quod** nihil eſt, Idolum *aliquod venerari videantur: ſic Pontificiorum refugium detegimus. Nunc No quis fortè ſuſpicetur, Proteſtantes ita ſibi totos eſſe addictos, vt Scripturam tanquam ſupremum Controuerſiarum Iudicem aſſerendo, Conciliorum iudicium prorſus refugiant, aut aſpernentur; non potui non caronidis loco, hanc concluſionem aſſixere ex Lutheri & Caluini diſertiſſimis ſcriptis excerptam.*

* Eſa. 44. 9.

* *Luther.* Concilium liberum quærimus. * *Caluinus.* Nos ſanè legitimi Concilij (ſi quod haberi poſſit) auctoritatem non fugere claris documentis antehac fecimus ſatis teſtatum. *Quibus igitur Concilium liberum eſſe vultis?* * *Lutherus.* Vt Theologi ibi ſint, qui longo vſu exercitatione̅que diuina Scripturæ intellectum conſequuti ſunt. *Quibus verò non liberum?* * *Caluinus.* Aduolabunt ex tota Italia triobolares Epiſcopi, quorum illic ſatis magna eſt copia, venient aliundè ventoſi & fatui quidam, ſuperioris

* *Lutherus lib. aduerſ. Papatũ.*
* *Caluinus in Epiſtola ſua dedicatoria ante Comment. in Epiſt. Canonicas.*

vitæ vitijs infames, omnes Papæ addicti & mancipati *Quomodo denique liberum?* * *Luther.* In quo vnuſquiſque poſſit proferre in medium, conqueri, reſpondere, quidquid ad emendationem Eccleſiæ facere poſſit, exponere. * *Calu.* Concilium nobis præbeant, in quo nobis libera ad tuendam pietatis cauſam dicendi ſit facultas. *Hanc vos libertatem vel vobis, vel omninò cuiquam concedendã eſſe dubitare poſſitis? an, inquam, vobis?* * *Luther.* Imò, inquiunt, Hæreticis non demus locum, vtpote qui nullam ſortem aut communionem in Eccleſia habere poſſint. * *Caluinus.* Vocant nos ad Concilium: an vt locum in ſubſellijs infimis aliquem concedant? imo quenquam ſeſſum admittere niſi vnctum, & mitratum, fas eſſe negant. Sedeant ergo illi, modò nos ſtando quod verum eſt proferentes audiamur, excipient audientiam ſe liberaliter promittere; nempè, vt libello ſupplici porrecto, ſtatim exire iuſſi, poſt turbulentos aliquot dierum clamores damnandi reuocemur. *Quod ſi minus ahenis, at ſaltem ſuis liberè dicendi viciſſitudines dabunt.* * *Caluinus.* Erunt forſan inter mille duo aut tres magis cordati qui SEMI-LIBERAM pro Chriſto vocẽ emittere audeant, (qualis * Tridenti fuit Petrus Vergerius) ſed ſacro-ſanctæ Patrum Curiæ remedium in promptu erit, ne tales diutiùs illis quicquam moleſtiæ faceſſant; nam vel in carcerem conijcti, mox ad palinodiam adigentur, vel morte ſancient nimiam verborum libertatem, vel æterni ſilentij poculum illis propinabitur. *Quid ita?* * *Lutherus.* Sic illa nebulonum ſchola liberum interpretentur, vt nullius accuſentur, nihil ſuarum rerum immutetur: verũ omnis viuendi ratio, qua hodierno die vtuntur, confirmetur. *Etſi ea ſint fortaſſis cordis obſtinatione vt hoc dicant, an exiſtimandũ eſt illos, ea ora impudentia eſſe, vt hoc etiam publicè exigant.* * *Caluinus.* Theologaſtris illis vulgare eſt dictum, quòd paſſim editis libris iactarunt: vt incolumis Eccleſiæ maneat ſtatus, inprimis cauendum eſſe, ne quam de Capitibus hodiè controuerſis dubitationem Concilium admittat. *Deplorata eſt ægri hominis conditio, qui remedium exitium putat: ſed fortè illis emendatione nulla eſt opus. Luther.*

* *Plura huius generis exempla ſupra adduximus.*

Doce-

Docerem Indulgentias nihil aliud esse, quàm meras impo-
sturas, itē, &c. *Cal.* Ostendere promptū est, quàm inuersa sit
in Papatu & præpostera sacramentorum administratio,
quàm adulterinæ illuc corruptelæ obrepserint, imo quàm
fœda sacrilegia irruperent: item &c. *Satis querelarum. Po-
stremo loco Concilij Iudicem supremum designate: Papamne
vultis, an Scripturam?* **Lutherus.* Te per Deum oro atque
obtestor, quisquis es Christianus, aut communi sensu præ-
ditus, num intelligere possis istuc Concilium Concilij no-
men mereri, vbi Papa ius sibi ac potestatem reseruat infrin-
gendi, annihilandi quicquid in Concilio tractatum atque
concluſum fuerit? teneamus quod decretum ac sancitum
fuit in *Concilio Constantiensi, & in * Basilienſi obseruā-
tum: Hæreticum esse, qui docuerit Papam esse supra Con-
cilium. *Caluinus.* * Pontificijs Concilium liberum videtur,
vbi iratus Christi hostis Papa tribunal occupat & modera-
tur, vbi rationibus valere iussis, *ἀυθαιρετος* sit sola vnius libido?
Quid tandem? **Lutherus.* Imprimis cupimus verbum Dei,
Scripturam sacram, cursum suum liberum habere, secundùm
quam ordinari debent omnia. **Caluinus.* Volumus vt Reli-
gio non arbitrio hominum, sed Dei verbo definiatur. *Quod
sacrosanctum Dei oraculum pro Protestantibus apertissimè fa-
cere, ex Pontificiorum clarissimorum confessionibus disertissimis
vt hactenus euicimus, ita, Deo fauente, in omni disputatione e-
uincemus, vt nullus amperfricta frontis Aduersarius prodeat,
qui aut Protestantibus interpretationis spiritum* priuatum *ob-
iectare, aut in Pontificijs* publicum *iactare deinceps potuerit.*

* *Constans istorum Concil. decretum.*

FINIS.

*Gloria, pax, & salus sit Ecclesiæ Catholicæ à Deo Patre
in Filio per Spiritum sanctum: Cui trin-uni
Deo sit gloria in sæcula. Amen.*

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ.

Ex Testamento veteri.

Cap. Geneſis. Pag.

1. CReauit Deus duo luminaria. 435.
3. Ipſum conteret. *Error vulg. Interpretis.* 46.
4. Veniam merear. *Error vulg. Interpretis.* 42.
7. Ingreſſæ binæ. *Solœciſmus.* 34.
8. Corum non reuertebatur. *Error Editionis vulgatæ.* 36.
14. Melchiſedech protulit. *Error vulg. Interpretis.* 41.
48. Angelus, qui me eruit è cunctis meis malis, benedicat, &c. 551.
Ibid. Inuocetur nomen meum, 551.
49. Dan erit coluber in via. 221. & 562.

Exodus.

38. Dixit Iethro, Grauis eſt hæc res ſuper te. 263.
20. Non facies tibi ſculptile. 514.
Ibid. Præceptum, Non concupiſces, *quomodo diuidatur.* 221.
38. Faciem Moſis cornutam. *Error vulg. Interpretis.* 47.

Leuiticus.

18. Turpitudinem fratris tui non reuelabis. 499.

Numeri.

11. Auferam de ſpiritu meo. 263.

Regum.

3. Reg. 16. Iehu, &c. *Error vulg. Translationis.* 37.

Cap. Iob. Pag.

6. Vtinam appenderentur. 43.

Pſalmi.

18. In ſole poſuit tabernaculũ. *Error vulg.* 44.
66. Tranſiuimus per ignem & aquam. 519.

Eccleſiaſtes.

5. De propitiato noli eſſe ſine metu. 577.
9. Neſcit homo an amore dignus. *Error vulg. Interpretis.* 44. & 576.

Iſaias.

7. Vocabit nomen Immanuel. 39.
9. Succenſa eſt quaſi ignis impietas. 520.
28. Ecce pono in Sion lapidem, &c. 436.
Ibid. Lapidem in fundamento fundatum. *Error vulgati Interpretis.* 46.

Hieremias.

15. Dixit Dominus, Si ſteterint Moſes & Samuel coram me, &c. 535.

Ezechiel.

37. Paſtor vnus erit. 443.

Oſeas.

1. Ponent ſibi caput vnum. 444.

Micah.

5. Tu Bethleem. *Error vulgat. Tranſlat.* 37.
7. Si cecidi reſurgam, cùm ſedero in tenebris, &c. 520

Zacha-

BRITISH MUSEUM

Cap. Zacharias. Pag.

9. Eduxisti vinctos de lacu, in quo non est aqua. 515. & 521.

Malachias.

2. Labia Sacerdotis custodient scientiam. 422.

3. Ipse sedebit quasi ignis conflans, & purgabit filios Leui. 521.

Ex nouo Testamento.

Matthæus.

5. Qui irascitur fratri suo. 257.

Ibid. Esto consentiens cum Aduersario tuo. 524.

6. Quia amant. *Error vulgatæ Latinæ.* 38.

Ibid. Quia tuum est regnum. *Clausula non superflua.* 27.

10. Primus Petrus. 269.

12. Est quoddam peccatum quod non remittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro. 522.

14. Cœpit lauare pedes discipulorum. 276.

16. Cauete de fermento. 422.

Ibid. Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. 453.

Ibid. Dabo tibi claues. 466.

Ibid Pone me Satan. 278.

17. Tria tabernacula. 279.

Ibid. Solue pro me & te. 277. & 441.

19. Non omnes capiunt hoc verbum. 227. & 511.

Ibid. Hæc omnia seruaui. 220.

Ibid. Ecce reliquimus. 279.

20. Filij Zebedæi. 225.

21. Pueri Hozanna. 96.

22. Nubent & nubentur. *Solœcismus.* 34

Ibid. Venit ministrari. *Solœcismus.* 34.

23. Super Cathedram Mosis sedent. 447.

Cap. Pag.

24. Beatus ille seruus quem Dominus inuenerit sic facientem. 356.

26 Hoc est corpus meum. 570.

Ibid Bibite ex hoc omnes. 567.

Ibid. Non bibam ex gimine. 222.

Ibid. Non te negabo.

Marcus.

16. Dicite Petro. 272. 273.

Lucas.

1. Visum est mihi ad te scribere, optime Theophyle. 76.

2. Exijt edictum. 264.

Ibid. Pax hominibus bonæ voluntatis. *Error vulg. interpretis.* 43.

5. Rete rumpebatur. 292.

7. Peccata ei remittuntur multa, quia dilexit multum. 573.

10. Homo descendens ab Hierusalē incidit in latrones. 571.

12 Quis tu putas est fidelis dispensator? 540.

16. Facite vos amicos, &c. 529.

Ibid. Et vidit Diues. 516.

Ibid. Habent Mosen & Prophetas. 177.

21. Attendite nè corda vestra grauentur curis. 372. & 510.

22. Qui effundetur. *Error vulg. Latinæ.* 38.

Ibid. Simon, Satanas desiderauit cribrare vos: Ego autem oraui pro te. 313 & 484.

Ibid. Ecce duo gladij. 539.

32. Memento mei cum veneris in regnum tuum. 530.

Iohannes.

5. Crederes forsan. *Error vulgat Latinæ.* 38.

7. Turba maledicta non nouit legem. 57.

10. Oues meæ vocem meam audiunt. 410.

11. Dixit

Cap. Pag.

11. Dixit Iesus soluite eum linteis. 566.
Ibid. Hoc dixit Caiphas non à seipso. 278. & 449.
13. Lauare pedes. 276.
Ibid. Nunquam lauabis pedes. 279.
14. Spiritus ingerit quæ, &c. *Error vul. interpretis.* 44.
16. Alia multa habeo. 149.
18. Abscidebat Petrus autem. 280.
20. Tunc intrauit ille discipulus. 273.
21. Simon diligis me plus? &c. 275.
Ibid. Discipulus quem Iesus diligebat. 276.
Ibid. Alia multa fecit Iesus. 561.

Actu Apostolorum.

1. Petrus colligebat. 273.
2. Solutis doloribus inferni, &c. 531.
3. Petrus Ananiam. 273.
9. Cum Petrus pertransiret omnes. 488.
Ibid. Deueniebat ad sanctos. 274.
10. Accerse Simonem. 269.
Ibid. Dictũ est Petro, macta & manduca. 487.
15. Petrus loquitur. 274.
17. Scrutabantur Scripturas. 422.
18 Priscilla & Aquila. 70.
19. Confitentes & annunciantes actus. 564.
20. Vna Sabbati. 137.
21. Cum audiuisset Paulum Hebraicè loquutum. 57.

Epistola ad Romanos.

4. Abraham iustificatus erat sine operibus. 275.
5. In quo omnes peccauerunt. 225. & 270.
7. Soluti sumus. *In vulgata Latina parùm accommodatè.* 38.
8. Vocati secundum propositum. 573.

Cap. Pag.

11. Si ex operibus, tum gratia non est gratia. *Textus sanus.* 27
12. Tempori seruientes. 40.
13. Omnis anima subdita. 507.
15. Vnusquisque proximo placeat. 86.

1. *Ad Corinthios.*

2. Sapientiam loquimur inter perfectos. 149.
Ibid. Spiritualis omnia dijudicat. 67 & 445.
3. Fundamentum aliud nemo, &c. 531.
5. Incæstuosus cum noueca. 503.
6. Membra est. *Solœcismus.* 34.
Ibid. Qui fornicatur, in corpus suum peccat. 227.
7. Propter fornicationem autem vnusquisque habeat, &c. 511.
Ibid. Diuisa Virgo. *Textus integer.* 26.
10. Omnia contigerunt illis in figuram. 438
12. Non potest caput dicere pedibus. 446.
14. De precibus intellectis. 83.
Ibid. Qui supplet locum idiotæ. 84. & 514.
Ibid. Tu benè gratias agis. 88.
Ibid. Spiritus meus orat. 89.
Ibid. Quomodo dicturus est Amen? 90.
Ibid. Malim quinque verba. 93.
Ibid. Ero illi barbarus 96.
Ibid. Nolite fieri pueri sensibus. 97.
15. Secundus homo Dominus de cœlo. *Locus non corruptus.* 24.
16. collectæ fiant. 137.

2. *Ad Corinthios.*

2. Ego quod donaui propter vos. 262.
11. Imperitus sermone. 12.
Ibid. Mihi incumbit. 288.

Ad

Cap. *Ad Galatas.* *Pag.*

1. Si vel nos, vel Angelus aliud Euangelium docuerit, 424.
Ibid. Videre Petrum. 275.
2. Nihil mihi contulerunt. 282.
Ibid. Iacobus & Cephas. 270
Ibid. Reſtiti in faciem, &c. 280.

Ad Epheſios.

1. Pignus hæreditatis. *Error Latine Tranſlat.* 38.
2. Creati in bonis operibus. *Error vulg. interpretis.* 48.
5. Magnum ſacramentum. *Error vulgati interpretis.* 48. & 563.

Ad Philippenſes.

2. In nomine Ieſu omne genu flectatur. 544.

Ad Coloſſenſes.

1. Gaudeo in paſſionibus pro vobis. 545

1. *Ad Theſſalonicenſes.*

5. Omnia probate. 421.

1. *Ad Timotheum.*

3. Oportet Epiſcopum eſſe vnius vxoris virum. 508.
6. Secede ab his, &c. *Deſunt in Latina vulgat.* 38.

2. *Ad Timotheum.*

2. Nemo militans. 508.
Ibid. Salutant te Eubulus, &c. 271.
3. Omnis Scriptura vtilis. 145.

Ad Hebræos.

1. Cui Angelorum? 157.
4. Quæ audiuerunt. *Error vulg. interpretis.* 39
7. Melchiſedech ſine patre, 157.
11. Iacob adorauit faſtigium virgæ. 514.
Ibid. Fugauerunt. *Error tranſlat. Latinæ.* 38.

Cap. *Pag.*

11. Hi non ſunt conſequuti promiſſiones. 518

Epiſtola Iacobi.

5. Infirmatur quis è vobis, &c. vngetes eum oleo. 563.
Ibid. Confiteamini ergo. 39.

1. *Petri.*

2. Cui benefacitis attendentes tanquam lucernæ lucenti caliginoſo loco. 415.
3. In quo ſpiritu his qui in carcere erant ſpiritibus veniens prædicauit. 542.

2. *Petri.*

1. Dabo operam & frequenter habere vos poſt obitum meum. 557
Ibid. Indoctas fabulas. *Error vulgati interpretis.* 39.
Ibid. Nulla ſcriptura eſt priuatæ interpretationis. 414.

1. *Iohannis.*

4. Probate ſpiritus. 421.
Ibid. Omnis ſpiritus qui negat Ieſum &c. *Textus non eſt depravatus.* 25.

2. *Iohannis.*

1. Electæ Dominæ. 70. & 77

Apocalypſis.

1 Gratia ſpiritibus. 210.
Ibid. Fui in ſpiritu die Dominica. 136.
5. Phialæ aureæ, quæ ſunt orationes Sanctorum. 559
6. Animæ ſub altari clamant, vindica ſanguinem noſtrum. 559.
14. Nemo poteſt dicere *Error vulgati interpretis.* 39.
Ibid. Beati mortui qui in Domino moriuntur. 547.

RERVM AC VERBORVM QVÆ IN HAC APOLOGIÆ secunda parte tractantur, Index.

A.

Ætati posteriori primas tribuunt Pontificij. 244
Africano Concilio non placuit vt Episcopus Romanus appellaretur vniuersalis. 344
Allegoricus sensus. Vide Sensus.
Allegoriæ in quibus Patres interdum ludunt. 404. & Pontificij. 405 & 438
Ambrosij laus. 304
Anastasius Nestorianus. 321
Angelorum inuocatio. 552
Antichristus. 562. Non erit ex tribu Dan. 221
Apocryphæ Scripturæ quæ. 1. & deinceps. Earum approbatio & confutatio. 13. vsque ad 16.
Apostoli pari autoritate præditi. 286
Apostolatus vox. 297
Appellationes ad Rom. Pont. 306. quas falsò Papa vendicat. 308
Aquæ benedictæ. 141.143
Aquæ mixtio. 141.143
Arbitrium liberũ. 571. Hoc tollit Chrysostomus. 200. oppugnat Augustin. 103
Arriani ad nos scriptum traditionem confugiebant. 154
Assumptio B. Mariæ fabula traditio. 140
Asyla. 336
Attentio in precibus qualis requiritur. 154.
Azimus. 142.143

B.

Baptismus infantium ex Scripturis satis euincitur. 130. Est scripta traditio 137. eius trina mersio. 142
Baruch liber. 8
Basiliense Concilium reijcitur contra Eugenium. 345
Belus historia. 9
Bigamus. 334
Brigittæ reuelatio. 183

C.

Cæremoniarum ouera grauia. 151
Canonica vox ambigua. 14. Canonicæ Scripturæ quæ. 1. & deinceps. Quas Iudæi tenent. 2. & deinceps.
Canonistæ sacrorum ludibrio exponuntur. 257
Canonizatio Sanctorum. 332
Cantus Ecclesiastici. 92
Caput vox. 268
Casus reseruati. 264
Cephas vox. 269,270
Cœlestinus Papa de diuortio. 315
Cœlibatus. 508
Chrysma in Confirmatione. 143
Chrysostomum hyperbolicè loqui respondent Aduersarij, sed falsò 73. Eius testimonium à Pontificijs contemnitur. 169
Circuncisio in veteri lege quomodo fœminis non necessaria. 116
Claues Rom. Ecclesiæ an mortuo præcessore immediatè accipiat Successor ab Ecclesia. 378
Concilium Antiochenum de Appellationibus. 310. Mileuitanum contra Appellationes. 308. Calcedonense contra Eutychem. 310. Carthaginense sextũ 307. Tridentini autoritas pro Apocryphis. 16. Quantum pro Translationis vulgatæ emendatione profecit. 33,34, &c. Basiliense 345. Carthag. tertium de Scripturis. 4. Generalis necessitas à Pontificijs reijcitur. 340. A Protestantibus requiritur. 343.

Con-

Concilia à Pontificijs ſpreta atque contempta. 343. *Calcedonenſe contra primatum.* 344 & 376. *Carthaginenſe tertium contra titulum primatus.* 344. *Eliberitanum reiectum contra Imagines.* 345. *Conſtantinop.* 345. *Piſanum contra Pontificem Julium. ibid. Conſtantienſe contra Primatum. ibid. Baſilienſe contra Eugenium. ib. Francofordenſe contra Imag. ibid. Conciliorum papalium conditiones iniquæ* 346.

Concilij legitimi conditiones. An vt Papa præſis. 353. 356. *Abuſus, ante cõſecrationẽ adeſſe non vult.* 355. *Cur non interfuit Papa in Concilijs priſcis.* 356. *An Theologi omnes in Concilijs votum deciſiuum habeant.* 359. *Conciliorum antiquitas.* 360. 361. 362. *Epiſcopi in Concilijs an omnino ſint iudices.* 363. *In Tridentino non libera ſuffragia.* 365. *An Concilia ex traditionibus, an ſolis ſcriptis res definiant.* 365. *An Papa ſolus Iudex* 367. *Potiores ſunt expoſitiones Patrum. ibid. Papa imperitus* 368. *Non adhibens diligentiam* 370. *Concilij acta relaxans.* 373. *Contra antiquitatem.* 376. *An Papa ſit ſupra Concilia.* 345. *Qui negant Papã ſupra Concilia, primatum Pontificis ſubuertunt.* 375. 378. *Concilium Baſilienſe hoc ex fide ponit.* 376. *Ex antiquitate.* 376. *Eſſe ſupra Concilium ſeminarium omnium malorum* 378. *Cauſa diſſidij.* 379. *Apoſtaſiæ ianua apertiſſima ibid. An poſſit Papa à Concilijs iudicari.* 379. *Concil. Sinueſſanum obiicitur* 380. *Concil. poſſit Pontificem deponere. ibid. Probatur ex praxi.* 381. *Concil. conditiones æquiſſimæ.* 384. *Concil. Tridentini multiplices defectus.* 380. *Concilia quæ Proteſtantes amplectantur.* 389. *Qualia efflagitent.* 384. & *in concluſione libri.*

Confeſſio auricularis. 364. *Eius præceptum nullum diuinum.* 433

Conſecrationis verba intelligenter alta voce proferenda. 99 & 105

Conſuetudines incertæ. 151

Cultus diſtinctus in Latriam & Duliam 253. *Imaginum Epiſtolium.* 206

Cyprianj teſtimonia à Pontificijs contemnuntur. 169

D.

Damaſcenus contra Apocryphas Scripturas. 3. *Eius iudicium de ſcriptis Canonicis. ibid.*

Decretalia Pontificum non de fide. 326

Dextra honoratioris tribuitur. 281

Dies Dominica iſt ſcripta traditio. 136

Diſpenſationes laxæ. 334. *De Matrimonio* 335. *De incæſtu.* 499

Diſtinctionum ſcholaſticarum telæ perrumpuntur. 250. *viz Gratiæ in Sufficientem & Efficacem. ibid. Meriti in Congruum & Condignum. ibid. Peccatis in Veniale & Mortale,* 251. *in contra legem & præter legẽ,* 252. *in numerum ſeptenarium. ibid. Remiſſionis peccati quoad culpam & non quoad pœnam.* 253. *Cultus in Duliam & Latriam ibid. Perfectionis Epiſcoporum & religioſorum in acquiſitam & acquirendam.* 254. *Miſſa in priuatam & publicam.* 256

Diſt. futilis non recipiendi & non reijciendi libros. 18. *Diſt. perſonæ publicæ & priuatæ in Pontifice examinatur.* 315 & 317

Diuortium ponit Ambroſius, 198. *ob infirmitatem,* 312. *ob hæreſin,* 325.

Donatio Conſtantini. 214

Donatiſtæ hæretici ad non ſcriptas traditiones confugiebant. 156

E.

Eccleſiæ veteris autoritas maior quàm

ſuccedētis. 20 217. *Eccleſ Rom preces multæ blaſphemiæ.* 102. *Eccleſia forma qua Monarchica eſſe debeat.* 260. *Vide Monarchia. Per Eccleſiam intelligere Romanum putida eſt petitio principij* 126. *Eccleſia Rom. poſſit à fide deficere.* 290. *Eccleſiæ Rom. fides non conſtans.* 287. *Per imperitiã ſuam hæreticis exultandi auſam dedit.* 369

Editio Scripturarum Hebræa non fuit corrupta ab Hebræis. 21. *Græca noui Teſtamenti non multùm corrupta ab hæreticis.* 24. *Latina non eſt Hieronymi.* 29. *Nec ſatis integra.* 31

Epſcopus vniuerſalis. 298. *Epiſcopi non ſoli Paſtores.* 360. *Epiſcopus puer.* 334. 335. *Epiſcopalis & temporalis iuriſdictio in fine communis.* 510

Epiſtola ad Romanos græcè ſcripta. 57

Epiſtola ad Laodicenſes. 114

Epiſtola ad Ignatium. 216

Euchariſtiæ adminiſtratio ſub vtraque ſpecie. 569. *Eius circumſtatio res noua.* 176. *Vi antiquitatis auctoritati detrahitur ibid. Euchariſtia percipienda poſt Baptiſmum eſt ſcripta traditio.* 136. *Euchariſtiam infantibus porrigere.* 142. & 214. *Euchariſtiæ ſpecies vtraque.* 567

Eugenius quartus Papa. 331

F.

Fabulæ etymon. 10

Fabula de Traiani anima liberata ab inferis. 180

Felix Papa Arianus. 311

Feſti dies. 139

Fide errare et à fide deficere differũt. 312

Fidei diſtinctio in acquiſitam & infuſã. 122. *Fidei reſolutio vltima in Scripturarum auctoritate conſiſtit.* 124

Fiducia. 378

G.

Gratia diſtinctio in efficacem & ſufficientem. 250

Gertrudis reuelatio. 183

Græca editio nulla in parte hæretica. 24

Græcam examine Canonicarum Scripturarum præferenda. 126

Gregory Pontificis auctoritas à Pont. ficy reiecta. 305. *Gregorius pro Scripturarum lectione* 74. *Gregorius de vniuerſalis Epiſcopi titulo.* 299

Gretzeri Jeſuitæ vox blaſphema. 413

H.

Hæreticus contrahit pertinaciam erroris. 313. *Hæretici confugiebant ad non ſcriptas traditiones.* 151. *vt apparet exemplo Marcionis, Valentini, Manichæi, & aliorum,* 153. *etiam Arianorum,* 154. *& Donatiſtarum,* 156.

Hebræi codices ſatis puri. 21

Heſter libri partes poſtremæ. 7

Hieronymus contra Apocryphas ſcripturas, 4. *Eius iudicium de Scripturis Canonicis. ibid. Hieronymus non auctor vulgatæ Latinæ editionis.* 29

Hiſtoria Suſannæ. 9

Hiſtoria Beli. *ibid.*

Hiſtoriæ Gregorij & Bedæ. 317

Hiſtorici patres à Pontificijs reſpuuntur, vt *Euſebius contra primatũ,* 210 *Damaſus ibid. Hieronymus pro Canonicis Scripturis.* 211. *Ruffinus contra primatum ibid. Rhenanus ib. Socrates de ſedis ibidem. Sozomenus contra confeſſionem auricularem ib. item que de Paphnutio.* 212. *Marianus Scotus, & Sigebertus, ibid. Hiſtorici quoque recentiores.* 213. *Libri Conciliorum, Rhenanus, Æneas Sylnius, Gratianus, Platina.* 213

Honorius Papa Monothelita. 321

I.

Ieiunium quatuor temporum. 140

Ie-

Ieiunare in Sabbato. 142
Incestus per dispensationem. 499
Indulgentiæ. 336. & 545
Indulgentiarum thesaurus. 545
Infantum non baptizatorũ pœna. 223
Imaginum cultus, 514. *Imagines & simulachrum confundit Lactantius,* 205. *contra Imagines Concil. Elib. Constantiense, Francofordense.* 345
Imperator nullus vnquã vniuersalis. 264
Imperatores deposuerunt Papas. 381
Impij non figura Christi. 397
Impio non resipiscenti imputãtur omnia peccata antecedẽtia. 238
Impositio manuum. 143. & 287
Johannes 22. *Papa de animabus defunctis.* 328
Johannes 23. *Papa de resurrectione futura.* 330
Judæi Canonicas Scripturas sartas tectas defendunt. 2
Iudæorum regnum an Monarchicũ. 265
Judith liber. 6
Justificatio an ex gratia inhærente, an ex imputatiua. 575
Justificationem nescit Origenes. 201
Iustificationis controuersiã scholastici desperuerunt. 257

L.

Lactantius imaginem & simulachrum confundit. 205
Latina translatio vulgata nec Hieronymi, 29. *nec absoluta,* 31. *nec purgata adhuc post Concilij Tridentini decretum,* 32, 33, 34. *Solœcismi,* 34. *Errores,* 35. *In rebus maioris momenti,* 41 *Ansam scandali præbens sanctis,* 46. *Iudæis,* 47. *Hæreticis,* 48.
Legatorum munus quatenus. 315
Legenda aurea. 217
Liberius Papa Arianus, 319
Liberum arbitrium. Vide Arbitrium.
Limbus. 515
Lingua alia non est alia sanctior. 95
Lupanaria. 337
Lutheri pro se Apologia, 120, *negat purgatorium,* 231. *quam modestè ac prudenter à patribus dissentiendũ docet.* 245

M.

Machabæorum libri. 11
Marcellinus Pontifex idololatra. 319
Matrimonium sine ministro contractũ. 248
Manichæus & Marcion hæretici confugiebant ad nõ scriptas traditiones. 153
B. Mariæ conceptio an immaculata, 132 *in originali peccato concepta,* 510
B. Mariæ virginis dubitantiã notat Chrysostom. et Origen. 205. & *Bernar.* 209
Meriti distinctio in congruum & condignum. 250. & 573
Millenarij. 223
Missæ distinctæ in priuatã et publicã. 256
Monachi corruperunt patrũ scripta. 239
Monachatus ex Basilio. 191
Monarchiæ genus duplex: merum, 260, 261. *mixtũ,* 261, 262. *Impossibile,* 264
Mulier quædam improba. 63
Mysteria an sunt vulganda. 99
Mysteria Pontificij digniora visa sunt quàm vt sacris literis tradantur, 131 132. *sed at theologos.* 176

N.

Neophytus. 334. 337
Nicholaus quartus Papa de paupertate meritoria. 327

O.

Omnes & quoad dogma scripta traditio 138.
Orare stando. 143
Ordinum approbatio. 333
Origenis opinio de libro Hester. De Origenes allegorizans. 404. *an iustificationem nouerit.* 201

P.

Papa vox. 295 *vide tit. Pontifex & tit. Concilium. Papa cur in Concilijs priscis non interfuit,* 356. *Papa an præses Conciliorum.* 353. 356

Pater vox. 168. *A Patribus interdum dissentire licet.* 245. Patrum testimonia Pontificij illudunt, 160. negligunt. 167. contemnunt. 168. vt Cypriani. 169. Chrysostomi ibidem. Constantini Imperatoris. 170. Patrum opera suppositicia. 188. Multa illotis hæreticorum digitis miserè contaminata. 189. Patrum testimonia multa vt suppositicia meritò Protestantes reijciunt. 191. vt Basilij pro Monocharu. ibidem. Cypriani pro Transubstantiatione. 192. Ambrosij pro primatu. 193. pro Purgatorio Constitutiones Clementis. 193. Epistolas Clementis ibid. Dionysij Areopagita hierarchiam. 194. Athanasij quæstiones. 195. Eusebij Emissenomilias ibidem. Hieronymum in Prouerbia ibid. Damasceni orationem pro defunctis. 196 Augustini ad fratres de pœnitētia. ib. Liturgias Iacobi, Basilij, Chrysostomi. ibid. Pontificij eò confugiunt vt respondeant Scripta patrum esse suppositicia. 197. vt Ignatij contra vnicam speciem. 198. Chrysost. contra transubstantiationē. 198. Item Origenis. ibid. Ambros. pro diuortio ibid. Cyrilli contra traditiones. ibidem.

Patres genuini à Pontificijs meritò repulsi, 199. vt etiam a Protestantibus 200. vt Chrysostomus & alij de libero arbitrio, ibid. Origenes de Iustificatione. 201. Hieronymus pro Virginitate. 202. Augustinus de libero arbitrio. 203. Pontificij Augustini de libero arbitrio. 203. & etiam alia Patrum aliorum testimonia conculcant, ibid. vt Tertulliani contra satisfactiones supererogatiuas. 204. Cypriani contra traditiones & primatum, ibid. Lactantij de imagine. Chrysostomi, & Origen. de dubitantia B. Mariæ, 205 Dorotheï in Synopsi, 206 Epiphanij contra Ieiunium, ibidem. Hieronymi de Scripturarum Canone, 207. De æqualitate Presbyterorum, ibid. Augustini de Petro, de massa perditionis, De expositione Iohannis, ibid. Iustiniani contra primatū, 208. Theod. Rupert Gelas. contra transubstantiationem, ibid. Bernardi & aliorum de puritate B. Mariæ. 209. Rationem reijciendi Patrum testimonia suggerunt, 209. Eodem modo patres Historiographos tractant. Vide Historici.

Patrum consentientium suffragia à Pontificijs reiecta, 222. In dogmate Millenariorum 223. De pœna infantum non baptizatorum, ibid. De eucharistia infantibus porrigenda., 224. De conceptione B. Virginis luniores præferunt, 226. Testimonia Pontificijs miserè detorta ac depravata multa, 228, 229. & alia multa 231. item alia plurima vel in vna controuersia pro purgatorio, 233. alia etiam pertinaciter satis, 237. alia vnaquæque expungunt. ibid. Patrum iudicium de iudicijs Patrum, 240. Determinatio huius causæ ex confessione Pontificiorum. Causa prima, Obscuritas, 242. vt in Transubstantiatione, ibidem & primatu, 243. Causa secunda, Diuersitas, 243. Tertia, contentio nimia. ibidem.

Paulus par Petro. 282

Peccati distinctio. 251. &c.

Præfectionis Episcopi & religiosi distinctio in acquisitam & acquirendam. 254.

Pedes Pontificis Romani osculari. 436

Petra. 296

Petrus an fuerit designatus Ecclesiæ monarcha. 266. Hoc ex titulis D. Petri Pontificij confirmare satagunt. 267. vt Episcopus primus ibid. Prælatus. ibid.

ibid. Dux Apostolorum. ibid. Princeps Apostolorum. 267. Pater. 268. Primus & caput. 268. Vicarius. ibidem. Secundo ex prerogatiua Petri, viz. mutatio nominis in Petrum seu Cephan. 269. Prius semper nominatur 270. Septem aliæ prærogatiuæ sequuntur. 272. Septem aliæ. 274. Petrum an solum Christus baptizauerit. 275 aut Episcopum ordinauerit. ibidem. Petri lapsus notum. 278. Petrus non propriè episcopus. 288. Ex Petri rebus gestis nulla prærogatiua super Apostolos colligi possit. 488

Phocas primus capitis Ecclesiæ titulum afficiebat. 300. 302

Pontifex Romanus an successor Petri. 289. Duo iure. ibid. Non ex iure diuino nec ex Scripturis. 291. Non tamen ad fidem pertinere. 291. 292. De eius dignitatis titulis. 294. Pontificis personæ duæ, priuata & publica. 311 Quoad vtramque hæreticus. ibidem, & deinceps. Pontificum Romanorum errores in præceptis morum. 331. In Canonizatione. 332. In ordinum approbatione. 333. In dispensationibus. 334. In indulgentijs. 336. Pontificis solius iudicium tanquam omnium Conciliorum generalium præiudicium opponitur. 342. Siue errare possit siue non, esse tamen in omnibus audiendum tenet Iesuita. 429. Pontificis Romani primatus. 344. titulus vniuersalis. ibid. Primatus eius multis testibus euertitur. 495. Pontifex ex applicatione Scripturarum quæ de Petro tractant inepte priuilegium suum asserit. 490. & deinceps.

Præcepta Leuitica de Coniugijs an moralia. 499. Alia expositionibus Pontificiorum depravata. 506

Prædicandi munus Episcopis imponitur à Pontificibus excussum. 495

Prælatus vox. 267

Precatio versus orientem. 143

Preces vernaculæ priuatæ. 78. publicæ, 79. earum antiquitas, ibidem. Ratio contra. 81. vsus primitiuus reuocatur, ibid. earum antiquitas. 82. contra Concilium Trident. ibid. finis. 84. 85. contra eas obiectionis solutio. 94

Presbyteri & Episcopi æqualitas. 207. 222.

Protestantes an Pontificij plus valeant, exemplis centum illustratur. 433. & deinceps. Protestantes calumniosè traducuntur quasi toti antiquitati repugnent. 228

Purgatorium non esse ex Scripturis contendunt Protestantes. 547

Q.

Quadragesima. 141

Quartadecimanorum hæresis. 129. ex Scripturis damnata. 130

R.

Remissionis distinctio culpæ et pœnæ. 253

Reuelationes quatenus admittendæ. 176 Illis adducti à Diabolo multi delusi fuerunt. 178. Ex Gregorio & Beda futiles. 182. Reuelationes Brigittæ ac Gertrudis. 183. Reuelatio Tertulliano facta. 184. Reuelationes hæreticæ. 185. Reuelatio & apparitio Diui Hieronymi. 185. Reuelationibus nouis non credendum. 151

S.

Samaritana mulier, allegoricè. 123

Sanctorum inuocatio. 531

Satisfactiones supererogatiuas tollit Tertullianus. 204

Scholasticorum authoritas à Stapletono labefactata. 246. Quanti eas faciunt Protestantes. 148. Eas Tho. Morus irridendas propinat. ibid. Vega. 249. Distinctiones eorum diluuntur. 250. Vide Distinctio. A patribus longè dis-

sen-

ſentium, 256. de veritate in cauſa iuſtificationis. 257
Scripturarum vſus, 52. Vſum reſtrictum conceſſit Pius quartus, 53. Omnem vſum Clemens octauus prohibuit, 54. Vſus publicus apud Hebreos ante Chriſtum, 56. & poſt aduentum Chriſti, 57. antiquitas, 58. contra earum publicum vſum Pontificiorum rationes, 60. Antiquitas apud Iudeos, ib. Ex vnitate, 61. Ex damno in fide, 62. in moribus, 64. Contra ab vtili. ibid. Scripturarum perſpicuitas, 66. Ex confeſſione, 68. Ab auctoritate Baſilij, 71. Hieronymi, ibid. Patrum aliorū, 72. Ipſarum Scripturarum, 76. Scripturarum neceſſitas, 109. ſufficientia 112. Editiones, Hebræa, Græca, Latina, vide Editio. Vltima fidei reſolutio in his conſiſtit, 114. Earum & Eccleſiæ collatio quoad nos, 122. Scripturæ ſacræ ſolæ dignæ quæ antonomaſticos Scripturæ appellentur, 145. Scriptura non eſt regula partialis, 145. non eſt naſus cereus, 407. non litera mortua, 408. ſui interpres, 411. Hanc deuote legere eſt ſpiritum publicū conſidere, 413. eſt Iudex ſupremus quoad nos, 416. Omnium hominum iudicia per hunc iudicem examinanda, 417. & deinceps, & 420. Hoc ex Patribus exempla probant, 426. Obiectionis extremæ ſolutio duplex, 429. Scripta omnium per hanc examinanda, 145. Sufficit in ſe, 149. Aduerſus reuelationes, 151. Aduerſus opiniones nouas & conſuetudines incertas ibid. Non eſt hæreticorum aſylum, 152. aduerſus hæreticos ſufficit, ibid. Argumentamur negatiuè à Scripturis, 157. vt et Pontificij, 159. Sufficientia probatur ex Patribus, 160. Ireneo, ib. Origene 161. Baſilio, ibid. Chryſoſtomo, 162. Epiphanio, 163. Tertulliano, ibidem. Hieronymo, 164. Auguſtino, 165 & rurſus a Baſilio, Ambroſio, Bernardo, & alijs, 167. Item ex clarioribus confeſſionibus, 174. Scripturæ ſubſidio in maximis dogmatibus egent Pontificij, 173. Eius interpretationes in cauſis controuerſis in quibus Pontificij miſerè hallucinantur. 435. & deinceps.
Senſus Scripturarum à Pontificijs varij ponuntur. 389 & deinceps. Senſus Scripturarum duo, literalis & myſticus, ſiue allegoricus, 391. quomodo differunt, ibid. Senſus allegoricus, ib. Literalis in omni Scriptura, 393. Vnicus, ibid. Senſus allegoricus non per applicationem, 394. myſticus non in omni ſcriptura, ibid. allegoricus rerū, nobilior, 397. Senſus allegorici vſus, 396. rarior, 397. traditus nō fictus, ib. proprius quod poſſit, 400. Obſcuriora per apertiora, ibid. Ex literali arguendum, ibidem. Senſus literalis an ſit pro ratione temporis mutabilis, 401. Allegoricus quatenus contemnendus. 402.
Species vtraque ex Ignatio. 198
Sponſus vox. 196
Stapletonus indoctio Epiſcopo magis credendum eſſe quam docto Theologo docet 247
Sylueſtius Papa Necromanticus. 323
Symbolum Apoſtolorum eſt ſcripta Traditio. 137

T.

Teſtamenti veteris libri apud Iudeos non perierunt. 113
Theodoſij prudentia in examinandis diuerſis diuerſorum dogmatibus. 426
Theſaurus Eccleſiæ. 545
Tobiæ liber 8
Traditionis vox. 108. De Traditionibus quæſtio tractata, lib. 1. cap. 32. & deinceps. Traditiones quædam ſcriptæ, 136. vel ſcripturis conſonæ rituales, 139

139. turpiter, ibid. aut mutata. 142.
Traditiones non scriptas Pontifices ex Scripturis probare conantur. 173.
Traditiones tollit Cyrillus, 198. & Cyprianus. 204
Traiani anima liberata ab inferno. 180
Translatio aliqua Proteſtantium integra 48. Transferendi lex duplex, prima vt ex originali petatur. 49. ſecunda vt ne verbatim transferatur, 50. vt Rhemenſes Anglice, 51. Tranſlationum varietatis varia vtilitas, 50. vide Editio.
Tranſubſtantiatio obſcurius a Patribus propoſitur fatente Ieſuita. 242
Tranſubſtantiationem tollit Chryſoſtomus & Origenes, 198. Gelaſius 208.
Tranſubſtantiatio an ex Cypriano. 192.
Tridentinum Concilium obſcurum & plane captioſum fuiſſe. Vide Concilii.

V.

Valentius hereticus ad Traditiones non ſcriptas confugiebat. 153
Vicarius vox. 296
Vigilia nocturna. 143
Virginitatem nimium effert Hieronym. 202.
Vnctio extrema. 141. & 564
Vniuerſalis Epiſcopi titulus. 298
Vniuerſalis titulus Apoſtaſiæ periculum affert. 379

VV.

VVicleſus. 326

Z.

Zepherinus Papa Montaniſta. 318

ERRATA.

PAg. 59 lin. vlt. eadem poſſit. pa. 68. li. 7. nigram. pa. 69 l. 2. voluamus. p. 98. l. 23. ſuo lege eius. p. 103. l. 10. intellectus. p. 110. l. 1. pio Sextus lege Sanctus. p. 188. li. vlt. Aquitanus. p. 262. l. 15. Inquis. p. 269. lit. n. in margine, Pintus Ieſuita, hic vox, Ieſuita (vel ſi alibi occurrat) deleatur. p. 321. l. vlt. enim lege eum. p. 327. l. 5. negationem. p. 335. l. 2. ſuas. p. 341. l. 16. verbum, Illud deleatur. p. 409. l. 20. tum lege tuum. p. 432. l. 1. vius lege vnū. p. 453. l. 14. promiſſis. p. 453. l. 19 quo modo p. 459. l. 6. prædixerunt. p. 460. l. 11. ſemper lege ſuper. p. 521. l. 29. lege honorandus es, ſine interrogatione. p. 553. l. 30. expurgandas. pa. 555. lin. 29. & 32. fleterint. p. 564. lin 24. lege verba, cum reipſa, &c.

Si quæ alia latinitatis vitia occurrant, quæ (præſertim tam benum correctorem nactus, qualem alii vir probus R. Field) non ſufficer eſſe multa, tuum erit, Lector, agnoſcere atque ignoſcere; quorum alterum eruditionis tuæ erit, alterum humanitatis.

ANIMADVERSIONES IN APOLOGIÆ HVIVS PARTEM

primam, quæ partim variorum Amanuenſium negligentiâ, à quibus ter aut quater tranſcripta fuit, partim Typographorum importunâ ac præproperâ feſtinatione, partim denique aliquâ meâ culpâ, quod meus animus pluribus autoribus diſtentus, ad ſingulos minùs intentus eſſe potuit, vitioſa prodijt.

TAbula prima ea vitia continet, quæ in citatione teſtimoniorum, ſecunda verò ea, quæ in teſtimonijs citatis deprehenduntur. Citationes in margine corrigendæ.

Primò ante Librum.

In Epiſt. ad Lectorem, in margine, num. (3.) Teſtimonio Maldonati Ioh. 6. verſ. 61. pro 62. In ſecunda claſſe Autorum tit. A. in margine ad lit. (g) Vega lib. 16. adde, de merit. & iuſtific. Pag. 796. & lit. (k) 23. pro 22. & tit. E. in margine ad lit. (e) Cap. 13. pro Cap. 9. & tit. I. in margine ad lit. (a) Acoſta de Tempore nouiſſ. pro, de Chriſto reuelat. lib. 3. cap. 9. & in tit. L. ad lit. (c) Gen. adde, Cap. 13. num. 63. & in tit. R. ad lit. (a) M. Dorpium, pro, Eraſmum. Et in tit. S. ad lit. (k) Caterr. pro Conterraneorum. Et in tit. V. ad lit. (h) part. 2. adde, Digreſſ. lib. 1. pag. 225.

In libro primo.

In libro primo cap. 1. margine lit. (a) Cap. 12. pro Cap. 2. Et ad teſtimonium Pererij, lit. (h) Com. adde, in hunc locum Diſp. 21. num. 100.

Cap. 2. lit (a) Bellar. adde, lib. 3. de Eccleſ. milit. Cap. 7. §. *Argumentum:* & Cap. 14. §. *Vltimò.* & lit. (g) Bellar. adde, lib. 3. de Eccleſ. milit. & lit. (h) Ibidem, adde, Cap 2. §. *Noſtra.*

Cap. 3. lit. (a) vltimum, adde, & §. *At obijciunt.* Et lit. (c) §. adde, *At illud.* Et lit. (d) part 3. adde Cap. 12. pag. 630. Et lit (l) vltimum pro obiectio decima. Et lit. (k) Cap. 4. § & reliqua deleantur. Et lit. (l) Supra adde Cap. 10.

Cap. 4. lit. (e) § *Vltimum,* pro *De.* Et lit. (h) deeſt Autor Teſtimonij, addi debuit, Stapletonus orat. in politicos.

Cap. 5. lit. (f) Bellar. adde lib. 3. de Eccleſ. milit. cap. 7. §. *Præterea* & §. *Accedat quoque.*

Cap. 6. lit. (e) Bellar. adde, Ibidem cap. 2. §. *Ac primum.* Et ibidem §. *Secundò* Et lit (g) Ibid. adde lib. 3. &c.

Cap. 7. lit. (b) lib. 6. adde Cap. 4. §. *Eſt.* & lit. (g) debet eſſe Art. 33. Et lit.

(h) Art.

(n) Art. adde 33. Et lit (o) Senens adde. Et Bellar. lib 4. de notis Eccles. cap 7. § *At.* & cap. 9. hæres 9.

Cap. 10. lit. (b) cap sit 5. Et lit (c) § *Sed* pro *In &c.* Post lit (m) ad locum. *In omni* Autor opponi debuit Bellarminus quo supra, cap. 5. § *In omni.* lit (n) consult. adde, Art 22. Et lit (p) Pontifice, adde, cap. 12. § *Iam.*

Cap. 14. lit (r) Triumph pro Milit. Et lit (s) Arias Mont. Adde, In Prophetis, & Sigonius lib. 1. de repub. Hebr. cap. 3. Et lit (t) cap. 4 pro cap. 5. § *Mutuo.* Et lit (p) concord. adde, cap. 140. in initio.

Cap. 16. lit (a) Eccles triumph. pro militant. § *Ad illud.* Et lit (b) locum; adde cap. 124. Et lit (p) lib. 3. cap. 5. pro lib. 4. de notis Eccles.

Cap. 18. lit (b) supra. § *Dico secundo.* & lit (l) pag. 190. pro 198.

Cap. 20. lit (b) cap. 14. pro 15. Et lit (c) art. 32. pro 33. Et lit (o) legatis, adde pag. 257. & lit (r) in Tim. adde digress. lib 2. cap. 2.

Cap. 21. lit (c) cap. 19. pro 13. § *Quinto, &c.* Et lit (d) Eccles. adde militan. cap. 10. § *Secundo.* & § *At secundo.* Et lit (f) Bellar. lib 3. pro 4. cap 8. Et lit (s) *post biennium*, pro § *Idem quoque.*

Cap. 22. lit (b) de Missa. adde, cap. 6. & 7. Et lit (f) num 66. pro 67. Et lit (g) num. 32. pro 72. paulo post in textu, *id est*, deest testimonium in marg. sit igitur. Ibid. num. 71. Et lit (h) supra, adde, num. 33.

Cap. 23. lit (a) Bellar. lib adde, de notis Eccles. cap. 8. Et lit (c) lib. 4. adde de notis Eccles. cap &c. Et lit (b) Ioh 13 pro 15. & lit (p) sit idem lib 7 cap. 21. & lit (t) cap 3. pro 2.

Cap 24. lit (c) præf. pro com. in Iac. 2.

Cap. 15. lit (l) com in Gen. pro in Exod. 11. disp. 8. num. 58. Et lit (m) de exposit &c. pro de Iustif.

Cap. 26. lit (q) lib. 7. pro reiect. de libera volunt disp. 1. &c.

Cap. 28. lit (g) cap. 9. pro cap. 13. § *Est autem.*

Cap. 29. (s) annot. 317. § *Verum autem.*

Cap. 30 (h) cap 22. pro 18. Et lit (t) Biblioth. adde lib 8. pag. 625. Et post lit (k) Gen. 37. pro 34. disp. 2. & 37. disp. 2.

Cap. 33. Belar. lib. 4. &c. pro lib. 1. de clericis, cap. 15. § *Michael.* & Valent de differ. Episc & Presb cap. 3. § *Ad textum.* Et post (q) lit. (g) deest testim. pone, Sixt. Senens. Biblioth lib 5. in præf. lit (r) adde, Valentin Iesi. quo supra. § *Ad Sedulium.*

Cap. 39. lit (i) cap. adde 18. § *At B. Thomas.* Et lit (u) Cun pro Causa.

Cap. 46. lit (r) virg. deest cap. 6. lit (x) triumph. adde cap. 21.

Cap. 47. lit (m) cap 14. pro 13. § *Sextum* pro *quinto.*

Cap 48. lit. (c) lib. pro ibidem eodem cap. Et post lit. (h) *At tale* deest testim. in margin. Bellar. lib de Eucharist.

Cap. 51. lit (x) Laicis cap. adde 19. & lib. 3. de Eccles. militante cap. 16.

Cap. 52. post lit. (c) in textu *Hanc*: adde in margin. Bellar lib 2. de Christo, cap. 19.

Cap. 74. ad lit. (f) deest testis in margine, ponendus erat Tolletus Iesi. quo supra. cap. 22. § *Additur.*

Animaduerſiones.

Cap. 77. lit (m) Sacerdotum adde lib. 2, cap. 24. & lit. (y) Extrem. ſit cap. 22 §. *Probo igitur.*

Cap. 80. lit. (a) Autem adde & cap. 9. in initio. & lit. (t) cap. 16. adde ſparſim in illo capite. & lit (g) concluſio ſit propoſitio 12.

Cap. 84 lit (m) cap. 14. adde §. *Sed certè.*

Cap. 86. lit. (l) deeſt autor. is eſt Bellar lib 2 de Monachis cap. 6. § *Philippus* & §. *Secundo dicit*, & in altera §. *Secundo dicit*. & lit. (o) cap. 12. adde ſparſim per illud caput.

Cap. 87. lit. (t) quæſt. 1. adde Concluſ 3. & poſt in lit. (k) lib. deeſt primo.

In libro Secundo.

Cap. 1. lit (n) Idem. adde de vſu vtriuſque Speciei in Euchariſt. cap. 2. §. *Atque iſtud* & lit. (o) de Eccleſ. milit. pro de Rom. Pont. cap. 4 in initio.

Cap. 4. lit. (d) Scriptura adde tit. de numero librorum ſacrorum. & lit. (v) fine com. in 2. Tim. pro Tract. de vocibus non ſcriptis in initio pag 252. & in fine cap. lit. (d) Math. 10.

Cap. 5. lit. (t) ad confirmationem pro ſecundo obijciunt, & §. *Reſpondeo.*

Cap 9. lit. (d) denique adde, & §. *Ad tertium.*

Cap. 12. lit. (e) *Secundus eſt*, adde & §. *quarta ratio* & lit. (i) cap. 55. adde ſparſim per illud caput. Et liter. (k) relectione 2. adde Sect. 2. propoſit. 3. & 6.

Cap. 14. lit. (k) lib. deeſt ſecundo. Et lit. (l) cælebatu deeſt Prop. 9. & lit. (p) cap. 16. pro 17.

Cap. 16. lit. (t) pag. 118. pro 117. Cap. 17. lit (d) lib. 8. adde in alijs lib. 11 cap. 13.

Cap. 18. lit. (g) Relect 5. adde propoſitio. 3. Et lit. (l) ſupra adde lib. 2. de Indorum ſalute cap. 18. & lit. (m) qu 7. pro 2. §. *Ad oſtauum.* Et lit (s) Math. 13. pro 23.

Cap. 19. lit. (e) Monarch. pro Moral. &c. Et lit. (f) lib. adde 2. de tempore nouiſs.

Cap 20. lit (g) lib. 14. adde pag. 683. in hæc verba [Et ſtabit in loco eius deſpectus.]

Cap. 21. lit. (h) cap. 3. adde Sparſim. Et lit (m) lib. 2. de miſſa cap 9. §. *Tertio probatur*, pro lib. 4. de Euchariſt. cap. 14. §. *neque ad.* Et lit. (s) Bernardi adde lib. 1. cap 12. Et lit. (t) ſupra adde lib 4. de Eccleſ. milit. cap. 13.

Cap. 25. lit. (l) Ibidem pro lib de notis eccleſ. cap. 14. §. *Eſt autem.* Et lit. (m) nouiſſimo adde lib. 2. cap. 19.

Cap. 27. lit. (d) relect. 1. deeſt ſect. 2. prop. 3.

Cap. 30 lit. (k) ſupra. adde pag. 218. § *Contra vero.*

Cap. 31. lit. (k) cap. 9. pro cap. 10. & poſt liter. (l) ad * Epiſtol. 71. pro 7. & lit. (m) Teſtimonium Bellarm. ſic ponat. lib. 4. de Roman. Pontif. cap. 2. & lib. 2. de concil. Et liter. (t) expungantur quæ ſunt, ponatur ibidem.

Cap. 33.

Cap.33. lit (f) §. *Reſpond.* pro, *Sed reſpondeamus.* & lit. (g) cap.9. adde §. *quis Sanderum.*

Cap.34. lit.(g) Baſil. adde lib.2. in initio & lit. (h) Æneas Syl. adde l.1 &c.

Cap.35. lit. (h) lib 2. adde in hæc verba: [*transfert regna*] pag.74. & lit (o) Pererius deeſt Com. in Gen.4. & lit (r) lib.2. adde in hæc verba [Et regnum tertium] pag.91. & lit. (v) in Exod. deeſt cap.3. diſp.5. num.17.

Cap.36. lit. (m) cap.8. pro lib.8. in Dan.7. pag.356. §. *Altera.*

Cap.37. lit.(c) Vega pro Viega & cap.13. pro cap.17. com. deeſt primo & Sect 2. deeſt num.3. & lit. (k) §. *denique* pro *& ſane.*

Cap.40. lit. (t) Act 2. adde, Sparſim. & lit (u) lib. 7. deeſt, hæreſ.8. &c.

Cap.41. lit. (t) de Eccleſ. Milit cap.4. pro. de Rom. Pont. cap.5. §. *Quod autem.*

SECVNDA TABVLA

Continet dilucidiorem explicationem eorum locorum, in quibus cùm breuis eſſe laboro, obſcurus fio.

1. Ante librum in Catalogo nominum Ieſuitarum, en, inter ſuos Amaſios Ieſuitas, Cardinalis Baronius numeratur, vndè nuperrimè Ieſuita. * *Sumpta quadam inſcitiâ* (inquit) *inter Ieſuitas Reuerendiſſimum & Illuſtriſſimũ Cardinalem Baronium recenſuit Mortonus Anglus, tanquam ſi inter infima magnitudinis ſtellas Aſtellarum imperitus numeret Aſtrologus.* In quo tu mihi (Serari) ignoſcere debuiſti, ſi forte veſtrum cognomen non quidem *infimæ*, vtinam non infidæ ac infamis *magnitudinis*, *illuſtriſſimus Cardinalis* nomine honeſtauerim. Ipſe *Illuſtriſſimus* mihi potius ſuccenſere poſſit, quòd comitatu Ieſuitarum eius *Reuerentiam* (opinione tua) læſerim, præſertim cùm non tam *inſcitiâ* quam incuriâ in hac parte offenderim.

**Serarius Ieſ. in libro qui inſcribitur, Minerual. aduerſ. Scalig. lib.4. cap. 1.*

In libro Primo.

Obſeruandum eſt imprimis, characteres minores in majores, & vice verſâ, ſæpè tranſponi: occaſionem huic errori præbuit liber manu ſcriptus, vbi quæ maiuſculis litteris ſcribenda eſſent, lineâ ſuper capita literarum porrectâ, quæ minuſculis ſiuè (vt Typographi vocant) Italicis, infra productâ lineâ notabantur: vnde propter diuerſarum literarum ſimilitudinem Amanuenſis & Typographi ſæpè, vt facilè, ita periculosè erràrunt, vt

Cap. 2. lit. (d) (*Fide tantùm.*] *tantùm* in minuſculis exprimendum fuit, quia non apud allegatum Autorem habetur, ſed à me ad eius mentem exprimendam adhibetur, nec peruersè omninò, ſic enim apud autorem ſequitur. *Chriſtus loquitur de Prædeſtinatis (vt exponit Auguſt.) qui ante mortem omnino audiunt Dei vocationem, & eam ſequuntur* (ergò tantùm Prædeſtinati) *perſeuerauerunt.* Locus habetur apud Bellar. lib.3. de verbo Dei. Cap.10. §. *Sextum.*

Cap.6. lit. (d) *Communiter quatuor, &c.* corrigendus eſt ſic: *Driedo & Soto tres, Sanderus & Hoſius alias ſex, Medina decem, addit vndecimam, Cunnerus duodecim, &c.* Sed ex verbis non iiſdem res eòdem recidit.

Cap.10. lit. (f) *Imo*, pro (minuſc.) Imò.

Cap.12. ad lit. (a) *Ex hominibus*, pro, *ex deo:* etiamſi hoc parum ad cauſam, ad veritatem tamen multum confert. & ad lit. (b) *quia durauit*, pro, *quia erit:* quod eſt, *Durabit.* id enim conſequentia ipſa poſtulat.

Cap. 14. lit. (k) *Tantùm enim tribus duas continebat:* tradantur literis minuſculis quamuis omnium iudicio veriſſima.

Cap. 16. lit. (f) *Erutæ*, pro, *inſtar tuguriy erunt.* eſt ſenſus idem. & lit. (m) *Quam Proteſtantes fingunt:* Debuit hæc ſententia minuſculis tradi hoc modo, Quam Proteſtantes (vt vos putatis) fingunt, &c.

Cap.18. lit. (a) in ſecundo alphabeto. *Leo octauus*, pro, *Quintus.* & lit. (c) hæc, *Romanus Pontificatum vi*, apud Platinam non inuenio, aliundè procul dubiò petuntur: nec omninò aduerſariorum cauſam iuuat, me in vno exemplo falſi, qui (ipſis fatentibus) ibidem exempla ſex pro veritate protuli.

Cap.20. lit. (q) *Ab omni doctrina genere remotiſſimus*, pro, *Humanitatis ſtudia odit & contempſit, & eius ſtudioſos vno nomine hæreticos appellabat.* teſtimonium in quibus aliter retuli non aliud.

Cap.21. lit. (q) *Sergius*, pro, *Ioannes decimus.* lit. (r) *Hæreticos Arianos miniſtros ordinabat.* Non ſunt verba Bellarmini, ſed Zozomeni, quem hoc in loco Bellar. teſtem citat, ſed prorſus cauſæ ſuæ aduerſantem.

Cap.25. lit. (m) *conſenſu*, pro, *concurſu.* & lit. (n) *quam credo*, minuſculis ſint vt lector facilè ſentiet.

Cap.26. lit. (d) *Quæ tamen ſano ab illis ſenſu dicta ſunt*, pro, *Quod etſi ſano ab illis ſenſu dictum eſt.* Senſu nihil differunt.

Cap.30. lit. (n) *Non probantur.* in minuſculis ponantur: quæ quidem ſententiam Autorum explicant, non inuertunt vt manifeſtum eſt apud Autorem.

Cap. 31. lit. (b) *Eccleſiam viſibilem* Rectius ſic, *Eccleſiam ſuam in Africa* intelligit viſibilem; vox igitur *viſibilem* explicatio fuit, non deprauatio, nec hoc negabit aduerſarius.

Cap.33. lit. (b) *Inuocatio, &c.* vbi Aduerſarius de Oratione pro mortuis loquitur, Aduocatus meus de Inuocatione mortuorum ſatisfacere conatur, viz. de cepis rogatus, de allijs reſpondeo. Hoc meum erratum vir quidam generoſus, & in nobili militum ordine clariſſimus, amicè mihi indicauit à ioculari neſcio quo Sophiſta, &, tanquã eſſet ingenioſum aliquod ſubterfugium, in cubiculo poſtea oſtendit, locum video in margine atro quaſi carbone notatum. Quid ego? ſine omni circuitione erratum ingenuè agnoſco: gaudeo etiam tam eſſe pellucidum, vt non ingenij aliquo artificio vti, támque omninò non neceſſarium, vt nec indigere videar. Etenim cum de oratione pro mortuis quæritur, de inuocatione mortuorũ reſpondeo, nimirum, illud mihi accidit quod Viatores ſæpè experiuntur, quoties ſimilitudine viæ à recto tramite nonnunquam deflectunt: quicquid in hac parte deſiderari poſſit, Supplementum eius, Deo volente, abundè ſuppeditabit, Interim non eſt prætermittendum

tendum, quod ad cauſam præſentem poſſit ſufficere, Alphonſum de Caſtro, antiquarum hæreſeon cenſorem accuratiſſimum, hæreſin hanc de Oratione pro mortuis non modò non taxare vſpiã, quod ſciam, ſed ne quidẽ attingere.

Cap. 33. lit. *(c)* [quia populus propenſus erat,] maiuſculis, id eſt Romanis literis tradantur. & lit. (t) *interdixerat*, pro, *indixerat:* hoc erratum Aduerſarij celari quam caſtigari malint.

Cap. 36. in fine.* *Gloria cæleſtis, &c.* in iſtis non verba ſequutus: ſed tamen ſenſum autoris aſſecutus ſum: quia idem Vega in opuſc. de Merit. & Iuſtificat. qu. 6. §. *Ad nonam. Poteſt gloria* (inquit) *ſicut gratia adultis contingere abſque meritis, & verè contingit, imò & in omni caſu, & quomodocunque quis iuſtificatur, gloriam reſpondentem primæ gratiæ crediderim probabilius* (ſic enim in margine libri ponitur, & ſenſus apertè hoc poſtulat) *nunquam cadere ſub meritò*: hæc ille: atque etiam: *Baptizatos infantes ſubinde mortuos rectà cœlum petere* Pontificij omnes concedunt.

Cap. 46. lit. (e) [licet immodicum meâ quidem ſententiâ] ſcribantur maiuſculis, hoc erratum cauſæ meæ obfuit.

Cap. 48. lit (m) ex Azorio, [*Qui vouet rem indifferentem, &c.*] Hunc locum (monitore eruditiſſimo D. Outeraldo) excutio denuò, ſentio Autorem non de omni voti materia indifferenti, ſed futili loqui, vt *de præſcindendis unguibus in die Sabbati.* lib. 11. Inſtit. cap. 13. §. *Quintò, &c.* hanc rimam facilè expleo nimirum; cum Aduerſarius generaliter loquitur Aduocatus verò diſtinctè, particularis inſtantia propoſitionem generalem infringit: Reſponſum igitur licet (fateor) non multùm ad diluendam obiectionem, at ad obijcientem repellendum facit maximè; quódque huic teſtimonio deeſt, id teſtimonij ſubſequentis ratio abundè præſtat. Ibidem lit. (n) [*Serò admodùm*] vox, *admodùm*, redundat, quæ tamen in vocabulo *Serò* ſatis exprimitur. Lit. (o) *Hoc dogma* (deeſt vox *Fidei*) *non fuit*: quæ vox ſi apponatur, perindè defenſionem Pontificiorum eneruat, quia in cauſa fidei opinio omnis, niſi ſit dogma fidei, fidem nullam meretur.

Cap. 15. lit. (a) ex Poſſuino. *Beza & Petrus Martyr negant omnipotentiam Dei, quòd facta vt infecta ſint, facere nequeat.* Hinc ego, ô inſulſam (inquam) Ieſuitæ ignorantiam, &c. Inconſideratè dictum, non enim debui ego illum ignorantiæ inſimulare, quia ex Atheiſmis eius nuper didici, non ignorauit *facta infecta eſſe non poſſe*: addit enim, *Quaſi* (inquit) *hoc ad Dei omnipotentiam ſpectaret*, qui tamen in Beza & P. Martyre reprehendendo, quaſi illi omnipotẽtiam Dei negauerint, ſe non modò inſulſiſſimum, ſed & iniquiſſimum præbuit quid enim? illinc vt *Omnipotentiam Dei negarent?* Aduoc. * *Martyr in libro contra Gardinerum, & Beza in libro de cœna Domini contra VVeſtphalum, ſimilia habet Caluinus.* Quid, obſecro ſimile? progredere. *Itaque Aduerſary in hoc nobiſcum conueniunt, id non poſſe fieri, quod contradictionem implicat.* Si verè: tum Pontificij omnes æquè ac Proteſtantes in Deum blaſphemi ſunt (quia in *hoc Proteſtantes cum Pontificijs conueniunt:*) Sin falsò (falsò autem omnino) tum Poſſuinus, in iſtac aduerſus Bezam calumnia, aut Proteſtantium ſententiam ignorando inſulſus, aut non ignorando malignus fuit. Ibidem lit. (m) ex Bellarmino,

* *Bellar. lib 3: de Euchariſt. cap. 1. §. 1. & cap. 2. §. Alia igitur.*

larmino, *Quod vix Ariani dicere ausi essent.* Integra eius sententia huiusmodi fuit. *Cerè personas diuinas gradu, formâ, specie esse differentes vix Ariani ipsi dicere essent ausi,* Pleniorem sententiam reddo, vt Aduersarius refellatur planius.

Cap. 53. lit. (*t*) ex Valent. *Christus,* desunt hæc duo [*qua homo*] *orat, &c.* hic lapsus nonnihil sensum obscurat, non inuertit, castigetur. Et paulo post, *vt pulchrè Patres omnes demonstrant,* pro [vt cõmuniter Patres demonstrant] hic nec Momus habet, quod iure reprehendat.

Cap. 54. lit. (*k*) ex Iansenio. *Fatetur Ambrosius,* quæ quamuis non sunt verba Iansenij, sunt haud dubiè alius cuiusdam, quæ autem sequuntur certissimè apud Ambrosium reperiuntur: ita vt nemini dubium esse queat dixisse Aduocatum, quamuis incertum, quod dici certissimè potuit.

Cap. 71. lit. (*k*) ex Cassandro. *Vsque ad hodiernum diem nunquam in Ecclesia veteri statutum fuit quomodò Sanctorum animis preces nostræ prodessent, sed fuisse merum testimonium charitatis nostra erga defunctos, & immortalitatis animæ, & corporis resurrectionis futuræ.* Nullum est profectò testimonium, vbi, prima facie, in me frontem lector, desiderare videatur, antequam in hunc locum incideris. Autoris enim verba hæc sunt. * *Omnibus certè Christianis animis perpetuò insitum fuit, vt spiritus eorum, qui Christi Sacramentis initiati sunt, & cùm aliqua pœnitentiæ significatione, ex hac vita excesserunt, Dei clementiæ commendarent; & ijs remissionem peccati, quietem æternam, & consortium electorum precarentur: Et quamuis de statu illarum animarum, quibus hæc prodessent, non satis constaret, nec inter omnes conueniret; omnes tamen hoc officium, vt testimonium charitatis erga defunctum, & vt professionem fidei de immortalitate animarum, & futura resurrectione Deo gratum & Ecclesiæ vtile iudicarunt.* Si igitur modum orandi spectemus, [*Dei clementiæ omnes defunctos commendare, & remissionem peccati precari;*] testimonij pars prima ex diametro nobis aduersatur, sin, in multis, finem, [*Testimonium charitatis erga defunctum, & vt professionem fidei de immortalitate animarum, & futura resurrectione,*] equidem non video me in hoc Aduocato citando magnoperè deliquisse, etenim verba hæc, *Vsque ad hunc diem nunquam in Ecclesia statutum fuit, quomodo defunctorum animis preces nostræ prodessent,* Autoris verba confirmant, [*Quamuis de statu animarum, quibus prodessent, non satis constaret, nec inter omnes conueniret.*] Verba etiam proxima, quæ protuli, *Sed fuisse testimonium merum charitatis, &c.* Autoris verbis proximis satis explicantur, *Omnes tamen hoc officium vt testimonium charitatis erga defunctos, & vt professionem fidei de immortalitate animarum, & futura resurrectione, Ecclesiæ vtile esse iudicarunt:* quæ verba nullum efficiam, innuunt iuuandi defunctos, sed merum profectò *Testimonium* coram viuis, de *charitate erga defunctos, & immortalitatis animæ, & corporis resurrectionis futuræ.* Hæc fuit antiquitus, si non omnium, at orthodoxorum ratio orandi pro defunctis de qua paulò post Cassander. *Hæc autem antiquissima omnium Ecclesiarum consuetudo præcipuis aliquandò ex ordine Protestantium viris, & ijs in locis doctioribus improbata non fuit: nam vt Lutherum & Bucerum amittamus, imprimis Verbanus Regius ex formula cautè agendi, Hæc erat (inquit) olim, & nunc est in Ecclesia memoria defunctorum, qua euidens est testimo-*

*Cassander loco citato. art. 24.

nium

nium charitatis & fidei de gloriosa corporis resurrectione: huiusmodi defunctorum memoriã celebrauit vetus Ecclesia, vt est apud Orthodoxos, à quorum sententia recedere non est tutum, nisi repugnet verbo Dei. Hæc ille. Esto, hæc ille, qui in sua *formula orandi pro mortuis*, de remissione peccatorum, aut pœnarum in Papali Purgatorio iuxta cum Orthodoxis Patribus mentionem omnino nullã facit, sed finem precandi docet, quem proposui. *Meritũ testimoniũ charitatis nostræ erga defunctos & immortalitatis animarum futura.* Quod iam in proxima animaduersione exemplis confirmatur: quanquam quod in Cassandri testimonio citando tantã licentiã sum vsus, dici profecto non possit, quantum mihi displiceam.

Cap. 75. lit (n) ex Beato Rhenano, [*Id est, &c.*] quæ tamen verba non Rhenanum, sed Cassandrum autorem agnoscant, sic enim ille, * *Apud veteres loquendi consuetudo visitatissima est, etiam pro ijs defunctis martyribus, pro quorum certaminibus Deo gratiæ agebantur, offerri dicerentur, cum viz. in mystica actione, proposito Christi corpore, cuius ipsi felicissima sunt membra, eorum memoria sicuti, quod ex Cypriano & Augustino multis locis constat, & in Græcorum liturgijs manifestius exprimitur, qui se rationalem hunc & incruentum cultum offerre dicunt pro virgine Maria, Patriarchis, Prophetis, Apostolis, & Martyribus, &c. B. Bartholomæi in secreta oratione sic legitur: Pro quo tibi hostias laudis immolamus, &c. & pro Martyribus offertur per gratiarum actionem & honorificam commemorationem.* Hoc modo Eucharisticum sacrificum dici posse minime negamus: propitiatorium autem pro defunctis (etiamsi hic Cassander illud maximè velit) minimè admittimus.

* *Cassander lib. consul. art. 24.*

Cap. 78. In fine lit. (c) ex Cassandro, *Transubstantiatio tum nomine, tum effectu nova est.* Pars prima, de nomine Transubstantiationis, dilerte habetur apud Cassandrum, Art. 10. pars altera ex Scoto deriuatur, de quo supra cap. 48.

Cap 84. lit. (g) ex Gratiano. *Pontifices ipsi in suis decretis fatentur se Imperatoribus subiectos esse.* Quæ verba apud Gratianum in loco citato minimè apparent: quid tum postea? proculdubio de loco, non de testimonio fallor, quod vsque adeo verum est, vt pro Gratiano Bellarminum Aduocatum vendicarem. * *Illis temporibus Pontifex se subijciebat Imperatoribus:* (Addit) *at nunc Pontifex, qui est caput in spiritualibus, non est subiectus in temporalibus.* Hoc est scilicet antiquitatem venerari.

* *Bellar. lib. 2. de Conc. cap. 13 §quarta ratio*

In Libro secundo.

Cap. 4 in fine lit (e) ex Bellarmino. *A Romana Ecclesia, &c.* In locum rursus inquiro, verba non inuenio, alibi tamen apud eundem extare certo scio: vtcunque necesse non habemus id à Bellarmino mutuari, quod Iesuita Maldonatus verbis proximè præcedentibus benignè largitur.

Cap. 7. lit. (g) ex Bellarmino [*Addidit Satan Romanum Pontificem contra Pontifices commouere:*] Locus integer sic, [*Addit Satan Romanum populum contra Pontifices commouere: hos accusarunt subinsinata grauissima & plurima, inter*

se

se, Rom. Pontificum. Non igitur hoc in loco corrupi sensum, sed contraxi sententiam.

Cap. 13 lit. (a) ex Azorio, *Mos non improbandus, &c.* Non expressis verbis hoc docet, sed vbi quæstio instituitur, *An liceat viduæ cauſâ luctus domi ſe per annum continere*: aliis negantibus, Azorius apertissimè adueritatur. Consequentiam igitur affirmatiuam ponit, qui contradictoriam infringit.

Cap. 21. lit. (n) ex Iansenio. [*Mandauit Christus &c.*] Non est, fateor, ad oppositum, quia ille tantum *Omnes Apostolos* intelligit, nos verò de omnibus fidelibus contendimus. Proximis igitur Aduocatis contenti esse possumus, qui quod volumus expressè defendunt, donec alia Supplementum nostrum locupletiora exhibeat.

Cap. 21. lit. (t) *Diabolus Abbatem vt missam celebraret, hortabatur.*] Iuuenis quidam Bibliopola, non omnino indoctus & veritatis amans, me de hoc loco seriò admonuit: ait homines, nescio quos Pontificiæ religioni addictos, fidem meam hoc in loco non leuiter perstrinxisse. Qui illi fuerint non laboro; quis ego essem, verusne testimoniorum narrator, an verius deprauator, id curo, & solicitè inquiro. Dicunt illi in loco citato liquere, quòd *Diabolus Abbatẽ qui nondũ Presbyteri ordinem susceperat, contra canones suaserit, vt missam celebraret, hortabatur igitur Abbatẽ missã celebrare, vt ordinis præceptã violaret, quod malũ est.* Et Lutherũ, inquã, suasit vt Missã priuatã oppugnet, vt conscientiã sceleris præteriti in desperationẽ adigeret, quod malũ est. Meũ autẽ fuit ostendere quod, non quòd id est, quam rem, non quem finem dæmon intenderet. Verè igitur ex Aduocato Aduersario oppositi, *Dæmon hortabatur Abbatem ad Missam celebrandam.* Veruntamen hanc rimulam, quã Aduersarij elabi cupiunt, nouo exemplo, ex eodem autore, resarciam: * *Exemplum cuiusdam Paredri dignum memoriã, in quo tamen illud mirandum est, Dæmonem pro mercede quinque solidos exegisse, & iussisse ex illis pauperi cuidam Ecclesiæ campanam emi, quã, dicitur Dominicis, fideles ad* (in quo Missa celebranda erat) *diuinum officium conuocarentur.* En dæmon *officium* (opinione vestra) *diuinum* suadet: *mirum*, at verum tamen. Nec igitur negare potestis dæmonem non benè ad bonum negotium incitare.

* *Delrius Iesuita disq. Magic. lib. 2. ca. vlt. in fine*

Cap. 21. in Calumnia 5. lit (e) Noua impressio Londini dicta, verè Genevæ facta, totum responsum meum pro Beza penitus expunxit, & responsum suũ assuit (proh hominum fidem!) doleo equidem tantam cum scriptis meis iniuriam factam esse, tum etiam prælo Genevensi tantam corruptelæ labem contractam.

Cap. 34. lit. (a) ex Platina. [*Christophorus Papa miserè vitam finiebat.*] Apud Platinam non reperio: hunc funestum finem de Pontifice alio tradi, quàm de hoc Pontifice non tradi, certus sum: nec testimonium vnum desiderari possit, vbi plura redundant. Vide caput.

Cap. 35. lit. (k) ex Pererio. *Beniamite iussi à deo pugnabant*: Falsò omninò, textus enim contra, *Cetera tribus in Beniamitas, iussi à Deo, pugnabant, &c.* Hic verò lapsus nec propositio nostro obest quicquam, nec prodest: quod etiã

de teſtimonio Aquinatis, cap. 40. lit. (x) quod in loco citato non extat, dictum puta.

Cap. 17. lit (t) *Roma ante finem mundi futura eſt ſedes Antichriſti.* Hoc teſtimonium è Collegio Rhemenſi cito, ſed ſat citò, non benè, quia nihil tale apud Rhemenſes extat, ſed potiùs planè contrarium. Quid igitur reſpondeam? Dico me non in teſtimonio, ſed in teſte falli: teſtimonium enim illud Aduocatis ſubſequentibus Ieſuitis Riberę & Viegæ acceptum ferre oportuit, quod idem illi, licet alijs verbis demonſtrant.

Has ego animaduerſiones & explicationes elaborare atque diuulgare volui, non cuiuſquam hominis hortatu commotus, Spiritus ſancti ductu, qui monuit & Orthodoxis impingendi occaſionem ſubmouere, & Aduerſarijs calumniandi anſam omnem præripere.

FINIS.